Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Institutio Christianae religionis nunc uere? demum suo titulo respondens.

https://hdl.handle.net/1874/432072

INSTITVTIO CHRI=
STIANAE RELIGIONIS NVNC
uerè demum ſuo titulo reſpondens.

Authore Ioanne Caluino.

Ioannes Sturmius.

Ioannes Caluinus homo accutiſsimo iudicio ſummaq; doctrina et egregia memoria præditus eſt: & ſcriptor eſt uarius, copioſus, purus: cuius rei teſtimonium eſt inſtitutio Chriſtianæ religionis, quam primo inchoatam, deinde locupletatam hoc uero anno abſolutam edidit: neque ſcio an quicquam huius generis extet, perfectius ad docendam religionem: ad corrigendos mores, & tollendos errores: & ſe optime inſtitutum exiſtimet, qui, quę in eo uolumine traduntur, eſt aſſecutus.

Habacuc. i.

Quouſq; Domine?



Argentorati per Vuendelinum Rihelum.
Menſe Martio.
ANNO M. D. LIII.

IN PRIMA HVIVS NOSTRI OPERIS EDItione, quia eum quem sua benignitate Dominus successum dedit minime expectabam, leuiter, maiori ex parte, ut in minutis operibus fieri solet, defunctus eram. Verum cum intelligerem, eo piorũ ferè omnium fauore exceptum esse, quem nunquàm uoto expetere, nedum sperare, ausus fuissem: ut mihi plus multo deferri ex animo sentiebam, quàm essem promeritus: ita magnę ingratitudinis fore putaui, nisi adeo propensis in me studijs, ac meam industriam sponte inuitantibus, respondere saltem pro mea tenuitate conarer. Non igitur aliam à studiosis gratiam nouo operi postulo, quàm qua me adhuc immerentem iam ante prosecuti sunt. Sic enim eorum benignitati sum obstrictus, ut mihi abunde futurum sit, si debitam gratiam nõ male rependere uidear. Et facturus id quidem eram aliquanto maturius, nisi totum ferè biennium Dominus me miris modis exercuisset. Verum sat cito, si sat bene. Opportune autem prodijsse tunc putabo, ubi sensero fructum aliquem Ecclesiæ Domini attulisse. Porro hoc mihi in isto labore propositũ fuit: sacrę Theologię candidatos ad diuini verbi lectionem ita præparare & instruere, ut & facilem ad eam aditum habere, & inoffenso in ea gradu pergere queant, si quidem religionis summam omnibus partibus sic mihi complexus esse uideor, & eo quoque ordine digessisse: ut si quis eam recte tenuerit, ei non sit difficile, statuere, & quid potissimum quærere in scriptura, & quem in scopum, quidquid in ea continetur, referre debeat. Itaque, hac ueluti strata uia, si quas posthac scripturæ enarrationes edidero: quia nõ necesse habebõ de dogmatibus longas disputationes instituere, & in locos communes euagari, eas cõpendio semper adstringam. Ea ratione, magna molestia & fastidio pius lector subleuabitur: modo præsentis operis cognitione, quasi necessario instrumento, præmunitus accedat. Sed quia huius instituti specimen præbebunt commentarij in epistolam ad Romanos: reipsa malo declarare quale sit, quàm uerbis prædicare. Vale amice lector: & si quem ex meis laboribus fructum percipis, me precibus tuis apud Dominum adiuua. Argentorati Calend. Augusti. Anno

1539

Augustinus Epistola 7.

Ego ex eorum numero me esse profiteor, qui scribunt proficiendo, & scribendo proficiunt.

POTENTISSIMO IL=

LVSTRISSIMOQVE MONARCHAE

Franciſco Francorum Regi Chriſtianiſsimo, Prin=
cipi ac Domino ſuo ſibi obſeruando,
Ioannes Caluinus pacem ac ſa=
lutem in Domino.

CVM huic operi manum primum admouerem, nihil mi=nus cogitabam, Rex clariſsime, quàm ſcribere quæ Ma=ieſtati tuæ poſtea offerrentur. Tantum erat animus, rudi=menta quædam tradere, quibus formarentur ad ueram pietatem, qui aliquo religionis ſtudio tanguntur. Atq; hunc laborẽ Gal=lis noſtris potiſsimum deſudabam, quorum permultos eſurire & ſitire Chriſtum intelligebam: pauciſsimos autem uidebam, qui uel modica eius cognitione rite imbuti eſſent. Hanc mihi fuiſſe propoſitam rationẽ liber ipſe loquitur, ad ſimplicem ſcilicet rudemq; docendi formam appo ſitus. Verum cum perſpicerem, uſq; eò quorundam improborum furo=rem inualuiſſe in regno tuo, ut nullus ſanæ doctrinæ ſit iſtic locus, factu=rus mihi operæprecium uiſus ſum, ſi eadem opera & inſtitutionem ijs da rem, & confeſsionem apud te ederem, unde diſcas, qualis ſit doctrina, in quam tanta rabie exardeſcunt furioſi illi, qui ferro & ignibus regnum tu um hodie turbant. Neq; enim uerebor fateri, hic me ſummam ferè eius ipſius doctrinæ complexum eſſe, quam illi carcere, exilio, proſcriptione, incendio mulctandam, quàm terra mariq; exterminandam, uociferãtur. Equidem ſcio quàm atrocibus delationibus aures animumq; tuum im=pleuerint, ut cauſſam noſtram tibi quàm odioſiſsimam redderent. Sed id tibi pro tua clementia perpendendum eſt, nullam neq; in dictis neq; in factis innocentiam fore, ſi accuſaſſe ſufficiat. Sane ſi quis faciendæ inuidię cauſſa, doctrinam hanc, cuius rationem tibi reddere conor, omnium or=dinum calculis damnatam, multis fori præiudicijs confoſſam, iam dudũ fuiſſe, cauſſetur: nihil aliud dixerit, quàm partim aduerſariorum factione & potentia uiolenter deiectam: partim mendacijs, technis, calumnijs, inſi=dioſe fraudulenterq; oppreſſam. Vis eſt, quòd indicta cauſſa ſanguinarię ſententiæ aduerſus illam feruntur. fraus, quod ſeditionis & maleficij, prę ter meritum, inſimulatur. Ne quis hæc iniuria nos queri exiſtimet: ipſe nobis teſtis eſſe potes Rex nobiliſsime, quàm mendacibus calũnijs quo=tidie apud te traducatur. quòd non aliorſum ſpectet, niſi ut regibus ſua ſceptra é manibus præripiantur, tribunalia, iudiciaq; omnia præcipiten tur, ſubuertantur ordines omnes & politiæ, pax & quies populi pertur=betur, leges omnes abrogentur, dominia & poſſeſsiones diſsipentur, omnia deniq; ſurſum deorſum uoluantur. Et tamen minimam portiun=culam audis. horrenda enim quædam in uulgus ſparguntur, quæ ſi uera eſſent, merito illam cum ſuis authoribus mille ignibus ac crucibus dignã uniuerſus mundus iudicet. Quis iam miretur publicum odium in illam

accenſſum eſſe, ubi iniquiſsimis iſtis criminationibus fides habetur? En cur in noſtram ipſorum doctrinæque noſtræ damnationem omnes ordines conſentiant ac conſpirent. Hoc affectu correpti, qui ad iudicandum ſedent, præiudicia, quæ domo attulerunt, pro ſententijs pronunciant. Et ſe rite perfunctos ſuis partibus putant, ſi neminẽ ad ſupplicium trahi iubẽt, niſi aut ſua confeſsione, aut ſolidis teſtimonijs conuictum. At cuius criminis? Damnatæ, aiunt, iſtius doctrinæ. At quo iure damnata eſt? Id autem erat defenſionis præſidium: non doctrinam ipſam abnegare, ſed pro uera tueri. Hic muſsitandi quoq; facultas pręciditur. Quare non iniq; poſtulo, Rex inuictiſsime, ut integram cauſſæ iſtius cognitionem ſuſcipias: quæ perturbatæ hactenus, nulloq; iuris ordine, & impotenti ęſtu magis, quàm legitima grauitate tractata eſt, uel quoquo modo exagitata. Neq; hic me priuatam defenſionem meditari exiſtimes, qua ſaluum in patriam reditum mihi conficiã: quam tametſi, quo decet, humanitatis affectu proſequor: ut nunc tamẽ res ſunt, ea nõ moleſte careo. Verum communẽ piorum omniũ adeoq; ipſam Chriſti cauſſam complector: quę modis omnibus hodie in regno tuo proſciſſa ac protrita, uelut deplorata iacet. Phariſæorũ id quidem quorundam tyrannide magis, quã tua conſcientia. Sed qui id fiat, hic dicere nihil attinet, afflicta certe iacet. Hoc enim profecerũt impij, ut Chriſti ueritas, ſi nõ ut fugata diſſipataq; interiret: certe, ut ſepulta & ignobilis lateat. Paupercula uero Eccleſia aut crudelibus cędibus abſumpta ſit, aut exilijs abacta, aut minis ac terroribus perculſa, ne hiſcere q̃dem audeat. Et inſtant etiamnũ qua ſolent inſania & ferocitate: fortiter in parietẽ iam inclinatũ, & ruinam, cę; fecerunt, incũbentes. Nullus interim prodit, q̃ talibus furijs patrociniũ ſuum opponat. Quod ſi q̃ ueritati maxime fauere uideri uolũt, ignoſcendũ eſſe cenſent errori, & imprudentiæ imperitorũ hoim. Sic enim modeſti hoies loquuntur: errorẽ & imprudentiã uocantes, cę; norunt certiſsimã eſſe Dei ueritatẽ. Imperitos hoies, quorũ ingenium nõ adeo deſpicabile Dño fuiſſe uident, q̃n cœleſtis ſapientię myſterijs dignatus ſit. Adeo oẽs pudet Euãgelij. Tuum aũt erit, Sereniſsime Rex, nec aures nec animũ à tã iuſto patrocinio auertere. pręſertim ubi de re tãta agit̃: nempe q̃modo Dei glorię ſua cõſtet in terris incolumitas, q̃modo ſuam dignitatem Dei ueritas retineat, quomodo regnũ Chriſto ſartum tectumq; inter nos maneat. Digna res auribus tuis, digna tua cognitione, digna tuo tribunali. Siquidem & uerum regem hæc cogitatio facit, agnoſcere ſe in regni adminiſtratione Dei miniſtrum. Nec iam regnum ille, ſed latrocinium exercet, qui non in hoc regnat, ut Dei gloriæ ſeruiat. Porrò fallitur, qui diuturnam proſperitatem expectat eius regni, quod Dei ſceptro, hoc eſt, ſancto eius verbo non regitur. Quando cœleſte oraculum excidere non poteſt, quo edictum eſt: diſsipatum iri populum, ubi defecerit prophetia. Nec te ab hoc ſtudio abducere debet humilitatis noſtrę contemptus. Nos quidem quàm pauperculi ſimus, & abiecti homunciones, probe nobis conſcij ſumus. coram Deo miſeri peccatores, in hominũ conſpectu deſpectiſsimi, mundi (ſi uis) excrementa quædã & reiectamenta, aut ſi quid adhuc uilius nominari poteſt. Vt q̃ apud Deum gloriemur,

Prouer. 19

gloriemur, nihil reſtet, præter unam eius miſericordiam, qua ſalui, nullo noſtro merito, facti ſumus, apud homines uero, non ita multum, præter noſtrã infirmitatem, quẽ uel nutu confiteri ſumma inter eos ignominia eſt. Sed doctrinam noſtram ſupra omnem mundi gloriam, ſublimem: ſupra omnem poteſtatem, inuictã ſtare oportet, quia non noſtra eſt, ſed Dei uiuentis, ac Chriſti eius, quem Pater regem conſtituit, ut à mari, uſq; ad mare dominetur, & à fluminibus, uſq; ad terminos orbis terrarum. Et ſic quidem dominetur, ut totam terram, cum ferreo ſuo, atq; æreo robore, cum ſplendore aureo & argenteo, ſola oris ſui uirga percuſſam non ſecus comminuat, quam figulina uaſcula: quemadmodum de magnificentia regni ipſius uaticinantur Prophetæ. Reclamant quidem aduerſarij, falſo nos prętendere verbum Dei, cuius ſceleratiſsimi ſimus corruptores. Hæc uero quam ſit non modo malitioſa calumnia, ſed inſignis quoq; impudentia, ipſe, confeſsionẽ noſtram legendo, pro tua prudentia, iudicare poteris. nonnihil tamen hic etiam dicendum eſt, quod tibi ad lectionẽ ipſam uel ſtudiũ attentionemq; excitet: uel certe uiã ſternat. Paulus: cũ ad fidei analogiã oẽm prophetiam formatã eſſe uoluit, certiſsimã amuſsim poſuit, qua probari ſcripturæ interpretatio debeat. Ad hanc itaq; fidei regulã ſi noſtra exigãtur, in manibus eſt uictoria. Quid enim melius atq; aptius fidei cõuenit, cẽ agnoſcere nos omni uirtute nudos, ut à Deo ueſtiamur? omni bono uacuos, ut ab ipſo impleamur? nos peccati ſeruos, ut ab ipſo liberemur? nos cęcos, ut ab ipſo illuminemur? nos claudos, ut ab ipſo dirigamur? nos debiles, ut ab ipſo ſuſtentemur? nobis oẽm gloriandi materiã detrahere, ut ſolus ipſe glorioſus emineat, & nos in ipſo gloriemur? Hæc atq; id genus reliqua cũ à nobis dicunt, interpellãt illi, quiritanturq;, hoc modo ſubuerti cæcum, neſcio quod, lumen naturæ, fictas præparationes, liberum arbitrium, & meritoria ſalutis æternæ opera, cum ſuis etiam ſupererogationibus. quia ferre non poſſunt integram omnis boni, uirtutis, iuſtitiæ, ſapientiæ laudem ac gloriam apud Deum reſidere. At non legimus reprehenſos, qui nimium è fonte aquæ uiuæ hauſerint. contra graiuiter obiurgantur, qui foderunt ſibi puteos, puteos contritos, & qui continere aquam non ualent. Rurſum quid fidei conuenientius, quàm Deum ſibi polliceri propitium Patrem, ubi Chriſtus frater ac propitiator agnoſcitur? quam omnia læta ac proſpera ſecure ab eo expectare, cuius inenarrabilis erga nos dilectio eò progreſſa eſt, ut proprio filio non pepercerit, quin pro nobis ipſum traderet? quàm in certa expectatione ſalutis & uitæ æternæ acquieſcere, ubi Chriſtus à Patre datus cogitatur, in quo tales theſauri ſunt abſconditi? Hic nobis manum iniiciunt, & illam fiduciæ certitudinem arrogantia, & præſumptione non carere clamant. At ut nihil de nobis: ita omnia de Deo præſumenda ſunt. nec alia ratione uana gloria ſpoliamur, niſi ut in Domino gloriemur. Quid ultra? Percurre, fortiſsime Rex, omnes cauſſæ noſtræ partes, & quouis ſceleratorum hominum genere nequiores nos exiſtima, niſi plane comperias, in hoc nos laborare, & probris affici, quia ſpem reponimus in Deo uiuo. Quia hanc credimus eſſe uitam æternam, noſſe unum ue-

Daniel. 2.
Ieſaiæ. 1.
Pſal. 2.
Roma. 12.
Ieremiæ. 2
1. Timo. 4.

rum Deum, & quem ille misit Iesum Christum. Propter hanc spem, alij nostrum uinculis constringuntur, alij virgis cæduntur, alij in ludibrium circumducuntur, alij proscribuntur, alij sæuissime torquentur, alij fuga elabuntur, omnes rerum angustia premimur, diris execrationibus deuouemur, maledictis laceramur, indignissimis modis tractamur. Intuere iam in aduersarios nostros (de ordine sacrificorum loquor, quorum nutu & arbitrio, alij nobiscum inimicitias exercent) & mecum pauliſper reputa, quo studio ferantur. Veram religionem, quæ scripturis tradita est, quæque inter omnes constare debuerat, facile & sibi & alijs ignorare, negligere, despicere permittunt. parumque referre putant, quid quisque de Deo & Christo teneat, uel non teneat: modo implicita, ut aiunt, fide suam mentem Ecclesiæ iudicio submittat. nec ualde afficiuntur, si Dei gloriam manifestis blasphemijs pollui contingat, modo ne quis aduersus sedis Apostolicæ primatum, & sanctæ matris Ecclesiæ authoritatem digitum tollat. Cur ergo tanta sæuitia & acerbitate pro Missa, purgatorio, peregrinationibus, & id genus nugis belligerantur? ut sine eorum explicatissima, ut ita dicam, fide saluam fore pietatem negent, cum tamen nihil eorum à verbo Dei esse probent. Cur? nisi quia illis Deus venter est: culina religio. quibus sublatis, non modo non Christianos, sed ne homines quidem futuros se credunt. Tametsi enim alij splendide se ingurgitant, alij tenuibus crustulis uictitant, omnes tamen ex eadem uiuunt olla, quæ sine illis fomentis non frigeret modo, sed penitus conglaciaret. Ideo ut quisque eorum pro uentre est maxime solicitus, ita pro sua fide deprehenditur bellator acerrimus. Denique huc ad unum omnes incumbunt, uel ut regnum incolume, uel ut uentrem confertum retineant. nemo uel minimam synceri zeli dat significationem. Nec sic tamen desinunt doctrinam nostram incessere, & quibus possunt nominibus criminari & infamare, quo uel inuisam uel suspectam reddant. Nouam appellant, & nuper natam: dubiam esse, & incertam cauillantur: rogant, quibus confirmata sit miraculis: quærunt, an sit æquum, ut contra tot sanctorum patrum consensum, & uetustissimam consuetudinem obtineat: urgent, ut schismaticam esse fateamur, quæ contra Ecclesiam prelium moueat: uel Ecclesiam multis sæculis intermortuam fuisse, quibus nihil tale auditum fuit. Postremo nihil opus esse aiunt multis argumentis, qualis enim sit, iudicari à fructibus posse: utpote quæ tantum sectarum aceruum, tot seditionum turbas, tantam uitiorum licentiam peperit. Scilicet, per quàm illis facile est, apud credulam imperitamque multitudinem desertæ causſæ insultare. Verum si nobis quoque mutuæ essent dicendi uices, deferueret profecto hæc acrimonia, qua sic in nos plenis buccis, ac tam licenter, quàm impune, despumant. Principio nouam quod appellant, Deo sunt uehenter iniurij, cuius sacrum verbum nouitatis insimulari non merebatur. Illis quidem nouam esse minime dubito, quibus & Christus nouus est, & Euangelium nouum. Sed, qui illam Pauli concionem ueterem esse nouerunt, Iesum Christum mortuum propter peccata nostra, resurrexisse

propter

propter iuſtificationem noſtram, nihil apud nos deprehendent nouum. Quod diu incognita ſepultaque latuit, humanæ impietatis crimen eſt. Nunc cum Dei benignitate nobis redditur, ſaltem poſtliminiŋ iure ſuam antiquitatem recipere debebat. Ex eodem ignorantiæ fonte pro dubia incertaque habent. Hoc profecto eſt, quod Dominus per Prophetam ſuum conqueritur. Bouem cognouiſſe poſſeſſorem ſuum, & aſinum præſepe dominorum ſuorum, ſe non agnoſci à populo ſuo. Verum ut ut in eius incertitudinem ludant, ſi ſua illis proprio ſanguine uitæque diſpendio obſignanda eſſet, liceret ſpectare quanti ab illis fiat. Longe alia noſtra fiducia eſt, quæ nec mortis terrores, nec adeò ipſum Dei tribunal formidat. Quod miracula à nobis poſtulant, improbe faciunt. Non enim recens aliquod Euangelium cudimus, ſed illud ipſum retinemus, cuius confirmandæ ueritati ſeruiunt omnia, quæ unquam & Chriſtus & Apoſtoli miracula ediderunt. At id præ nobis habent ſingulare, quod aſsiduis in hunc uſq; diem miraculis fidē ſuam confirmare poſſunt. Imò potius allegāt miracula, quæ animū alioqui bene compoſitum labefactare queant, adeo aut friuola ſunt, & ridicula: aut uana & mendacia. Nec tamen, etiam ſi ualde prodigioſa eſſent, contra Dei ueritatem ullius momenti eſſe oportebat, quando & nomen Dei ſanctificari ubique, & ſemper conuenit, ſiue portentis, ſiue naturali rerum ordine. Specioſior forſan eſſe fucus poterat, niſi de fine uſuque miraculorum legitimo ſcriptura nos admoneret. ſigna enim, quæ Apoſtolorum prædicationem ſecuta ſunt, in eius confirmationem ędita fuiſſe, Marcus docet. Sic & Lucas Dominum ſermoni gratiæ ſuæ reddidiſſe teſtimonium narrat, cum ſigna & portenta fierent per Apoſtolorum manus. Cui ſimilimum eſt illud Apoſtoli: ſalutem annunciato Euangelio fuiſſe confirmatam, conteſtante Domino ſignis & portentis, & uariŋs uirtutibus. Quæ uero audimus Euangeliŋ eſſe ſignacula, ea ne ad diruendam Euangeliŋ fidem conuertemus? Quæ ueritati tantum obſignandæ ſunt deſtinata, an mendaciŋs cōfirmandis accommodabimus? Proinde doctrinā, quæ præcedere ab Euangeliſta dicitur, priore loco examinari explorarique par eſt. Quæ ſi probata fuerit, tum demum à miraculis iure confirmationem ſumere debet. Probæ autem doctrinę, authore Chriſto, iſthæc nota eſt, ſi non in hominum, ſed Dei gloriam quærendam uergit. Hanc cum doctrinæ probationem Chriſtus aſſerat: perperam cenſentur miracula, quæ alio quam ad illuſtrandum unius Dei nomen trahuntur. & meminiſſe nos decet ſua eſſe Sathanæ miracula, quæ tametſi præſtigiæ ſunt, magis quam ueræ uirtutes, ſunt tamen eiuſmodi, quæ imprudentes & imperitos deludant. Magi & incantatores miraculis ſemper claruerunt. Idololatriam ſtupenda miracula aluerunt: quæ tamen nec Magorum nec Idololatrarum ſuperſtitionem nobis approbant. Atque hoc olim ariēte vulgi ſimplicitatem concutiebant Donatiſtæ, quòd miraculis pollerent. Idem ergo nunc noſtris aduerſariŋs reſpondemus, quod tunc Donatiſtis Auguſtinus, Dominum contra iſtos mirabiliarios cautos nos feciſſe: cū præ-

Roma. 4.

Ieſaiæ. 1.

Marc. ult. Acto. 14. Roma. 15. Hebræ. 2.

Ioan. 8.

In Ioannē Matth. 24. 2. Theſ. 2.

dixit uenturos pseudoprophetas, qui signis mendacibus uariisque prodigijs, in errorem electos, si fieri posset, inducant. Et Paulus admonuit, Antichristi regnum futurum cum omni potentia, & signis & prodigijs mendacibus. At hæc, inquiunt, miracula non ab idolis, non à malefícis, non à pseudoprophetis, sed à sanctis fiunt. Quasi uero non nouerimus hanc esse Sathanæ artem, transfigurare se in angelum lucis. Olim Aegyptij sepultum apud se Hieremiam sacrificijs, aliisque diuinis honoribus prosecuti sunt. Nonne sancto Dei Propheta ad Idololatriam abutebantur? & tamen tali sepulchri ueneratione consequebantur, ut curarentur à tactu serpentum. Quid dicemus? nisi fuisse hanc, semperque fore iustissimam Dei uindictam: ijs, qui dilectionem ueritatis non receperunt, mittere efficaciam illusionis, ut credant mendacio. Miracula ergo nobis minime desunt, eaque certa nec cauillis obnoxia. Quæ autem illi pro se obtendunt, meræ sunt Sathanæ illusiones, quando à uero Dei sui cultu ad uanitatem populum abducunt. Præterea calumniose nobis patres opponunt (antiquos & meliores adhuc sæculi scriptores intelligo) ac si eos haberent suæ impietatis suffragatores. Quorum authoritate si dirimendum certamen esset, melior uictoriæ pars (ut modestissime etiã loquar) ad nos inclinaret. Verum cum multa præclare ac sapienter ab illis patribus scripta sint, in quibusdam uero ijs acciderit quod hominibus solet, isti pij scilicet filij, qua sunt & ingenij & iudicij & animi dexteritate, eorum tantum lapsus, & errores adorant: quę bene dicta sunt, uel non obseruant, uel dissumulant, uel corrumpunt. ut dicas prorsus illis curæ fuisse, in auro legere stercora. tum improbis clamoribus nos obruunt, ceu patrum contemptores & aduersarios. Nos uero adeo illos non contemnimus, ut si id præsentis instituti esset, nullo negocio mihi liceat, meliorem eorum partem, quæ hodie à nobis dicuntur, ipsorum suffragijs comprobare. Sic tamen in eorum scriptis uersamur, ut semper meminerimus omnia nostra esse: quæ nobis seruiant, non dominentur. Nos autem unius Christi, cui per omnia sine exceptione parendum sit. Hunc delectum qui nõ tenet, nihil in religione constitutũ habebit. quando multa ignorarunt sancti illi uiri, sæpe inter se conflictantur, interdum etiam secum ipsi pugnãt. Non sine caussa (inquiunt) à Solomone admonemur: ne transgrediamur antiquos terminos, quos posuerunt patres nostri. At non eadem est regula in agrorum limitibus, & obedientia fidei: quam sic comparatam esse oportet, ut obliuiscatur populum suum, & domum patris sui. Quod si tantopere gestiunt ἀλληγορίαις: cur non Apostolos potius, quàm alios quosuis patres interpretantur, à quibus pręscriptos termi nos nefas sit reuellere? sic enim interpretatus est Hieronymus, cuius uerba in suos canones retulerunt. Quod si eorum, quos intelligunt, fixos esse uolunt terminos: cur ipsi, quoties libet, adeo licenter transgrediuntur? Ex patribus erant, quorũ alter dixit Deum nostrũ non edere neq; bibere, itaq; non habere opus calicibus neq; discis: alter sacra aurũ non quærere, neq; auro placere quæ auro non emuntur. Transgrediuntur ergo limitem,

Hiero. in præfati. in Hieremi.

1. Thes. 2.

1. Corin. 3.

Prouer. 22.

Psal. 45.

Acatius in lib. 11 cap. 16. triperti historia.

Amb. lib. 2

tem, cum in sacris tantopere auro, argento, ebore, marmore, lapillis, seri- cis delectantur, nec rite Deum coli putãt, nisi omnia exquisito splendore, uel potius insano luxu diffluant. Pater erat qui dixit, ideo se libere carnes edere, quo die cæteri abstinebant, quia Christianus esset. Itaq; fines transiliunt, cum diris animam deuouent, quę per quadragesimam carnem gustauerit. Patres erant, quorum unus dixit: Monachũ, qui manibus suis non laboret, uiolento, aut si mauis latroni, iudicari æqualem. Alter non licere monachis ex alieno uiuere: etiam si assidui sint in contemplationib. in orationibus, in studijs. Et hunc limitem transgressi sunt, cum ociosos ac doliares Monachorum uentres in lustris ac fornicibus collocarunt: qui aliena substantia saginarentur. Pater erat, qui dixit horrendam esse abominationem, uidere depictam uel Christi, uel sancti ullius imaginem in Christianorum templis. Neq; id hominis unius uoce pronunciatum est: sed ab Ecclesiastico etiam concilio decretum, ne quod colitur, in parietibus depingatur. Plurimum abest quin se intra hos fines contineant, quando non relinquunt angulum imaginibus uacuum. Alius Pater consuluit, ut officio humanitatis erga mortuos in sepultura defuncti, sineremus eos quiescere. Hos limites perrumpunt, cum perpetuam mortuorum solicitudinem incutiunt. Ex Patribus erat, qui testatur substantiam & naturam panis & uini in Eucharistia ita permanere & non desinere: sicut manet in Christo Domino substantia & natura hominis, iuncta diuinæ. Igitur modum prætereunt, qui fingunt transmutari ac desinere substantiam panis & uini uerbis Domini recitatis.

de Off. c. 28

Spiridion tripert. hi. lib. 1. c. 10.

Trip. hist. lib. 8. ca. 11.

August. de opere. monach. ca. 17

Epiph. epi. ab Hiero. uersa.

Concil. Eliberti. ca. 36.

Amb. li. de Abra. 1. c. 9

Gelasius Papa in cõcil. Roma.

Chrysosto. in primo cap. Ephe.

Patres erant, qui uel populo in uno templo coacto, unam duntaxat Eucharistiam exhibebant, ad quam, ut non admittebant flagitiosos, & sceleratos, ita grauissime damnabant omnes eos, qui præsentes, ea non uera in Christum fide communicarent. Hos fines odio submouerunt, ut non templa tantum, sed etiam priuatas domos Missis suis repleant, & ad illas spectandas, quo suis admittunt, eosq; libentius, qui largius numerant, quantumuis impuri sint & scelesti: ad fidem in Christum, & fidelem Sacramentorum communionem inuitant neminem, pro gratia & merito Christi, suum opus uenditantes. Patres erant, quorum unus ab usu sacræ Christi Cœnæ in totum submouendos decreuit, qui alterius speciei participatione contenti, ab altera abstinebant: alter fortiter pugnat, non denegandum populo Christiano Domini sui sanguinem, pro cuius confessione sanguinem suum effundere iubetur. Hos terminos sustulerunt: cum inuiolabili lege id ipsum iusserunt, quod ille excommunicatione puniebat, hic ualida ratione improbabat.

Calixtus Papa de consecrati. dist. 2.

Autor ope. imperfe. in Matth. Ho mil. 2. est in ter oper. Chrysosto.

Gelasi. cano. comperi. de cõsecra. dist. 2

Cipri. epi. 2. lib. pri. de lapsis.

Pater erat, qui temeritatem esse asseruit de re obscura in utramuis partem definire, sine claris atque euidentibus scripturæ testimonijs. Hunc terminum obliti sunt, cum tot constitutiones, tot Canones, tot magistrales determinationes sine ullo Dei uerbo statuerunt. Pater erat, qui Montano inter alias hæreses exprobrauit, quod primus ieiuniorum leges imposuisset. Hunc quoque terminum longe excessere, cum ieiunia strictissimis legibus sanxerunt. Pater erat qui

Augusti. li. 2. de pecca. mer. ca. ul.

Apolon. de quo Eccle. hist. lib. 5. cap. 12.

negauit

Paphnuti. triper. hist. Lib. 2. c. 14. negauit Ecclesiæ ministris interdicendũ coniugium: castitatem, pronunciauit cum propria uxore concubitũ. Et patres qui eius authoritati assentiri. Cipri. epi. 3. lib. 2. ferunt. His finibus egressi sunt cũ suis sacrificis cœlibatum seuere indixerunt. Pater erat qui censuit unum Christum audiendum esse, de quo dictum sit: Ipsum audite. Nec respiciendum quid alij ante nos aut dixerint aut fecerint, sed quid, qui primus omnium est, Christus præceperit. Hunc finem neque ipsi sibi præstituunt, neque alijs præstitutum habere permittunt, dum quosuis potius & sibi & alijs magistros, quàm Christum, præficiunt, Pater erat, qui contendit Ecclesiam non debere se Christo præponere: quia ille semper ueraciter iudicet: Ecclesiastici autem iudices, sicut homines plerunq; fallantur. Hoc etiam fune perrupto, asserere nõ dubitant, totam scripturę authoritatem ab Ecclesię arbitrio pendere. Patres omnes uno pectore execrati sunt, & uno ore detestati sanctum Dei verbum sophistarum argutijs contaminari, & dialecticorum rixis implicari. An isti ijs limitibus se continent, dum nihil aliud in tota uita moliuntur, quàm infinitis contentionibus & plus quàm sophisticis iurgijs scripturæ simplicitatem inuoluere & impedire? ut si nunc patres suscitentur, & huiusmodi iurgandi artem audiant (quam speculatiuam theologiam appellant) nihil minus credant, quam de Deo haberi disputationem. Verum latius iustis spacijs sese oratio nostra effunderet, si recensere uellem, quam petulanter isti, patrum iugum, quorum obseruantes filij uideri uolunt, excutiant. Menses profecto atque anni me deficerent. Et adeo perdita sunt deploratáque impudentia, ut nos castigare ausint, quod terminos antiquos transgredi non dubitemus. Iam uero quòd nos ad consuetudinem uocant, nihil efficiunt. Iniustissime enim nobiscum ageretur: si consuetudini cedendum esset. Equidem si recta essent hominum iudicia, consuetudo à bonis petenda erat. Verum longe aliter sæpiuscule agi contingit. Quod enim à multis fieri conspectum est, consuetudinis ius obtinuit. Atqui uix unquam tam bene habuerunt res humanæ, ut pluribus placerent meliora. Ergo ex priuatis malorum uitijs publicus error plerumque factus est, uel potius communis uitiorum consensus: quem nunc boni isti viri pro lege esse uolunt. Vident qui oculos habent, non unum mare malorum inundasse, multas sonticas pestes inuasisse orbem, omnia in præceps ruere, ut aut prorsus res humanæ deplorandæ sint, aut tantis malis iniȝcienda manus, uel potius uis afferenda. Et abigitur remedium, non alia ratione, nisi quia iam pridem malis assueuimus. Sed locum sane habeat in hominum societate publicus error: regno tamen Dei sola eius æterna ueritas audienda & spectanda est, cui nulla annorum serie, nulla consuetudine, nulla coniu-

Decre. dist. 8. ca. fi. ex. de consue. Iesaiæ. 8. ratione præscribi potest. Sic quondam electos Dei docebat Iesaias. ne dicerent, conspiratio, ad omnia, in quibus populus dicebat conspiratio, hoc est, ne in populi conspirationem & consensum unà ipsi conspirarent, neue timorem eius timerent, ac formidarent: sed potius, ut Dominum exercituum sanctificarent, & ipse esset timor eorum & pauor eorum. Nunc itaque, ut uolent, & præterita sæcula & præsentia exempla nobis obiectent.

obiectent. Si Dominum exercituum sanctificauerimus, non ualde terre-
bimur. Siue enim in similem impietatem multa sæcula consenserint, for-
tis est qui ultionem in tertiam & quartam generationem faciat: siue to-
tus simul orbis in eandem nequitiam conspiret, experimento docuit, quis
sit eorum exitus, qui cum multitudine delinquunt: cum uniuersum ho-
minum genus diluuio perdidit, seruato Noah cum modica familia, qui *Gene. 7. Hebræ. 12*
per suam unius fidem totum orbem condemnaret. Denicq; praua consue-
tudo non secus ac publica quædam est pestis, in qua non minus pereunt,
qui in turba cadunt. Adhęc expendere decebat, quod alicubi dicit Cypria- *Epist. 3. li. 2. & in Epistol. ad Iulianum de hæret. baptizand.*
nus: eos qui ignoratione peccant, etsi non possint omni se culpa exime-
re, uideri tamen posse quoquo modo excusabiles: oblatam autem Dei
beneficio ueritatem qui pertinaciter respuunt, nihil habere quod obten-
dant. Dilemmate suo non adeo uehementer nos premunt, ut fateri adi-
gant, uel Ecclesiam fuisse aliquamdiu inter mortuam, uel nunc cum Ec-
clesia nobis litem esse. Vixit sane Christi Ecclesia, & uiuet, quamdiu
Christus regnabit ad dexteram Patris, cuius manu sustinetur, cuius præ-
sidio armatur, cuius uirtute roboratur. Præstabit enim ille indubie quod
semel recepit, se affuturum suis usque ad consumationem sæculi. Aduer-
sus eam nulla nunc nobis pugna est. Siquidem Deum unum & Chri- *Matth. ult.*
stum Dominum uno consensu cum omni fidelium populo colimus &
adoramus, qualiter semper ab omnibus pijs adoratus est. Sed non parum
à uero ipsi aberrant, dum Ecclesiam non agnoscunt, nisi quam præsenti
oculo cernant: & eam ijs finibus circumscribere conantur, quibus mini-
me inclusa est. In his cardinibus controuersia nostra uertitur. Primum
quod Ecclesiæ formam semper apparere & spectabilem esse contendunt,
deinde quod formam ipsam in sede Romanæ Ecclesiæ, & præsulum suo-
rum ordine constituunt. Nos contra asserimus, & Ecclesiam nulla appa-
rente forma constare posse, nec formam externo illo splendore, quem
stulte admirantur: sed longe alia nota contineri, nempe pura uerbi Dei
prædicatione, & legitima sacramentorum administratione. Fremunt,
nisi Ecclesia digito semper ostendatur. Sed quàm sæpe in populo Iu-
dæorum sic deformari contigit, ut nulla species emineret? Quam pu-
tamus formam resplenduisse, cum Helias solum se relictum deploraret? *3. Reg. 19*
Quamdiu ab aduentu Christi deformis latuit? Quoties ab eo tempo-
re bellis, seditionibus, hæresibus, sic oppressa est, ut nulla parte fulge-
ret? An si eo tempore uixissent, credidissent ullam esse Ecclesiam? sed
audiuit Helias, salua esse septem milia virorum, qui non curuauerant
genu ante Baal. Nec dubium nobis esse debet, quin semper in terris
regnauerit Christus, ex quo cœlum ascendit. Notabilem aliquam
formam si tum pij oculis requisissent: nonne protinus concidissent ani-
mis? Et sane id iam summi uitij loco in suo sæculo ducebat Hilari-
us, quod stulta Episcopalis dignitatis admiratione occupati, latentem
sub ea larua, exitialem lernam non animaduerterent. Sic enim loqui- *Contra Auxentiũ*
tur. Vnum moneo. cauete Antichristum, male enim uos parietum
amor cœpit, male Ecclesiam Dei in tectis ædificijsque ueneramini,

male

male ſub iſs pacis nomen ingeritis. An ne ambiguum eſt, in iſs Antichriſtum eſſe ſeſſurum? Montes mihi & ſiluę & lacus & carceres et uoragines ſunt tutiores. in iſs enim Prophetæ aut manentes aut demerſi prophetabant. Quid autem hodie in cornutis ſuis Epiſcopis mundus ueneratur? niſi quoniã ſanctos eſſe religionis præſules autumat, quos celebribus uribus uidet præſidere. Apageſis ergo tam ſtupidam ęſtimationem. Quin potius permittamus hoc Domino, ut quando ipſe ſolus nouit q ſui ſint, interdum etiam Eccleſiæ ſuæ exteriorem noticiam ab hominum aſpectu
2. Timo. 2. auferat. Eſt, fateor, horribilis illa Dei uindicta ſuper terram. Sed ſi ita meretur hominum impietas: cur diuinæ iuſtitiæ obſiſtere nitimur? Sic anteactis ſæculis Dominus hominum ingratitudinem ultus eſt. nam quia ueritati ſuæ obedire noluerant, & lucem ſuam extinxerant: eos excæcato ſenſu, & abſurdis mendaciſs ludi, & altis tenebris immergi paſſus eſt, ut nulla ueræ Eccleſiæ facies extaret. Interim tamen ſuos & diſperſos & deliteſcentes in mediſs erroribus & tenebris ab exitio ſeruauit. Nec mirum. didicit enim ſeruare & in ipſa confuſione Babylonis, & flamma fornacis ardentis. Quòd autem formam Eccleſiæ neſcio qua uana pompa cenſeri uolunt, id quàm periculoſum ſit paucis indicabo magis quàm enarrabo, ne orationem in immenſum extraham. Pontifex, inquiunt, qui ſedem Apoſtolicam tenet, & qui ab eo in Antiſtites ſunt inuncti & conſecrati, ineſſulis modo & lituis inſigniti ſint. Eccleſiam repræſentant: & pro Eccleſia
Exod. 32. haberi debent. Ideo nec errare poſſunt. Qui ſic? Quia paſtores ſunt Eccleſiæ, & conſecrati Domino. Et Aaron, cæteriq; præfecti Iſrael nonne paſtores erant? Aaron uero & filij eius iam ſacerdotes deſignati? erraue-
runt tamen, cum uitulum fabricauerunt. Cui ſecundum hanc rationem Eccleſiam non repræſentaſſent quadringenti illi Prophetæ q Ahab men
3. Reg. 22. tiebantur? At Eccleſia ſtabat à partibus Micha, ſolius quidẽ & contem-
Ierem. 18. ptibilis, ſed ex cuius ore uerum egrediebatur. Nonne & nomen & faciem Eccleſiæ præſeferebant Prophetæ, cum uno impetu aduerſus Ieremiam inſurgerent? & minaces iactarent fieri non poſſe, ut periret lex à ſacerdote, conſilium à ſapiente, verbum à Propheta? Aduerſus tantam prophetarum nationem ſolus Ieremias mittitur, qui à Domino denunciet fore,
Ieremi. 4. ut lex pereat à ſacerdote, conſilium à ſapiente, verbũ à Propheta. Nonne
Ioan. 11. talis ſplendor refulgebat in eo conſilio quod Pontifices Scribæ & Phariſæi collegerunt, conſilia de interficiendo Chriſto captaturi? Eant nunc, & in externa larua hæreant, ut Chriſtum & omnes Dei Prophetas faciant ſciſmaticos: Sathanæ rurſum miniſtros faciant Spiritus ſancti organa. Quod ſi ex animo loquuntur, reſpondeant mihi bona fide, ubi nam gentium ac locorum Eccleſiam reſidere exiſtiment, ex quo Baſilienſis cõcilij decreto deiectus & abdicatus eſt Pontificatu Eugenius, ſubrogato in eius locum Amedæo? Negare, uel ſi rumpantur, nequeunt, conciliũ, quantum ad externos ritus attinet, fuiſſe legitimum, nec ab uno tantum Pontifice, ſed à duobus indictum. damnatus eſt illic Eugenius ſciſmatis, rebellionis, pertinaciæ, cum toto Cardinalium & Epiſcoporum grege, qui cum eo concilij diſſolutionem admoliti erant. poſtea tamen

principum

principum fauore ſubleuatus, ſaluum pontificatum recepit. Illa Amedæi electio, generalis & ſacroſanctæ Synodi authoritate rite peracta, in fumū abijt: niſi quod ipſe Galero Cardinalitio, ceu canis latrans, iniecta offa, placatus eſt. Ex illorum hæreticorum rebellium pertinaciū gremio prodijt quidquid poſtea Paparum, Cardinalium, Epiſcoporum, Abbatum, presbyterorum fuit. Hic deprehenſi hæreant neceſſe eſt. Vtram enim in partē Eccleſiæ nomen conferent? Negabunt ne concilium genarale fuiſſe, cui nihil ad exteriorem maieſtatem deerat? nempe quod duobus diplomatibus ſolenniter indictum, præſidente Romanæ ſedis legato conſecratum, rerum omnium ordine bene compoſitum, eadem ſemper dignitate ad extremum perſeuerauit. fatebuntur ſchiſmaticum Eugenium cum tota ſua cohorte, à qua omnes ſanctificati ſunt? Aut igitur Eccleſiæ formam aliter definiant, aut quotquot ſunt, habebuntur à nobis ſchiſmatici, qui ſcientes, uolentes, ab hæreticis ordinati ſunt. Quod ſi nunquàm antea compertum fuiſſet externis pompis non alligari Eccleſiam: ipſi prolixo documento nobis eſſe poſſunt, q ſub ſpecioſo illo Eccleſię titulo tamdiu ſe orbi ſupercilioſe uenditarūt, cum tñ eſſent exitiales Eccleſię peſtes. De moribus nō loquor, & tragicis illis facinoribus, quibus ſcatet tota eorū uita: quando phariſęos ſe eſſe aiunt, q ſint audiendi nō imitandi. ipſam, ipſam doctrinā, cui id deberi aiunt, q̄d ſunt Eccleſia, exitialē animarum carnifici nā, facem, ruinā, & excidiū Eccleſię eſſe nō obſcure cognoſces, ſi legendis noſtris aliquantū ociį tui decidas. Poſtremo nō ſatis cādide faciunt, cū in uidioſe cōmemorant, quātas turbas, tumultus, cōtentiones, ſecū traxerit noſtræ doctrinę prędicatio, & q̄s nunc in multis fructus ferat. Nam horū malorū culpa indigne in ipſam deriuat, quę in Sathanæ malitiā torqueri debuerat. Eſt hic diuini verbi quidam quaſi genius, ut nunq̄ emergat, quieto ac dormiente Sathana. hęc certiſsima & in primis fidelis nota, qua diſcernitur à mendacibus doctrinis: quę ſe facile produt, dum æquis oīm auribus recipiūtur, & à mundo plaudente audiuntur. ſic ſæculis aliquot, quibus profundis tenebris ſubmerſa fuerunt, omnia iſti mundi Domino homines, ludus erant ac iocus: nec ſecus ac Sardanapalus puto aliquis in alta pace deſidebat ac deliciabatur. Quid enim aliud quam riſiſſet ac luſiſſet, tranquilla ac pacifica regni poſſeſsione? At uero ubi lux è ſupernis affulgens tenebras eius aliquantum diſcuſsit, ubi fortior ille regnum eius turbauit ac perculit, tum uero ſolitum ſuum torporem excutere cœpit, & arma corripere. Et primū quidem hominū manus concitauit, quibus illuceſcentem ueritatem uiolenter opprimeret, per quas ubi nihil profectū eſt, ad inſidias ſe conuertit: diſsidia & dogmatum contentiones, per catabaptiſtas ſuos, & alia nebulonum portenta excitauit, quibus eam obſcuraret, & tandē extingueret. Et nunc utraq̄ machina ipſam tentare perſeuerat, ſiquidem & uerū illud ſemen ui ac manu hominum euellere conatur, & ſuis zizanijs (quantū in ſe eſt) nititur occæcare: ne creſcat, & fructū reddat. Id tamē ipſum fruſtra, ſi monitorem Dominū audimus, qui & eius artes multo ante nobis aperuit, ne incautos deprehenderet: & contra omnes eius machinas, ſatis firmis præſidijs armauit. Cęterū in ipſum Dei

verbum inuidiam conferre,aut seditionum, quas improbi & rebelles,aut sectarum,quas impostores contra excitant,quanta est malignitas? Nouũ tamen exemplum non est.Interrogabatur Helias, an non is esset qui turbabat Israel? Christus seditiosus Iudæis erat. Apostolis crimen impingebatur commotionis popularis. Quid aliud agunt, qui hodie omnes turbas,tumultus,contentiones,quæ in nos ebulliunt,nobis imputant? Talibus autem quid respondendũ sit,docuit nos Helias, nos non esse qui uel errores spargimus,uel tumultus cõmouemus:sed eos ipsos qui Dei uirtuti obluctantur. Verum ut illud unum ad retundendam eorum temeritatem satis est:ita rursum aliorum imbecillitati occurrendum,quos talibus offendiculis commoueri,ac perturbatos uacillare,non raro contingit. Ii uero ne hac perturbatione labascant,ac de gradu deijciantur, sciãt eadem expertos esse suo sæculo Apostolos,quæ nunc usu nobis ueniunt. Erant indocti & instabiles,qui ad suam ipsorum perniciem deprauarent,quæ à Paulo diuinitus scripta erant,ut ait Petrus.Erant Dei contemptores,qui cum audiebant abundasse peccatum, ut gratia exundaret, statim ingerebant, manebimus in peccato,ut gratia abundet. Cum audiebant fideles non esse sub lege,protinus occinebant, peccabimus, quia non sumus sub lege,sed sub gratia.Erant qui illum mali suasorem arguebant. Subintrabant multi pseudoapostoli, qui diruerent Ecclesias, quas ipse ædificauerat. Quidam per inuidiam & contentionem, nec syncere, Euangelium,prædicabant,malitiose etiam cogitantes,se pressuram suscitare uinculis eius.Alicubi nõ multis erat Euangelij profectus. Omnes quę sua erãt, quærebant:non quæ Iesu Christi.Alij retrorsum abibant, canes ad uomitum & sues ad uolutabrum luti. Plericę libertatem spiritus rapiebant ad licentiam carnis, insinuabant sese multi fratres, à quibus deinde pijs imminebant pericula.inter ipsos fratres uariæ concertationes suscitabantur. Quid hic Apostolis agendum erat? An non uel ad tempus dissimulandum,uel potius omittendum illud Euangelium ac deserendũ erat? quod tot litium uidebant esse seminarium,tot periculorum materiam,tot scandalorum occasionem.At in huiusmodi angustijs succurrebat, Christum esse lapidem offensionis, & petram scandali, positum in ruinam & resurrectionem multorum, & in signum cui contradiceretur. qua fiducia armati, per omnia tumultuum offensionumę discrimina audacter progrediebantur.Eadem & nos cogitatione sustentari decet, quando hunc perpetuũ Euangelij genium esse testatur Paulus, ut sit odor mortis in mortem ijs qui pereunt, tametsi in hunc potius usum uobis destinatum erat, ut odor esset uitæ in uitã,ac potentia Dei in salutem fideliũ.Quod ipsum nos quoque certe experiremur,nisi uestra ingratitudine corrumperemus hoc tam singulare Dei beneficium,ac in exitium nostrum uerteremus q̃d nobis unicum salutis præsidium esse debuerat. Sed ad te reuertor, o Magnanime Rex.nihil te moueant uanę illę delationes,quibus terrorẽ tibi incutere nituntur nostri aduersarij: nõ aliud hoc nouo Euangelio, sic enim appellant,captari ac quæri,nisi seditionũ opportunitatẽ ac uiciorũ omnium impunitatẽ.Necę enim diuisionis Deus author est,sed pacis:et Filius

Dei

Dei non peccati miniſter eſt, qui uenit ad diſſoluenda opera diaboli. Et nos talium cupiditatum immerito accuſamur, quarum ne minimam qui dem ſuſpicionem unquàm dedimus. Scilicet nos regnorum inuerſionem meditamur? quorum nulla unquam factioſa uox audita eſt, & uita ſemper quieta ſimplexquæ cognita fuit, cum ſub te uiueremus: & qui nunc etiam domo profugi, tibi tamen regnoq; tuo fauſta omnia precari nō desinimus. Scilicet nos impunitam uitiorum petulantiam aucupamur, quorum in moribus ut ſi multa reprehendi poſſunt, nihil tamen tanta inſultatione dignū. Nec tam infœliciter (gratia Dei) in Euangelio profecimus, quin iſtis obtrectatoribus uita noſtra, caſtitatis, benignitatis, miſericordiæ, continentiæ, patientiæ, modeſtiæ, & uirtutis cuiuſuis exemplum eſſe poſsit. Nos ſane Deum ſyncere timere & colere reipſa teſtatur, quando tū uita, tum morte noſtra nomen eius ſanctificari petimus. Et ipſa inuidia coacta eſt quibuſdam noſtrum innocentiæ & ciuilis integritatis teſtimoniū dare: in quibus id unum morte plectebatur, quod ſingulari in laude ponendum erat. Quod ſi qui ſub prætextu Euangelij tumultuantur (quales hactenus aliquos in regno tuo fuiſſe non compertum eſt) ſi qui uitiorum ſuorum licentiæ, libertatem gratiæ Dei prætexunt (quales permultos noui) ſunt leges & legum pœnæ, quibus pro meritis grauiter coerceantur, modo ne interim Euangelium Dei ob ſceleſtorum hominum nequitiam male audiat. Habes Rex magnificentiſsime ſatis multis expoſitam calumniatorum uirulentam iniquitatem, ne in eorum delationes ultra modum credula aure propendeas. uereor etiā ne nimis multis. Quando hæc iam præfatio ad iuſtæ penè apologię modum accedit, qua nō defenſionem texere, ſed duntaxat ad ipſam cauſſę actionem audiendam, animum tuum permollire ſtudui, auerſum quidem nunc & alienatum à nobis: addo etiam inflammatum: ſed cuius gratiam recolligere nos poſſe confidimus, ſi hanc noſtram confeſsionem, quam pro defenſione apud tuam maieſtatem eſſe uolumus, placidus, compoſituſq; ſemel legeris. Sin uero ita aures tuas occupant maleuolorum ſuſurri, ut nullus ſit reis pro ſe dicendi locus: importunæ uero illæ furię, te conniuente, ſemper uinculis, flagris, equuleis, ſectionibus, incendijs ſæuiunt: nos quidem, uelut oues mactationi deſtinatæ, ad extrema quæque redigemur: ſic tamen ut in patientia noſtra poſsideamus animas noſtras, & manum Domini fortem expectemus, quæ indubie tempore aderit, & ſeſe armata exeret, tum ad pauperes ex afflictione eruendos, tū etiā ad uindicādos, qui tanta ſecuritate nūc exultant, contemptores. Dñs Rex Regū, thronum tuū iuſtitia ſtabiliat, & ſolium tuum æquitate, fortiſsime ac illuſtriſsime Rex. Baſileæ Calen. Auguſti.

1. Corin. 14
Galat. 4.
1. Ioan. 3.

ANNO 1536.

SVMMA EORVM QVAE IN HOC opere continentur.

De cognitione Dei cap. 1. fol. 1
De authoritate sacræ scripturæ cap. 1. fol. 9
De cognitione hominis cap. 2. fol. 15
De imagine Dei cap. 2. fol. 16
De peccato originali cap. 2. fol. 17
De naturali hominis corruptione cap. 2. fol. 20
De libero arbitrio & eius impotentia cap. 2. fol. 22
De gratia regenerationis & auxilio Spiritus sancti cap. 2. fol. 36
De lege, ipsius officio & usu cap. 3. fol. 56. fol. 89
De decalogi explicatione cap. 3. fol. 61
De uero cultu Dei cap. 3. fol. 63
De imaginibus cap. 3. fol. 64
De iuramento cap. 3. fol. 69
De feriis cap. 3. fol. 72
De coniugio & cœlibatu sacerdotum cap. 3. fol. 77. cap. 4. fol. 102
De Votis cap. 4. fol. 94
De Monachatu cap. 4. fol. 97
De Fide cap. 5. fol. 104
De explicatione symboli Apostolici cap. 6. fol. 119
De Trinitate cap. 6. fol. 121
De diuinitate Christi cap. 6. fol. 121.
De creatione cœli & terræ cap. 6. fol. 30. fol. 137
De Angelis cap. 6. fol. 131
De diabolis cap. 6. fol. 134
De nomine Iesu & Christi cap. 7. fol. 141
De incarnatione & humanitate Christi cap. 7. fol. 144
De mysterio toto redemptionis cap. 7. fol. 148
De descensu Christi ad inferos cap. 7. fol. 150
De communicatione Idiomatum cap. 7. fol. 145
De Spiritu sancto & illius officijs cap. 7. fol. 155
De Ecclesia & illius symbolis cap. 8. fol. 156
De communione Ecclesiæ non uitanda cap. 8. fol. 160
De Hæreticis & schismaticis cap. 8. fol. 165
De gubernatione & ordine Ecclesiæ cap. 8. fol. 168
De primatu Papæ cap. 8. fol. 189
De potestate & iurisdictione Ecclesiæ cap. 8. fol. 209. & fol. 222
De disciplina, clauibus, correctione ac excommunicatione Ecclesiæ cap. 8. fol. (190. & fol. 222. & fol. 228. cap. 9. fol. 260
De Ieiunio cap. 8. fol. 238
De remissione peccatorum cap. 8. fol. 237. & cap. 9. fol. 264
De peccato in Spiritum sanctum cap. 8. fol. 240
De resurrectione ultima cap. 8. fol. 242
De pœnitentia, & eius partibus ac fructibus cap. 9. fol. 245
De confessione triplici cap. 9. fol. 252
De indulgentijs cap. 9. fol. 261
De satisfactione cap. 9. fol. 263
De flagellis Dei piorum & impiorum cap. 9. fol. 267
De purgatorio cap. 9. fol. 271
De iustificatione fidei cap. 10. fol. 274
De quatuor hominum gradibus cap. 10. fol. 285
De operibus supererogationis cap. 10. fol. 291

De gloria

De gloriatione sanctorum in sua iustitia cap. 10. fol. 292. & fol. 306
De meritis operum cap. 10. fol. 294.
De mercede operum cap. 10. fol. 308
De similitudine ac differentia ueteris & Noui testamenti cap. 11. fol. 314
De libertate Christiana & eius usu ac abusu cap. 12. fol. 331
De scandalo cap. 12. fol. 335
De traditionibus humanis cap. 13. fol. 337
De prædestinatione & prouidentia Dei cap. 14. fol. 350
De oratione cap. 15. fol. 375
De sanctorum intercessione cap. 15. fol. 380
De cantu Ecclesiastico cap. 15. fol. 386
De expositione orationis dominicæ cap. 15. fol. 388
De Sacramentis cap. 16. fol. 397
De Baptismo cap. 17. fol. 409
De pædobaptismo cap. 17. fol. 415
De Cœna Domini cap. 18. fol. 429
De missa papistica cap. 18. fol. 448
De sacerdotio & sacrificijs Christianorum cap. 18. fol. 452
De confirmatione cap. 19. f. 459
De impositione manuum cap. 19. fol. 460
De pœnitentia cap. 19. fol. 463
De ultima unctione cap. 19. fol. 465
De ordine Ecclesiastico cap. 19. fol. 467
De Matrimonio cap. 19. fol. 472
De politica administratione seu magistratu ciuili cap. 20. fol. 473
De bellis cap. 20. fol. 478
De legibus cap. 20. fol. 479
De iudicijs forensibus cap. 20. fol. 481
De obedientia plebis erga magistratus quoslibet cap. 20. fol. 483
De uita hominis Christiani cap. 21. fol. 488
De amore iustitiæ discendo cap. 21. fol. 488
De charitate proximi cap. 21. fol. 491
De abnegatione nostri cap. 21. fol. 491
De patientia cap. 21. fol. 494
De cruce & adflictionibus cap. 21. fol. 495
De contemptu præsentis uitæ cap. 21. fol. 500
De desyderio uitæ futuræ cap. 21. fol. 502
De usu legitimo bonorum terrestrium cap. 21. fol. 503
De uocatione sua diligenter cuique inspicienda cap. 21. fol. 505

Hæc omnia, perspicuè ac solidè in hisce institutionibus tractantur, & quicquid aduersarij contra obijciunt, ita confutatur, ut cuiuis pio lectori ita satisfiat, ut posthac nihil huiusmodi sophistarum fucos sit curaturus.

INDEX INSIGNIVM LOCORVM QVI HOC OPERE tractantur.

A

Angeli manus Dei 134
Angeli Christi intercessione nostri ministri sunt 134
Angeli non adorandi, nec inuocandi 133. 134
Arma contra Sathanam 134
Astra non timenda, sed Deus 159
Angelorum caput Christus 143
Ascensio Christi in cœlum regni illius auspicium 152
Ascensio Christi nobis trifarium prodest 153
Aduentus Christi ad iudicium gloriosus 154
Anabaptistæ, Cathari & Donatistæ similes in superbia suæ iustitiæ 160 233
Anabaptistarū discessio ex superbia est 161. 233
Apostoli qui & illorum officium 169
Apostoli, Prophetæ, Euangelistæ extraordinarij sunt ministri 169
Acolithi qui 174. 468
Archiepiscopi qui 175
Archidiaconi qui 176. 177
An Papa sit caput Ecclesiæ, & Vicarius Christi 189
Aphricana Ecclesia damnat hunc titulum, primus Episcopus, uel princeps Episcoporū 197
Aphricanæ Ecclesiæ semper reiecerunt imperium Papæ 200
Autoritas sacri ministerij 210
Apostolicæ & prophecticæ doctrinæ limites ac modus 211. 212
Arma spiritualia ministrorum Ecclesiæ quę 212
Apostoli quid ab alijs Ecclesiæ ministris differant 212
Apostolica scripta plene religionem ueram tradunt 215
Admonitio priuata summe necessaria 229
Anathema quid 232
Antropopathiæ cur deo in scripturis tribuantur 324
Articulus remissionis peccatorum trium nos admonet 238
Anabaptistæ somniant hominibus plenam regenerationem hic impartiri 238
Anabaptistarum pœnitentia delyra 246
Absolutiōis publicæ & priuatæ utilitas 257
Afflictiones sanctorum Christi sunt 263
Aduersa cur electis & pijs Deus immittat, & in eis hærere sinat 269. 273. 500
Absolutiones peccatorum in scripturis omnes gratuitæ describuntur, siue impositione pœnę satisfactoriæ 269
Admiratio sui quo pacto deijcienda 280. 282
Arrogantiæ origo 283
Alieni a uera religione, nulla uera uirtute præditi sunt 286
Acceptans gratiam Dei quid 275. 290
Acceptio hominis apud Deum duplex est 301
Anabaptistæ populum ueterem faciunt prorsus carnalem, sed insaniunt 314. 323
Argumentum & status Epistolæ Pauli ad Galatas 331
Augustini querela de multitudine cæremoniarum 341
Apostoli Ecclesiam nullis obseruationibus aut cæremonijs onerarunt 344
Aqua lustralis contaminatio baptismi 344
Apostolorum decretum ad gentes de nō edendis idolothytis, sanguine & cęt. exponitur 345
Augustinus fere solus inter Ecclesiasticos scriptores recte de prędestinatione docuit. 354
Aduersitas omnis & calamitas Dei maledictio est uel castigatio 368. 372
Aduersa Dei prouidentia nobis accidunt 371
Agenda omnia in nomine domini 384
Alienum & nostrum quid 392
Amen quid 394
Aquę & sanguinis, quæ è latere Christi fluxerunt, mysterium 406
Anabaptismus catabaptistarū confutatur 414
Abrahami fœdus ad Christianos spectat 417
Abrahæ filij duplices 420
Abrahæ filij fideles & Iudæi & gentes 420. 421
Abrahæ promissio spiritualis, etiam ad carnalis illius posteros pertinuit 421
Anabaptistarum argumenta contra pædobaptismum ordine diluuntur 419
Adulti non sunt baptizandi, nisi pœnitentiam & fidem antea testentur 425
Absolutio bifariam accipitur 464
Anabaptistę imaginantur Ecclesiā & Christianos quę non potest esse in terris 474
Aequitas ex lege morali discitur 480
æquanimitas & patiētia unde discantur 494
actiones caussarum quando piæ, quando impiæ 481
accusare quomodo pie coram iudicio liceat in omnis generis casibus 482
amor iustitiæ quomodo inseratur animis hominum 488
abnegatio nostri quid, & quot partes habeat et utilitates ad uirtutes ueras 491. 492. 494
auræ popularis captatores odit Deus 491
aduersa pius non depellit nisi per Domini, & iuxta illius uoluntatem 494
aduersa pios non ad murmura, sed gratiarum actionē & tolerātiā excitēt & utilia 495. 500
aduersa malos exacerbant, pios mitigant 492
aduersa non miseriæ, sed fœlicitates sunt accedente Dei fauore 498
Αωαθειαν stoicam Christus uerbis & exemplis damnat 498
alimenta Deus & necessitati & oblectationi creauit non libidini 504
abusus temporalium bonorum quomodo cohibeatur 504
amor sui omnibus hominib. innatus est 1. 15. 491
amor sui ad extremū exitiū trahit homines 15. 491
artium liberalium utilitas 5. 28
autoritas & utilitas scripturæ 9. 12

adam quomodo ad imaginē Dei conditus sit 16
adæ & Christi collatio 17
adam & se & posteros suos perdidit 18
animæ humanæ facultates & uires 20. 42
appetitus quid 21
affectuum impetus 21
augustini de libero arbitrio sententia summatim recensetur 24
animalis homo quid 29
animalis homo non intelligit spiritualia 29. 113
appetitus duplex 32
animæ hominis naturalis dotes 35
autor boni operis in solidum est Deus 37
authoritas D. augustini 37
augmentum gratiæ est ex Dei dono, nō nostro merito 39
animalis homo quid 41
augustinus antiquæ Ecclesiæ sententias omnes diligentur collegit 41
ἀνεξίς cupiditates naturales impuras facit 42
augustini sententiæ de reliquijs peccati in renatis 42
anabaptistarum insana & impia opinio de regeneratione spirituali, de statu innocentiæ, de discrimine boni & mali sublato per spirtū 43
anabaptistarum spiritus est turbulentum phantasma 43
actio Sathanæ in reprobis qualis 44
actio Dei duplex 44
an Deus autor sit mali? 44. 45
aduersis docet nos Deus agnoscere ἀδυναμίαν nostram 53
allegoriæ quatenus extendendæ sint 55
authoritas legis stabilitur 61
alieni Dei prohibiti 62
adoratio Dei quid 63
adoratio quorumuis simulachrorum est sacrilega 64
an imagines in templis tolerandæ 67
adulterium spirituale quid 68
anabaptistarū error de iuramento confutatur 71
anabaptistæ Christum Patri contrarium faciunt 71
animas proximorum summo studio lucrari debemus 77
auxilium Dei adest illius uocationem sequentibus 77. 102
apostoli habuerunt uxores 79
ambrosius libidinosum maritum uocat adulterum 80
auari & prodigi fures sunt 81
argumenta defendentium cœlibatum confutantur 78
animæ puritas perfecta requiritur, ab omnibus malis phantasijs 84. 87
approbatio pietatis sumitur ex dilectione proximi 85
amor sui ipsius nusquā m precipitur 85
amici et consanguinei cum primis diligendi, sed non soli 86
arrogantia & superbia humana lege Dei comprimitur 89
abrogatio legis quatenus se extendat 93
arausicani concilij pium de uotis decretum 95
aduersis fides tentatur 108
aduersa non semper sunt signa iræ Dei, sicut nec prospera gratiæ 114
apostolicum symbolum paucis totam salutis nostræ œconomiam exponit 119
apostolici symboli authoritas 119
apostolici symboli historia quomodo considerāda 120
apostolici symboli partes quatuor 120
anthropomorphitarum error 121
argutiæ Christi æternitatem negantium confutantur 121
arrij error de Christo 126. 128
angeli Dei creaturæ sunt 130
angelorum nomina & officia 131
angeli hominum custodes 132
angeli sunt spiritus naturę subsistentis 133
angeli à Christo, ut nos, omnia bona habent 133
angelorum ministerio cur Deus utatur 133

B

Bonitas Dei condidit omnia 6
Bonitas, æternitas, sapientia & potentia Dei ex rebus conditis apparent 5. 6. 138
Bonum duplex 32
Boni operis duæ partes 38
Bona opera Deus in nobis quomodo incipit & perficit 38. 40
Baptismus peccati reatū tollit, non materiā 41
Bonorum operum merces Dei donum est 39. 47
Beneuolentia & ira Dei quomodo indicētur 50
Bona opera, nostra sunt, ex Dei gratia 53
Bona opera quomodo Deus & nos agere dicamur 53
Beneficia sua cur Deus commemoret 62
Benefi. piorū temporalia signa futurę glorię 69
Benedictio piorū redūdat in posteros quoq; 69
Bona temporalia cuicq; Deus distribuit 81
Beneficij debiti denegatio furtum est 81
Bernardi sententia de societate Christi & fidelium 111
Beneuolentia Dei salutis nostræ caussa 112. 147
Beneficia Dei impij non agnoscunt, sed utuntur, & pecudes 113
Balbutit nobiscum Deus uerbo se nobis explicans 121
Baptismus testimonio est unum esse Deum 125
Bonitas & ira Dei cognoscitur ex rerum gubernatione 140
Beneuolentia Dei erga nos tantum in Christo, ira illius extra Christum agnoscitur 148
Breue compendium bonorum quæ in Christo habemus 154
Baptismus quid 158. 237. 253. 406. 408. 428. 455
Bonorum Ecclesiæ usus & dispensatio 176
Beneficiorum Symonia in papatu 183
Bernardi querela de Romanæ curię malicia 203
Blasphemia in spiritum sanctum quid 241. 272
Baptismi effectus iuxta scholasticos 264
Bona opera precium, dignitatem & mercedem habent ex Dei gratia & approbatione, nō à propria dignitate 278. 295
Bona opera Deo propter obedientiā placēt 278
Bona opera quando & quomodo fidem nostrā confirment 293
Bona opera testimonia regnantis in nobis Dei 293. 308
Bona opera quomodo, ut caussa uitę æternę proponantur 293. 294. 307. 308

Bona opera Deo placent & tamen nihil merentur 295. 307
Bona opera quare remuneret Deus etiam uita æterna 295. 296
Benedictiones & promissiões legis nemo consequitur operibus, sed sola fide 301
Benedictiones legis pijs ob tres caussas contingunt 301
Bona opera quo sensu dicantur iustitia 303. 304
Bona opera quomodo in iustitiã imputãtur 304
Bonis operibus, non ut caussis, sed ut effectibus fidei tribuitur iustitia 304
Beatitudo fidei omnibus alijs beatitudinibus locum facit, & includit 305
Beatitudinem æternam fide accipimus, per opera ad illam contendimus 309
Beatitudo æterna cur merces dicatur 310
Bona uita uia ad cœlum 310
Bona opera qui fiant iusta & premio digna 310
Beneficia & promissa Dei omnia, omni tempore sunt mera dona bonitatis illius 314
Beata uita in terris nulla 318
Beneficia temporalia typus æternorum 325
Baptismata & purificationes Iudæorum erant sacramenta Christi 405
Baptismi & circumcisionis collatio 406
Baptisma cur institutum 408. 412. 415. 428. (429. 461
Baptismus fidei nostræ tria offert 408. 415
Baptisma per omnem uitam nobis prodest 408
Baptismus inserit morti & resurrectioni Christi 410
Baptismus Christo penitus incorporat 410
Baptismi complementum & proprium obiectũ Christus 410
Baptizari in nomine Christi quid 410. 412
Baptizari in pœnitentiam & remissionem peccatorum quid 410
Baptizatus cur sit Christus 410. 428
Baptizari in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti quid 410
Baptismus & doctrina Ioannis & apostolorum eadem 410
Baptismus Ioannis & apostolorum in quo differant 411
baptismum Ioannis ab apostolorum male distinxerunt ueteres 411
baptizare se aqua, Christum spiritu & igni, q̃ sensu Ioannes dicat 411
baptismus in exitu Israel ex ægypto figur. 411
baptismus tollit peccatum originale quo ad reatum & damnationem 412
baptismus cuius nota sit confessiõis apud homines 412. 413
baptizati debent posthac ut regenerati non amplius seruire peccato 412
baptismate quid nobis Deus conferat 413
baptisma accipiendum ut è manu Dei 413
baptismus sine fide acceptus damnat 413
baptismi substantia, uis & finis unde perdiscatur 415
baptismus qualis fuerit, quem acto. 19. Paulus quibusdam contulit 414
baptismus etiam pro donis Spiritus sancti per manuum impositionem datus accipitur 414
baptismus infantium prolixe defenditur 415
baptismus & circumcisio in quo conueniant, et in quo differant 415. 416. 419
baptismus competit infantibus 41.
baptismus infantium fulcitur approbatione scripturæ 413
baptismum puerorum reijciens, circumcisionem quoq; irridet 418
baptismus puerorum quid ipsis, & parentibus prosit 418
baptismum negligere est uiolatio fœderis Domini 426
baptismus infantium, cur tantopere à Sathana impetatur 428
baptismus quo pacto sit communicandus 456
baptismus est sacramentum pœnitentiæ 465
beneficia Dei non ad amorem iustitiæ, & uitam pie instituendam attrahant 489
beneficentia erga proximum quomodo excitanda 492
benefaciendum omnibus Dei exemplo 493
benefaciendum hilariter sine exprobratione, & constanter 493
bona temporalia quomodo usurpanda 503
benedictio Domini tantum piorum est 494

C

Cognitio Dei uera quæ sit 1. 3. 4. 7. 13 282
Cognitio sui uera quę, & quid prosit 1. 3. 15. 16. 56
Christiana sapientia est cognitio Dei & sui 1. 15
Cognitio dei ad uerã sui cognitiõem p̃ducit 1. 2.
Cognitiõis Dei ueræ effectus 3. 4. 7. (280. 284
Cognitionis Dei uerę partes tres 28 (14. 56. 284
Cognitio Dei falsa, caussa omnis prauitatis 3
Cultus Dei fictitius est ignorantia Dei 4. 31. 57
Cultus Dei uerus quis 31. 56. 57
Cœli & omnes creaturę prędicant deũ 5. 137. 138
Cognitio Dei ex creaturis sine fide, reddit homines tantũ inexcusabiles, nõ meliores 8. 28. 139
Creatura uniuersalis omnium, scripturis peculiaris electorum schola est 9. 138
Compendium totius cognitionis Dei 13
Christi & adæ collatio 17
Christi iustitia quomodo sit nostra 17
Cœlestianorum & pelagianorum error 17
Caro nostra, non Deus, est author perditionis nostræ 19. 47
Cæcitas rationis humanæ in diuinis 28. 29
Caro est totus homo non regenitus 33
Caro quid, & eius peruersitas 33. 38. 40. 285
Conuersio hominis ad Deum, tota est gratiæ Dei 36
chrysostomus reprehenditur 37. 38. 47
conuersio hominis ad Deum duo habet 37
carnis & spiritus pugna 40. 43. 108
carnis cupiditates omnes peccata sunt 42
cõcupiscentia carnis est peccatum, pœna & caussa peccati 43
conuersio Dei ad nos duplex 50
conscientia perpetuus & monitor & accusator 56. 108
christus non nouam legem tulit, sed ueterem exposuit 59
captiuitas spiritualis 62
cherubim quid significarint 64
caro imagine sibi Deum præsentem fingit 65
cultus Dei apud imagines impius 64
coniugium est Deum inter & fideles 68
christus legem Matth. 5. non laxat, aut restringit. sed ueræ exponit 71

cœtus Ecclesiastici christianis ualde necessarij 73
continentia quid 102
castitas & continentia pios decet 77
coniugij instituti causſæ 77. 78
cœlibatus non omnibus possibilis 77
cœlibatus quamobrem suscipiendus 78
cœlibatus monastici impuritas horrenda (78
coniugium sacerdotibus prohibere est impia tyrannis 78
coniugium nullam functionem impurat 79
canones ueteres de cœlibatu sacerdotum quales 80. 178
coniuges caste & sobrie, non petulanter uiuant (80
chrysostomi encomium de coniugio 80
calumnia prohibita 82
cogitatio & concupiscentia mala omnis prohibetur 83
consilium quid 83
cupiditas quid 83
cur dilectio sui proponatur pro forma diligendi proximi 85
cur christus & Apostoli dicant totam legem dilectione proximi impleri 85
consilia sophistarum explodunturr 86. 99
concupiscentia & cogitatio mala unde oriatur (84. 87
concupiscentia & cogitatio mala quelibet, peccatum damnabile per se 84. 87
cæremoniæ Iudaicę sunt magis confessio peccatorum, quam expiatio 94
chirographum in decretis apud Paulum colloſſen. 2. quid & quomodo deletum 93
cæremoniæ Iudaicæ quid significarint 94
christus nullã pietatis doctrinam, quàm Dei legem præscribit 100
cognitio Dei per fidem est omni humana intelligentia maior 106
christus nos inter & Deum pacem facit 113
charitas è fide nascitur 117
christus Patrem alias inuisibilem nobis manifeste declarat 119
christus cur lux mundi, uia, ostium, splendor, & imago Patris dicatur 119
christi cognitio uera quæ 119
cognitio salutis in quatuor rebus sita 120
Christi diuinitas probatur ex scripturis 121 (122
Christo nomen humanitatis proprie competit (122
Christus Filius Dei est naturalis & unicus 122 (142
Christi diuinitas probatur ex operibus illius (124
Christi miracula qualia 124
Christus eiusdem cum Patre potentię 125
Christus quomodo sit character Patris 128
credere in Deum, seu in Deo quid 129. 156
cœli & terræ nomine quid intelligatur 130
Christus caput electorum, Sathanas reproborum 135
creatio omnium rerum quomodo consyderanda, & quid nos de Deo doceat 137
creaturæ omnes Dei uirtutes nobis ob oculos ponunt 138
creaturę omnem suam uim à Deo habent, à quo & gubernantur 138
creationem rerum quomodo consyderent pij, quomodo impij 139. 140
Christus salutis nostræ consummator unicus 141. 264
Christus cur dicatur saluator noster 141
Christi unctio quæ, qualis, & ad quid 141 (142
Christus rex & Sacerdos noster 142
Christiani reges & sacerdotes sunt 142
Christi cognomen certificat nos de Spiritus sancti communione & fructu sanctificationis 142
christus quomodo unigenitus Dei Filius? (142
christus quomodo Filius Dei secundum humanam naturam 143. 146
christus Dominus noster est, non tantum magister etiam secundum humanitatem 143
christus primogenitus cur 143. 145
christus Filius Dei & hominis 144
christus cur nobis similis factus 143
christus cognatus ac frater noster 144
christus Deus & homo redemptor & saluator noster unicus 144. 264
cur Deus homo factus 143 144
christus Adę personam & nomen induit 144
christus homo ex hominis semine progenitus (144
christus Abrahę & Dauidis Filius 144 146
christus humilitatis exemplum 145
communicatio idiomatum in scripturis necessaria 145
christi prærogatiuæ secundum utramq; naturam 146
christi personæ multa conueniunt, quæ eius naturis separatim consyderatis non conueniunt (146
christus cur à Spiritu sancto conceptus 147
christus solus sanctitatis auctor, quia sanctus & ab omni peccato purus 147
christi obedientia & mors, nostrum meritum, satisfactio & reconciliatio perpetua 147 264. 290
christus ita iustificat fideles, ut peccata eis non imputentur 148
christus cur sit iudicis sententia damnatus 149
christus cur sit crucifixus 141
christus factus est pro nobis peccatum & maledictio 149
christus quomodo Spiritu prędicauerit spiritibus in carcere 151
christus quomodo noster intercessor, aduocatus, & sponsor 147. 151. 153
christi descensus ad inferos quid 151
christus quomodo sit Ecclesiæ & absens & præsens 152
christus quomodo sedeat ad dexterã Patris 153
christus iudex uiuorum & mortuorum 154
catalogus bonorum, quæ in christo habemus (154
credo Ecclesiam, non in Ecclesiam, dicendum (156
christianis singulis demandatum est publicæ ædificationis studium 160
cœtus Papistici uitandi 166

clerici

Clerici qui 174. 177. 228
Collegia presbyterorum 174
Chorepiscopus quid 175
Clericorum disciplina & officia 177
Clerus Domini est tota Ecclesia 177
χάρτου quid 179
Consecratio ministrorum qualis apud ueteres 179
Chalcedonensis synodi decretum de ordinandis presbyteris utilissimum 182
Christus habet dominium omnium creaturarum 272
Contritio quid 282
Caussæ salutis nostræ quatuor 292. 293
Christus fundamentum salutis nostræ, hoc est, initium, medium, finis, & omnia solus 296
Christum unicum salutis fundamentum quomodo obscurarint sophistæ 296
Christus non tantum author faciendæ iustitiæ, sed ipsa nobis iustitia 296
Cruce cur sancti exerceantur 310
Crux est nota ouium domini, & signum futuræ gloriæ 311
Charitas quomodo maior fide & spe 312
Cæremoniæ legis sunt symbola & sigilla fœderis æterni 326
Cæremoniæ abrogatæ 327
Cultus Dei fictitij sunt impij 339. 340. 343 (346
Cæremoniarum Papisticarum origo & præstigiæ 340
Cathedra Mosis quid 347
Casus quid 368
Contingentia futurorum quid 369
Contingentia nulla est 370
caussæ rerum duplices 370. 372
caussa principalis omnium Deus 370
caussæ secundæ non negligendæ 372
consilia Dei sunt firma & immutabilia 374
cantus Ecclesiastici ratio 386
cœlum quomodo Deo sedes tribuatur 389
circumcisio sigillum fœderis 398
circumcisio quid 405. 416
cæremonias ueteris Testamenti umbras esse, & neminem perfectum reddere, quo sensu Paulus dixerit 406
clauium & absolutionis ministerium non à baptismo separandum 410
circumcisio Iudæis hoc fuit, quod nobis est baptismus 415. 416. 419
circumcisio cur octauo die data 422
Christus cur à prima infantia sanctificatus sit 423
caro christi uiuifica 435
carnis christi communio omnibus ad uitam æternam necessaria 435
communio fideliũ cum carne & sanguine Christi 435
corpora nostra sunt membra christi 435
corpus christi finitum est, et in cœlo habitat 437 (438
christus non est localiter in cœna 436
christus tribus modis nobis præsens est 440
christus sedet ad dexteram Patris quid 440
christus æternus sacerdos, non opus habet uicario 448
confirmatio quid fuerit apud ueteres 459 (463
confirmatio papistica impia est 460
chrismatis & olei usus in Ecclesia est merum inuentum humanum 460. 470
confirmatione quo pacto pie utendum 463
christus & Apostoli uarijs modis miracula fecerunt 465
cæremoniæ apud Iudæos dilectioni Dei seruiebant 480
constitutiones legum diuersæ esse possunt, modo eadem sit legum æquitas 480
christus nos & sanctificat, & sanctitatis est exemplum 489
christiani nomine tantum accusantur 489
christiani Deo consecrati, illi totos se offerant, abnegent ueterem Adamum 3. 490
christianus ut sanctus Domini, non sequatur suam rationem & uoluntatem: sed Dei uerbum 490
conniuendum quomodo sit ad proximi uitia (492
christianus nunquam sua quærat 491
crux cur christianis immittatur, & quomodo lenienda 495
crux christianis necessaria & maxime utilis 496
crux docet obedientiam, & explorat patientiam 497
crux domat carnis ferociam in prosperis natam (497
crucem ferens pius Dei iustitiam & æquitatem, suæque salutis curam consyderet (499
crux præsentis uitæ contemptum, futuræ meditationem docet 500
cultui ac curæ corporis dediti, animam & uirtutem negligunt 504
collatio uerorum Ecclesiæ ministrorum & papistícorum 180
claues sunt ministerium Ecclesiæ 190. 239 (271
christus caput & Monarcha est Ecclesiæ solus 193
christus regit nos per Ecclesiæ ministros (193
censuræ & admonitiones Episcoprum mutuæ 199
per literas factę 199
concilia indicere cui competat 209
cardinales olim presbyteri tantum 212
christus solus est audiendus 213
conciliis quantum tribuunt papistæ 216
christus solus est Præses conciliorum suo uerbo & spiritu 217
conciliorum authoritas ex scriptura quæ 217
concilia quæ sint in christi nomine congregata 217
conciliorum decreta quo pacto examinanda & recipienda 219
concilia uetera quamobrem habita 219 (221
concilia recentiorum cur impura 219
concilia quædam inter se pugnant 219
Concilia etiam bona non satis pura fuerunt (219 221
concilia cur cogenda concilia

Concilia cur agenda 221
Concilia errare possunt 219.221
Conciliorum decreta non pro interpretatione scripturæ recipiendæ 221
Cœna Domini indignis non communicanda 230
Clericorum disciplina olim strictissima 237
Canones clericorum quales 237
Claues quid, & usus earum publicè & priuatim 238. 257. 261. 271
Chiliastarum error exploditur 244
Conuersio uera quæ 247
Christi participatio quid in nobis efficiat 248
Claues non à uerbo separandæ 257. 261
Carnis mortificatio initium pietatis 248
Contritio papistica qualis 252
Confessio auricularis papistica quibus scripturis probetur 252
Confessio mutua apud Iacobum quid 254
Confessio peccatorum uera quæ Deo sit ad salutem necessaria & quomodo facienda 254. (259
Confessio auricularis olim libera, ab Innocentio 3. præcepta est 254. 258
Confessio priuata quæ Deo fit 255
Confessio publica totius Ecclesiæ utilis & necessaria 255
Confessio pro laude 255
Confessio publica hominis priuati 255
Confessio publica pœnitentium 257
Confessio priuata duplex uel caussa consiliationis, & consilij, uel reconciliationis 256
Confessio priuata quas ob caussas & quomodo pastori potissimum fieri debet 256
Cœnam dominicam sumpturi sistant se prius domino 257
Confessio auricularis non requirit omnium peccatorum enumerationem, nec præcepta est 258
Confessio auricularis papistica, carnificina est conscientiarum, res nocentissima 259. 260
Confessio Deo facta impetrat remissionem peccatorum etiam si nunquàm sacrifico confitearis 259
claues ineptissimè imò impijssimè à sophistis tractantur 258. 260
claues nulli competunt, nec recte utetur, nisi qui habet Spiritum sanctum 260
clauium moderator Spiritus sanctus 260
clauium usum, uerbum Dei ostendit erga dignos uel indignos 261
castigationis diuinæ iudicium in sanctos quale sit 267
charitas quomodo operiat multitudinem peccatorum 269
claues papistæ, sine Dei uerbo ad uarios usus coscp impios applicant 271

D

Diabolus aduersarius hominum 135
Diabolus quomodo Deo sit aduersarius 136
Diabolus exercet pios, regit impios 156
Diabolus uincitur à pijs per christum 156
Diabolus ut nihil habet in christo, ita nec in electis 136
Diabolus plene spoliabitur potestate inuadendi pios 136
Diaboli sunt spiritus naturæ subsistentis 137
Diabolus iam punitur, & in resurrectione amplius punietur 137
Deus fideles amat, iniquitatem illorum odit, igitur per christum expiauit 147. 148
Dilectio Dei erga nos æterna, per christum reuelatur 148
Descensus christi ad inferos quid 150
Dolores inferni quomodo comprehenderint christum 151
Dextera Dei quid 153
Dogmatum quorundam non necessariorum dissonantia Ecclesiæ unitatem non scindat 160
Duo sunt uincula Ecclesiæ 165
Doctores qui 169
Doctoribus & pastoribus Ecclesia nunquàm carere potest 169
Doctor doceat publice & priuatim 170
Diaconi duplices 171. 174
Diocreses quid 174
Diaconorum officium 176
Diaconi papistici quid 178
Doctrinæ pietatis duæ partes 209
Deus uarie doctrinam suam per christum omnibus seculis proposuit 211
Donatistæ & cathari nullam in Ecclesia imperfectionem ferunt 214
Dissonantia dogmatum uerbo Dei tollenda 216
Donatio Constantini mendax 226
Disciplina Ecclesiæ necessaria 229
Delicta quæ 230
Damnatorum pœna post resurrectionem 243
Deus culpam & pœnam remittit resipiscentibus 265
Dilectio est probatio remissi peccati, non causa (270
Doctrina ueritatis est aurum & argentum 273
Dies Domini quid 273
Deus operibus sine fide non delectatur 288
Duæ caussæ, cur non de operibus gloriandum (293. 297
Duo nos ad bona opera excitent 295. 297
Deus debitor noster promittendo 312
Dona Dei omnia fidei & charitati seruiunt (312
Doctrina pietatis & religionis eadem ueteris & noui testamenti 314
Deus quomodo Deus noster sit 317
Doctrina uitæ æternæ post hanc uitam fuit Iudæis familiaris 322
Deus cur in ueteri tastamento tam cito punierit populum 325
Dispensatio doctrinæ ueteris testamenti puericia uocatur 326
Deus solus noster legislator idcp ob duas causas 338. 346
Decus & ordo Ecclesiasticarum actionum in quo sint 348
deus iustus in omnibus operibus suis, utcumque à nobis non possit comprehendi 356
deus uult omnes homines saluos fieri quomodo intelligendum 366

Dei dispositione omnia eueniunt, nihil contingit 370
Diuorũ ueneratio & inuocatio cõfutatur 381.383
Deus nobis Pater est benignus 389
Diabolus humanis uiribus uinci nõ potest 394
Donatistæ & catabaptistæ precium sacramentorum metiuntur è dignitate ministrorum 413
Dei uerbum non tantum audiatur, sed in nos transformetur 489
Dona Dei in alijs ueneranda 492
Dei cognitio uera quæ sit 1
Deum esse homines natura intelligunt 2
Deo toti addicti sumus iure creationis 3.56.138
Duobus modis erratur circa cognitionem Dei 3
Deus quid & qualis sit 4.13.14
Dei epitheta 4.13.14
Deum ignorantes & non colentes uere degenerant à lege suæ creationis 5.140
Dei gloria in creaturis relucet 5.13.137
Dei prouidentia, iustitia, iudicium, misericordia, potentia, & sapientia pulcherrime obseruatur in rerũ humanarũ gubernatione 6.140
Deus non iuxta essentiam, sed ex operibus suis cognosci debet 7.13
Diuinitas in creaturis relucens, à nobis non certe perspicitur ac colitur, nisi fide illustremur 8.139
Deus uerbo se ad salutem manifestat 8.9.13
Diuinæ scripturæ energia 11.13
dei descriptiones & effigies tam in rebus conditis quam in scripturis expressę in breuem summam redactæ 13
deus non est author uitij naturę humanę 16.19.56
definitio peccati originalis 18
duo præcipitia circa doctrinam de libero arbitrio hominis 19
deus suam maledictionem agnoscentes benedicit 25
diuinæ uoluntatis scientia dei donum est 29.113
deus in non regeneratis naturæ maliciam refrenat, non purgat 35
deus bonum opus in homine & incipit & perficit 36.38.53
deus quomodo doceat 37.113
deus sua in nobis opera remunerat 39.47
deus iuxta uerbum suum tantum uult coli 57
diabolus agitat reprobos 44
deus quomodo induret & excæcet 45
deus quomodo agat mala per Sathanam & reprobos 45.53
deus etiam externas hoĩm actiones dirigit 46.53
doctrina, exhortatio, & obiurgatio quid prosint 48
deus bifariam operatur in electis, uerbo & spiritu 48.113
deus amat & remunerat iustitiam, odit & punit iniustitiam 56
decalogi distinctio 61
deum esse quid sit 61.62
deus certis se epithetis cognoscendũ ꝓponit 62
deus abraham, Isaac, & Iacob cur dictus 62
deo debemus quatuor 63
deorum multitudo apud gentes, Iudęos, christianos in usu fuit 63
deo omnia sunt nuda & aperta 63
deus spiritu colendus, nõ externis rebus 64
deo nulla imago facienda 64.66
dierum obseruatio superstitiosa à christianis abest 73.74
dies stati sint christianis ob cœtum Ecclesiasticum 73
dies dñicus ad quid à christianis institutus 74
dilectio dei & proximi sese mutuo consequuntur 84
dilectio proximi legis complementum & summa dicitur ab apostolis & christo duabus ex caussis 85
dilectio proximi est testimonium timoris dei 85
dilectio dei in hac carne imperfecta 89
deum extra uerbum ne cogites, nec quæras, nec loquaris 118
deus unus est, eterną, infinitę, spiritualisq; essentię 121.125
distinctio personarum in diuinitate cognitu difficilis 121
deus nobis Pater est per christum 122.130
distinctio uera, nõ diuisio est in personis diuinæ essentiæ & qualis 126
de deo ex scripturis religiosè cogitandum & loquendum 127.129
deum habere quid sit 131
dionysij cœlestis hierarchia repudiatur 134.135
diaboli nomina & studia 135
diaboli multi 135
diaboli regnum 135
diabolus omnis maliciæ author 135
diaboli lapsus 136
diabolus sub dei potestate est, & nihil potest, nisi ipso concedente 143
deus cur homo factus sit

E

Ecclesiæ fundamentum sacra scriptura 10
Ecclesia non habet ius tribuendi authoritatem sacræ scripturæ 10
Ecclesiæ catholicæ consensus argumento est, sacras scripturas diuinitus proditas 11
Enthusiastæ erroris conuincuntur 12
Error maximus, hominem sufficere sibi ad beate q; uiuendum 15
Eruditio ethnicorum Dei donum est 27.28
Exponitur locus Pauli. Roma. 7. Non quod uolo bonum hoc facio & cæt. 33
Ecclesia sola habet lucem ueritatis 34
Electorum prærogatiua à deo gubernari ad salutem 38
Expositio loci. 1. corin. 15. Plus omnibus ijs laboraui, non ego, sed gratia dei mecum 39
Ecclesia quomodo à christo ab omni peccato purgetur 41
Electio dei discernit inter homines, ut alij boni ex malis fiant, alij mali permaneant 48.54
Electio dei cum paulo. asserenda 47.54
Ecclesiastici sententia de hominis creatione exponitur 54
Elibertinum concilium picturas templorũ prohibet 66
Euangelio, non crucibus christus discendus 66
εὐαγγελιοδρομία omnes corã deo maledictę 95
Euangelium, non legis præcepta, uerbum uitæ cur dicatur 112
Euangelion quid 112
Ecclesiastis dictum. cap. 9. Nemo scit utrum amore uel odio dignus sit, exponitur 114

Error sophistarum, gratiæ certitudinem colligentium ex coniectura morali 114

Expositio præcepti. 1 pagina. 61
2 63
3 69
4 72
5 75
6 76
7 77
8 81
9 82
10 83

Euangelium summa omnium de christo promissionum 118
Elohim quid 122
Exotica uerba quæ 127
Error dicentium diabolos esse tantum malos effectus & perturbationes, exploditur 137
Extremum iudicium omnibus uotis expetendũ pio 503
Exinanitio Christi 145
Eutychis error circa christum 146
Extra christum nulla salus, nemo Dei misericordiam uere agnoscit 147.148
Electi quomodo sint Dei inimici, & fiant amici 148
Ecclesia quomodo credenda, & quid inde solatij 156
Ecclesia mater omnium fidelium 156
Ecclesia habet omnes christi thesauros dispensandos per ministerium 156
Extra Ecclesiam nemo saluatur 157
Ecclesia quare dicatur, catholica & sancta 157
Ecclesiæ unitas 157
Ecclesiæ sanctitas adhuc imperfecta 157.161
Ecclesiam semper habet Deus in terris 157
Ecclesiæ communio qualis 157
Ecclesiæ communio quinq; nobis commoda affert 158
Ecclesia duplex est 158
Eucharistia quid 158.406
Ecclesia quando & quamdiu malos toleret 158
Ecclesiam inuisibilem credimus, uisibilem obseruamus & colimus 158
Ecclesia uera soli Deo, promiscua nobis nota est ex certis signis a Deo constitutis 159.163
Ecclesiæ membra qui à nobis censeri debeant (159
Ecclesia uniuersalis quid 159
Ecclesiæ particulares quid 159
Ecclesiam scindunt diabolici spiritus 159
Ecclesiæ ueræ symbola 159.160.163.165
Ecclesiam contemnentes, deserentes, scindentesque sunt desertores religionis 159
Ecclesiæ authoritas quanti Deo sit 159
Ecclesia non uitanda propter opinionum dissonantiam, si articuli salutis necessarij saluí sint (160
Ecclesia quatenus peccatores toleret 160.232
Euangelij summa in duobus sita est 250
Eucharistiam sumpturos bonum esset se prius sistere pastori 257
Euangelion & fides relatiua sunt 177
Euangelij antiquitas, certitudo, & bona 315
Euangelion cœlestia bona cõmunicat 315
Euangelion est doctrina spiritualis & cœlestis, non carnalis & terrena 315
Ecclesia ueterum & nostra eadem 324
Euangelij & legis differentia in quatuor 327
Episcopis quatenus liceat constitutiones condere, quatenus non 338.547
Electi ante uocationem peccant sicut cæteri (361
Episcoporum constitutiones quæ conscientiam ligant non sunt seruandæ 337.339
Extra uerbum Dei nihil de Deo scire uelimus (354
Electio quid 352
Electionis ac reprobationis signa 352.360
Electio Dei est libera & gratuita 353
Electionis nulla alia causa, quam beneplacitũ Dei 354
Electionis finis est sanctimonia 360
Electionis testificatio & uocatio 360
Electio in christo Iesu, in uerbo illius est quærenda non in arcana Dei uoluntate 362
Electionis finis ultimus salus æterna 362
Electio Dei firma & stabilis 362
Electi nunquam excidunt 363
electio duplex 363
ecclesiasticæ causæ olim ad episcopale iudiciũ referebantur 227
episcopi olim sub principum iurisdictione fuerunt 228
ecclesiæ disciplina in quo sita 228
ecclesiæ sunt duo ordines 228
ecclesiæ anima est uerbum Dei, nerui disciplina, membra ipsi fideles, caput Christus 229
excommunicationis modus, utilitas & necessitas 229.230
excommunicationis & disciplinæ ecclesiasticæ fines tres 230.232
excommunicationis formula ueteris ecclesiæ (231
excommunicatio et Anathema in quo differant (232
excommunicationi adhibenda mansuetudo & modestia 232
episcopi ius habent instruendi & præcipiendi quædam in ecclesiæ utilitatem pro tempore & loco 233
euangelij & legis discrimen 277
euangelion annunciat gratuitam remissionem peccatorum 277
ecclesiæ constitutiones salutares eæque non contemnendæ 337.347
ecclesia non habet ius condendi nouos Dei cultus 343
ecclesiasticæ obseruationes quibus notis deprehendantur esse salutares 347
ecclesiasticæ constitutiones bonæ, sunt duplices (348
ecclesiasticis constitutionibus bonis humiliter parendum 349
ex toto corde, quid sit 400
eucharistia solis grandibus natu, nõ infantibus danda 428
eucharistiæ utrumq; symbolum omnibus dandum 447
eucharistia & euangelio applicatur nobis sacrificium christi 449
eucharistia quomodo sit dispensanda 456

Eucharistiæ sumptio duplex 464
Euangelion non est doctrina linguæ, sed uitæ 489
Extremi diei memoria triumphamus contra fœlicitatem impiorum & omnia mala huius sæculi (503
Eadem uete. & noui testamen. ecclesia 406
Eucharistia quid 429. 431. 450. 455
Eucharistiæ signa panis & uinū uisibilia 429
eucharistias misticia benedictio quo spectet 429
Eucharistia Christum nobis unicum animæ cibum uere exhibet 429. 430. 436
Eucharistias calix est fœdus in sanguine christi 429
Eucharistiæ usus & fructus 429
Eucharistia quomodo christi corpus & sanguinem, & ad quid offerat 429
Eucharistiæ symbolis nomēi datur κατάχρησις 432
Eucharistia duabus rebus constat 436
Eucharistia tria habet, materiam, significationem & uirtutem 436
Eucharistia quomodo habeat corpus christi præsens 436
Eucharistia non est adoranda 441
in eucharistia mors Domini annuncianda 442
eucharistia non circumferenda 442
eucharistia symbolum fraternæ charitatis 442
eucharistiæ administratio in uerbo consistit, nō est muta 443
eucharistiam qui sumant indigne 443
eucharistia non includenda pro egrotis 443
in eucharistia corpus Dñi dijudicare quid 443
eucharistiam sumpturus, quomodo se probare debeat 444
eucharistias digna sumptio quæ 444
eucharistias digna sumptio bifariam male exponitur 444. 445
eucharistia quibus & cur instituta 444. 445
eucharistiæ usus nunquàm non sit in cœtu ecclesiæ 445
eucharistiam semel tantum in anno sumere ex diabolo est 446
ecclesia ex bonis & malis permixta 161
ecclesiæ societas retinenda, etiam si multi mali in ea 161. 232
ecclesia corinthiorum impurissima, & tamen ecclesia 161
ecclesiæ labes unde ueniant 161
eucharistiam sumere licet cum impuris, si tu sis purus 162
excommunicatio est totius ecclesiæ, non priuati alicuius 162. 231
ecclesia papistica pie deseri potest 164
ecclesiæ communio qualis 164. 165
ecclesiæ fundamentum 164
ecclesia duobus uinculis colligata 265
ecclesiæ consensus in quo 165
ecclesiæ etiam apud papistas 168
ecclesiæ ministerium per homines peragi uoluit Deus ob tres causas 168
ecclesiastici ministerij necessitas & dignitas 169
euangelistæ qui 69
ecclesiæ ministri qui & quot 169
episcopi qui 170. 470
episcopi, presbyteri, pastores & ministri idem (170
episcopi quales & qualiter uocandi 172
episcoporum electio & uocatio ad quos spectet (172
ecclesiæ maxime est, uocatio ministrorum 173
episcopi munus quod 174. 175. 206
episcopus quomodo habeat in sua potestate facultates ecclesiæ 175
ecclesiasticorum bonorum usus & dispensatio quæ 176. 178. 180
examen episcoporum 178
episcoporum electio ad quos pertineat 178
ecclesiæ papisticæ Hierarchia quàm deformis sit & deprauata 180. 181
episcopos ex aula mitti iniquissimum 190
euangelij authoritas 190
euangelion est Dei sententia 190
excommunicatio quid 191
exponuntur duo loca Matth. 16. & 18. de clauibus petro collato 226
episcopi quo pacto facti sint principes 226
epistola Pauli ad Romanos quando scripta (195
ecclesiasticæ potestatis apud ueteres partes quatuor 199
ecclesiæ potestas tribus partibus spiritualibus constat 203. 210
ecclesiasticæ potestatis finis 210
ecclesia non potest cudere nouos articulos fidei 213. 216
ecclesia quatenus non possit errare 214. 215
ecclesiæ puritas & sanctitas in hoc sęculo imperfecta est 214
ecclesia quomodo sit columna & stabilimentum ueritatis 214
ecclesiæ & singulis eiusdem membris eadē promissa 213
ecclesiæ authoritas in uerbo, non extra uerbum sita est 215
ecclesia quid à Spiritu sancto doceatur 215. 214
ecclesiæ ueræ incolumitas non semper à pastoribus pendet 217
ecclesia non consistit in concilio & pastoribus tantum 218
ecclesiæ iurisdictio quid & qualis 222
ecclesiæ iudicia quid 222. 229
ecclesiæ iudices & senatus 222
ecclesiastica iurisdictio necessaria & perpetua (222
ecclesiastica & ciuilis iurisdictio seu politia multum distant 222. 337. 473
ecclesiastes & Magistratus mutuas operas tradant in ecclesia 223
excommunicationem non tollit Magistratus 223
pœna 223
ecclesiasticæ iurisdictionis usus uerus quis (229
excommunicatio quid, propter quid, & per quos exercenda 223. 229, 231
excommunicatio, seu iurisdictio ecclesiæ non penes unum 223. 224
episcopis ius gladij non competit 225
episcopus simul bonus & princeps nemo esse potest 225

F

Fideles cur non peccent 4. 5

Fructus ueræ cognitionis Dei 3.4.7.14
Fructus peccati 18
Fiducia sui ex diabolo & sacrilegium est 25
Furtum est diuinæ gloriæ sibi aliquid boni adscribere 38
Fomes peccati reliquus in renatis 41
Fides implet legem 49
Formulæ quædam loquendi, quibus Pelagiani liberum arbitrium stabiliunt, exponuntur 53
Facere bona opera quomodo dicamus 53
Fictitiq hoim cultus, deo non placet 57.62.94.95
Fiducia erga Deum quid 63
Filiorum obedientium benedictio, & immorigerorum maledictio 76
Furti multa genera 81
Furtum quid 81
Fur est, fraudans obsequio & beneficio eum, cui debet 81
Falsum testimonium quam late pateat 82
Fides Matth. 23. quid sit 85
Fœderis gratiæ partes quæ 96.302
Filios demonijs immolare quid sit 102
Fidem sophistæ non intelligunt 105.113.114
Fides dicitur καταχρηστικῶς historiq notitia 105
Fides historica nullius momenti 105
Fidei obiecta ueræ quæ 105.119
Fides duo in Deo consyderat 106
Fides quid sit 106.244
Fidei fundamentum quod 106.112
Fides cuiuis Dei uerbo subscribit 106.112
Fidei definitio plena, et eiusdem explicatio 106
Fides scientia & agnitio est magis persuasione constans, quã rationali demonstratiõe 106.113
Fides uera, πληροφορίαν, fiduciam & audaciam habet 107
Fides sæpe pro fiducia accipitur 107
Fiducia quid sit 107
Fidelis uere quis sit 107
Fides promissiones Dei ut ad se pertinentes arripit 107
Fides perpetuo cum diffidentia luctatur 108
Fides nostra imperfecta 108
Fidei augmentum quomodo fiat 108
Fides qualis qualis sit, tñ certo Deo nititur 108
Fides quomodo uerbo Dei tentationes uincat 109
Fides in aduersis Deum inuocat 109
Fides non plene excidit 109
Fides quale scutum 109
Fidelium corda nunquã occupat incredulitas, utcumq foris oppugnet 109
Fidem nulli terrores excutiunt 109
Fidelibus cur malorum pœnæ proponantur 109
Fidelium terrores quales 110
Fideles propter carnem experiuntur in se & dubitationes, & terrores 108.110
Fiducia est ab incredulitate & desperatione seiuncta, non permixta 110.114
Fideles & Christus ita fœdere iuncti, ut Christus in eis inhabitet perpetuo 110
Fideles Christus à peccato, damnatione que sua uita & salute uindicat 110
Fideles in se nihil, in Christo omnia sunt 111
Fides saluat, quia beneuolentiæ Dei certitudo 112
Fidei fundamentum promissio Dei gratuita 112.106
Fides quærit uitam in Deo 112
Fidei uerbum cur dicatur Euangelion, non lex 112
Fides & Euangelion sunt correlatiua 112
Fides spiritus sancti opus 113
Fides de gratia Dei certificat 114.274
Fideles sciunt esse se in gratia Dei 115
Fideles habent spiritum sanctum & de eo gloriantur 115
Fides & spiritus sanctus non sunt separanda 115
Fidelis sit se perseueraturum in fide 115
Fides qualis sit ascensus uerbi Dei 116
Fides implicita & informis monstra sunt sophistarum 116
Fides in Christro apprehendit reconciliationem & spiritus sanctificationem 116
Fides aliquando accipitur pro uirtute operandi miracula 116
Fidei uocabulum πολύσημον 116
Fides in Christi cognitione, non Ecclesiq reuerentia sita est 117
Fidei definitio à Paulo Hebrq. 11. tradita explicatur 117
Fides ex se spem & charitatem generat 117.244
Fides spe fulcitur 118.244
Fidei & spei uocabula sæpe propter cognationem confunduntur 118.245
Fidei tentationes uariæ 118.244
Fidei & spei idem & unicus scopus misericordia Dei 118.245
Filij Dei sunt fideles per christum 122. 130.142
Filij Dei persona quid 126
Filij Dei cur dicantur electi 137
Filij diaboli cur sint reprobi 137
Faciamus hominem ad imaginem nostram, quomodo sit intelligendum 140
fides in christi maledictione absolutionem & benedictionem apprehendit 149
fides in spiritum sanctum necessaria 155
filij Dei quibus describantur notis 157.159
fideles, quamdui in carne sunt, peccatores sunt, & habent perpetuto peccatorum remissionem in Ecclesia 238
flagella piorum & impiorum maximum discrimen habent 267
facies Dei est uerbum illius 273.105
fidei effectus duplices 274. 288. 298
fides quid sit sophistis 276
fides sola sine operibus iustificet idq; nõ semel, sed semper 276.277. 290. 303
fides respicit misericordiam Dei, & perfectionem christi in Euangelio oblatam, eoq; iustificatur 277
fides cur & quomodo iustificat 277.278.305.312
fides & lex sunt diuersa 277
fides sola conscientiam facit tranquillam non opera 284. 288
fides in christum bonorum operum feracissima est 297
fides iustificat & sanctificat 298
fide iustificatur & homo, & opera illius 304
fiduciam ab operibus sancti sumunt duas ob causssas 292.307. 377
fœdus uetus & nouum re & substantia idem, sed administratione diuersum est 314.323.324. 417
fœdere Iudæi non tantum in carnalem opulentiam, sed in spem immortalitatis cooptati sunt 314. 323

Fœdus Iudæorum sola Dei misericordia sulcitur & Christi intercessione confirmatur 314. (315
Fœdus Iudæorum Christum mediatorem inclusum, & per illum solum promissiones ratas habet 314. 326
fœderis Dei uerba, uitam, salutem & beatitudinem omnem complectuntur 316. 416
fœdus Iudæorum, fœdus uitæ æternæ 317. 323
fœdus Dei subinde clarius explicatum est 232
fides nunquam cedat charitati 336
fermentum pharisæorum quid 346
fatum reiicitur 368
fortuna & casus ac contingentia nihil sunt 367 (368
fortuna & casus ethnicorum uocabula, pios nihil afficiant 368. 495
fortuna quid 368
fortuna quæ sint 368
fides ad orandum impellit 375. 178
filij Dei sumus per Christum facti 388
fraterna dilectio uigeat inter Christianos 389
fraterna charitas qualis esse debeat 442. 492
fœderis Dei conditiones 415. 416
fœdus Dei, & causa eius confirmandi nobis & Iudæis eadem, modus tantum confirmandi diuersus 417
fides quomodo Christum in cœna accipiat 435
fortitudo quid 498
formido non quælibet damnabilis 499

G

Gratia duplex operans & cooperans 23. 39
Gratia uitiosam hominis naturam emendat 36 (53. 287
Gratia non tantum adiuuat hominis uoluntatem, sed totam transformat & renouat ad bonum 36. 287
Gratia Dei omni merito prior 37. 287
Gratia Dei quomodo omnibus exposita 38
Gratia nec omnibus, nec propter merita, sed gratis datur 40
Gratiæ Dei uaria nomina propter uarios effectus 40
Gratiæ Dei est, in externis eligere utilia, fugere noxia 46
Gratia hominis uoluntatem non destruit, sed emendat 53
Gratiarum actio erga Deum quid 63
Gratiam Dei commendat legis exactio & maledictio 90
Gratia Dei omnia bona includit 112
Gloriantur Christiani de gratia Dei & uita æterna 116. 287
Grati esse Deo discamus ex creatione omnium 138
Gloria Christi resurrectione illustrata 152
Gubernatores qui 170. 475
Graduum Ecclesiasticorum ratio 175
Gratiani decreta de eligendis Episcopis quomodo intelligenda 179
Gregorius damnat titulum uniuersalis Episcopi 197
Gratianus decreti compilator bestia 200
Gregorius se cæteris Episcopis parem agnoscit (201
Gratia Dei quid sit sophistis 276
Gloriari non tantum in Deo, sed in sua iustitia, est sacrilegium 284
Gloriandum tantum in Dei gratia 284. 287
Gloriandum tantum in Dei gratia 287
Gratia Dei sola, nullo opere iustificamur 287
Gratiæ Dei & hominis naturalis collatio 287
Gloriatio sanctorum de sua innocentia fit duas ob causas 292, 307. 377
Gloriandum in bonis operibus & non gloriandum 293
Gratis Deo seruiendum 298
Gratiarum actio uera 333
Gratiæ & misericordiæ Dei erga nos nulla alia est causa quam uoluntas illius 355
Gloria Dei non est sine iustitia 358
Gregorij lapsus de electione 364
Gratiarum actio quid 384
Gaudium in cruce quale 498. 500

H

Homo q̃modo se ipsum uerè cognoscat 1. 15. 89 (282
Homo nimius sui admirator 1. 15. 38. 56. 89
Hypocritæ omnes natura sumus 1. 89
Horror & stupor sanctorum ad Dei præsentiam unde ueniat 2
Homines natura intelligunt Deum esse 2
Homines irreligiosi brutis miseriores 5
Humani corporis consyderatio indicat nobis dei sapientiam 5
Homines ad cognoscendum ex creaturis deum mire stupidi sunt 7. 137. 138
Homines carnales fortunæ, non dei prouidentiæ rerum humanarum gubernationem tribuunt 7. 140
Homo primus ad imaginem dei conditus fuit 16
Homo totus est concupiscentia 19. 34
Homo nunquam in se glorietur 20. 89. 285
Homo suam paupertatem confitens deum glorificat 20. 285
Hominis partitio philosophica 20
Humilitas christianissimi fundamentũ 25. 280. 282
Humilitas Christiana quę 26. 89. 91. 492
Humana ratio nec deum, nec uoluntatem illius erga nos intelligit 29. 32
Homines quomodo sint tenebræ 29
Homo nihil boni ex se potest 32. 36. 40. 285
Hominis naturalis descriptio & elogia 33. 285
Hominis conuersio in duobus sita 37
Hominis carnalis ingenium 41. 108. 43. 285
Homini lapso gratuita bona oblata, naturalia corrupta sunt 55
Hominis spiritualis ingenium 108. 40. 43
Homines sua malicia, non dei culpa pereunt 51. 56. 358
Honor quid in scripturis 75
Honoris tres sunt partes 76
Homicidij genera quot 77
Homicidium tria impediunt 77
Hieronymus uirginitatem cum contumelia contiugij laudauit 80
Homo operibus charitatis se iustum approbat 85
Hominum inuenta deo summe displicent 57. 62 (94. 95. 342
95
Humilitas ficta 108
Homo idem est caro & spiritus

Honor Dei quid 111
Hominis salus consistit in beneuolentiæ Dei certitudine 112
Hilarij modestia 129
Hominis gratia omnia sunt condita 138
Homini omnes creaturæ à Deo subiectæ 138
Humanitas Christi quantum bonorum nobis attulerit 143
Hæretici qui 165
Homines cur templa Dei 168
Hierarchia quid 175
Hypodiaconi qui 176.178
Hieronymi sententia de æqualitate Episcoporum 197
Humanitas quorundam patrum in recipiendis excommunicatis 232
Hominum doctrinæ sunt lignum, fœnum, stipulæ 273
Hæreditas salutis gratuita est, non ex operum merito 277
Hypocritæ ideo Dei iustitiam per fidem non amplectuntur, quia suam iniustitiam non intelligunt & sibi iusti uidentur, ac sua iustitia fidunt 281. 288
Humiles solos saluat Deus 282
Humiles ueri qui 282
Hominum sunt quatuor genera 286
Homines ad bona opera incitandi sunt à fine redemptionis & uocationis suæ 298
Homines uete. testamen. habuerunt etiam Spiritum Dei 327
Hominis regimen duplex spirituale & politicum 336
Homo duplex spiritualis, & externus, ideoque duo regna 337
Humanæ traditiones Episcoporum multas ob causas impiæ & pernicioſæ 339. 340. 342
Humanæ traditiones extirpant obedientiam legis Dei 339
traditiones Humanæ sunt inutiles & oneroſæ Ecclesijs 340. 341
Humanæ traditiones non cultus Dei gratia, sed ad quæstum inuentæ 342
Humanæ traditiones ad cultum Dei institutæ merentur execrationem 342. 346
Humanæ traditiones obscurant Christum 341
Homines diuinæ prouidentiæ instrumenta obseruare ac curare debemus, gratique esse 372
Homo pius quomodo res futuras aggrediatur Dei prouidentia nixus 372
Homo inter tot aduersa, sola Dei prouidentia timore liberatur, & securus redditur 373
Humani adfectus, seu adfectiones cur Deo tribuantur 374
Hominis Christiani uita duobus rite informatur 488

I

Impij Deum pro suis cogitationibus fingunt & colunt 3.4.57
Ignorantia Dei est falsus cultus illius 4
Impij quomodo Deum timeant 4
Iudicium Dei quid 14
Iudicium quid 477
Iustitia Dei quæ 14.89.84-56.280
Iustitia quid 34. 477
Imago Dei quid 5.16
Infantes non alieno tantum, sed suo etiam uitio damnabiles sunt 18
Iustitia perfecta quæ sit 88.294.303
Intellectus hominis duplex 20.26
Intellectus officium 21
Intellectꝰ humani imbecillitas & uanitas 26.113
Intellectus humani uires 27. 28
Intellectus hominis deprauatus 28
Intelligentia spiritualium in tribus sita 28
Illuminatio Spiritus sancti docet ueram Dei cognitionem 29.113
Intellectus hominis cæcus in diuinis 28.30.32.113
Iustitia operum quid 3.275.291. 294
Intellectus, non in uniuersali, sed hypothesi errat 31
Incontinentia & intemperantia in quo differant 31
Iniquitas quid 42
Instrumenta Dei Sathan & reprobi 44.45
Iustitiæ partes duæ 60
Iustitia sine religione uana est 60, 286
Iehoua quid sit 61
Inuocatio Dei quid 63
Imagines & statuę Deum dehonestant 64
Imagines à uetere Ecclesia damnatæ 219
Idololatriæ gradus & origo 64
Idololatriam punit Deus 67
Iuramentum quid 70
Iuramentum legitimum est cultus Dei 70
Iurare per alienos Deos impietas summa 70
Iuramenti abusus triplex 70.71
Iurandum duas ob causas 70
Iuramentum Deus non tantum permisit, sed præcepit 71
Iuramenta quæ Christus damnat 71
Iuramenta priuata etiam licita 71
Iuramento Magistratui opus est 71
Incõtinentes nõ coniugiũ contrahentes peccãt, etiã si nullam attingant mulierem 78.102.104
Impostura furtum est 81
Iniustitia quælibet furtum est 81
Inimici diligendi ex præcepto Dei 86
Ieiunium ab Episcopis indicet, & à plebe suscipiatur 235
Impossibilis est legis obseruatio homini 88
Iustitia coacta necessaria, licet nõ iustificet 91
Iustitiarij gratiæ Christi recipiendæ per legem capaces redduntur 89.91
Iehoua quid 122
Inuocatio solius Dei est 124
Impij iræ uasa, eoq; Sathanæ mancipia 136
Iesus quid sit 141
Iesu nomen fiduciam salutis confirmat 142
Incarnationis Christi caussa 143
Immanuel est Christus 143
Infernus pro sepulchro 150
Infernus Christi quid 151
Intercessio Christi summum solatium 154
Iudicium Christi pios bifariam consolatur 154
Impositio manuum 173
Imperatorum ius in confirmandis Ecclesijs 179
Immunitas Papistica impia est 227
Ieiunij pij tres sunt fines 234.249
Ieiunium & oratio coniuncta sunt 234
Ieiunium non est cum alijs cæremonijs à Christo abolitum 235
Ieiunium quid 235
Ieiunium in tribus situm est 235.249
Ieiunij superstitiones & abusus 235.249
ieiunium per se non bonum opus 235

Ieiunium Christi quadragesimale 236
Ieiunij quadragesimalis superstitio & uarietas 236
Ieiunia Papistica prorsus impia 236
iustificamur ideo, ut spiritus sanctificationem consequamur 250.274
Indulgentiæ Papisticæ quid sint 261
Indulgentiarum origo 263
Indulgentiæ quid ueteribus fuerint 263
Ignis crux est 237
Ignis examen Spiritus sancti est 237
Iustificatio quid, & effectus illius 274. 331
Iustificari ex operibus quid 275. 281. 294
Iustificari ex fide quid 275
Iustificare quid 275
Iustificatio est merum Christi beneficium 275 (276.312
Iustificamur coram Deo sola fide in Christum idq; perpetuo 275.290
Iustitia fidei euertit operum iustitiam 276.278
Iudaici lapsus caussa operum iustitia 276
Iustificatio quid sit Lombardo & scholasticis 276.290
Iustificationis ordo 276.277
Iustitia nostra est gratuita peccatorum remissio 279
Intercessione Christi iustificamur 279
Iacob figura fidelium præcipiens promogenituram Esau 280
Iustitia hominis nunquàm ferre potest tribunalis Dei sententiam 280. 289
Iustitia nostra diuinæ collata pannus est menstruatæ 281.289
Iudicij diuini seueritas & integritas 280
iustitiæ diuinæ perfectio omnes nos etiam innocentissimos peccati reos facit 280.281. 289
Iustitiæ Dei nemo fit particeps nisi qui sibi nullius propriæ iustitiæ titulo placet 283
Iustitiæ Dei quando sua laus & gloria constet 283
Iustus solus Deus, omnes homines iniusti 284 (289
Iustitia Christi sola iudicium Dei ferre potest 283
Iusti quomodo dicantur sancti 305
Iustificari aliter Paulus, aliter Iacobus accipit 306
Iacobi locus, Abraham ex operibus iustificatus est, exponitur 305
Incredulitas fons malorum 313
Iniustitia quid 313
Iudæi habuerunt etiam Euangelion de uita æterna 315
Iudæi non populus carnalis, sed spiritualis 315 (323
Iudæorum saluator christus fuit unicus, ut nostri 315
Iudæis etiam uita æterna promissa 315
Iudæi habuerunt uerbum Dei, ergo & uitam æternam 316
Iudæi populus Dei, quia illorum Deus fuit, & uerbum salutis habuerunt 316
Iudæi frustra expectant carnale christi regnum (323
Infirmi qui, & quomodo suscipiendi 335
Iudæi cur cæremonijs obstricti, nos uero liberi 341
Irasci quomodo dicatur Deus 374
Inuocatio nominis Abraham super Israelitas quid sit 385
Inductio christi duplex 405
Impositio manuum, sacramentum 405
Infantes natura damnati peccatores sunt 411
infantes baptizandi, quia olim circumcisi 416
infantes sibi allatos christus benedixit 417
infantes regenerationis indigi sunt & capaces 422
infantes nonnihil fidei habent 423
infantes fidelium in hæreditatem fœderis generantur, ideo fœderis signo initiandi 422. 426
infantes & fideles sine baptimo discedentes, non damnati 426
infantes non baptizatorum non sunt in fœdere 426
impositio manuum quid 460. 463
iudiciales leges Mosis seruiebant charitati 480
iudicijs uti licet christiano, sed legitime 481
iudicia non præcisè damnanda, quia Dei dona 482
imago Dei in hominibus inspicienda, non malicia, ut diligas 493
impatientiæ remedia 494. 495 499

L

151
Limbus, patrum fabula est 151
lacus sine aqua apud Zachariam quid 165
Lutherani quare à Papistis recesserint 174. 177
Lectores qui 189. 261. 271
Ligare & soluere Ecclesiæ quid 253
Leprosi cur à christo ad sacerdotes missi 261
ligandi & soluendi rationem uerbum Dei docet 271
Liber de pœnitentia non est D. Augustini 273
Luctus & sepultura mortuorum apud ueteres qualis 277
Legis & Euangelij discrimen 277. 278
Lex tota non iustificat & cur 278
Legis imbecillitas 295
Laus bonorum operum soli Deo asscribenda
Libertate à legis maledictione opus est per christum, alioqui nemo saluabitur per eam 300
Libertas christiana quid 327
lex proprie accepta quid sit 327
Legis & Euangelij differentia 327
Legis abrogatio 327
Litera & spiritus quid 331
Libertas christiana scitu necessaria 331
Libertas christiana in tribus sita
Libertas conscientiæ pro iustificatione qualis (331
Libertas est sponte & ex fide legem seruare 332
Libertas rerum externarum 333
libertas Christiana res est spiritualis 334. 474
Libertatis christianæ abusus 334
Libertas infirmis cedat, pertinacibus minime (335
Libertatis moderatio à Paulo discenda 335
Libertatis uindicandæ necessitas 336
Libertas a traditionibus humanis quæ & quatenus sit pijs 337

Linguæ usus 386
Laboris emolumentum Dei benedictio est 392
Loci duo Matth. 28. & Marci. 16. de baptismate exponuntur 428
libertas christiana cum politica seruitute optime stare potest 474
Leges ciuiles necessariæ & utiles ac bonę 479
Lex quid sit 479
Leges gentium bonæ & usurpandæ, quæ legibus Dei moralibus congruunt 480
Lex diuina diuisa in tres partes 480
Legis moralis partes duæ 480
Legis cęremonialis scopus 480
Legis iudicialis scopus 480
Leges duo habent, constitutionem & æquitatem 480
Lex moralis quid, & quòd sit omnium legum scopus unicus 480
Lites forenses quando licitę, quando cõtra 482 (483
Lex Dei quando sit litera, quando spiritus 12
Lapsus primi hominis quid malorum attulerit 17
Liberum arbitrium an sit in homine uitiato per peccatum 19
Libido quid 21
Liberum arbitrium tribuunt homini philosophi 21
Liberi arbitrij definitiones 22
Liberi arbitrij uis sita in ratione et uoluntate 23
Libertas triplex 23
Liberum arbitrium homo habet ad malum 24
Liberi arbitrij uox Ecclesiæ periculosa 24
Lumen rationis quid ualeat 27.28
Legis naturalis finis quis 30
Lex naturalis quid 30.56
liberi arbitrij quæstio in quo sita 32.46
locus Ezechielis. 36. Dabo uobis cor nouũ etcę. prolixe explicatur 36.37
liberum arbitrium homo ante lapsum habuit 38
libertas hominis ante & post lapsum qualis sit 39.40
locus Iacobi. Concupiscentia postquã concepe-rit, parit peccatum 43
legem homo implere nequit 49.56.88.284.289 300.303.313
locus Deut. 30. de facilitate mandatorum Dei exponitur 52
locus Gene. 4. Sub te erit appetitus eius, explicatur 54
lex hominem humilat, & ad Christum compellit 57
lex non tantum externam, sed spiritualem iustitiam requirit 58
legis diuinæ & humanæ discrimen 58
lex & promissiones bene distinguenda 50.277
legis cuiusq; finis diligenter inspiciendus 59
lex quælibet præcipiendo uetat, & uetando præcipit, scilicet contrarium 59
lex cur à Domino tam concise & quasi synecdochicos tradita sit 60
lex cur in tabulis duabus prodita sit 60
legis maiestas tribus stabilitur 61
locus Matthæi. 5. Ne iuretis omnino, explicatur 71
leuiticorum Sacerdotum puritas quo spectarit 79
legem implens Dei imaginem exprimit 84
legis interpretatio quæ sit bona & solida 84
legis capita duo, dilectio Dei & proximi 60.84
lex carni grauis, spiritui facilis 87
lex gratiæ quid sit 87
legis perfecta impletio digna est uita æterna 88 300
legem nullus hominum perfecte implet 88
lex omnes homines occidit & damnat 88.300
legis promissiones conditionales quando & quo modo nobis prosint 88.301
legis officium & usus triplex est 89
lex Dei speculum quomodo sit 89.313
lex peccati & damnationis homines conuincit, quomodo & cur 89.90.300.313
lex ad gratiam Dei in Christo quærendam compellit 90.300.313
legis usum ex Augustino habes 90
lex Dei coercet malos à sceleribus formidine pœnæ 91
legem & Deum ipsum odio habent impij 91
legis coactio utilis reipub. Christianæ 91
legis pædagogia ad duo utilis & necessaria 91
lex quomodo sit inscripta cordibus piorum (91
lex bifariam prodest renatis 92.331
lex Mosis etiam Christianis aliquo modo prodest 92
lex quatenus abrogata sit 92.93.300.331
lex mandatorum in decretis sita, & chirographum in decretis apud Paulum quid sit 93
loci Pauli Ephesi. 2. legem mandatorum in decretis sitam, & Colossen. 2. chirographum in decretis sitam, explicantur 93
lex doctrina perfectæ iustitiæ, & uia ad cœlum. (100.331
locus Matthæi. 19. Si uis esse perfectus exponitur 100
liberos in monasteria intrudentes, immolare dæmonijs 102

M

Mundi compositio est speculum inuisibilis Dei 8
Misericordia Dei quid 14.34
Manichæorum error de duobus Dijs seu principijs 19.130
Moriones cuius nos admoneant 27
Misericordia Dei sola saluat hominem 34.54.90 (104
Malicia hominis depingitur graphice 34
Malicia hominum uarijs modis coercetur 53
Morales uirtutes, non communes naturæ dotes, sed speciales Dei gratiæ sunt 35.286
Merces bonorum operum est mera Dei gratia (39.47.278
Meriti proprij nullus locus 47.278
Merita Dei sunt, peccata hominum 47
Mali sua culpa pereunt 51.56
Minarum & promissionum Dei ratio 57
Modus exponendi leges diuinas 56
Maritus fidelium est Deus 67
Maledictio impiorum redundat etiam in posteros 69
Matrimonij utilitas & necessitas ac dignitas 77.78

Monachorum castitas uoto confirmata est impia 78.101
Mendacium prohibitum & maledicentia 82
Mendacium duplex 82
Maledicentia quid 83
Mortale peccatum quid 87.263
Maledictio & exactio legis, non doctrina sublata est 93
Monasteria quid olim fuerint 97
Monachorum antiquorum disciplina 97
Monachica disciplina olim præparatio ad Clericatum fuit 97
Monasticæ uitæ formula ex Augustino 98
Momachi olim ex suo labore uictitarunt 99
Monachatus Papisticus ita distat à ueteri ut cœlum à terra & professione & moribus 99.100
Monachatus papisticus est defectio ab Ecclesia & Christi doctrina 99.100
Monachicam professionem esse alterum baptisma, est dogma impiissimum 100
Monachi Papistici excommunicati & schismatici 101
Monachi omnium hominum pessimi, in omnibus uitijs inquinati 101
Monachorũ uitia ab Augustino reprehensa 101
Monasteria nostræ ætatis lupanaria sunt 101
Monachismi ueteris & purioris uitia 101
Monachica uota impia & diabolica 102
Monialium status omnino diabolicus 103
Mysteria salutis nostræ natura inuisibilia, solo uerbo cernuntur 117
Manichæorum error de duobus principijs 121
miracula Christi qualia 124
ministri Christi, quid ab ipso differant 124
macedonij error de Spiritu sancto 126
mysteria multa in extremo primum die reserabuntur 133
manicheorum error de anima hominis 142
mediatorem Christum cur oporteat Deum & hominem esse 143
manichæorum error de carne Christi 144.145
marcionis error de carne Christi 144
maria uera mater Dñi nostri Iesu Christi 146
meritum Christi nostrum 147.149
mors Christi nostra satisfactio & reconciliatio 147.149.264
mortis Christi efficacia & utilitas 148
miseriæ nostræ cognitio, Dei misericordiam cõmendat 148.287
mortis Christi duo in nobis effectus 150
mors Christi plena redemptio & salus 152.264
mors quid sit 154
morientur omnes quomodo 154
mali quam diu in Ecclesia tolerandi 158
ministerium Ecclesiæ necessariũ ad salutem. 160
malorum priuata consuetudo fugienda, nõ ipsa Ecclesia propter malos 161
ministeriũ nervus & anima est Ecclesiæ 166.169
ministerij Ecclesiastici necessitas et dignitas. 169
ministrorum Ecclesiæ nomina 169
manuum impositio 173
monachus & clericus simul esse nemo poterat apud ueteres 183
ministrorum uerbi authoritas 190
metropoles Episcopales quæ constitutæ 202
ministrorum Ecclesiæ authoritas quæ & quanta 210
ministri Ecclesiæ tantum uerbum Dei docent 211
ministris Ecclesiæ non est authoritas noua dogmata proferendi 213
magistratus intra, non supra Ecclesiam est 223
mansueti simus in peccatores 232
mortificatio quid 246.248
mors Christi meritum omnium sanctorum 263
misericordia & benignitate quomodo peccata expientur 269
machabeorum libri non sunt canonici, eoq; nihil probant 272
mortuorum memoriæ cur à ueteribus habitæ 274
misericordia Dei in Christo est meritum nostrum 281
misericordia & ueritas Dei perpetuo coniuncta sunt 285
morales uirtutes infidelium à dño præmijs afficiuntur temporalibus 286
meritum, uocabum est superbum, & offendiculo plenum 294
meriti uocabulo patres usi sunt cum magno fidei dispendio 294
merita humana etiam patres extenuant 294
merita nostra nihil esse duabus scriptura rationibus probat 295
merces bonis operibus promittitur & datur 295.308
merces bonorum operum est gratuitum Dei donum ut ipsa opera 296.297.301.307
moralia opera ante Christum non grata Deo (296
misericordia Dei fide apprehensa acerrimum excitabulum ad bona opera 299
merces operibus à Deo datur ob tres causas 301
(307.308
meritum Christi quod solum ualet ad peccata nostra abolenda, efficaciter à peccatis retrahit 299
maledictiones legis nemo effugit nisi per Christum 300
merces bonorum operum est hæreditas, non stipendium. 308. nec meritum 309
merces cur bonis operibus promittatur 310
meritum & merces non sunt relatiua in scripturis 310
mannæ duplex usus 318
mosaica & prophetica doctrina de Christo obscurior quàm Apostolica 326
manichæus calumniator prouidentiæ Dei (357
misericordia Dei omnibus parata se conuertentibus 367
moderari quid sit 367
mali iudicij Dei instrumenta, nihilominus peccant & puniendi 370.371
maleficia hominum quomodo consyderanda 372
minæ Dei conditionales quædam 374
mediator & intercessor unicus Christus 381
malum à quo liberari petimus Sathan uel peccatum est 394
mortificationis carnis initium, profectus & finis 412
manducare carnem christi & bibere eius sanguinem quid sit 433
missæ Papisticæ impietas graphicę depingitur & quinq; mala 448

Missa est diaboli inuentum 449
Missa si sit sacrificium, necesse est iterum macta ri Christum 450
Missæ priuatæ fructus impius 451
Missarij sacerdotes uendunt cum Iuda Chri stum 453
Miracula multa cur facta tempore Apostolo rum 460. 465
Matrimonium non est sacramentum 472
Matimonij leges à papis scriptæ impijssimę (473
Magistratus à deo, honestus & utilis est 475
Magistratus qualis esse, & quid agere debe at (481
Magistratui obtrectantes, deo maledicunt 476.477.484
Magistratui inobediẽtes, deo rebelles sunt 476
Magistratus uarie species, sed omnibus paren dum 476
Magistratus officium 477
Magistratus sceleratos occidere potest 477
Magistratui quando liceat bella gerere 478
Magistratui quomodo liceat præsidia habere, fœdera facere, munitiones fabricari 429
Magistratus quomodo tributa, uectigalia exa ctionesq; accipere possint 479
Magistratus quid 479
Magistratus leges condat bonas & conser uet 479
Magistratus quid pijs prosit 481
Magistratus quando, quomodo à pio implora ri possit, & ad tutelam & ad pœnam 481.482 (483
Magistratus uindicta Dei est 482
Magistratus reuerendi & honorandi sunt 483
Magistratui prompte in omnibus parendũ 483
Magistratus in precibus sanctorum sit 483.485
Magistratus contemptores Deus punit 483
Magistratus officio nemo se inijciat 483
Magistratus oculi, auris & manus qui 484
Magistratus pius beneuolentiæ Dei donum, im pius iræ illius flagellum 484
Maledictionis Dei nomine, omnes calamitates intelliguntur 484
Magistratui etiam pessimo parendum, quia à Deo datus 484
Magistratui plebs malo, uxor marito moroso, pueri parentibus fœuis obediant 486
Magistratus impios Deus uarijs modis præcipi tat 486
Magistratus populi libertatem tueantur & ty rannicè abutentibus potestate, resistant 487
Magistratui non pareamus contra Deum 487
Manſuetudo uera, quo pacto discatur 492
Mortificatio carnis uera quæ 493
Maledictio Domini tantum impiorum est 476
Matrimonia mala cur Deus immittat 500
Mortis timor quibus rationib. excutiẽdus 502

N

Negantes Deum, sentiunt esse Deum 3
Notitię Dei effectus 3.4.7.14.280
Nemo potest habere excusationem ignoratio nis Dei 5.8
Nosse teipsum, aliter philosophi, aliter Christia ni intelligunt 15
Notitia sui ipsius in duobus sita 16.25.180
Nemo nisi iustus Deo placet 18
Natura hominis & inops boni, & fertilis malo rum 19.38
Naturalis boni appetitus, & hominibus & be stijs ex æquo ineſt 32
Naturalis homo totus caro & peruersus 33.34. (285
Necessitas peccandi in homine quomodo intel ligenda 36
Necessario, non coacte peccat homo 36
Necessitas & coactio differunt 36
Natura prorsus nihil boni ex se potest 38
Necessitas non excusat peccatum 47
Natura propensi sumus ad idololatriam 62
Nomen Dei reuerenter habendum 69
Nomen Dei trifariã & honoratur & prophana tur 69
Nomen & fama proximi salua custodienda 83
Nullus hominum per se iustus est, fuit & erit 88 (280
Nullus unquam hominum legem perfecte im pleuit 88
Nemo à Deo extra Christum diligitur 113
Noua uocabula trinitatis & personarum, patres propter hæreticos perspicuitatis gratia usur parunt 128
Nihil fit sine Dei consilio & uoluntate 130
Natura non est per se mala, sed ex corruptione (130
Nestorij error circa Christum 146
Natiuitatis Christi fructus & usus 146
Nemo Dei misericordiam rite excipit, nisi prius formidine iræ Dei & horrore gehennæ percul sus 148
Nemo, nisi uocetur, ministerium Ecclesiæ susci piat 171
Noui testamenti doctrina clarissima 212
Nouatiani negarunt ueniam lapsis 238
Nemo iustus coram Deo, nisi de se desperans, il lius misericordia nitens 281
Nemo debet sibi arrogare uel micam iustitiæ alioqui sacrilegus est 284
Nulla neq; opera neq; uirtutes deo absque fide placent 288
Neq; confidendum, neq; gloriandum in operi bus nostris 292
Nemo iustificatur quin & sanctificetur 298
Non iustificamur sine operibus, non tamen per opera 298
Nemo ex lege iustificatur 306
Noui & ueteris testamenti differentiæ quinque (324
Nouum testamentum quid 326
Necessaria factu nunquam omittenda propter offendiculum 336
Nihil in doctrina pietatis celandum, propter im piorum calumnias & irrisiones 351
Necessitas rerum est uoluntas dei 358
Nostrum Patrem cum deum orantes uocemus (389
Nomen dei quid 390
Nomen dei sanctificatur quinq; modis 390
Nomen Christianum neminem saluat impi um 406
Nemo electorum nisi prius regeneratus ex hac uita euocatur 423
Nullus Ecclesiæ cœtus sit sine uerbo, Eucha ristia, oratione & elemosina 449

Nouissimum tempus & hora cur dicatur regnũ Christi per Euangelion reuelatum 455
Nouum testamentum cur nihil de bellis præcipiat 478
Nemo bene Christianus qui mortem & resurrectionem non cum gaudio expectat 502

O

Opera clementiæ & seueritatis Dei sunt in hoc sæculo semiplena & inchoata 7
Officium spirans Spiritus sancti scripturas mentibus nostris obsignare 12
Originale peccatum quid, & eius effectus 17.18 (411
Omnes peccatores nascimur 17.18.411
Omnis cognitio diuinorum Dei donum est 30
Oratio arguit nos inopes omnis boni 30
Operum iustitia quid 30.275
Obedientiam caro non præstat 31.497
Origenis sententia de libero arbitrio 33.54
Obedientia, gratiæ Dei opus est 39.40.43
Opera bona omnia Deus in nobis facit 40
Opus idem Deo, Sathanæ, & homini ascribi potest, sed diuersa ratione 44
Oeconomia doctrinæ Dei optima est 48
Obiurgationes & exprobrationes ac minæ dei in scripturis ad duo utiles 51.57
Opera nostra bona sunt debita, ac proinde per se non premio digna 57
Obedientia Dei sola est uerus cultus eius 57.94 (343
Opera extra Dei uerbum excogitata sunt legis Dei prophanatio 58
Obedientia parentibus, magistratibus, & omnibus nobis diuinitus præfectis, præstanda 75
Obediendum nemini contra Deum 76.343.487
Obedientia Ecclesiæ uera quæ 343
Odium quid 76
Officij debiti degeneratio furtum est 81
Officia singulorum ordinum summatim recensentur 82
Opera charitatis testimonia solidæ iustitiæ 85
Obedientia primæ tabulæ decalogi in duobus sita 85
Optime uiuit, qui Deo & proximo, uiuit, & sibi quam minimum uiuit 85
Obedientia piorum semiplena Deo placet 88
Opera nostra bona quando Deo placent, & ex fide fiunt 103
Obedientia Christi parauit nobis oĩa bona 119
ordo personarum in diuinis, ubi tamen nec prius, nec posterius 126
ἰδία κατὰ ἀναφόρας quid 127.128
ὁμοούσιος quid 128
omnipotentia Dei qualis 130
oleum dona sunt Spiritus sancti 141.465
obedientia christi expiauit inobedientiã adę 147
ordo misericordiæ Dei in nobis 157
ordo gubernandę Ecclesiæ à Deo institutus. 168
ordines Ecclesiastici qui 169.174.470
opes Ecclesiasticæ sunt patrimonium pauperum 176
opes Ecclesiasticæ in quatuor partes diuidebantur 177
ornatus templorum apud ueteres exiguus 177
ostiarij qui 177
oblationes ueteris Ecclesiæ quid 186
osculum pacis quid 186
ordinatio Episcoporum à quibus facta 199
officiales Episcopales iurisdictione Ecclesiastica impijssime abutuntur 224
orandum pro excommunicatis 232
opera bona iustitię titulo & mercede digna sũt, non ex se, sed ex Dei gratia 278.290
opera bona Deo propter obedientiam placent 278.342
opera legis cur Paulus nominatim in articulo iustificationis excipiat 278
opera ab affectu cordis æstimanda 286.288
opera sine fide qualia qualia sint, peccata sunt (289
opera sanctorum & renatorum sunt impura & imperfecta 289.290.303
opus quoduis sanctorum iudicium Dei ferre nõ potest 290
opera piorũ cur Deo placeant 290.302.304.307 (342
opera supererogationis meræ sunt nugæ Papistarum 291
opera non sunt caussa salutis nostræ 292.308
operibus bonis quomodo ascribatur uita æterna 294.308.342
opera cum non iustificant, an tamen mereantur homini aliquam gratiam Dei 294
opera bona quomodo Deus in nobis perficiat 308
opes nostras quomodo in cœlum transmittamus 311
opera nostra imperfecta ex fide facta Deo placent 338
obedientia Dei est facere quæ uerbo iubet (370
orationis necessitas, utilitas, & caussa 375
oratio quid 375.385
orari à nobis uult Deus ob quinque caussas (376
orantium conditiones quatuor 376.378
orationis stimuli sunt miseria nostra, Dei præceptum & promissio 379.394
orationem negligere est maximũ peccatum 379 (391
orantes sanctificant & laudant nomen Dei (379
orandum tantum in nomine Christi 380.388
orationes mutuæ piorum Deo gratæ 380.383
orationes ad Diuos dirigere est diffidentiæ signum 381
orationis partes duæ 384.
oranda duo sunt à Deo 384.387
orandum sine intermissione 384.
oratio priuata & publica 384.
oratio requirit secessum 385
orandum in cœtu Ecclesiæ 385
oratio quatenus uocem & cantum requirat (387
orationes publicæ fiant lingua cuique Ecclesiæ uernacula 386
orationis cæremoniæ 387
orandi forma absolutissima à Christo præcepta 387

Oratio Dominica habet sex petitiones 387
Orantes tantũ Dei gloriam, non nostrum commodum spectemus 387.391
Orationis dominicę expositio 388
Orandum pro omnibus hominibus 389
Orationes Christianorum sint communes 389 (394
Orandi audacia, & fiducia impetrandi unde sit (349
Orationis dominicæ perfectio 395
Orationi certa tempora deputanda 395
Orantes Deo nihil præscribamus circumstantiarum 395
Orandum perseueranter 396
Ordines papistici clericatus non sunt sacramenta 467
Ordinationes Dei bonæ non omnes sunt sacramenta 472
Obedientia uera cruce discitur 497
Obedientia uera quæ 499
Opulentia neminem faciat superbum, sed largum & beneficum 505

P

Pietatis uerę ratio quæ 45
Pij quomodo Deum timeant 45
φιλανθρωπία hominum 1.491
Philosophorum uanæ de Deo sententiæ 7.28
Plato corporeum Deum fingit 7
Pneumatici scripturam contemnentes arguuntur 12
Peccatum quid 17.41.42.87
Peccatum originale quid 17.18.411
Pelagianorum error de peccato originali 17
Peccatum originale à parentibus in filios transmittitur 17.412
Peccatum originale damnat 18.411
Potentiæ animæ humanæ 20.21
Philosophorum sententia de libero hominis arbitrio 21
Patres omnes, excepto Augustino, ambigue de libero arbitrio loquuntur 24
Patres omnes hominem non in se, sed in Deo fidere docent 25
Pelagianorum error de intellectu hominis 30
Peccatum quid apud philosophos 31
Pelagianorum error de merito hominis confutatur 37.39
Perseuerantia in bono, est gratiæ Dei donum (39.40.48.50
Peccatum in renatis habitat, sed non regnat 43
pręscientiæ Dei opus apud patres 44
periculosum non est, simpliciter tenere à scriptu ris tradita 44
permissio Dei in malis 44.45
prouidentia Dei gubernat hominum uoluntates etiam in externis 46
pelagianorum rationes pro stabiliendo libero arbitrio diluuntur 47.48
premia bonorum operum, gratia Dei est 47 (39.57
præceptorum Dei tres species 49
promissiones Dei admonẽt nos non esse iustos, sed opus habere ad salutem gratia Dei 49 (57.301
promissa Dei non per arbitrium uel naturam, sed Deus ipsa per gratiam implet 50
promissionũ dei cõditionaliũ ratio 51.88.112.300
promissionum & præceptorũ Dei utilitas 48.51
promissiones Dei duplices 57.112.277.301.302
præcepta Dei duplicia 59
patres ueteres imagines damnant 66.67. (219
pictura & sculptura quando licita & bona 66
peccata parentum in filijs puniuntur, & non puniuntur 68
pœnæ peccatorum temporales testimonia futuræ iræ 69
prophanatio nominis Dei multiplex 69
periurium grauissima Dei contumelia 70
parentum nomine accipiuntur omnes nobis prę positi à Deo 75
parentes non honorantes indigni sunt uita 75
pudicitia ab omnibus requiritur 77.78.80
pudicitia quid 78. & quam late pateat 81
papistæ coniugium uocant immundum 78.79
paphnutij dictum de coniugio 80
pessime uiuit, qui sibi uiuit 85
proximus est quilibet homo 86
proximus propter Deum diligendus 86
peccatum ueniale quomodo definiant sophistæ 87
præcepta non ex se tantum, sed ex prępiente æstimanda 87
peccata ex uerbo Dei æstimanda 87
peccatum omne mortale est 87.265
peccatum quando sit ueniale 87.265
pædagogia legis ad duo utilis 91
purificationum Iudaicarum significatio 94
promissio & uotum quatenus differant 94
perfectio Christianorum quæ 99.308.312. (490
particularia uitia peccatoribus exprobranda, quando ex generalibus admonitionibus non emendantur 100
promissiones Dei gratuitæ solæ nos certificant de salute nostra 112.277.301
promissiones Dei omnes sunt beneuolentiæ illius erga nos testimonia 113.314
promissiones Dei in Christo firmæ sunt 113.301 311.314.380
petri lombardi error de spe 118.245
pater Deus inuisibilis in Christo rite cognoscitur 119
prophetæ ex spiritu Christi locuti sunt ut Apostoli 121
pœnitentia fidem sequitur & ex ea nascitur 245
pœnitentiæ partes duæ 246.248
pœnitentia duplex est 246
pœnitentia quid 247.250
pœnitentiæ nomine quid complectatur 247
pœnitentiam agere, resipiscere, conuerti seu reuerti ad Dominum, fructus pœnitentiæ dignos proferre idem 247
pœnitentia incipit ab horrore & odio peccati, ac iudicij diuini 247.250
pœnitentia in tribus capitibus sita est 247
pœnitentiæ, caussæ, effectus ac partes septem (248
pœnæ peccati in pijs 249
pœnitentiæ fructus qui 249
pœnitentiæ externa quædam signa patres plus æquo extulerunt 249

Pœnitentibus tantum remittuntur peccata 250 (252
Prædicare pœnitentiam & remissionem peccatorum quid 250
Pœnitentiæ caussa est misericordia Dei 250
Pœnitentia per omnem uitam durat 261
Pœnitentiam requirit Deus, ab ijs, quibus offert misericordiam suam 250. 252
Peccati odium nascitur ex amore iustitiæ 251
Pœnitentiæ definitio & partes iuxta sophistas (251
Pœnitentibus & ueniam assecutis non exprobranda sua peccata 253
Pœnitentibus culpa & pœna à Deo remittitur (265
Pœnæ Dei duplices 267
Pœnæ impijs maledictiones, pijs benedictiones 268
Patientia in aduersis quo confirmetur 268
Pœna cur de Dauide post remissum peccatum sumpta sit 269
Peccata quomodo eleemosynis redimantur 269
Petrus lombardus unde suas sententias collegerit 271
Purgtoriũ est exitiale Sathanæ commentũ 271
Purgatorium nullis scripturis probatur 272
Præcationes pro defunctis antiquæ quidem, sed sine uerbo & exemplo scripturæ 273
Purgatorium apud ueteres pro re incerta habitum 274
Promissiones legis & Euangelij in quo differant 277
Personam Deus intuetur ante opus 289
Paulus cur nihil à Corinthijs acceperit 291
Promissiones beneficiorum Dei, non meritis hominum fiunt, sed ostendunt quales esse debeant renati 302
Patriarcharum uita calamitosa indicio est, Deum eis meliorem uitam, nimirum æternam daturum 317. 320
Peregrini sumus in terra, cœlum patria est 319
Patriarchæ Moses, Prophetæ, & omnes sancti ueteris testamenti sperarunt uitam æternam (320. 324
Prophetæ beatitudinem æternam, temporarijs beneficijs describunt 322. 325
Prophetæ aperte de uita æterna prædixerunt (323
Promissiones ueteris & noui testamenti, atque fundamentum earundem Christus, idẽ sunt 324
Pœnę temporales typus æternarum pœnarũ 325
Pharisæi pertinaces qui, quorum non curanda offensio 335
Politicum regimen hominis quid 336
Papę constitutiones quinq; ob caussas impię & pernicioſę 339. 340
Pastores Ecclesię duplices 347
Prędestinationis disputatio perplexa & periculosa fit ex hominũ curiositate & audacia 350
Prædestinatio ex solo Dei uerbo discenda 351
Præscientia Dei quid 352
Prædestinatio quid 352. 358
Prouidentia quid 352
Prædestinati sunt quidam ad salutem, quidam ad interitum 352
Primogeniti quidam cur à Deo reiecti 354
Prędestinationis calũniatores confutantur 356
Persona quid 359
Personarum acceptor non est Deus 359
Prædestinatio Dei iusta & irreprehensibilis est 359
Promissiones Dei cur sint uniuersales, & quando sint efficaces 367
Prouidentiam Dei pauci recte intelligunt 367
Prouidentia Dei uniuersalis, ut uocãt, nec uera, nec tolerabis 367
Prouidentia Dei peculiaris erga singula certa & uera est 367. 370
Prouidentiæ Dei calumniatoribus os obstruitur 369
Prouidentia Dei omnia dispensat, ut uult 370
Prouidentia Dei dispensat in salutem electorum omnia 370
Prouidentia Dei habet in manu sua omnes homines 371
Prouidentia Dei hostium nostrorum improbitatem frangit 371
Prouidentia Dei facit pios in prosperis gratos, in aduersis patientes, in omnibus securos 371
Prospera omnia Dei prouidentiæ dona 371
Prouidentiæ Dei consyderatio in aduersis iram & impatientiam sedat 371
Prouidentiæ Dei cognitio summa fœlicitas, ignoratio extrema miseria 373
Prouidentia Dei perpetua, firma, & absq; pœnitentia est 374
Pœnitentia quo sensu Deo tribuatur 374
Peccatores non exaudit Deus 377
Petitio quid 384
Pater noster est & haberi uult Deus 388
Panis quotidianus quid 391
Panis quotidianus semper etiam diuitibus orandus 392
Panem quotidianum auari & diuites non orant (382
Peccata cur debita uocentur 392
Promissiones Dei omnes in Christo oblatę 405
Pædobaptismus à Deo institutus probatur 415
Promissiones Iudęorum alię spirituales, alię carnales, sed hæ illarum confirmationes 419
Panis uitæ quomodo sit Christus 430. 433. 435
Panis & uinum in Cœna Domini per Metonimiam dicuntur corpus & sanguinis Christi (433
Prophetæ ueritatem rerum sub Christi regno typis suę ætatis describunt 449
Pacem dare, quid sit apud Cyprianum 463
Pœnitentes manuum impositione uetereſ in Ecclesiam receperunt 463
Pœnitentia non est sacramentum 464
Pœnitentiam esse secundam post naufragium tabulam impie dicitur 465
Politiæ necessitas & utilitas 474
Politiæ tres partes 475
Prefectura & gubernatio apud Paulum quid (475
Pœnę scelerum diuersæ diuersis nationibus conueniunt 481
Primitiarum quę ratio 492
Prosperitatem omnem pius à Domini manu, & iuxta illius uerbum expectat 494
Persecutionis propter iustitiam consolatio 498
Patientia quid 498
Patientiæ Christianę & philosophicæ discrimen 499

Paupertas æquanimiter ferenda 504
Pater, Filius & Spiritus sanctus unus Deus 125
Personarum in diuina essentia distinctio quomodo considerandа 126
Persona proprietas uocatur 126. 128. & est relationis uocabulum 127
Personarum distinctio non similibus, sed uerbo Dei ostendenda 126
dei Patris persona quid 126
Patres non ubiq; neq; secum, neq; cum alijs consentiunt 128
Peccatum non est ex natura, sed ex naturæ corruptione 130
Platonis de angelis sententia 134
Prouidentia Dei paterna erga homines ex conditione rerum intelligitur 138
patri duo, principium agendi & creatio tribuuntur 126. 140
peccatis Dei gratia auertitur 147
præsentia Christi in Ecclesia qualis 152
proprietas rerum necessaria 157
papistarum argumenta, quibus se Ecclesiam esse probant, diluuntur 164
papisticæ Ecclesiæ, cum Israelitica collatio 166
papistæ suos ad duo cogunt 166
prophetæ qui 169
pastores qui 169. 170 229. 476
pastorum officium in duobus situm 170. 229
pastor suam quisq; Ecclesiam curet 170
pastor ab Ecclesia sua non temere discedat 170
presbyteri qui 170. 174. 184. 470
paulus non ab hominibus neq; per hominem Apostolus fuit 162
patriarchæ quid 175
papatus omnia Ecclesiæ ministeria habet corruptissima 180. 185
papæ indocti asini 183
papistici sacerdotes ad unum omnes sunt serui diaboli 184
papistici sacerdotes omnes ex furto uiuunt 186
prophetæ sed imagine rerum terrenarum cœlestes nobis adumbrant 187
peccatum in Spiritum sanctum irremissibile. (241. 272
papa non est monarcha Ecclesiæ 189
petrus æqualem cum alijs Apostolis potestatem habuit 189. 192
primatus papæ prolixe confutatur 189
petrus nunquam aut non diu Romæ fuit 144
papa non habet iurisdictionem in omnes Ecclesias 199. 200
papæ primatus mendacijs & uiolentia fundatus est 209. 203. 226
politicę leges pro temporum ratione mutantur 102
papa quantam sibi potestatem uendicet 204. 226
papa cum suis non sunt Ecclesia 216
papa non est Episcopus, ergo non summus Episcopus 206
papa est uerus Antichristus 207
papam errare posse exemplo probatur 208
papæ theologia qualis 208
potestas ecclesiastica uera, quæ, qualis & quanta 210
potestas ecclesiæ non infinita, sed uerbo Domini inclusa 211
potestatis ecclesiasticæ effectus 212
pelagianorum error de perfecta in hoc sæculo iustitia 214
papistæ putant Spiritum sanctum titulis affixum 218
præpositis ecclesiæ ueris obediendum 220
presbyteri duplices 222. 224
papæ iurisdictio spiritualis tota est impia & tyrannica 224
pastores publice & priuatim doceant 229
peccata sunt quadruplicia 229. 230
peccata publica & occulta quæ 230
pœnitentiæ publicæ ritus apud ueterem ecclesiam 231
publicæ pœnitentiæ rigor mansuetudine temperandus 231
peccata uoluntaria etiam remittuntur pœnitentibus 240
patres difficulter recipiebant eum, qui post pœnitentiam iterum lapsus fuisset 240

Q

Quamobrem scriptura sacra sit prodita 9
Quare sacræ literę simplici stilo proditę 11
Quomodo de libero arbitrio docendum 19
Quomodo Deus bona opera in nobis incipiat & perficiat 38
Quatenus renatus homo à peccati seruitute liber sit 41
Quomodo Deus per Sathanam & malos agat (45. 53
Quæ pingenda & sculpenda sint 66
Quæ iuramenta Christus damnet 71
Quicquid non ex fide peccatum 103
Quomodo scriptura legenda sit 131
Quales & qualiter eligẽdi episcopi 172. 173. 178
Quorum sit eligere episcopos 173. 178
Quomodo sancti pro ecclesia patiantur 262
Quatuor hominum genera sunt 285
Quatuor sunt salutis nostræ caussæ 292. 293
Quinq; sunt ueteris & noui testamenti differentiæ, non in substantia, sed in administratione 324

R

Religio Dei hominibus natura ineſt 2. 56
Religio falsa & uera quæ 3. 4. 5. 56. 69
Religio uera quid 5. 56. 60
Refutatur error dicentium, scripturam sacram habere suam authoritatem ab ecclesia 9
Rationis uires iuxta philosophos 21. 490
Res terrenæ quæ 27. 130. 137
Res cœlestes quæ 27. 130. 137
Ratio in rebus spiritualibus talpa cæcior 28
Ratio ignorat uerum Dei cultum 31
Renascentia hominis quid 33. 37. 53. 302 410 490
Remuneratio bonorum operum est ex mera gratia Dei 39. 301
Regeneratio hominis in hoc sæculo non plena est 40
Regeneratæ animæ duæ partes, caro & spiritus 40
Renatus homo quid 41
Reliquiæ peccati in electis ad duo faciunt 41. 43
Reatus peccati ex gratia, non nostro merito remittitur 42
Recedere Dominum à populo quid sit 52
Respicere Deum super homines quid sit 52

Regenerationis uis & officium 53
Regula interpretandi leges diuinas 59.50
Religio est anima & fundamentum iustitiæ 60
Rapina furtum est 81
Reconciliatio cum Deo est summa salutis nostræ 112
Rerum omnium conditor & gubernator est Deus 125. 140
Regnum Christi quale in terris 142. 153. 474
Reges quomodo Christiani 142
Redemptionis nostræ per Christum factæ modus & summa 147
Reconciliatio nostri cum Deo quomodo per Christum facta 148
Resurrectio Christi tria nobis commoda largitur 152
Ritus quibus Ecclesiæ ministri confirmabantur 173
Roma non est sedes primatus Ecclesiastici 194
Romana Ecclesia ob tres causas olim in magno precio fuit 195
Roma unde sedes Apostolica dicta 195
Romana Ecclesia unde imperium in alias nacta sit 198.201.202. 203 226
Rex & spiritus differunt 296.474
Ratio ædificandæ Ecclesiæ uera quæ 210
Remissio peccatorum est ingressus in Euangelium 237
Remissio peccatorum tantum in Ecclesia habetur 237
Remissio peccatorum gratis, et quotidie in ecclesia Christi nobis datur per claues, id est, uerbum & sacramenta 237. 238
Resurrectionis mortuorum certitudo 242
Regeneratio quid 248.274
Regnum Dei quid 250
Remissio peccatorum est mere gratuita 264
Remissio peccatorum plena & culpæ & pœnæ datur in Christum credentibus 265
Redemptio Christi plene & à culpa & à pœna nos absoluit 266
Redimere peccata eleemosynis quid sit 269
Remittere & retinere peccata 271
Religionis cardo uersatur in cognitione iustificationis, & qualia opera sanctorum 274
Reconciliatio peccatoris cum Deo quid sit & quum fiat 278. 279
Remissio gratuita peccatorum est nostra iustitia coram Deo 279. 291
rationes multæ ad bona opera excitantes 297 (298
retributio bonorum operū fit ob tres causas 301
reddi unicuiq; secundum opera sua quid 308
regnum cœlorum est hæreditas filiorum, non stipendium seruorum 308
regnum cœlorum Iudæorum & Christianorum idem 323
regimen hominis duplex 336. 473
reprobatio quid 352
reprobationis causa unica uoluntas Dei 355
reprobos Deus uel ueritate priuat, uel per uerbum magis excæcat 365
reprobi iuste damnantur, & gloriam Dei commendant 369
regnum Dei duplex est 390
regnum Dei multa significat 391
remissio peccatorum gratuita omnibus necessaria 392
remissio offensarum fraternarum quid 393
regenerari aqua & spiritu quid 426
resurrectio & ascensio Christi in cœlum quid nobis prosint 438
ridiculæ papistarū ceremoniæ in ordinādis sacrificulis, et earū significatiões recitantur 468
rasuræ clericalis origo 469
regnum Christi & politicū sunt distincta, non contraria 474
regnum Christi & politicum in terris utrumq; bonum & necessarium 474
repugnantia naturæ fidei in pio in aduersis 499

S

Sapientia Christiana cōstat cognitione Dei & nostri pagina 1
Stupor & horror sanctorum ad præsentiam Dei unde ueniat 2
Sensus Dei omnibus natura ineſt 3
Superstitionis origo, & ingenium 4
Similitudo Dei quid 5.16
Sine uerbo nemo ad salutarem dei cognitionem peruenit 9. 12
Scripturæ sacræ utilitas 9. 12
Scripturæ authoritas quæ, & unde sit 9.10.12
Scripturæ authoritas pendet à reuelatione Spiritus sancti 10 12
Sacra scriptura cur sit humili sermone tradita 11
Simplicitas scripturæ plus afficit pium lectorū, quam summa oratorum eloquentia 11
Spiritus sanctus non contemptu, sed reuerentia scripturæ imbuit 12. 48
Spiritus sancti officium, non nouas doctrinas confingere, sed uerum Euangelij uerbum in cordibus nostris obsignare 12. 113. 14
Spiritus sanctus secundum scripturas à se probi tas iudicandus est 12. 43
Scriptura est imago Spiritus sancti 13. 43
Sensus quot & quid 20. 21
Scholasticorum & patrum sententiæ de libero arbitrio 23
Spiritus sanctus quomodo sit in pijs, quomodo in impijs 28. 363
Spiritualia ratio prorsus non intelligit 28
Spūs sanctus docet intelligere diuina 29.49.113
Spiritus est ex regeneratione, non natura 33
Sabbatismus uerus quis 338. 72
Spiritus & carnis pugna 40.43 108
Spiritualis homo 41. 108
Sancti peccatum habent 41. 88
Spiritus sancti fructus & opera quæ 43
Spiritus sanctus interne docet 49. 113
Scripturæ à pelagianis pro stabiliendo libero arbitrio citatæ exponuntur 49
Salus hominis à sola Dei electione gratuita pendet 54
Superstitio quid 63
Sanctos defunctos quidam p dijs colunt 63. 88
Signa præsentiæ Dei apud Iudæos qualia 64
Sanctificatio nominis Dei triplex 69
Sabbatum ob tres causas est institutum 72
Sanctificatio nostri quid 72. 274. 289
Sabbatum spirituale quid 72
Septenarij numeri mysterium 73
Septimus dies cur quieti destinatus 73
Sabbati ratio quæ Christianis competet 74
Scortatio omnis maledicta 77. 79

Scortatio quam late pateat 81
Sanctitas perfecta in duobus sita 84
Sophistæ de dilectione male docuerunt 85
Sophistæ ex præceptis Dei impiè fecerunt consilia 86. 99
Sancti Papistici quales sint 88
Sub lege gratiæ esse quid 87
Sub operibus legis esse quid 93
Sacrificiorum Iudaicorum significatio 94
Sacerdotum Iudaicorũ purificatio typus Christi 79
Sacramenta quid 96
Spiritus promissionis quid 96
Spiritus sanctus fide mentem illuminat, & confirmat 113.114
Spiritus sanctus sigillum & arra salutis 114
Sophistæ & gratiæ Dei & Spiritus sancti, & omnis fidei expertes sunt 105.113.114.115
Spes quid sit 117. 244
Spes fidem sustentat & saluat 118.244
Spes in tentationibus & aduersis fidem corroborat 118.244
Spei & fidei idem & unicus scopus misericordia Dei 118.245
Symboli Apostolici, utilitas, authoritas ac partes 119. 120
Sophistæ impure de essentia & trinitate Dei loquuntur 121
Spiritus sancti diuinitas probatur 125
Spiritus sancti persona quid 126
Sabellij error de trinitate 127. 128
Sensus scripturæ ueræ semper usurpandus, uerba non item 128
Scriptura tantum ea memorat, quę nostra interest scire ad salutem 130.135
Speculationes superuacuæ reijciendæ 131.135
Saducæorum opinio de angelis 133. 137
Sathanæ nomina, studia & malicia 134
Sadducæi resurrectionem negant 323
Solis uis & potentia 139
Sacerdotium Christi in quo 142,189
Sacerdotes sunt Christiani 142
Sepultura Christi nobis bifariam utilis 150
Sessio Christi ad dexteram Patris quid 351
Spiritus sancti uaria nomina & officia 155
Salutis caussæ efficientes quæ 165
Schismatici qui 165
Sacerdotum officium 175
Sacrilegium quid 176
Synodicæ epistolę quid 199
Spūs sanctus non est affixus cōcilijs per se 219
Scelera quæ 230
Synodi episcopales annui cur instituti 237
Sanctorum martyria non sunt propiciatio peccatorum mundi 262
Satisfactio quid ueteribus fuerit 263. 270
Satisfactionis abusus causa fuit indulgentiarum Papisticarum 263
Satisfactio quid sit sophistis, quas habeat partes, quos effectus 264
Satisfactio peccatorum unica & perpetua est solus Christus 264,270.271.280.291
Satisfactio Papistica & Christo suã gloriam furatur, & cōscientias salutis incertas facit 264
Satisfactio Christi non plena, si à nobis conuersis peccatorum pœna exigitur 266
Solis sacrificijs, non alijs operibus in lege Mosi peccata expiabantur, & quare? 266
Satisfactio quam à nobis requirit Deus est pro remissis peccatis gratiarum actio 266
Satisfactionem operum quibus scripturis probent scholastici 266
Satisfactio Papistica ueteribus ignota fuit 270
Sola fide nos iustificari uerissimile dicitur, quicquid sophistæ garriant 278
Superbi qui 282
Superbis nulla salus 282
Securitas unde nascatur 287
Salutis nostræ principium est gratia Dei, quæ nos mortuos uiuificat 287
Scholasticorũ error circa iustificationẽ 276.290
Satisfactio nostra pro peccatis nulla est 291.392
Sancti quomodo suam salutem operentur 308
Sacramentoꝝ uet. & no. test. eadẽ significatio 315
Sanctorum uita habet in hoc sæculo plus aloes quam mellis 318.322
Sancti uet. test. cur diu uiuere cupiuerint 325
Sancti ueteris tastamenti etiam spirituales 328
Scandala duplicia 335
Spirituale regimen hominis quid 336
Salus electorũ à sola Dei electione pendet 354
Spiritus adoptionis, sigillum & arrabo est futuræ fœlicitatis 360
Securitas quæ à Paulo damnetur 363
Successus bonis omnis, dei benedictio est 368.371
Spiritus quomodo pro nobis interpellat 376
Sacramentum quid 397
Sacramenta cur instituta 398.400.402.455 (397
sacramenti duę partes sunt, uerbũ & elementũ
sacramenti uerbũ plebi diserte explicet 398.443
sacramenta Papistę uerbum murmurando prophanant 398
sacramenta non sunt superuacanea sigilla promissionum Dei 398
sacramentum uerbum uisibile, columna fidei, & speculum 399
sacramenta sunt signa gratiæ, etiam si impij sumant 399
sacramenta fide percipienda 399.403
sacramentis quantum Paulus tribuat 399
sacramenta fidem confirmant & augent 399
sacramenta & uerbũ sunt instrumenta spiritus sancti ad confirmandam fidem 400. 403
sacramenta signa fœderis 398. 402
sacramenta non per se, sed uirtute Dei fidem confirmant 400
sacramenta aufert Deus ijs, quibus suam uult auferre gratiam 401
sacramentorum uim & usum eneruantes confutantur 402
sacramenta per se non iustificant, neq; gratiam conferunt 402.413
sacramenta pernitiosa sunt sine fide sumentibus 402.413
sacramentum & res seu uirtus sacramenti bene distinguenda propter pios & impios 403
sacramentum, non rem sacramenti percipiunt infideles 403
sacramentorũ res & substantia est Christus. 403
sacramenti uis & ueritas pendet ab instituente, nõ à dignitate sumentis aut ministri. 403.413
sacramentum offerre & percipere differunt. 403
sacramentorum fructũ non ꝑcipiunt impij. 403
sacramenta trifariam dehonestantur 403
sacramenta & uerbum offerunt Christum, pro sunt autem tantum fide accipientib. 403.413

ſacramenta ſunt nuncij & teſtes gratiæ, ſpiritus ſanctus collator gratiæ 404. 413
ſacramenta & ſpiritus ſancti operatio ſeorſim conſyderanda 404. 413
ſacramentis uis & gratia Dei non eſt ita alligata ut ſeparari non poſſit 403. 404. 413
ſacramenta uaria, naturalia & miraculoſa 404
ſacramenta non à ſe, ſed à uerbo habent ut ſint ſacramenta 404. 413. 458
ſacramentis homines in unam religionis ac fidei profeſſionem colligantur 404
ſacramenta ſunt cæremoniæ, quibus Deus nobis ſuam teſtatur gratiam, nos uiciſſim profitemur coram illo & hominibus ueram religionem 405. 413
ſacramenta pro tẽporis diſpenſatione uaria 405
ſacramenta iudæorũ, circumciſio, purificatiões, ſacrificia. 405
ſacramenta Chriſtiano. baptiſmus, & Euchariſtia 405
ſacramentorum uet. & noui teſtamen. idem ſcopus 405. 406
ſacramenta uete. & noui taſtamen. in una tantum re differunt 405
ſacrificia Iudæorum ſacramenta Chriſti 405
ſacramenta no. teſt. clarius Chriſtũ offerũt quã uetera 406. 407
ſacramenta non ſaluant impios 406. 413
ſacramentorum diſcrimen à ſophiſtis traditum falſum eſt 406. 407
ſacramentorum uet. & no. teſta. collatio 407
ſacramenta ſine fide accepta damnant, ut omnes Dei promiſſiones 402. 413
ſacramentis Chriſtus præſentiſſima ſpiritus uirtute adeſt 404
ſacramenta ut è manu Dei accipienda 413
ſacramenta conſyderanda non tantum in externa cæremonia, ſed ex uerbo promiſſionis, ac myſterijs ſpiritualibus per ſigna externa figuratis 415
ſacramenti ſignum à uerbo fœderis non diuellendum 416
ſacramenti res, non ſemper ſignum temporis ordine præcedit 424
ſpiritus aqua & ignis cur dicatur 426
ſacramenta rerum quas ſignant, nomina accipiunt 433
ſacramenta res ſignatas uere exhibent 436
ſpiritus ſactus eſt uinculum coniunctionis Chriſti & electorum 436
ſacerdotes Papiſtici ſpoliant Chriſtũ ſuo honore 499. 470
ſacerdotium Papiſticum non eſt ex Deo 451
ſacrificium quid 452
ſacrificium expiationis unicum mors chriſti 452
ſacrificium gratiarum actionis uarium 453
ſacerdotium regale ſunt omnes Chriſtiani 454 (470. 490
ſacrificium quo ſenſu Patres cœnam Domini uocarint 454
ſacrificia Iudaica & cœna Dñi eandem Chriſti mortem repreſentant, ſed diuerſo modo 454
ſacramenta Chriſtianorum duo tantum ſunt 455. non ſeptem 457. 458
ſacramenta cur Iudæis multa, nobis pauca data ſint 455
ſacramentum nullum eſt ſine uerbo Dei 455
ſacramẽta nõ pmiſceãt humanis cõmentis 456
ſacramenta nõ à priuatis, ſed tantum ab Eccleſiæ miniſtris diſpenſentur 456
ſacramenta nullus hominũ inſtituere poteſt, ſed filius Deus 458. 466
ſacramenta & aliæ cæremoniæ multum differunt 458
ſacramenta duplici conſyderatione inſpicienda 460
ſacramentis authoritatem tria conciliãt 466
ſuum quiſq; officium & obſequium præſtet, eriã ſi alij nobis non faciant, quod debent 486
ſanctitas finis uocationis Chriſtianorum 488
ſimplicitas & integritas cum primis à Deo requiritur 490
ſanctum quid ſit 490
ſacrificia Chriſtianorum 470. 490
ſuperbię ingenium & ſtudium ac remediũ 491

T

Tranſubſtantiatio Euchariſtias explodit 431
Teſtamentum Chriſti quid 450
Tonſura Pauli quid ſibi uelit 469
Tolerantia æquanimitas & tranquillitas quia comparentur 494
Triſtitia non quælibet damnatur 499
Timor mortis quomodo excutiendus 502
Timor Dei duplex 4. 5. 91. 111. 112. 249. 363
Timor Dei quid 5. 110. 111. 112. 249
Tituli Dei, quibus ſe nobis reuelat 13. 14
Theologi ueteres duas ob cauſſas extulerunt uires humanas 22
Tabulæ duæ legis quid doceant 60
Templa ueterum Chriſtianorum fuerunt imaginibus uacua 67
Terræ Chanaan poſſeſſio teſtimonium gratiæ Dei 75
Terra tota fidelibus benedicta 706
Tentare Deum quid 78
Temerarium iudicium proximi prohibitum 83
Tabernaculum Iudaicum quid ſignificarit 79
Terrores fidelium quales 110. 115
Timor Dei bifariam conſyderatur 111
Tractus Patris ad Chriſtum quid ſit 114
Trinitas perſonarum & unitas Dei eſſentię tantum iuxta Dei uerbũ ſobrie exponenda 120. 126
Timor uanus creaturarum 159
Teſtimonium Pilati de innocentia Chriſti ad quid ualeat 149
Tituli miniſtrorum Eccleſiæ 210
Tradere Sathanæ quid 230
Triſtitia ſecundum Deum quæ 248
Theſaurus Eccleſiæ ſolus Chriſtus 262
Tolerantia crucis quibus rationib. firmetur 197
Tres ſunt cauſſæ mercedis bonorum operũ 301
Traditiones humanæ triplices 337
Traditiones hominum de cultu Dei, & conſcientiam obſtringentes ſunt impij 330
Traditiones Papiſticæ, multas ob cauſas impię & perniciоſæ 339. 340. 342
Traditionũ humanarũ defenſores cõfutãtur 343
templorum uſus 385
templa Dei nos ſumus 385
tentationum uaria genera 393

V

vera Dei cognitio & effectus illius 3. 4. 7. 14
vera religio quæ 4. 5

uerus

Verus Dei timor quis. 45
uerbo se nobis Deus ad salutem manifestat 8.9
uaria Dei per uerbum reuelatio 8
uerbi Dei contemptoribus spiritus sanctus se nō insinuat 12.13
uerbum est imago spiritus sancti 13
uerbum Dei est organum spiritus sancti 13.48
uoluntatis officium 21
uoluntas quid 21
uoluntas triplex 23.36
uoces absurdum sonantes & logomachię Christianis uitandæ 24
ueritatem spiritus sanctus etiam per ethnicos reuelauit 27
uera dei cognitio tantum à spi.sa.discitur 29.113
uerus Dei cultus 31
uitium quid sit philosophis 31
ueteris & noui hominis descriptio 34,108
uirtutes philosophicæ unde & quales 35.286
uoluntas humana equo similis, sessor uel Deus uel diabolus 44
uoluntarium & liberum differunt 47
uirtus piorum tota sita est in gratia Dei 48.50
uerbi Dei externi officia 49
uerbum Dei ad quid reprobis prædicetur 48.49
unus Deus est,non multi 62.123
uerbo & sacramentis, non imaginibus in templis Christianorum doceatur 66
ueritas quę sabbatho significata 74.1
uita longa benedictio Dei quando sit 76
uita proximi tuenda 76
uirginitas non omnibus concessa 77
ueritatem loquamur 83
urbanitas scurrilis uitanda 83
ueniale peccatum quid sit 87
uotum quid 94
uotorum superstitio 94.97
uotum eorum, quæ Deus non præcepit, inutile & impium 95
uota temeraria quæ? 95
uota dei uocationem impedientia sunt impia 95
uota libertatem Christianam abolent 95
uota abstrahunt ab œconomia Ecclesiæ Christi 95
uotorum licitorum quatuor fines 95.96
uota animus uel bona uel mala facit 95
uota sint,uel gratiarum actio,uel pœnitentia,uel cautela,uel extimulatio 96
uotum commune omnium Christianorum in baptismo factum 96
uota libera sunt sobria & temporaria 96
uende omnia quæ habes & da pauperibus,quomodo intelligendum 100
uirginitatem perpetuo uouere impium 102
uotum uirginitatis licuit soluere apud ueteres 102
uiduarum cœlibatus quomodo à Paulo laudatur 102
uotum cœlibatus quare improbetur 103
uiduæ ueteres fuerunt Ecclesiæ diaconissæ 103
uota illegitima & impia rescindenda 103
uota Sathanæ retia 104
uerbum est basis fidei 105
uerbum est speculum Dei 105.273
uerbo Deus ad se trahit,quoscunq; trahit 106
uita inuenitur in promissis Dei gratuitis,nō præceptis 112
uerbum dei,altera in diuinitate persona,quid & quale sit 121
uerbum Dei duplex 121
ueterum sententiæ de trinitate conciliantur 177
uita hōis perpetua militia contra Sathanā 134
uirtutes Dei in creaturis relucent 138
unctio extrema & spiritualis quid 141
ueritas in Ecclesia remanet etiam sub malis pastoribus 217
unctio regum, Prophetarum,& sacerdotum 141
uncti spiritu omnes fideles 141
unctio Christi qualis 142
unctio Christi redundat in electos 142
uerbum Dei quomodo caro factum sit 145
uincti in lacu sine aqua apud zachariā qui 151
uiui & mortui ad iudicium uenient 154
uocatio & iustificatio quid 157
uerbum & sacramenta symbola uera ecclesię 159
uerbum & sacramenta ubi sedem habent, semper fructificant 159
uerbum & sacramenta Sathan è medio sublata uult ob duas causas 160
uera & falsa Ecclesia quibus notis discernantur 160
uiduarum ueteris Ecclesiæ officium 171
uocationis publicę ministrorum partes sunt quatuor 171
uocatio duplex 171
uocatio arcana quid 171
uocatio publica quid respiciat 171. 172
ueteris Ecclesiæ ordines, & ritus uocandi ministros Ecclesiæ 174
uasa et ornatum templorū ueteres uendebant,si pauperum necessitas requireret 177
ueteres quomodo Ecclesiæ ministros consecrarint 179
unitas Ecclesiæ quæ 192.196
uerbi Dei authoritas 210
uerbum dei in uete.& no.testamen.inclusum solum est docendum in Ecclesia 212
uariæ docendi rationes à Deo usurpatæ 211
uerbo Dei subiecta est Ecclesia, & omnes ministri eius 213
uerbum Dei certa lex est discretionis 219
uetus Ecclesia nimis austera in publicis pœnitentijs iniungendis 231
uisitatio Ecclesiarum ad quid instituta 237
uiuificatio quid 246.248
ueniale peccatum 87.265
uindicta Dei quid 267
uirtutes ethnicorum seu infidelium uitia sunt coram Deo & morte digna & cur 286
uita æterna remuneratio bonorum operum cur permittatur pijs 310
uita æterna quomodo gratia 310
uetus testamen. est testamentum salutis æternæ per Christum 315
uerbi Dei reuelatio est signum salutis 316.317
uetus testamen. nō tantum temporales,sed ęternæ uitæ promissiones habuit 314.323
ueteris & noui testamenti differentiæ 324
uetus testa.figuras,nouum rem ipsam habet 325
uetus testa. cum Iudęis tantum factum 330
uerbum Dei nihil omittit necessarium,nihil docet superuacaneum 358
uoluntatis Dei in omnibus iustæ causas inquirere est improbum 356
uoluntas Dei in prædestinatione nobis occultata 356

Vocatio est testificatio electionis 360
Vocatio Dei gratuita 360
Vocatio cõstat uerbi prædicatione, & spiritus illuminatione 361
Verbum Christi certissimum electionis testimonium 362
Vocatio Dei duplex 363
Voluntas Dei fiat 391
Verbum Dei semini cur simile 401
Veteres malæ distinxerunt baptisma Ioannis & Apostolorum 411
Vnio nõstri & Christi qualis sit 429
Vita credentium quomodo sit Christus, imo caro Christi 435
Vnctio Iacobi & Apostolorum qualis fuerit 466
Vnctio extrema non est sacramentum 465
Vota duplicia 469
Vitæ Christiani hominis in duobus sita. 488
Vsus legitimus donorum à Deo acceptorũ. 492
Vitæ commoditas & tranquillitas quomodo comparetur 494
Voluntas duplex in regeneratis 499
Vita præsens qualis 500
Vita æterna nunquam desyderatur uere, nisi huius nos tedeat uitæ 500
uita præsens quomodo contemnenda 501
uita præsens Dei beneficium 501
uita quomodo odio habenda, & dilgenda 502
usus temporalium bonorum qualis esse debeat 503
uocatio cuiq; sua respicienda & diligenter prosequenda 505

Z

Zelotypia Dei erga nos 67
Zelus inconsyderatus iustitiæ reprehenditur 161
Zelus intempestiuus contra uitia magis est ex superbia, quam uera sanctitate 162
zelus quid 249

FINIS.

ERRATA.

Fol.19.lin,29.lege exitium.fol.28.l,45.lege momentum.fol.47.lin.46.remunerat.f.70.l.43.egreditur.fol.117.lin.29.legendum est coniunctionem appellat rerum non præsentium & cæt.fol.128, lin.6 usurpantur.f.158.l.39.ubi legitur. Dñs enim certis notis: uidetur aliquid deesse, ideo ut plena fiat sententia, addendum est aliquid, & legendum dñs enim certis notis ipsam descripsit, uel depinxit, uel demonstrauit, uel aliquid simile uerbum.f.159.l.37. Quæ si ministerium habet etcę.f.160.l.3.deest tollere & abolere, uel aliquid simile, est enim imperfecta oratio. Ideo legendum. Nihil est enim quod magis moliatur Sathan, quam istorum alterutrum uel utrumq; tollere et abolere.f.160.l.26 quę inter ecclesias controuersa & l.44.modo decenter.fo.164.li.53.In hunc modum.f.166.li.2. Prædixit, inquam Apostolus &.li,10.si cum Israelitica.etc.fo.167.li.26.præstandum sit homini.fo.169 li.48.quis nunc cõtemnere ministeriũ etc.f.169.l.42.Adronico & Iuniæ.Ibidẽ in margine.rom.16.f.172.l.28 dele,nulli,& lege,prius illud,nõ scili.ab hominibus,&etc. f.173.l.14. Consulem qui comitia &l. 25. sacerdotis ordinationem etc.f.174.l.6. Nunc quo ista f.177.l.20.inopes famę emori.f.178.l.27. Diaconus constituebatur.f.181.l.2.dele,non,& lege,Episcopi facti.f.191.l.8.mihi uideor.f.195.l.21.simonem Magum f.192.l.48.q̃ cum orientales etc.f.199.l.10.Ordinari episcopos à suis etc.l.21.synodicę.f.200.l.6.& 24. Lex Mileuitano &.l.32.Interpres.l.35.Episcopis. f.201.l.14. Hispalensem uicarium suum.f.202.l.52. integer manebat.f.203.l.25.dirempta est etc.l.28.ubi pipinus regnum occupauit.f. 204. l.9. præcurrit. f.211.l.47.& historijs.f.212.l.46.audeant.f.217.l.4.quemq; cœtum.l 5.quæstionis nodus.f.217.l.33.Audi autem quid de pastoribus etc.f.222.l.32.ad inspectionem meram.f.223.l.51. iudicari debent.f.208.l.52.in odium uel malum disciplinæ.f.235.l.23.in uictu ordinario illo. f.237. l.26. Cœlestis Hierusalem. f.242.l.14.nõ exaudiam.f.251.l.36.quã pœnitentiã esse etc.f.253.l.49.uolebãt.f.269.l.5. sic & de altera etc.f.276.l.6.Et modũ cõtinuo,f.280.l.34.imaginamur.f.292.l.6.placita.f.294.l.18.simul atq;. n.etcę. f.295.l.47.Porro scripturæ.f.322.l.50.quę mentes.f.330.l.25.sed hominum captui.f.331.l 31.ad obeundã iustitiam.f.332.l.6.obscurabatur.f.333.l.33.festucam.f.336.l.53 quo conscientia.f.340.l.25.ad domandã carnẽ.f.341.l.43.stulta igitur.f.342.l.8.à deo pręceptis.f.364.l.6. quales tñ futuri simus ignoramus. f. 371.l.26.oĩa prosperentur.f.378.l.21.& exitium liberationemq; sperent.f.389. l.42. regione.f.392.l.47. debita.f.393.l.25.confirmaremur.f.398.l.21.manu ducat. f.403.l.ulti.quæ ad amplificãdam.f.405.l.4 puto legendũ oleo,initiatiões.f.406.escã mandisse.f.407.l.ulti.augustiora.f.408.l.3. initiatiõis.f.411. l.41.desinat.f.412.l.59.legendũ addidit,uel adijcit. f. 414.l.1.nõ in nomen.f.425.l.52. fidem sacramentum sequitur.f.434.l.15. Non aliter ac panis.l.35.pręterita carnis etc.f.438.l.18.sicut ire uisus est.f.449. l.30.testificarentur.l.44 mouentes.f.464.l.25.dele nõ.f.465.l.17.pœnitentiã.f.470.l,1.unguntur puto legendum.f.474.l.40.Cum enim.f.492.l.2.reuellatur. f. 499.l.1 notata.

CHRISTIANAE RELIGIONIS INSTITVTIO, per Ioannem Caluinum.

DE COGNITIONE DEI, QVAE primum est religionis fundamentum: & unde uera eius regula sit petenda.

Caput primum.

TOTA ferè sapientiæ nostræ summa, quæ uera demum ac solida sapientia censeri debeat, duabus partibus cõstat: cognitione Dei, & nostri. Illa scilicet, quæ non modo unum esse Deum ostendat, quem ab omnibus oporteat coli & adorari: sed simul etiam doceat, illum unum omnis ueritatis, sapientiæ, bonitatis, iustitiæ, iudicij, misericordiæ, potentię, sanctitatis fontem esse. Vt ab ipso & expectare & petere uniuersa ista discamus: præterea cum laude & gratiarum actione accepta illi referre. Altera autem, quæ nostram nobis imbecillitatem, miseriam, uanitatem, fœditatem ostendendo, primum nos in seriam humilitatem, deiectionem, diffidentiam, odiumq; nostri adducat: deinde quærendi Dei in nobis desiderium accendat. Nempe in quo repositum sit omne bonum, cuius ita inanes & uacui deprehendimur. Vtra autem alteram præcedat, ac ex se pariat, non facile est discernere. Nam ut in homine reperitur quidam omnium miseriarum mundus: intueri nos ipsos recte nõ possumus, quin propriæ infœlicitatis conscientia seriamur ac pungamur: quò statim ad Dominum tollamus oculos, ac in aliquam saltem eius notiçiam ueniamus. Ita ex tenuitatis, hebetudinis, uanitatis, prauitatis denique & corruptionis proprię sensu recognoscimus, non alibi, quàm in Domino, sitã esse ueram magnitudinem, sapientiam, ueritatem, iustitiam, & puritatem: atq; adeó malis nostris ad Dei bona consideranda excitamur, nec ante ad illum serio aspirare possumus, quàm cæperimus nobis ipsis prorsus displicere. Quis enim hominũ non libenter in se requiescat? Quis etiã non requiescit, q̃ diu sibi est incognitus? hoc est suis dotibus est contentus, & insçius suæ miseriæ? Proinde unusquisq; sui agnitione non tantum instigatur ad quærendum Deum: sed etiam ad reperiendum quasi manu ducitur.

Rursum, hominem in puram sui notiçiam nunq; peruenire constat, nisi prius Dei faciem sit contemplatus: atq; ex illius consideratione ad seipsum inspiciendum descendat. Nam, quæ ingenita est omnibus nobis superbia, iusti semper nobis uidemur, & ueraces, & sapientes, & sancti: nisi manifestis argumentis, iniustitię, mendaçij, stultitiæ, & impuritatis nostræ conuincamur. Non autẽ conuincimur, si in nos duntaxat ipsos respicimus, & nõ in Dominum quoque: qui unica est regula, ad quam exigendum sit istud iudicium. Quia enim ad hypocrisim natura propensi sumus omnes, ideo inanis quædam iustitiæ species pro iustitia ipsa nobis abunde satisfacit. Et quia nihil non est, inter nos, plurima obscœnitate inquinatum: quod paulo minus fœdum est, pro purissimo recipimus, si mentẽ nostram intra humanæ pollutionis fines continemus: non secus atq; oculus, cui nihil aliàs obseruatur, nisi nigri coloris, candidissimum esse iudicat, quod tamẽ subobscura est albedine, uel nonnulla etiam fuscedine aspersum. Quin ex corporeo sensu propius adhuc discernere licet, quantum in æstimandis animæ uirtutibus hallucinemur: Nam si uel terram despicimus medio die, uel intuemur quæ aspectui nostro circum circa patent: ualidissima perspicacissimáque acie uidemur nobis prædíti, at ubi in solem suspicimus, atq; arrectis oculis contemplamur: uis illa,

quæ egregie in terra ualebat, tanto fulgore protinus perſtringitur & confundit: ut fateri cogamur, illud noſtrum in conſiderandis terrenis acumen, ubi ad ſolem uentum eſt, meram eſſe hebetudinẽ. Ita & in reputandis ſpiritualibus noſtris bonis, contingit. Quantiſper enim extra terram non reſpicimus, propria iuſtitia, ſapientia, uirtute, pulchre contenti, nobis ſuauiſſime blandimur, & tantũ non ſemidei uidemur. At ſi ſemel cœperimus cogitationem in Deum erigere, & expendere qualis ſit, & quàm exacta iuſtitię, ſapientię, uirtutis ius perfectio, ad cuius amuſſim conformari nos oportet: quod antea in nobis falſo iuſtitiæ prætextu arridebat, pro ſumma iniquitate mox ſordeſcet: quod mirifice imponebat ſapientiæ titulo, pro extrema ſtultitia fœtebit: quod uirtutis faciẽ præ ſe ferebat, miſerrima impotentia eſſe arguetur, A deo diuinę puritati male reſpondet, quod uidetur in nobis uel abſolutiſſimum. hinc horror ille & ſtupor, quo paſſim ſcriptura recitat perculſos atq; afflictos fuiſſe ſanctos, quoties Dei pręſentiã ſentiebant. Cũ enim eos uideamus, qui abſente domino ſecuri firmique conſiſtebant, ipſo gloriam ſuã manifeſtante, ſic quatifieri, ac conſternari, ut mortis horrore abſorbeantur, & penè nulli ſint: colligendũ inde eſt, hominem humilitatis ſuæ agnitione nunq; ſatis tangi, & affici: niſi poſtquam ſe ad Dei maieſtatem comparauit. Eius autem conſternationis exemplа crebra habemus, tum in Iudicibus, tum in Prophetis, adeo ut uox illa in Dei populo uſitata foret. Moriemur, quia Dominus apparuit nobis. Ideo & hiſtoria Iob ad proſternendos ſuæ ſtultitiæ, impotentiæ, pollutionis conſcientia homines, potiſſimum ſemper argumentum à diuinæ ſapientiæ, uirtutis, puritatis deſcriptione ducit. Neque fruſtra, uidemus enim, ut Abraham melius ſe terram & puluerem agnoſcat, quo propius ad conſpiciendam Domini gloriam acceſſit: ut Helias, retecta facie, eius acceſſum expectare non ſuſtineat. Tantum eſt in aſpectu formidinis. Et quid faciat homo putredo ac uermis, cum ipſos quoq; Cherubin uelare, ipſo pauore, faciem ſuã oporteat? Hoc ſcilicet eſt, quòd dicit propheta Ieſaias Erubeſcet Sol, & confundetur Luna, cum Dominus exercituum regnauerit. hoc eſt, ubi claritatem ſuam extulerit, ac propius admouerit: lucidiſſimum quodq; præ illa, obtenebreſcet, & obſcurabitur. Vtcunq; tamen Dei noſtriq; notitia mutuo inter ſe nexu ſint collígatæ: ordo recte dicendi poſtulat, ut de illa, priore diſſeramus loco, tum ad hanc tractandam poſtea deſcendamus.

Ioſuæ. 13.
Ieſa. 6.
Ezech. 1.
& alibi.
Geneſis. 18
2. Reg. 19.
Ieſai. 6.
Ieſai. 24.

Quendam ineſſe humanæ menti, naturali inſtinctu, diuinitatis ſenſum, extra controuerſiam ponimus. Siquidem, ne quis ad ignorantiæ prætextum confugeret, quandam ſui numinis intelligentiã uniuerſis Dominus inſtillauit. Vt cum ad unum omnes intellígant Deum eſſe, & ſuũ eſſe opificem, ſuo ipſorũ teſtimonio damnentur q; non & illum coluerint, & eius uoluntati uitã ſuam conſecrarint: ſanè ſicubi Dei ignorantia quæratur: nuſquam magis extare poſſe eius exemplum ueriſimile eſt, q; inter obtuſiores populos, & ab humnitatis cultu remotiores. At qui nulla eſt, etiã ut Ethnicus ille ait, tam barbara natio, nulla gens tã efferata, cui nõ inſideat hæc perſuaſio, Deum eſſe. Et qui in alijs uitę partibus minimũ uidentur à belluis differre, quoddã tamen perpetuo religionis ſemẽ retinent. adeo penitus omniũ animos occupauit, adeo tenaciter omnium uiſceribus inhæret commu nis iſta præſumptio. Nulla ergo cũ ab initio mundi regio, nulla urbs, nulla denique domus fuerit, quæ religione carere poſſet: in eo tacita quædam confeſſio eſt, inſcriptum omnium cordibus diuinitatis ſenſum. Quin & idololatria, huius conceptionis amplum eſt documentum. Quam enim non libenter ſe deijciat homo, ut alias præ ſe creaturas ſuſpiciat, ſcimus. Proinde cum lignum & lapidem colere potius malit, quàm ut nullum putetur habere Deum, conſtat uehementiſſimam eſſe iſtam de numine impreſſionem, quæ adeo ex hominis mente oblíterari nequeat, ut facilius ſit naturę affectum frangi. ut certe frangitur, dum homo ex illa naturali inflatione ad infima quæq; ſponte ſe demittit, quo Deũ reuereatur. Qua re uaniſſimum eſt, quod à quibuſdam dicitur: paucorum uafritia & callidítate excogitatam eſſe religionem, ut hac arte ſimplicem populum in officio continerent:

Cicero de Nat. Deorum.

rent: cum tamen ipsi, qui alijs autores erant Dei colendi, nihil minus crederent, quàm aliquem esse Deum. Fateor quidem plurima in religione commenta esse astutos homines, quibus reuerentiam plebeculæ iniicerent, & terrorem incuterent, quò haberent obsequentiores eius animos: sed id nusq; obtinuissent, nisi iã prius constanti illa de Deo persuasione imbutæ fuissent hominũ mentes, ex quo uelut semine emergit ad religionem propensio. Acne illi ipsi quidem, qui religionis titulo callide rudioribus imponebant, Dei conceptione prorsus uacasse credendi sunt. Tametsi enim extiterunt olim nonnulli, & hodie non pauci comperiuntur, qui Deum esse negent: uelint tamen nolint, quod nescire cupiunt subinde sentiscunt. Nemo in audaciorem aut effrenatiorem numinis contemptum prorupisse legitur, quàm C. Caligula: nemo tamen miserius trepidauit, cũ aliquod iræ diuinæ indicium se proferebat. Ita Deum, quem studebat ex professo contemnere, inuitus exhorrescebat. hoc passim eius quoq; similib. euenire uideas. Vt enim quisque est audacissimus Dei contemptor, ita uel ad folij cadentis strepitum maxime perturbatur. Vnde id, nisi ex diuinæ maiestatis ultione? quæ illorum conscientias eò uehementius percellit, quo magis eam refugere conantur. Omnes quidem latebras respectant, quibus se abdant à Domini præsentia, & eam rursum ex animo suo deleant. Sed uelint nolint, irretiti semper tenentur. utcumq; interdũ uideatur euanescere ad momentum aliquod, subinde tamen recurrit, & nouo impetu irruit. Vt si qua illis remissio est à conscientiæ anxietate, non multum absimilis sit à somno ebriosorum aut phreneticorum, qui ne dormientes quidem placide conquiescunt, quia diris & horrificis insomnijs continenter solicitantur. Ergo impij quoque ipsi exemplo sunt, uigere semper in omnium hominum animis aliquam Dei agnitionem.

In hoc ualere oportere Dei noticiam, iam attigimus, primum ut ad timorem ac reuerentiam nos instituat, deinde ut omne bonum & ab illo petendum & illi acceptum ferendũ, doceat. Quomodo enim mentem tuã subire queat Dei cogitatio, quin simul extemplo cogites, te, cum figmentum illius sis, imperio illius esse, ipso creationis iure, addictum & mancipatum? uitã tuam illi deberi? quicquid instituis, quicquid agis, ad illum referri oportere? Id si est, iam profecto sequitur, uitam tuam praue corrumpi, nisi ad obsequium sanctæ eius uoluntatis componatur. Rursum nec ad liquidum apprehendere ipsum potes, nisi ut bonorũ omnium fontem esse & originem, agnoscas, unde & desiderium illi adhærendi, & fiducia in ipsum nasceretur, si non sua prauitate mens hominis à recta inuestigatione abduceretur. Verum in utroq; apparet mira omnium nostrum uanitas & uecordia. Vbi enim perpetuus obedientiæ tenor in tota uita esse debuerat, in cunctis prope operibus securissime illi rebellantes, pauculis sacrificijs placare illũ studemus: ubi sanctimonia uitæ, & cordis innocentia, illi seruiendum erat, friuolas nugas comminiscimur, & nihili obseruatiunculas, quibus illum demereamur. Deinde ubi in illum fiducia nostra defixa esse debuerat, uel in nobis uel in creaturis alijs desidet. Tandem tot erroribus peruersisq; opinionibus implicamur, ut scintilla illa, quæ ad contemplandam Dei maiestatem nobis prælucebat, suffocetur & extinguatur, ne ad ueram usq; noticiam nos deducat. Tamen manet semen illud, quod reuelli à radice nullo modo potest: aliquam esse diuinitatẽ: sed ipsum adeo corruptum, ut non nisi pessimos fructus producat.

Atque hic bifariam præcipue peccatur. Primum, quòd miseri homines, in uestiganda Dei ueritate, non supra seipsos, ut par erat, conscendunt: sed ipsum: carnalis sui stuporis modo, metiuntur: nec qualem se cognoscendum exhibet apprehendunt, sed qualem pro sua temeritate fabricati sunt, imaginantur. Quo gurgite aperto, quaquauersum pedem moueant, in exitium semper præcipites ruant necesse est. Quicquid enim postea in cultum, aut obsequium Dei moliantur, impensum ei ferre nequeunt: quia non ipsum, sed cordis sui figmentũ potius & somnium, pro ipso, colunt. Sic inane illud patrocinium, quod superstitioni suæ prætexere multi solent, euertitur. Putant enim studium qualecunque religionis,

quamlibet prępoſterum, ſatis eſſe. Sed non animaduertunt uêram religionem ad Dei nutum, ceu ad perpetuam regulam, debere conformari. Deum uero ipſum ſemper ſui ſimilem manere: non ſpectrum eſſe aut phantaſma, quod pro uniuſcuiusque libidine transformetur. Et ſane uidere eſt, quàm mendacibus fucis Deo illudat ſuperſtitio, dum gratificari tentat. Nam ea fere ſola, quæ ſibi curæ non eſſe teſtatus eſt, arripiens: quæ præſcribit, ac ſibi placere docet, aut contemptim habet: aut etiam non diſſimulanter reijcit. Sua ergo deliramenta colunt & adorant, quicunque cultus Deo commentitios erigunt: quia nequaquam ita cum Deo nugari auderent: niſi Deum prius ſuis nugamentis conſentaneũ confinxiſſent. Quare Apoſtolus, uagam illam & erraticam de numine opinionem, Dei eſſe ignorantiã pronunciat. Cum Deum inquit neſciretis: ſeruiebatis ijs, qui natura Dij nõ erant. Galat. 4. Et alibi, ſine Deo fuiſſe tradit Epheſios, quo tempore à recta unius Dei cognitione aberrabant. Nec multum intereſt, hac ſaltem in parte, Deum ne unum, an plures concipias: quia ſemper à uero Deo diſcedis, & deficis. quo relicto, nihil tibi reſtat, niſi execrabile idolum. ſupereſt ergo, ut cum Lactantio conſtituamus, nullam eſſe legitimam religionem: niſi cum ueritate coniunctam. Secundum peccatum eſt, qꝙ ad habendam Dei rationem, inuiti & renitentes pertrahuntur: nec eo imbuuntur timore, qui ex reuerẽtia maieſtatis eius procedat, ſed ex timore iudicij eius: quod quia effugere nequeunt, exhorrent: ſic tamen, ut etiã abominentur. Siquidem conuenienter in impietatem, atqꝙ in hanc ſolam, competit illud Statij. Timorem primum, feciſſe in orbe Deos. Qui animum à Dei iuſtitia alienum gerunt, tribunal, quod ad uindicandas eius transgreſſiones ſtare ſciunt, euerſum magnopere cupiunt. Quo affectu, aduerſus Dominum belligerantur, qui ſine iudicio eſſe non poteſt. ſed dum eius potentiam ſibi ineuitabilem imminere intelligunt, quia nec amoliri, nec effugere ualent, reformidant. Itaqꝙ ne ubique uideantur maieſtatis eius contemptores, qualicunque religionis ſpecie defunguntur. Interim tamen non deſinunt omni uitiorum genere ſe conſpurcare, & flagitia flagitijs copulare, donec ſanctam Domini legem omni ex parte uiolarint, & uniuerſam eius iuſtitiã diſſiparint. Vel certe nõ ita retinentur ſimulato illo Dei timore, quin ſuauiter in peccatis ſuis acquieſcant, & ſibi blandiant, & carnis ſuę intemperantię indulgere malint, quàm Spiritus ſancti freno eam cohibere. Sed quando inanis ea eſt & mendax religionis umbra, uix etiam digna, quæ umbra nominetur, paucis expediendum eſt, qualis ſit illa ſingularis Dei notitia, quæ ſolis fidelibus pectoribus inſtillatur: qualis etiam, qui inde conſequitur, pietatis affectus.

Initio, pia mens DEVM non quemlibet ſibi ſomniat, ſed unicum & uerum duntaxat intuetur: neque illi, quodcunque uiſum fuerit, affingit, ſed talem habere contenta eſt, qualem ſe manifeſtat: ſumma diligentia ſemper cauens, ne audaci temeritate extra eius uoluntatem egrediatur. Ita cognitum, quia ſua prouidentia cuncta moderari intelligit: tutorem ſibi eſſe confidit, & protectorem, ideoque in fidem eius ſe confert. Quia intelligit, eſſe cuiuſuis boni ſibi autorem, ſi quid deeſt, ſi quid premit, mox ſe recipit in eius præſidium, & inuocato eius nomine, expectat, dum opem ferat. Quia bonum eſſe ac benignum perſuaſa eſt, in eius clementiam certa fiducia recumbit: nec dubitat, quin habitura ſit ſemper in eius miſericordia paratum omnibus ſuis malis remedium. Quia Dominum ac patrem agnoſcit, dignum eſſe iudicat, cuius imperium in omnibus intueatur, maieſtatem ſuſpiciat, gloriam promouendam curet, uoluntati obſequatur. Quia iuſtum eſſe iudicem uidet, qui ſit in transgreſſores omnes ſeuere uindicaturus, eius tribunal ſemper in conſpectu ſibi proponit, quo ab ijs omnibus retrahatur, quibus ira eius prouocari poteſt. Neque tamen iudicij eius cogitatione ſic terretur: ut ſubducere ſe uelit, etiam ſi quod pateat effugium, quin illum non minus libenter amplectitur malorum ultorem, quàm remuneratorem bonorum, quando ad eius gloriam pertinere non minus intelligit, apud eum impijs & flagitioſis repoſitam eſſe pœnam, quàm fidelibus uitæ æternæ mercedem. Præterea non ſola ultionis formidine coercetur, ne peccet:

pecccet: sed quia Deum loco Patris amat & reueretur, loco Domini honorat: etiam si nulli essent inferi, solã tamen eius offensionem horret. En quid sit pura germanaq; religio. Nempe fides, cum serio Dei timore coniuncta. Vt sub timoris nomine, tum syncera eius, quæ per legem præscribitur, iustitiæ dilectio, tum uoluntaria diuinæ maiestatis reuerentia comprehendatur. Ergo si ea conditione nati sumus omnes, ut Deum recognoscamus: Dei autẽ notitia, nisi huc usq; processerit, fluxa est & euanida: eos omnes à creationis suæ lege degenerare palàm est, qui non ad hunc scopũ uniuersas suæ uitę cogitationes actionesq; destinant. Quod nec philosophos ipsos latuit. Nõ enim aliud est, quod uoluit Plato: Dum sæpius docuit, summum animæ bonum, Dei similitudinem esse: dum, percepta eius uera contemplatione, in ipsum tota transformatur. Proinde sapientissime quoque ille apud Plutarchũ Grylus ratiocinatur: dum homines affirmat, si ab eorum uita semel absit religio, non modo brutis pecudibus nihil excellere: sed multis partibus esse longe miseriores. Vt qui tot malorum formis obnoxij, tumultuariam & irrequietam uitam perpetuo trahant. Vnum ergo esse Dei cultum, qui superiores ipsos faciat: per quem solum ad immortalitatem aspiratur. *In Phædone et Theæteto.*

Quoniam ultimum beatæ uitæ finem in sui cognitione repositum esse uoluit Dominus: ne quibus ad fœlicitatem aditum præcludere uelle uideatur: uniuersis se palàm manifestat, ac conspicuum exhibet. Nam cum sit natura incomprehensibilis, & ab humana intelligentia procul absconditus: certas suæ maiestatis notas, quibus, pro tenuitatis nostræ modulo, comprehendi queat, singulis suis operibus impressit, sed adeo claras & illustres: ut sublata sit, quamlibet cæcis ac stupidis, ignorantiæ excusatio. Ergo utcunque eius essentia lateat: uirtutes tamen, quæ assidue nobis obuersantur, talem delineant, qualem á nobis ipsum percipi, salutis nostræ interest. Ac primum, quaqua uersum oculos conijcias, nulla est mundi particula, in qua non scintillæ saltem aliquæ gloriæ ipsius emicare cernantur. Amplissimam uero hanc & pulcherrimam machinam, quàm late patet, uno intuitu lustrare nequeas: quin ui immensa fulgoris totus undiq; obruaris. Quare eleganter autor Epistolæ ad Hebræos sæcula nuncupat, inuisibilium rerum spectacula: quòd nobis uice speculi sit mundi compositio: in quo inuisibilem alioqui Deum contemplemur. Qua ratione Propheta cœlestibus creaturis idioma attribuit, nullis nationibus incognitum: quòd euidentior illic extat diuinitatis testificatio, quàm ut præterire gentis illius, uel obtusissimæ, consideratione debeat Quod clarius enarrans Apostolus, patefactum esse hominibus dicit, quod de Deo cognosci operæ precium erat: quòd inuisibilia eius, ad æternam usque eius uirtutem & diuinitatem, à creatione mundi intellecta, conspiciuntur. Mirificam eius sapientiam quæ testentur, innumera sunt, tum in cœlo, tum in terris, documenta, non illa modo reconditiora: quibus propius obseruandis astrologia, medicina, & tota physionomia destinata est: sed quæ rudissimi cuiusque idiotæ aspectui se ingerunt, ut aperiri oculi nequeant, quin eorum cogantur esse testes. Equidem qui liberales illas artes uel imbiberunt, uel etiam degustarunt: earum subsidio adiuti longe altius prouehuntur, ad introspicienda diuinæ sapientiæ arcana. nemo tamen earum inscitia impeditur, quominus artificij satis superq; peruideat in Dei operibus: unde in opificis admirationem prorumpat. Nempe ad disquirendos astrorum motus, distribuendas sedes, metienda interualla, proprietates notandas, arte ac exactiore industria opus est, quibus perspectis, ut Dei prouidentia explicatius se profert: ita in eius gloriã conspiciendam, animũ par est aliquanto sublimius assurgere. sed cum ne ij quidem, qui solo oculorum adminiculo instructi sunt, ignorare queant diuinæ artis excellentiam, ultro se in ista innumerabili, & tamen adeo distincta & disposita, cœlestis militiæ uarietate, ostentantem: constat neminem esse, cui non abunde sapientiam suam Dominus patefaciat. similiter in humani corporis structura connexionem, symmetrian, pulchritudinem, usum, ea, quam Galenus adhibet, industria pensiculare, eximij est acuminis. Sed omnium tamen confessione, præ se fert corpus *Hebræ. 11.* *Psal. 19.* *Roma. 1.* *Libris de usu partiũ.*

humanum tam ingenioſam compoſitionem, ut ob eam merito admirabilis opifex iudicetur. Iam potentia, quàm præclaris ſpeciminibus nos in conſiderationem ſui rapit? Niſi forte latere nos poteſt, cuius ſit uirtutis, infinitam hanc cœli ac terræ molem ſuo uerbo ſuſtentare: ſolo nutu, nunc fragore tonitruum cœlum concutere, fulminibus quidlibet exurere, fulgetris aerem accendere, nunc uariis tempeſtatum formis conturbare: eundem ipſum, ſtatim ubi libuit, uno momento ſerenare: mare, quod aſſiduam terræ uaſtationem minari, ſua altitudine, uidetur: quaſi in aere ſuſpenſum, coercere: & nunc horrendum in modum tumultuoſo uentorum impetu concitare, nunc, ſedatis undis, pacatum reddere: Iam ipſa potentia nos ad cogitandam eius æternitatem deducit: quia æternũ eſſe, & à ſe ipſo principium habere, neceſſe eſt: unde omnia trahunt originem. Porrò, ſi cauſſa quæritur, qua & ad creanda hæc ſemel omnia inductus ſit, & nunc ad conſeruanda moueatur: ſolam illi ſuam bonitatem comperiemus pro cauſſa eſſe. Quin etiam hæc ſi una ſit, plus ſatis tamen ſufficere debet, ad nos in amorem eius allíciendos: quando nulla eſt creatura, ut Propheta monet, in quam non effuſa ſit eius miſericordia. Pſal. 145.

In ſecundo quoq; genere operum eius, quæ ſcilicet præter ordinarium naturæ curſum eueniunt, nihilo obſcuriora ſe proferunt uirtutum eius argumenta. Nam in adminiſtranda hominum ſocietate, ita prouidentiam ſuam temperat: ut cum ſit erga omnes innumeris modis benignus ac beneficus: apertis tamen, ac quotidianis iudicijs, ſuam piis iuſtitiam, improbis ac ſceleratis iudicium declaret. Non enim dubiæ ſunt, quas de flagitijs ſumit, ultiones: quemadmodum non obſcure tutorem, ac etiam uindicem ſe innocentiæ eſſe demonſtrat: dum bonorum uitam ſua benedictione proſperat, neceſſitati opitulatur, dolores lenit ac ſolatur, calamitates ſubleuat, ſaluti per omnia conſulit. Neq; uero perpetuam iuſtitiæ eius regulam obſcurare debet, quòd improbos & ſontes, ad tempus, impunitos exultare ſæpiuſcule ſinit: probos autem & immerentes multis rebus aduerſis iactari, impiorum etiam malitia & iniquitate premi, ſuſtinet. Quin potius longe diuerſa cogitatio ſubire mentem debet: quando in flagitium unum, manifeſto iræ indicio, animaduertit, omnia execrari: quando multa inulta prætermittit, aliud fore iudiciũ, quo punienda differantur. Similiter miſericordiæ ſuæ conſiderandæ quantã materiã nobis ſuppeditat? dum ſæpius miſeros peccatores indefeſſa tamen benignitate proſequitur: donec eorũ prauitatem, benefaciendo, fregerit: pluſquam paterna indulgentia, ad ſe reuocando. Nihilo magis aut potentia aut ſapientia in tenebris latent. quarũ altera præclare emergit, dum impiorũ ferocia, omnium opinione, inſuperabilis, momento uno retunditur: arrogantia domatur: diruuntur ualidiſſima præſidia, tela & arma cõminuuntur: uires infringuntur. machinationes euertuntur, & ſua ipſarũ mole concidunt: quę ſupra cœlos ſe efferebat audacia, in centrum uſq; terrę proſternitur. Rurſum eriguntur humiles è puluere, & in opes è ſtercore ſuſcitantur: oppreſſi & afflicti, ab extremis anguſtijs eruuntur: deplorati in ſpem bonam reſtituuntur. inermes de armatis, pauci de plurimis, imbecilles de ualidis, uictoriam referunt. Altera autem manifeſte excellit, dum optima unamquamque rem opportunitate diſpenſat: quamlibet mundi ſapientiam confundit: deprehendit aſtutos in aſtutia ſua: nihil denique non optima ratione attemperat.

Videmus, non longa nec laborioſa demonſtratione opus eſſe, ad eruenda, quę illuſtrandæ aſſerendęque diuinæ maieſtati ſeruiunt, teſtimonia. Siquidẽ ex paucis quæ delibauimus, quocunque incideris, adeò prompta & obuia eſſe conſtat: ut oculis deſignari, ac digitis notari facile queant. Atque hic quidem obſeruandum eſt, inuitari nos ad DEI noticiam, non quæ inani ſpeculatione continetur: ſed quæ ſolida futura ſit & fructuoſa, ſi percipiatur à nobis. A ſuis enim uirtutibus manifeſtatur Dominus, quarum uim quia ſentimus intra nos, & beneficijs fruimur, uiuidius multo hac recognitione nos affici neceſſe eſt, quàm ſi Deum imaginaremur, cuius nullus ad nos ſenſus peruenire. Vnde intelligimus,

ginus; hanc esse rectissimam Dei quærendi uiam, & aptissimum ordinem: non ut audaci curiositate penetrare tentemus, ad excutiendam eius essentiã: quę adoranda potius est, quàm scrupulosius disquirenda: sed ut illum in suis operibus contemplemur: quibus se propinquum nobis familiarẽq; reddit, ac quodammodo communicat. Quo respiciebat Apostolus, cum diceret, nõ longe quæritandum esse, quippe qui præsentissima sua uirtute habitet in unoquoq; nostrũ. Proinde Dauid, inenarrabilem eius magnitudinem ante cõfessus, postquam ad operum commemorationem descendit, eam ipsam se enarraturum profitetur. Quare & nos in eam Dei inuestigationem incumbamus, quæ sic suspensum admiratione ingenium teneat, ut efficaci sensu penitus simul afficiat. Et quemadmodum docet alicubi Augustinus, quia illum non possumus capere, uelut sub eius magnitudine deficientes, ad opera respiciamus, ut eius reficiamur bonitate. Porrò eiusmodi notitia non modo ad Dei cultum excitare nos debet, sed ad spem quoq; futuræ uitæ expergefacere, & erigere. Cum enim animaduertamus, quæ Dominus tum clementię, tum seuerităt is suæ specimina edit, inchoata duntaxat & semiplena esse: haud dubie ad maiora sic præludere reputandus est: quorum manifestatio plenaq; exhibitio in aliam uitam diffundatur. econuerso, pios ab impijs cum uideamus afflictionibus grauari, iniurijs concuti, calumnijs opprimi, contumelijs probrisq; lacerari: scelestos contra florere, prosperari, quietem cum dignitate obtinere, idq; impune: protinus colligendum est, alteram fore uitam: in qua, & sua iniquitati uindicta, & merces iustitiæ reposita sit. ad hæc, cum obseruemus, domini ferulis sępius fideles castigari, certo certius constituere licet, multo minus impios eius flagella olim euasuros. Fatendum est igitur, in singulis Dei operibus, præsertim autem ipsorum uniuersitate, non secus atq; in tabulis, depictas esse Dei uirtutes: quibus in eius agnitionem, & ab ipsa in fœlicitatis possessionem, inuitetur uniuersum hominum genus. Porro lucidissime cum illic appareant: quorsum tamen potissimum spectent, quid ualeant, quem in finem sint à nobis intelligenda, tum demum assequimur, dum in nos ipsos descendimus, ac consideramus, quibus modis suam in nobis uitam, sapientiam, uirtutem, Dominus exerat: suam iustitiam, bonitatem, clementiam, erga nos exerceat.

Atqui quantacunq; claritate & se, & immortatale suum regnum, Dominus in operum suorum contemplatione repræsentet: qui tamen est noster stupor, ad tam perspicuas testificationes cæci semper hebescimus. Nam, quantum ad mundi compositionem attinet, quotusquisq; est nostrũm, qui dum oculos uel in cœlum attollit, uel per regiones terræ uarias circumfert: mentem ad creatoris memoriam referat, ac non magis, præterito autore, in operum aspectu desideat? Quantum uero attinet ad ea, quæ præter naturalis decursus ordinem quotidie eueniũt: quotusquisq; non magis reputat, cęca potius fortunæ temeritate rotari & uoluari homines, quam Dei prouidentia gubernari? Quòd si quando istarum rerum ductu ac directione, ad Dei considerationem adigimur: quod omnibus euenire necessarium est: ubi temere diuinitatis alicuius sensum concepimus, extemplo ad carnis nostræ delyria delabimur, ac puram Dei ueritatem nostra corrumpimus uanitate. In eo quidem dissimiles, quòd quisq; sibi priuatim aliquid peculiaris erroris accersit: in hoc tamen simillimi, quòd ad unũ omnes, ab uno uero Deo, ad prodigiosa nugamenta deficimus. Quo morbo non plebeia modo & obtusiora ingenia: sed præclarissima, & singulari alioqui acumine prædita implicantur. Quàm prolixe suam in hac parte stoliditatem ac insulsitatem prodidit tota philosophorum natio? Nam ut alijs parcamus, qui multo absurdius ineptiunt: Plato inter omnes religiosissimus, & maxime sobrius, ipse quoque euanescit. Quæ- *In Timæo.*
rit enim corporeum Deum, quod diuina maiestate alienissimũ indignissimũq; est. Et quid alijs non eueniret? cum ita primores, quorum erat reliquis præ lucere, hallucinentur & impingant? Similiter, ubi rerũ humanarum gubernatio prouidentiam manifestius arguit, quàm ut abnegari queat: nihilo tamen inde plus perficitur, quàm si temeraria fortunę uoluntate crederentur omnia, sursum, deorsum

Act. 17 *Psal. 145.* *August. in psalm. 144.*

uersari. Tanta est nostra in uanitatem & errorem propensio. De excellentissimis semper loquor: non uulgaribus illis, quorum in prophananda Dei ueritate processit in immensum insania.

Ergo frustra nobis in mundi opificio collucent tot accensæ lampades, ad illustrandã autoris gloriã: quæ sic nos undiq; irradiant, ut in rectã uiã per se nequaq; possint perducere. Et scintillas certe quasdam excitant: sed quæ ante præfocantur, quàm pleniorem effundant fulgorem. Quamobrem Apostolus, eo ipso loco, ubi sęcula, simulacra uocat rerum inuisibilium: subiungit, per fidẽ intelligi, esse uerbo Dei aptata. ita significans, inuisibilem diuinitatẽ repræsentari quidem talibus spectaculis: sed ad illam perspiciendã non esse nobis oculos, nisi, interiore Dei reuelatione, per fidem illuminentur. Neq; Paulus, ubi tradit patefieri, quod cognoscendum est de Deo, ex mundi creatione: talem manifestationẽ designat, quę hominum perspicacia comprehendatur. Quin potius eam ostendit non ultra procedere: nisi ut reddantur inexcusabiles. Idẽ quoque, tametsi alicubi negat, Deum procul uestigandum: utpote qui intra nos habitet: alio tamen loco docet, quorsum ualeat eiusmodi propinquitas. In præteritis, inquit, generationibus permisit Dominus gentes ingredi uijs suis, non tamen seipsum sine testimonio reliquit. Actio. 17 Actio. 14 Bene faciens è cœlo, dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda hominum. Vtcunq; ergo non destituatur testimonio Dominus: dum plurima & uaria benignitate, homines in sui cognitionem suauiter allicit: uias tamen suas, hoc est exitiales errores, propterea sequi non desinunt. Quanquam autem naturali facultate deficimur, quo minus ad puram usque & liquidam Dei cognitionem conscendamus: quia tamen hebetudinis uitium intra nos est, præcisa est omnis tergiuersatio. Neque enim ignorantiam sic prætexere licet, quin semper ignauiæ, & ingratitudinis conuincamur. Digna scilicet, quæ admittatur, defensio: si homo ad audiendam ueritatem aures sibi defuisse obtendat: ad quam enarrandam suppetunt mutis creaturis plusquam canorę uoces. Si oculis se non posse uidere cauletur: quod sine oculis creaturæ demonstrant. Si mentis imbecillitatẽ excuset: ubi omnes sine ratione creaturæ erudiunt. Quare omni prorsus excusatione merito excludimur: quòd uagi & palantes aberramus: cum omnia rectam uiam demonstrent. Sed enim, utcunque hominum uitio imputandum sit, quod semen noticiæ Dei, ex mirabili naturæ artificio mentibus suis insersum, mox corrumpunt, ne ad frugem bonam ac synceram perueniat: ueriſſimum tamen est, nuda ista & simplici testificatione, quæ Dei magnificentiæ à creaturis redditur, nequaquam nos sufficienter erudiri. simul enim ac modicum diuinitatis gustũ, ex mundi speculatione, delibauimus, uero Deo prætermisso, eius loco somnia & spectra cerebri nostri erigimus: iustitiæ, sapientiæ, bonitatis, potentiæ, laudem ab ipsa deriuando. Quotidiana porro eius facta, ita aut obscuramus, aut inuertimus, praue æstimando, ut & suã illis gloriam, & authori debitam laudem præripiamus.

Ergo ut Deus, ad spoliandam omni patrocinio hominum impietatẽ, numinis sui fulgorem, in creaturis delineatum, sine exceptione, uniuersis proponit: ita quibus se destinauit in salutem manifestare, eorum imbecillitati, efficaciore remedio, succurrit. Nam in eorum eruditionem non mutis duntaxat magistris utitur, sed os quoq; sacrosanctum reserat: neq; tantum promulgat, colendum aliquẽ esse Deum, sed eum se esse simul pronunciat, qui, colendus sit. Nec ipsos docet modo, in Deum respicere, sed se quoq; exhibet, in quem respiciant. hunc enim ordinem ab initio Dominus in seruorum suorum uocatione tenuit, ut præter omnia illa documenta, uerbum quoq; adhiberet, quę multo rectior & familiarior est, ad ipsum dignoscendum, nota. Sic Adam, sic Noah, sic Abraham & reliqui patres in cognitionẽ eius interiorem, uerbo illuminati penetrarunt, siue illis instillabatur per oracula & uisiones, siue prioribus ita reuelatũ, eorum ministerio, quasi per manũ posteris tradebatur. Neq; tamen intererat, quo tandẽ modo fierent eius uerbi participes: modo à Deo profectũ esse intelligerent, cuius rei Deus indubiã

semper

ſemper fidem fecit, quoties eius reuelationi uoluit eſſe locum. Ergo peculiariter ſe paucis euidenti præſentiæ ſuæ dato ſigno inſinuauit, ac ſaluificę doctrinæ thesaurum apud eos depoſuit, cuius ipſi rurſum ad poſteritatem diſpenſatores forent. Qualiter Abrahamum uidemus fœdus æternæ uitę, apud ſe cœleſti oraculo depoſitum, & propagaſſe in totam familiã, & in longam generationẽ tranſmittendum curauiſſe. Atq; hoc quidem interſtitio, iã tum à reliquis nationibus diſtinguebatur Abrahęprogenies, quòd ſingulari Dei beneficio, in iſtam uerbi communionem admiſſa erat. Porro ubi Eccleſiam aliquanto adhuc ſelectiorem erigere Domino uiſum eſt, illud ipſum uerbum & ſolenniore ritu promulgatum, & tabulis cõſignatum, uoluit. Tunc ergo ſcriptis commendari cœperunt Dei oracula, quę antea de manu in manum tradita, in populo Dei aſſeruabantẽ. Qua in re ſingulari prouidentia Deus poſterorum ſaluti conſuluit. Nam ſi reputamus quàm lubricus ſit humanæ mentis lapſus in Dei obliuionem, quanta in omne genus erroris procliuitas, quanta in confingẽdas identidẽ nouas & factitias religiones libido, perſpicere licebit, quàm neceſſaria fuerit talis cœleſtis doctrinæ conſignatio ne uel obliuione deperiret, uel errore euaneſceret, uel audacia hominum corrumperetur. Cum itaq; palam ſit, Deum erga eos omnes, quos unquàm erudire cum fructu uoluit, ſubſidium uerbi adhibuiſſe, quòd effigiem ſuam in mundi cõpoſitione impreſſam, parum eſſe efficacem prouideret: hac recta uia contendendum nobis eſt, ſi ad ſynceram Dei contemplationem ſerio adſpiramus. Ad uerbum, inquam, eſt ueniendum, ubi probe, & ad uiuum, nobis à ſuis operibus deſcribitur Deus: dum opera ipſa nõ ex iudicij noſtri prauitate, ſed æternæ ueritatis regula æſtimantur. Ab eo ſi deflectimus, quamlibet ſtrennua enitamur celeritate, quia tamen extra uiam curſus erit, nunquam ad metam pertingemus. Sic enim cogitandum eſt: fulgorem diuini uultus, quẽ & Apoſtolus inacceſſum uocat, eſſe nobis inſtar inexplicabilis labyrinthi, niſi uerbi linea in ipſum dirigamur. Vt ſanctius ſit, in hac uia claudicare, q̃ extra eã celerrime currere. Proinde Dauid, ubi cõmemorauit gloriã Dei à cœlis enarrari, opera manuũ enunciari à firmamẽto, ab ordinata dierum noctiumq; ſerie maieſtatem eius prędicari, deinde ad uerbi men- *Pſalm. 19*
tionem deſcendit, Lex, inquit, Domini immaculata, conuertẽs animas: teſtimoniũ Domini fidele, ſapientiã præſtans paruulis: iuſtitiæ Domini rectę lętificantes corda, pręceptum Domini lucidum, illuminans oculos: ſignificans illam uniuerſalẽ eſſe omnium inſtitutionem: hanc uero peculiarem filiorũ Dei ſcholam. Hinc & illud emanauit, quod Samaritanę mulieri dicebat Chriſtus: gentem eius & reliquos omnes populos adorare quod neſcirent: ſolos Iudæos, Deo uero cultum exhibere. Nam cum humana mens, pro ſua imbecillitate, peruenire ad Deum nullo modo queat, niſi ſancto eius uerbo adiuta & ſubleuata: omnes tunc mortales, exceptis Iudæis, quia Deum ſine uerbo quærebant, neceſſe fuit in uanitate atq; errore uerſari. *Ioann. 4*

Vbi ſermonẽ Dei eſſe, qui proponit, in confeſſo eſt: nemo eſt tã deploratę audacię, niſi forte & ſenſu cõmuni, & humanitate quoq; ipſa deſtitutus, qui fidẽ loquenti derogare auſit. ſed quoniã nõ quotidiana è cœlis redduntur oracula: ſcripturę ſolę extant, quibus uiſum eſt Domino, ſuam perpetuę memoriæ ueritatem conſecrare: obiter attingendũ eſt, quo iure eandẽ apud fideles autoritatem obtineant, ac ſi uiuæ ipſę Dei uoces exaudirentur. Res ſane digniſſima, quę & tractet fuſius, & accuratius expendatur. Sed dabunt ueniã lectores: ſi magis reſpiciam, quid ferat operis inſtituti ratio, quàm huius rei amplitudo requirat. Inualuit aũt apud plęroſq; pernitioſiſſimus error: ſcripturę tantũ ineſſe momẽti, quantũ illi, Eccleſię ſuffragijs, concedit. Ac ſi uero ęterna inuiolabilisq; Dei ueritas hominũ arbitrio niteretur. ſic eñ magno cũ ludibrio Spiritus ſancti quęrunt. Ecquis nobis fidẽ faciat, hęc à Deo prodijſſe: Ecquis ſalua & intacta ad noſtrã uſq; ętatẽ perueniſſe, certiores reddat: Ecquis perſuadeat, librũ hunc reuerenter excipiẽdum: alterum numero expungendum: niſi certam iſtorum omnium regulã Eccleſia pręſcriberet. Pendet igitur, inquiunt, ab Eccleſiæ determinatione: & quæ ſcripturæ

reuerentia

reuerentia debeatur: & qui libri in eius catalogo censendi sint. Ita sacrilegi homines, dum, sub Ecclesiæ prætextu, uolunt effrenatam tyrannidem inuehere: nihili curant, quibus se & alios absurditatibus illaqueent: modo hoc unum extorqueãt apud simplices: Ecclesiam nihil non posse. Atqui si ita est: quid miseris conscientijs fiet, solidam uitę ęternę securitatem quęrentibus: si quęcunq; extant de ea promissiones, solo hominum iudicio fultæ, consistant? An accepto tali responso fluctuari & trepidare desinunt? Rursum, quibus impiorum sannis subijcitur fides nostra? quantam apud omnes in suspicionem uocatur? si credatur, hominum beneficio, non secus ac precariam habere autoritatem? Sed eiusmodi nugatores, uel uno Apostoli uerbo pulchre refelluntur. Ecclesiam ille testatur, prophetarum & Apostolorum fundamento sustineri. Si fundamentum est Ecclesiæ, prophetica & Apostolica doctrina: suã huic certitudinẽ ante cõstare oportet, q̃ illa extare incipiat. Neq; est quod cauillent: etiã si inde primũ exordiũ ducat Ecclesia: manere tamen dubiũ, quæ prophetis & Apostolis sint adscribenda: nisi iudiciũ ipsius
Ephe. 2 intercedat. Nam si Christiana Ecclesia prophetarum scriptis, & Apostolorum prædicatione, initio fundata fuit, ubicũq; reperiat ea doctrina, Ecclesiã certe præcessit eius approbatio: sine qua nunquam Ecclesia ipsa extitisset. Vanissimum est igitur commentum, scripturæ iudicandæ potestatem esse penes Ecclesiam: ut ab huius nutu illius certitudo pendere intelligatur. Quare dũ illam recipit, ac suffragio suo obsignat: non ex dubia, aut alioqui nutabunda authenticam reddit: sed quia ueritatẽ esse agnoscit Dñi sui, pro pietatis officio, nihil cunctando, uenerat. Quòd autẽ rogãt, unde p̃suadebimur, à Deo fluxisse: nisi ad Ecclesiæ decretũ cõfugiamus? perinde est, ac si q̃s roget, unde discemus lucem dil cernere à tenebris, album à nigro, suaue ab amaro? Non enim obscuriorẽ ueritatis suæ sensum ultro scriptura præ se fert, quàm coloris sui res albæ ac nigræ: saporis, suaues & amarę. Quanquam si conscientijs optime consultum uolumus, ne instabili dubitatione perpetuo uacillent, altius petenda, quàm ab humanis, uel rationibus, uel indicijs, uel coniecturis, scripturæ authoritas. Nempe ab interiori Spiritus sancti testificatione. Et si enim reuerentiam sua sibi ultro maiestate conciliat: tunc tamẽ demũ serio nos afficit, cum per Spiritũ obsignata est cordibus nostris. Illius ergo uirtute illuminati, iam nõ aut nostro aut aliorum iudicio credimus, à Deo esse scripturã: sed supra humanũ iudicium, certo certius constituimus (non secus ac si ipsius Dei numen illic intueremur) hominum ministerio, ab ipsissimo Dei ore ad nos emanasse. Non argumenta, non ueri similitudines quęrimus, quibus iudiciũ nostrum incumbat: sed ut rei extra æstimandi aleam positæ, iudiciũ, ingeniumque nostrum subijcimus. non id quidem qualiter solent quidam interdum rem incognitam arripere, quę mox perspecta displicet: sed quia inexpugnabilem nos ueritatem tenere, probe nobis conscij sumus. Neq; qualiter superstitionibus solent miseri homines captiuam mentem addicere: sed quia non dubiã uim numinis illic sentimus uigere, ac spirare, qua ad parendum, scientes quidem ac uolentes, uiuidius tamen & efficacius quàm pro humana aut uoluntate aut scientia, trahimur & accendimur. Talis ergo est persuasio, quæ rationes non requirat. Talis notitia, cui optima ratio constet nempe in qua securius constantiusque mens quiescit, quam in ullis rationibus. Talis denique sensus, qui nisi ex cœlesti reuelatione nasci nequeat. Non aliud loquor, quàm quod apud se experitur fidelium unusquisq;, nisi quòd longe infra iustam rei explicationem uerba subsidunt.

Hæc nisi certitudo adsit, quolibet humano iudicio, & superior & ualidior: frustra scripturæ autoritas uel argumentis munietur, uel Ecclesiæ consensu stabilietur, uel alijs præsidijs confirmabitur. siquidem, nisi hoc iacto fundamento, suspensa semper manet. sicuti contra, ubi semel communi sorte exemptam, religiose, ac pro dignitate amplexi sumus, quæ ad eius certitudinem animis nostris inserendam & infigendam non adeo ualebant, tunc aptissima sunt adminicula. Mirum em̃ quantũ confirmationis ex eo accedat, dũ intẽtiore studio reputamus,

quàm

quàm ordinata & disposita illic appareat diuinæ sapientiæ dispensatio, quàm cœlestis ubiq;, & nihil terrenum redolens doctrina, q̃ pulchra partium omnium inter se consensio & eiusmodi reliqua, quæ ad conciliandam scriptis maiestatem conueniunt. Tum uero solidius adhuc confirmantur corda nostra: dum cogitamus rerum magis dignitate, quàm uerborum gratia, in eius admirationem nos rapi. Nam & hoc non sine eximia Dei prouidentia factum est, ut sublimia regni cœlestis mysteria sub contemptibili uerborum humilitate, traderentur: ne si splendidiore eloquentia illustrata forent, cauillarentur impij, solam eius uim hic regnare. Nunc cũ inculta illa, & tamẽ non rudis simplicitas maiorẽ sui reuerentiã excitet q̃ ulla rethorũ facundia: qd iudicare licet, nisi potentiorẽ scripturæ sacrę uim ueritatis constare, q̃ ut uerborum arte indigeat? Nõ ergo absq; ratione Apostolus, Dei uirtute, nõ humana sapientia fundatã esse fidem Corinthiorũ arguit, quòd sua inter eos prædicatio, non persuasorijs humanæ sapientæ uerbis, 1. Corint. 2
sed ostensione Spiritus & potentiæ, cõmendabilis fuisset, siquidem ab omni dubitatione uindicatur ueritas, ubi non alienis suffulta præsidijs, sola ipsa sibi ad se sustinendam sufficit. Hæc autẽ uirtus q̃ propria sit scripturæ inde liquet, quòd ex humanis scriptis, quamlibet artificiose expolitis, nullum omnino perinde ad nos afficiendos ualet. Lege Demosthenẽ, aut Ciceronẽ: lege Platonem, Aristotelem, aut alios quosuis ex illa cohorte. Mirum in modum, fateor, te allicient, oblectabunt, mouebunt, rapient. Verũ inde si ad sacrã istam lectionem te conferas, uelis nolis, ita uiuide te afficiet, ita cor tuum penetrabit, ita medullis insidebit: ut præ istius sensus efficacia uis illa rhetorũ ac philosophorũ prope euanescat. Vt promptum sit perspicere, diuinum quiddam spirare sacras scripturas, quæ omnes humanæ industriæ dotes ac gratias, tanto interuallo, superent. Nec suo etiam pondere caret Ecclesiæ consensus. Neq; enim pro minimo ducendum est: ex quo scriptura publicata fuit, tot sæculorum uoluntates constanter in eius obedientiam consensisse: & utcunq; miris modis eam uel opprimere, uel euertere, uel inducere prorsus, & ex hominum memoria obliterare Satan, cum toto mundo, conatus sit, semper tamen, instar palmæ, superiorem euasisse, & inexpugnabilem perstitisse. Siquidem nemo fere excellentiore ingenio, uel sophista, uel rhetor, olim fuit: qui aduersus ipsam uim suam non intenderet, nihil tamẽ profecerunt omnes. In eius excidium uniuersa terræ potentia se armauit: & in fumum abierunt omnes eius conatus. Quomodo tam ualide undequaque impetita restitisset, non, nisi humano, freta præsidio? Quin magis hoc ipso à Deo esse conuincitur, quod, reluctantibus humanis omnibus studijs, sua tamen uirtute usque emerserit. Adde etiam huc, quod non una ciuitas, non gens una, in eam recipiendã & amplexandam consp̃irauit: sed quàm longe lateq; patet terrarum orbis, uariarum gentium, quibus alioqui nihil inter se commune erat, sancta conspiratione, suam authoritatem adepta est. Porrò cum plurimum nos mouere debeat talis conuenientia tam diuersorum animorum, & rebus omnibus alioqui inter se dissidentium: quando eam nõ nisi cœlesti numine conciliatam apparet: non parum tamen grauitatis illi accrescit, dum intuemur in eorum pietatem, qui sic conueniunt: nõ omnium quidem: sed quibus, ceu luminibus, fulgere Ecclesiam suam Dominus uoluit. Iam quanta securitate nos ei doctrinæ nomen dare par est: quam, tot sanctorum uirorum sanguine, sancitam ac testificatam uidemus? Illi, pro semel susceptа, non dubitarunt mortem animose, & intrepide, atque adeo magna alacritate, oppetere: nos, cum tali arrabone ad nos transmissam, quî non certa, & inconcussa persuasione susciperemus? Non ergo est mediocris scripturæ approbatio, tot testium sanguine fuisse obsignatam: præsertim dum reputamus, eos mortem, ad reddendum fidei testimonium, oppetijsse, non phanatica intemperie, qualiter interdũ erratici spiritus solẽt, sed firmo constantiq;, sobrio tamen Dei zelo. Alię sunt, nec pauce, nec inualidę ratiões, qbus sua scripturę dignitas ac maiestas nõ modo ãsseratur pijs pectoribus: sed aduersus calumniatorum technas egregrie uindicetur. Sed quæ non satis per se ualeant, ad firmã illi fidem comparandã: donec eius

reuerentiã

reuerentiam cœlestis pater, suo illic numine patefacto, omni controuersia eximit. Quare tum uere demum ad saluificam Dei cognitionem scriptura satisfaciet ubi, interiori Spiritus sancti persuasione, fundata fuerit eius certitudo. Quæ uerò ad eam confirmandam humana extant testimonia, sic inania non erunt, si præcipuum illud & summum, uelut secundaria nostræ imbecillitatis adminicula, subsequantur.

Porrò qui, repudiata scriptura, nescio quam ad Deum penetrandi uiam imaginantur: non tam errore teneri, q̃ rabie exagitari, putandi sunt. Emerserunt enim nuper uertiginosi quidã, qui spiritus magisterium sanctissime obtendentes, lectionem ipsi omnem respuunt, & eorum irrident simplicitatẽ, qui emortuam, & occidentem, ut ipsi uocant, literam adhuc consectantur. Sed uelim ab ipsis scire, quisnam sit iste spiritus, cuius al flatu eò sublimitatis euehuntur, ut scripturæ doctrinam, ceu puerilẽ & humilem, despicere ausint? Nam si Christi Spiritũ esse respondent: perquã ridicula est eiusmodi securitas. Siquidem Apostolos Christi, aliosq; in prima ecclesia fideles, non alio Spiritu illuminatos fuisse, ut opinor, concedunt. Atqui nullus eorum uerbi Dei contemptum inde didicit: sed unusquisq; potius maiore reuerentia imbutus fuit. Quemadmodum eorũ scripta luculentissime testantur. Deinde & hoc mihi responderi ab ipsis uelim, an alium hauserint Spiritum ab eo, quem discipulis suis Dominus promittebat? Tametsi extrema insania uexantur: nõ tamen eos tanta uertigine puto raptari, ut id iactare ausint. Qualem autẽ fore promittendo denunciabat? Nempe qui non à seipso loqueretur: sed suggereret eorum animis & instillaret, quæ ipse per uerbum tradidisset. Non ergo promissi nobis spiritus officium est, nouas, & inauditas reuelationes confingere: aut nouum doctrinæ genus procudere, quo à recepta Euangelij doctrina abducamur: sed illam ipsam, quę per Euangelium commendatur, doctrinam mentibus nostris obsignare. Vnde facile intelligimus, scripturæ & lectioni, & auscultationi, esse studiose incumbendum: si quem à Spiritu Dei usum ac fructum percipere libet. Contra uero si quis spiritus, pręterita uerbi Dei sapientia, aliam doctrinam nobis ingerit: eum merito uanitatis ac mendacij suspectum esse debere. Quid enim? Cum se Satanas in angelum lucis transfiguret: quam autoritatem habebit apud nos Spiritus, nisi certissima nota discernatur? Et sane perspicue nobis designatus est uoce Domini: nisi quia sponte in suum exitium errare affectant miseri isti: dum spiritum à seipsis potius, q̃ ab ipso, quærunt. At uero indignum esse causantur, Spiritum Dei, cui subijcienda sunt omnia, scripturę subiacere. Quasi uero sit hoc ignominiosum spiritui sancto, sibi esse ubiq; parem & conformem, sibi per omnia constare, nusquam uariare. Equidem, si ad humanam, uel angelicam, uel alienam quamuis regulam exigeretur: censendus tum esset in ordinem, adde etiam, si placet, in seruitutem, redigi. sed dum sibi ipsi comparatur, dum in seipso consideratur: quis in eo dicet irrogari ei iniuriam? Atqui ita ad examen reuocatur, fateor: sed quo suam apud nos maiestatem sanciri uoluit. Nobis abunde esse debet, simul atq; se nobis insinuat. Verum ne sub titulo suo Satanæ spiritus obrepat: in sua imagine, quam scripturis impressit, uult à nobis recognosci. Scripturarum autor est. Varius dissimilisq; esse non potest. Qualem igitur se illic semel prodidit, talis perpetuo maneat, oportet. Hoc contumelioſum illi non est: nisi forte honorificum ducamus, à seipso desciscere, & degenerare. Quod uero literæ occidenti nos incubare cauillantur, in eo pœnas luunt cõtemptæ scripturæ. Satis enim constat, Paulum illic aduersus pseudoapostolos cõtendere: qui quidem legem citra Christum commendantes, à noui testamenti beneficio populum auocabant: quo pacisciturus Dominus, se legem suam in fidelium uiscera insculpturum, & cordibus inscripturum. Emortua est igitur litera, & suos lectores necat lex Domini: ubi & à Christi gratia diuellitur, & intacto corde, auribus tantum insonat. Verum si per Spiritum efficaciter cordibus imprimitur, si Christum exhibet: uerbum est uitæ, conuertens animas, sapientiam præstans parUulis &cæ. Quinetiam eodem loco prædicationẽ suam Apostolus, ministerium

Ioann. 16

2. Corin. 3.

Spiritus

ſpiritus uocat. Nimirum ſignificans, ita ſuæ, quam in ſcripturis expreſsit, ueritati inhærere Spiritum ſanctum, ut uim tum demum ſuam proferat, atque exerat: ubi ſua conſtat uerbo reuerentia, ac dignitas. Nec his repugnat, quod nuper dictum eſt: uerbū ipſum nō ualde certum nobis eſſe, niſi Spiritus teſtimonio confirmetur. Mutuo enim quodam nexu, Dominus uerbi Spiritusq; ſui certitudinem inter ſe copulauit. Vt ſolida uerbi religio animis noſtris inſidat, ubi affulget Spiritus, qui nos illic Dei faciem contemplari faciat. ut uiciſsim, nullo hallucinationis timore, Spiritum amplexemur, ubi illū in ſua imagine, hoc eſt, in uerbo, recognoſcimus. Ita eſt ſanè. Non uerbum hominibus communicauit Deus, quod Spiritus ſui aduentu extemplo aboleret: ſed eundem Spiritum, cuius uirtute uerbū adminiſtrauerat, ſubmiſit: qui ſuum opus, efficaci uerbi confirmatione, abſolueret. In hunc modum Chriſtus diſcipulis duobus ſenſum aperiebat: non ut, abiectis ſcripturis, per ſe ſaperent: ſed ut ſcripturas intelligerent. Similiter Paulus, dum hortatur Theſſalonicenſes ne ſpiritum extinguāt, non ſublimiter eos arripit ad inanes, ſine uerbo, ſpeculationes: ſed continuo ſubijcit, non ſpernendas prophetias. Quo, procul dubio, innuitur, Spiritus lucem præfocari, ſimulatq; in contemptum ueniunt prophetiæ. Quid ad hæc tumidi iſti ἐνθουσιασταί, qui hanc unam reputant eximiam illuminationē, ubi ſecure omiſſo, ac ualere iuſſo Dei uerbo, quidquid ſterendo conceperint, non minus confidenter, quàm temere, arripiunt? Filios certe Dei longe alia decet ſobrietas: qui ut omni ueritatis luce, ſine Dei Spiritu, orbatos ſe uident: ita non ignorant uerbum eſſe, organum, quo Spiritus ſui illuminationem fidelibus Dominus diſpenſat. Alium enim Spiritum neſciunt, quàm qui in Apoſtolis habitauit & locutus eſt: cuius oraculis aſſidue ad uerbi audientiam reuocantur.

Lucæ ulti.

1. Theſſa. 5.

Sed enim quoniam Dei notitiam, quæ in mundi machina, uniuerſisq; creaturis non obſcure alioqui proponitur, familiarius tamen etiamnum & clarius uerbo docuimus explicari: iam operæprecium eſt expendere, ecquid ſe talem Dominus in ſcriptura nobis repræſentet, qualem in operibus ſuis delineari, prius uiſum eſt. Longa certe materia: ſi quis in ea diligentius tractanda immorari uelit. At ego uelut indicem propoſuiſſe contentus ero, quo monitæ piæ mentes, quid potiſſimum in ſcripturis de Deo inueſtigandum ſit, norint: & ad certum eius inquiſitionis ſcopum dirigantur. Initio ergo Dominus eum eſſe ſe Deum declarat: qui poſtquam cœlum & terram creauit, uniuerſum hominum genus immenſa beneficentia complexus, ac proſecutus quidem fuerit: ſed peculiari gratia pios ſemper, ac perpetua ſerie aluerit, ſuſtentarit, ſeruarit, atq; ab illis uiciſſim agnitus fuerit, ac religioſe cultus. Tum hiſtorijs omnium ſæculorum, quaſi typis quibuſdam, ob oculos ponit, quanta ſit bonitatis ſuæ erga fideles conſtantia: quanta prouidentiæ ſedulitas: quanta beneficentiæ promptitudo: quanta auxilij uirtus: quantus dilectionis ardor: quàm indefeſſa in ignoſcendis delictis patientia: quam paterna in puniendis caſtigatio: quàm perpetuus ueritatis tenor. Rurſum, quanta in peccatores ultionis ſeueritas: quàm horrenda, poſt longam tolerantiam, iræ ſuæ inflāmatio: quanta manus ſuæ, ad eos proſternendos proterēdosq;, potentia. Hactenus pulchre conuenit iſta Dei effigies, cum illa, quam in mundi uniuerſitate apparere, nuper oſtendimus. Certis tamen locis dilucidæ eius deſcriptiones nobis proponuntur, quibus εἰκονικῶς uiſenda, exhibetur germana eius facies: unde melius perſpicietur iſta conuenientia. Nam cum eam deſcriberet Moſes, uidetur ſanè uoluiſſe breuiter comprehendere, quidquid de ipſo intelligi ab hominibus fas eſſet. Iehouah, inquit, Iehouah, Deus miſericors & clemens, patiens, & multæ miſerationis, ac uerax, qui cuſtodis miſericordiam in milia, qui aufers iniquitatē & ſcelera, apud quem innocens non erit innocens, qui reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus. Vbi animaduertamus eius æternitatem καὶ αὐτοσίαν, magnifico illo nomine, bis repetito, prædicari: deinde commemorari eius uirtutes, quibus nobis deſcribatur, non quis ſit apud ſe: ſed qualis erga nos, ut iſta eius agnitio uiuo magis ſenſu, quàm uacua & meteorica ſpeculatione conſtet. Virtutes

Exodi. 34.

porro eaſdem hic enumerari audimus: quas notabamus, in cœlo, & terra, reluce-
re, Clementiam, bonitatem, miſericordiam, iuſtitiam, iudicium, ueritatem. Nam
uirtus, & potentia, ſub titulo Elohim continetur. Iiſdem etiam epithetis illum in-
ſigniunt Prophetæ, cum ad plenum uolunt ſanctum eius nomen illuſtrare. Ne
multa congerere cogamur, in præſentia nobis Pſalmus unus ſufficiat: in quo tam
Pſal. 145. exacte ſumma omnium eius uirtutum recenſetur, ut nihil omiſſum uideri queat.
Et nihil tamen illic ponitur, quod non liceat in creaturis contemplari. Adeo talem
ſentimus, experientia magiſtra, Deum, qualem ſe uerbo declarat. Apud Ieremiã,
Iere. 9. ubi pronunciat, qualis agnoſci à nobis uelit, deſcriptionẽ proponit nõ ita plenã:
ſed eodẽ ſemper recidentẽ. Qui gloriatur, inquit, in hoc glorietur, quòd me noue
rit Dominum, qui facio miſericordiam, iudicium, & iuſtitiam in terra. Tria certe
hæc apprime nobis cognitu ſunt neceſſaria. Miſericordia, qua ſola conſiſtit no-
ſtra omnium ſalus. Iudicium, quod in flagitioſos quotidie exercetur, & grauius
etiam eos manet in æternum exitium. Iuſtitia, qua conſeruantur fideles, & benig-
niſſime fouentur. Quibus comprehenſis, te abunde habere uaticinium teſtatur,
quo poſſis in Deo gloriari: Neq; tamen ita omittuntur, aut ueritas eius, aut poten
tia, aut ſanctitas, aut bonitas. Quomodo enim conſtaret, quæ hic requiritur, iuſti-
tiæ, miſericordiæ, iudicij eius ſcientia: niſi ueritate eius inflexibili niteretur? Et
quomodo crederetur terram iudicio & iuſtitia moderari: niſi intellecta eius uir-
tute? Vnde autem, niſi ex bonitate, miſericordia? Si deniq; uiq; omnes eius ſunt,
miſericordia, iudicium, iuſtitia, in illis quoq; & ſanctitas conſpicua eſt. Porro non
in alium ſcopũ deſtinatur, quæ in ſcripturis nobis proponitur Dei notitia, quàm
quę in creaturis impreſſa nitet. Nempe ad Dei timorem primum, deinde ad
fiduciam nos inuitat: quò ſcilicet, & perfecta uitæ innocentia, & non
ſimulata obedientia, colere illum diſcamus: tum ab eius bonitate
toti dependere. Verum quia ſe Dominus propinquiore intui-
tu contemplandum nõ exhibet, niſi in facie Chriſti ſui:
quæ ipſa fidei tantum oculis conſpicitur: quod de
notitia Dei dicendum reſtat, in eum locum
melius differetur, quo tractabitur fidei
intelligentia.

DE COGNI-

DE COGNITIONE HOMINIS, VBI DE PECCATO originali, de naturali hominis corruptione, de liberi arbitrij impotentia, item de gratia regenerationis & auxilio Spiritus sancti disputatur.

Caput II.

NON sine causa, ueteri prouerbio, tantopere homini commendata semper fuit cognitio sui ipsius. Nam si turpe ignorare ducitur, quæcunq; ad humanæ uitæ rationem pertinent: multò uerò fœdior ignorantia nostri est: qua fit, ut in capiendo, de re qualibet necessaria, consilio miserè hallucinemur, atque adeò cęcutiamus. Verum quò utilior est præceptio, eò diligentius uidendum est nobis, ne ipsa præposterè abutamur. Quod philosophis quibusdam uidemus accidisse. Illi enim, dum hominem hortantur, ut sei ipsum nouerit, finem simul proponunt, ne dignitatem, excellentiamq; suam nesciat. Neque aliud ipsum in se contemplari uolunt, quàm unde inani fiducia intumescat, & superbia infletur. Nobis autem longe aliud quærendum, in excutiendis nobis, præscribit Dei ueritas. nempe talem exigit notitiam, quæ nos & ab omni propriæ facultatis confidentia procul auocet, & omni gloriandi materia destitutos, ad submissionem adducat. Quam regulam tenere conuenit, si ad rectam & sapiendi & agendi metam pertingere libet. Neq; me latet, quanto plausibilor sit illa sententia, quæ ad recognoscenda nostra bona potius nos inuitat, quàm ad pauperiem, ignominiam, turpitudinem, imbecillitatem inspiciendam. Siquidem nihil est, quod magis appetat humanum ingeniũ, quàm blanditijs demulceri. Atque ideo, ubi dotes suas magni fieri audit, in hanc partem nimia credulitate propendet. Quominus mirũm est, hic adeo perniciose fuisse à maxima hominum parte aberratum. Nam cum sit ingenitus uniuersis mortalibus plusquàm cæcus sui amor, libentissime sibi persuadent, nihil inesse sibi, quod merito debeat esse odiosum. Ita, sine alieno patrocinio, uanissima hæc opinio fidem passim obtinet: hominem sibi abunde sufficere, ad bene, beateq; uiuendum. Quòd si qui modestius sentire uolunt, utcunque aliquid Deo concedant, ne sibi arrogare omnia uideantur: sic tamen partiuntur, ut potissima & gloriæ, & fiduciæ materia semper apud se resideat. Iam si accedit oratio, quæ sponte prurientem in hominis medullis superbiam, suis illecebris, titillet, nihil est, quod magis arrideat. Proinde ut unus quisque humanæ naturæ præstantiam benignissime suo præconio extulit: ita, magno sæculorum propè omnium applausu, fuit exceptus. Sed enim quæcunque talis est humanæ excellentiæ commendatio, quæ hominem in se acquiescere doceat, nihil aliud quàm suauitate illa sua delitias facit: & sic quidem illudit, ut qui assentiuntur, eos pessimo exitio perdat. Quorsum enim pertinet, uana omni fiducia fretos deliberare, instituere, tentare, moliri, quæ putamus ad rem pertinere: & defici quidem ac destitui tum sana intelligentia, tum uera uirtute inter primos conatus, pergere tamen secure, donec in ruinam corruamus? Atqui non aliter succedere ijs potest, qui se aliquid posse, propria uirtute, confidunt. Talibus ergo magistris, qui reputandis tantum bonis nostris nos detinent, si quis auscultet, non in sui cognitionem proficiet, sed in pessimam ignorationem abripietur. Ergo cum in hoc consentiat Dei ueritas cum publico omnium mortalium sensu, secundam sapientiæ partem in nostri cognitione repositam esse: in ipsa tamen cognoscendi ratione magnum est dissidium.

Tunc enim homo, iudicio carnis, probe sibi exploratus uidetur, cum & intelligentia, & integritate sua confisus, audaciam sumit, ac sese incitat ad uirtutis officia. Et indicto uicijs bello, ad id, quod pulchrum & honestum est, toto studio incumbere conatur. Qui autem se ad amussim diuini iudicij inspicit, & examinat, nihil reperit, quod animum ad bonam fiduciã erigat. ac quo penitius se excussit, eó magis deijcitur: donec omni fiducia prorsus abdicatus, nihil sibi, ad uitam recte instituendam, relinquit. Neque tamen hic negamus, esse inditam naturæ nostræ aliquam nobilitatem, quæ nos ad iustitiæ honestatisq; studium meritò expergefacere debeat. Non enim possumus, aut primam nostram originem, aut quorsum conditi sumus, cogitare: quin, ad meditandam immortalitatem, expetendumq; Dei regnum, pungamur. Sed tantum abest, ut animos nobis faciat ista recognitio: ut potius, submissis illis, ad humilitatem, modestiamq; deducat. Quæ enim illa est origo? Nempe à qua excidimus. Quis ille creationis nostræ finis? A quo penitus auersi sumus, ut miseræ nostræ sortis pertæsi ingemiscamus: ingemiscendo, ad perditam illam dignitatem suspiremus. Nos autem, cum dicimus, nihil in se oportere hominem intueri, quod ipsum animosum reddat, intelligimus, nihil esse penes ipsum, cuius fiducia debeat superbire. Quare, si libet, quam homo sui notitiam habere debet, ita partiamur: ut primo loco, quem in finem creatus sit, & donis non contemnendis præditus, reputet: qua cogitatione ad diuini cultus, uitæq; futuræ meditationem excitetur: deinde suas facultates, uel certè facultatum inopiam expendat, qua perspecta, non secus, atq; in nihilum redactus, in extrema confusione iaceat. Huc tendit prior consideratio, ut quale sit officium suum, agnoscat: altera, quid ad ipsum præstandum ualeat. De utraque, prout series docendi poscet, sparsim à nobis disseretur.

Ante uerò, quàm ad miseram istam hominis conditionẽ describendam aggrediamur, operæprecium est tenere, qualis, prima sua conditione, creatus fuerit homo. Cauendum est enim, ne, dum naturalia hominis mala demonstramus, ea uideamur ad naturæ autorem referre. In hoc enim prætextu se habere satis defensionis putat impietas, si obtendere queat, quicquid habet uitij, à Deo quodammodo profectum esse. Nec dubitat, si redarguitur, cum Deo ipso litigare, culpamq; in eum transcribere, cuius merito rea agitur. Et qui religiosius loqui de numine uideri uolunt, libenter tamen excusationem praua suæ uoluntatis captant, à naturæ accusatione. non cogitantes se Deum quoque, licet obscurius, suggillare: cuius in contumeliam recideret, si quid uitij ineſſe naturæ probaretur. Cum ergo uideamus carnem inhiare subterfugijs omnibus, quibus utcunq; deriuari alio à se malorum suorum culpam existimat: huic malitiæ diligenter obuiandum est. Itaque sic tractanda est humani generis calamitas, ut præcidatur carnis malitiæ omnis tergiuersatio, & iustitia Domini ab omni insimulatione, nedum crimination, uindicetur. sic tamen, ut à purissima ueritate non deflectamus: quæ adeo non suffragatur istiusmodi absurdis, ut, ad refellenda, per se abunde sufficiat, ubi primum intelligitur. Nam parentem omnium nostrum Adam creatum esse constat ad imaginem, & similitudinem Dei. Quo indicatur, factum esse participem diuinæ tum sapientiæ, tum iustitiæ, tum uirtutis, tum integritatis, tum ueritatis, tum innocentiæ. Neque enim probabilis est eorum error, qui similitudinem & imaginem Dei in dominatu illi tradito locant: ac si eo solo Deum referre diceretur, quia constitutus fuerit omnium animalium Dominus & arbiter. Nisi maius subesset huic sententiæ pondus, non toties repeteretur à Mose. Et Paulus omnem de ista re controuersiam dirimit, cum ita loquitur. Renouamini spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate ueritatis. Item, nolite mentiri inuicem, exuti ueteri homine, cum actionibus suis. & induti nouum, qui renouatur ad agnitionem, & imaginem eius, qui creauit illum. Vides ut imaginem Dei interpretatur, conformitatem, quam spiritus noster habet cum Domino, ubi terrena sorde repurgatus, nihil nisi cœlestẽ puritatem spirat? Similiter cũ alibi docet, Dei gloriã ita conspi-

Ephe. 4.
Colloss. 4.

ita conſpicuã nobis repræſentari in Euangelio, ut in eius imaginem transforme mur, Spiritus ſancti uirtute, nihil ambiguitatis relinquit, quin imago ipſa interius ſit animæ bonum, & per ſpiritualem regenerationem in nobis inſtauretur. Ergo ad imaginem Dei conditus homo, ijs dotibus præditus fuit, quæ beneficentiam creatoris largiſſimam erga ipſum teſtarentur. Bonorum enim omne genus participatione cum ipſo adhęrebat, eorum nexu perpetuo cum eo uicturus, ſi in ea modo, quam acceperat, integritate ſtetiſſet. Verum non diu ſtetit: ſed, ſua protinus ingratitudine, tot ſibi collatis beneficijs indignũ ſe reddidit. Hic ille cœleſtis imago inducta, & obliterata fuit: quia per peccatum à Deo alienatus ſi mul à bonorũ omnium communione neceſſario excidit, quę non, niſi in ipſo, haberi poſſunt. Ita in locum ſapientiæ, uirtutis, ſanctitatis, ueritatis, iuſtitiæ, quibus ornamentis illũ ueſtiebat Dei ſimilitudo, ceſſerunt teterrimæ peſtes ignorantia, impotentia, impuritas, uanitas, iniuſtitia: quibus miſerijs immerſus, & obuolutus, ijſdẽ ſuam quoque progeniem implicuit. Eius enim imaginem referunt, à quo ducunt originem, & parentis ſui pollutione contaminati naſcuntur. 2. Corin. 3.

Hæc eſt hæreditaria corruptio, quam peccatũ originale ueteres nuncuparunt: peccati uocabulo, naturæ, antea bonæ, & purę, deprauationem deſignantes. Qua de re multam cum Pelagianis concertationem habuerunt. Nam iſti, cum euincerentur manifeſto ſcripturæ teſtimonio, peccatum à primo homine tranſijſſe in totam poſteritatem: cauillabantur, tranſijſſe per imitationem, non propaginem. Ergo boni uiri in hoc elaborarunt, ac præ alijs Auguſtinus, ut oſtenderent, nos, non aſcita nequitia corrumpi: ſed ingenitam uitioſitatem, ab utero matris afferre. Quod inficiari, ſummæ impudentiæ fuit. Sed Pelagianorum, & Cœleſtianorum temeritatẽ non mirabitur, qui ex illius ſancti uiri monumentis perſpexerit, quàm fuerint in alijs omnibus perditæ frontis beſtiæ. Certe non ambiguũ eſt, quod confitetur Dauid, ſe in iniquitatibus genitum, & in peccato conceptum à matre. Non arguit illic patris aut matris delicta: ſed, quò Dei erga ſe bonitatem melius commendet, propriæ peruerſitatis confeſſionem, à prima natiuitate, repetit: Cum id Dauidi peculiare non fuiſſe conſtet: ſequitur communem humani generis ſortẽ, ſub eius exemplo, notari. Omnes ergo, qui ab impuro ſemine deſcendimus, peccati contagione naſcimur infecti. imò, anteq; lucem hanc uitæ aſpicimus, ſumus in Dei conſpectu fœdati, & inquinati. Quis enim daret mundũ de immundo? Ne unus quidem, ut eſt in libro Iob. Audimus ita in filios transmitti parentum immunditiem, ut omnes citra ullam exceptionem, ſua origine ſint inquinati. Huius autem pollutionis non reperietur exordium, niſi ad primum omnium parentem, tanq; ad fontem aſcendamus. Ita certè habendum eſt: fuiſſe Adamum humanæ naturæ non progenitorem modo, ſed quaſi radicem, atq; ideo in illius corruptione merito uiciatum fuiſſe hominum genus. Quod ex illius, & Chriſti cõparatione planius facit Apoſtolus. Quemadmodum, inquit, per unum hominem peccatum intrauit in uniuerſum mundum, & per peccatum mors, quæ in omnes homines peruagata, quando omnes peccauerunt: ita per gratiam Chriſti iuſtitia, & uita nobis reſtituta eſt. Quid hic garriant Pelagiani? Peccatũ, Adæ imitatione, propagatum? ergo ne ex Chriſti iuſtitia, nihil aliud proficimus, niſi quod exemplum nobis eſt ad imitationem propoſitum? Quis tantum ſacrilegium ferat? Quod ſi extra controuerſiam eſt, Chriſti iuſtitiam communicatione noſtram eſſe, & ex ea uitam: ſimul conficitur, utramq; ita in Adam fuiſſe perditam, ut in Chriſto recuperatur: peccatum uero & mortẽ ita per Adam obrepſiſſe, ut per Chriſtum abolentur. Non ſunt obſcura uerba: iuſtificari multos per Chriſti obedientiã, quemadmodum per Adæ inobedientiã peccatores fuerant conſtituti. Ideoq; inter eos duos hanc eſſe relationem, q; hic nos ſuo exitio inuoluros ſecum perdidit: ille nos ſua gratia in ſalutem reſtituit. In tam perſpicua luce ueritatis nihil longiori uel magis laborioſa probatione opus eſſe arbitror. Sic & in priore ad Corinthios, cum in reſurrectionis fiducia uult pios confirmare, oſtendit recuperari in Chriſto uitam, quæ in Adam perdita fuerat. Quinos omnes in Adam mortuos eſſe pro- Psal. 51. Iob. 14. Roma. 5.

nunciat: iam simul aperte quoq; testatur peccati labe esse implicitos. Neq; enim ad eos peruenire damnatio, qui nulla iniquitatis culpa attingerẽtur. Sed clarius intelligi quid uelit, quàm ex alterius membri relatione, non potest: ubi spem uitæ restitutam in Christo docet, satis autem scitur, illud non aliter fieri, quàm ubi mirifica illa communicatione iustitiæ suæ uim in nos Christus transfundit: quemadmodum alibi scribitur, spiritum nobis uitam esse propter iustitiam. Ergo neq; aliter interpretari licet quod dicitur, nos in Adam mortuos esse, quàm quòd ipse peccando, non sibi tantum cladem ac ruinam asciuit, sed naturam quoq; nostram in simile præcipitauit exitium. Neque id suo unius uitio, quod nihil ad nos pertineat: sed quoniam uniuersum suum semen ea in quam lapsus erat uitiositate infecit. Neq; ad eius rei intelligentiam necessaria est anxia disputatio, quæ ueteres non parum torsit, an filij anima ex traduce paternæ animæ oriatur: quòd in ea potissimum lues resideat. Eo nos esse contentos oportet, Dominum, quas uoluit humanæ naturæ collatas dotes, apud Adamum deposuisse. Ideo illum, cum acceptas perdidit, non tantum sibi perdidisse, sed nobis omnibus. Quis de animæ traduce sit sollicitus, ubi audiat Adamum, nobis non minus, quàm sibi ornamenta illa, quæ perdidit, accepisse? Non uni homini data illa fuisse, sed uniuersæ hominis naturę attributa? Nihil ergo absurdi, si spoliato eo, natura nuda inops q; destituitur: si, illo per peccatum inquinato, in naturam contagio serpit. Proinde à radice putrefacta rami putridi prodierunt, qui suam putredinem transmiserunt ad alios ex se nascentes surculos. Sic enim uitiati sunt filij in parente, ut nepotibus essent tabifici, hoc est, ita corruptionis exordium in Adam fuit, ut, perpetuo defluxu, à prioribus in posteros transfundatur. Quod autem cauillantur Pelagiani, uerisimile non esse, à parentibus pijs corruptionem ducere liberos, cum magis eorum puritate sanctificati debeant, facile refutatur. Non enim ex eorum regeneratione spirituali descendunt, sed generatione carnali. Proinde, ut ait Augustinus, siue reus infidelis, siue absolutus fidelis, non absolutos uterq; generat, sed reos: quia ex uitiosa natura generat. Porrò quòd eorum sanctitati quodammodo communicant, specialis est populi Dei benedictio, quæ non facit, quo minus prima illa, & uniuersalis gentis humanæ maledictio præcedat.

Li. 2. contra Pelag. & Celest.

Atqui ne hæc de re incerta & incognita dicta fuerint, peccatum originale definiamus. Neq; uero singulas, quæ à scriptoribus positæ sunt, definitiones excutere, propositum mihi est: sed unam proferam duntaxat, quæ ueritati mihi uidetur optime consentanea. Videtur ergo peccatum originale hæreditaria naturæ nostræ prauitas & corruptio: quæ primum facit reos iræ Dei, tum etiam opera in nobis profert, quæ scriptura uocat opera carnis. Atq; id est propriè, quod à Paulo sæpius peccatum nominatur. Quæ uero inde emergunt opera, qualia sunt, adulteria, scortationes, furta, odia, cœdes, comessationes, fructus peccati, secundum hanc rationem, uocat. quanq; & peccata cum in scripturis passim tum etiã ab ipso nuncupantur. Hæc itaq; duo distinctè obseruanda. Nempe, quòd sic omnibus naturæ nostræ partibus uitiati peruersique, iam ob talem duntaxat corruptionem damnati merito, conuictique coram Deo tenemur: cui nihil est acceptum, nisi iustitia, innocentia, puritas. Neque ista est alieni delicti obligatio. Quod enim dicitur, nos per Adæ peccatum obnoxios esse factos Dei iudicio, non ita est accipiendum, ac si insontes ipsi & immerentes, culpam delicti eius sustineremus. sed quia, per eius transgressionem, confusione induti sumus omnes, dicitur ille nos obstrinxisse. Ab illo tamen non sola in nos pœna grafata est, sed instillata ab ipso lues in nobis residet, cui iure pœna debetur. Quare Augustinus, utcunque alienum peccatum sæpe uocet, quo clarius ostendat, propagine in nos deriuari, simul tamen & proprium unicuique asserit. Et Apostolus ipse disertissimè testatur, ideo mortem in omnes peruagatam, quòd omnes peccarint, id est, inuoluti sint originali peccato, & eius maculis inquinati. Atque ideo infantes quoque ipsi, dum suam secum damnationem à matris utero afferunt: non alieno, sed suo ipsorum uitio sunt obstricti. Nam

Alibi sæpe tum uero Lib. 3. De peccatorũ merit. & remiss. cap. 8. Roma. 5.

tametsi

tametsi suæ iniquitatis fructus nondum protulerint: habent tamen in se inclusum semen: imò tota eorum natura, quoddam est peccati semen. Ideo non odiosa & abominabilis Deo esse non potest. Alterum, quòd hæc peruersitas nunquam in nobis cessat, sed nouos assidue fructus parit: ea scilicet, quæ ante descripsimus, opera carnis. Nō secus atque incensa fornax flammam & scintillas efflat, aut scaturigo aquam, sine fine, egerit. Quare qui peccatum originale definierunt, carentiam iustitiæ originalis, quanquā id totum complectuntur, quod in re est: non tamē satis significanter uim atq; energiam ipsius expressérunt. Non em̄ natura nostra boni tm̄ inops, & uacua est: sed malorum omnium adeo fertilis & ferax, ut ociosa esse non possit. Qui dixerunt esse concupiscentiam, non nimis alieno uerbo usi sunt, si modo adderetur, quod minime conceditur à plærisq;, quicqd in homine est, ab intellectu ad uoluntatem, ab anima ad carnem usq;, hac concupiscentia inquinatum, refertumq; esse. Aut, ut breuius absoluatur, totum hominē non aliud, ex seipso, esse, quàm concupiscentiam.

Eant nunc, qui Deum suis uicijs inscribere audent, q; dicantur naturaliter uitiosi, homines. Opus Dei perperam in sua pollutione contemplantur, quod in illa integra adhuc, & incorrupta Adæ natura requirere debuerant. A carnis ergo nostræ culpa, non à Deo, nostra perditio est: quando non alia ratione perijmus, nisi quia degenerauimus à prima nostra conditione. Neque hic obstrepat quispiam, potuisse Deum nostræ saluti melius prospicere, si Adæ lapsui occurrisset. Nam obiectio ista, cum, ob nimis audacem curiositatem pijs mentibus abominanda est, tum ad prædestinationis arcanum attinet: quod suo loco postea tractabitur. Quare ruinam nostram naturæ deprauationi imputandam memineri-mus, ne in Deum ipsum naturę autorem stringamus accusationem. Hærere quidem exitiale illud uulnus in natura uerum est, sed multum refert, accesserit ne alunde, an ab origine insederit. Constat autem per peccatum inflictum fuisse. non est igitur cur conqueramur, nisi de nobis ipsis. Quod diligenter annotauit scriptura. Dicit enim Ecclesiastes. Hoc scio quod fecerit Deus hominem rectum. Ipsi autem quæsierunt sibi adinuentiones multas. Homini tm̄ suum extium adscribendum apparet, cum, diuina benignitate rectitudinem adeptus, sua ipse dementia, in uanitatem delapsus sit. Dicimus ergo naturali hominem uitiositate corruptum: sed quæ à natura non fluxerit. A natura fluxisse negamus, ut significemus aduentitiam magis esse qualitatem, quæ homini acciderit: quàm substantialem proprietatem, quæ ab initio indita fuerit. Vocamus tamen naturalem: ne quis ab unoquoq; praua consuetudine comparari putet, cum, hæreditario iure, uniuersos comprehensos teneat. Neq; id sine autore facimus. Eadem enim causa nos omnes esse natura filios iræ docet Apostolus. Quomodo creaturæ omnium nobilissimæ insēsus esset Deus, cui placēt infima q̄q; opera sua? Sed operis sui corruptioni magis infensus est, q̄ operi suo. Ergo si ob uitiatam humanam naturam non inscite dicitur homo naturaliter esse Deo abominabilis: nō etiam ineptè dicet̄ naturaliter prauus & uitiosus. Quemadmodū non ueretur Augustinus, ratione corruptæ naturæ, naturalia dicere peccata, quę in carne nostra necessario regnāt, ubi abest Dei gratia. Ita euanescit stultum Manicheorum nugamentum, qui cum substantialem in homine malitiam imaginarentur, alterum illi conditorem affingebant, ne iusto Deo uiderentur mali causam & principium assignare.

Ephe. 2

Postquàm uisum est, peccati dominatum, ex quo primum hominem sibi obligatum tenuit, totum genus inuasisse: exponendum restat, ex quo in hanc seruitutem redacti sumus, an omni spoliati simus libertate, & si qua particula adhuc uiget, quousq; uis eius procedat. Sed quò facilius nobis huius quęstiōis ueritas eluceat, scopum obiter præfigamus, quò tota summa destinanda sit. Patebit autem, quis debeat spectari scopus, si pericula considerentur, quæ utrinque imminent. Nam ubi omni rectitudine abdicatur homo, statim ex eo desidiæ occasionem arripit: & quia nihil ad iustitiæ studium ualere per se dicitur: illud totum, quasi iam nihil ad se pertineat, susq; deq; habet. Rursum, uel minutulum illi quidpiam

Hæc duo præcipitia notat August. epist. 47. & in Ioā. ca. 12.

arrogari non poteſt, quin & Deo prȩripiatur ſuus honor, & ipſe temeraria confidentia labefactetur. Ad hos ergo ſcopulos ne impingamus, tenendus hic curſus erit: ut homo nihil boni penes ſe reliquum ſibi eſſe edoctus, & miſerrima undiq; neceſſitate circumſeptus, doceatur tamen ad bonum, quo uacuus eſt, ad libertatẽ, qua priuatus eſt, adſpirare: & acrius ab ignauia excitetur, quã ſi ſumma uirtute fingeretur inſtructus. Hoc ſecundum quàm neceſſarium ſit, nemo non uidet. De priore uideo à pluribus dubitari, quàm conueniebat. Nam hoc extra controuerſiam poſito, nihil homini de ſuo adimendum eſſe: quantopere interſit, ipſum falſa gloriatione deijci, palàm conſtare debet. Nam ſi ne tum quidem hoc homini conceſſum fuit, ut in ſe gloriaretur, cum, Dei beneficentia, ſummis ornamentis eſſet inſignitus, quantum nunc humiliari conuenit: ubi ob ſuam ingratitudinem, ab eximia gloria, in extremam ignominiam deturbatus eſt? pro eo, inquam, tempore, quo in ſummum honoris faſtigium euectus erat ſcriptura nihil aliud ei tribuit, quàm quod creatus eſſet ad imaginem Dei. quo ſcilicet inſinuat, non prorſus bonis abundaſſe, ſed Dei participatione fuiſſe beatum. Quid ergo nunc ſupereſt, niſi ut Deum, cuius beneficentiæ gratus eſſe non potuit, cum diuitijs gratiæ eius afflueret, omni glória nudus, ac deſtitutus agnoſcat? Et quem, bonorum ſuorum recognitione, non glorificauit, nunc ſaltem, propriæ paupertatis confeſſione, glorificet? Nihilo etiam minus è re noſtra eſt, omnem ſapientiæ, uirtutiſq; laudem nobis derogari, quàm ad Dei gloriam attinet. Vt cum ſacrilegio ruinam noſtram coniungant, qui aliquid ultra uerũ, nobis largiuntur. Quid enim aliud fit, cum marte noſtro docemur contendere, niſi q̃ baculo arundineo in ſublime euehimur, quo mox confracto, decidamus? Quanq̃ nimis etiamnum commendantur uires noſtrę, dum baculo arundineo cõparantur. Fumus em̃ eſt, quicquid de illis uani homines cõmentantur. Quare non abs re toties ab Auguſtino præclara iſta ſententia repetitur. Præcipitari magis à ſuis defenſoribus liberum arbitrium, q̃ ſtabiliri. Hęc præfari neceſſe fuit, propter nonnullos, qui dum audiunt hamanam uirtutem funditus euerti, ut Dei uirtus in homine ædificetur, totam hanc diſputationem peſſime oderunt, quaſi periculoſam, nedum ſuperuacuam: quam tamẽ & in religione neceſſariam, & nobis utiliſſimam eſſe apparet.

In facultatibus hominũ inſpiciendis, quo ſcilicet melius à nobis æſtimenẽ, incipiemus ab earũ partitione, & ea quidẽ ſimpliciſsima. Non. n. uideo quid opus ſit illas argutiores Philoſophorum diſtinctiones recenſere: Eſſe primo loco q̃nq̃ ſenſus q̃s tñ Platoni organa magis uocari placet, quibus in ſenſum communẽ, ceu in receptaculũ quoddã, obiecta omnia inſtillent: ſequi phantaſiam, quæ à ſenſu cõmuni appræhenſa, dijudicet: poſtea rationẽ, penes quam uniuerſale eſt iudiciũ. Poſtremo mentem, quæ defixo, quietoq; intuitu contempletur, quæ ratio diſcurrendo, uolutare ſolet. Item menti, rationi, phantaſiæ, tribus animæ facultatibus cognitiuis, tres etiam appetitiuas reſpondere. Voluntatem, cuius partes ſint quæ mens & ratio proponunt, appetere. Vim iraſcendi, quæ, à ratione & phantaſia porrecta, arripiat. Vim concupiſcendi, quæ à phantaſia ſenſuq; obiecta, apprehendat. Hæc ut uera ſint, aut ſaltem probabilia, quoniam tamen uereor, ne magis nos ſua obſcuritate inuoluant, quàm iuuẽt, omittenda cenſeo. Si cui libet alio modo animę potẽtias diſtribuere: ut altera uocetur appetitiua, quæ tametſi rationis expers, rationi tamẽ obtẽperat, ſi aliunde dirigatur: altera dicatur intellectiua, quę ſit per ſeipſam rationis particeps: non ualde reclamo. Nec iſtud refellere uelim: Tria eſſe agẽdi principia, ſenſum, intellectum, appetitum. Sed nos diuiſionem potius eligamus, infra omniũ captũ poſitam, quæ certe à Philoſophis peti nõ poteſt. Nam illi, dum ſimpliciſsime loqui uolunt, animam diuidunt in appetitum, & intellectum. Sed utrumque faciunt duplicem. Hunc interdum contemplatiuum eſſe dicunt, qui ſola cognitione contentus, nullum actionis motum habeat: quam rem ingenij nomine deſignari putat Cicero: interdum practicum, qui, boni, malíue apprehenſione, uoluntatem uariè moueat. Sub quo genere bene iuſteq; uiuendi ſcientia continetur. Illum quoque (appetitum dico) in uoluntatem, & concupiſcentiam

In Theæteto.

Ariſt. lib. 1 Ethic. ca. ulti.

Idem lib. 6 cap. 2

De duplici intellectu. Themiſt. in lib. 3. de anima cap. 49

Cicero de finib. lib. 5.

cupiſcentiã partiuntur. ac βέλησιν quidem eſſe, quoties rationi appetitus, quem ὄρεξιν appellant, obtemperat. πάθος autem fieri, ubi, excuſſo rationis iugo, ad intemperiem excurrit. Ita ſemper in homine rationem imaginantur, qua ſe recte moderari queat. Quamobrem nos, qui rationem quoq; deprauatam eſſe aſſerimus, cogimur paulum ab eiuſmodi partitione diſcedere. Sic ergo habeamus: ſubeſſe duas humanæ animæ partes, quæ quidem præſenti inſtituto conueniant, Intellectum & uoluntatem. Sit autẽ officium intellectus, inter obiecta diſcernere, prout unumquodq; probandum, aut improbandum uiſum fuerit: uoluntatis autẽ, eligere, & ſequi, quod bonum intellectus dictauerit: aſpernari, ac fugere, quod ille improbarit. Nihil hic nos remorentur illę Ariſtotelis minutiæ, nullam eſſe mentí per ſe motionem: ſed electionem eſſe quæ moueat, quam eandem nuncupat intellectum appetitiuũ, ne ſuperfluis quæſtionibus intricemur. Satis ſit nobis, intellectum eſſe quaſi animę ducẽ & gubernatorẽ. Voluntatẽ in illius nutũ ſemper reſpicere, & iudicium in ſuis deſideríjs expectare. Qua ratione uerè tradidit ipſe idem Ariſtoteles, ſimile quiddam eſſe in appetitu, fugam & perſequutionẽ, quale eſt in mente affirmatio aut negatio. Porrò q̃ certa ſit, ad dirigendã uoluntatẽ, intellectus gubernatio, mox uidebitur. Hic duntaxat uolumus, nullam reperíri poſſe in anima potentiã, quæ non ritè ad alterutrum iſtorum membrorum referrarur. Porrò hoc modo ſenſum ſub intellectu cõprehendimus, quẽ alíj ſic diſtinguunt, quòd ſenſum ad uoluptatem propendere dicunt, pro qua intellectus bonum ſequatur. Inde fieri, ut appetitio ſenſus, concupiſcentia fiat, & libido: affectio intellectus, uoluntas. Rurſum pro appetitus nomine, quod illi malunt, uoluntatis nomen, quod uſitatius eſt, uſurpamus.

Ita Plato in Phædro.

Lib. Ethic. 6. cap. 2

Nunc conſideremus, quid pars utraq; polleat. Philoſophi ſanè magno conſenſu rationem in mente cõſidere fingunt, quę inſtar lampadis cõſilijs omnibus præluceat, inſtar & reginæ, uoluntatẽ moderetur. Ita eñ luce diuina perfuſam eſſe, ut optime cõſulere: eo uigore prędtare, ut optime imperare queat. ſenſum contra torpere, & lippitudine teneri, ut ſemper humi ſerpat, & in craſſioribus obiectis uoluetetur, nec unq̃ ſe attollat ad ueram perſpicaciam. Appetitum, ſi rationi parere ſuſtineat, nec ſenſui ſubigendum ſe permittat, ad ſtudiũ uirtutum ferri, rectam uiã tenere, & in uoluntatem formari. Quod ſi in ſeruitutẽ ſenſus ſe addicat, ab eo corrumpi & deprauari, ut in libidinẽ degeneret. Atq; omnino cum, ex eorũ opinione, illę quas ſupra dixi animæ facultates concedantur, Intellectus ſenſus & appetitus, ſeu uoluntas, quæ appellatio iam uulgatiore uſu recepta eſt: Intellectum ratione prędtum aſſerunt, optima ad bene, beateq; uiuendũ moderatrice, ipſe modo ſe in ſua prędtantia ſuſtineat, ac uim ſibi natuliter inditã exerat. Inferiorẽ autẽ eius motionẽ, quę ſenſus dicitur, qua ad errorem & hallucinationem abſtrahit, talem eſſe, ut rationis ferula domari, & paulatim profligari queat. Voluntatem porrò inter rationem & ſenſum mediam locant, ſui ſcilicet iuris & libertatis compotem, ſiue rationi obtemperare, ſiue ſenſui rapiendam ſe proſtituere libeat. Non inficiant quidem interdũ, ipſa nimirum experientia conuicti, quanta cum difficultate rationi apud ſe regnũ homo ſtabiliat, dũ nunc titillat uoluptatum illecebris, nunc falſa bonorum imagine deludit, nunc impotenter percutitur immoderatis affectibus, & tanquam funibus, uel neruis, ut ait Plato, in diuerſum abripitur. Qua etiã ratiõe Cicero dicit illos, à natura datos igniculos, prauis opiniõibus, malisq; moribus mox extingui. Vbi uero ſemel occuparunt in animis dominium eiuſmodi morbi, impotentius graſſari fatentur, quàm ut facile cohercere eos liceat: nec dubitant ferocibus equis comparare, qui exturbata ratione ceu auriga excuſſo, intemperanter, ac ſine modo laſciuiant. Hoc tamen extra controuerſiam ponunt, uirtutes, & uitia in noſtra eſſe poteſtate. Nam ſi noſtræ, inquiunt, electionis eſt, hoc, aut illud agere: ergo & non agere. Rurſum ſi non agere, ergo & agere. Libera autem electione agere uidemur quæ agimus, & ab ijs abſtinere, quibus abſtinemus: ergo ſi quid boni agimus, ſi, ubi libeat, poſſimus illud omittere: ſi quid mali perpetramus, poſsimus id quoq; fugere. Quinetiam eò licentiæ quídam

Lib. pri. de legi. lib. 3. Tuſc.

Vide apud Ariſto. li. 3 Ethic. ca. 5 Seneca.

quidam eorum proruperunt,ut iactarint, deorum quidem esse munus, quod uiuimus,nostrum uero,quòd bene, sanctéq; uiuimus. Hæc ergo philosophorum omnium sententiæ summa est. Humani intellectus rationem rectæ gubernationi sufficere:uoluntatem,illi subiacentem,à sensu quidem ad mala sollicitari: sed, ut liberam electionem habet, impediri nequaquam posse, quin rationem ducem per omnia sequatur.

Inter scriptores Christianæ professionis,tametsi nemo extitit,qui non agnosceret,& sanitatem rationis in homine grauiter ex peccato uulneratam, & uoluntatẽ prauis cupiditatibus ualde implicitam esse,multi tamen eorum longe plus æquo philosophis accesserunt. Ex quibus ueteres mihi uidentur hoc consilio uires humanas sic extulisse,ne si impotentiam diserte essent confessi, primum philosophorum ipsorum cachinnos,quibus cum tunc certamen habebant,excuterent:deinde carni, suapte sponte nimis ad bonum torpenti, nouam desidiæ occasionem præberent. Ergo ne quid communi hominum iudicio absurdum traderent,scripturę doctrinam,cum philosophię dogmatibus,dimidia ex parte,conciliare studuerũt.

Homil. de prodit. Iudæ. Præcipuè tamẽ secundum illud spectasse,ne desidiæ locum facerent,ex eorũ uersibis apparet. Habet Chrysostomus alicubi. Quoniã bona & mala in nostra Deus potestate posuit,electionis liberum donauit arbitrium: & inuitos non retinet, sed

Homil. 15 in Genesim uolentes amplectitur. Item,sæpe qui malus est,si uoluerit, in bonum mutatur. Et qui bonus,per ignauiam excidit,& fit malus. Quia liberi arbitrij esse nostram naturam fecit Dominus: nec imponit necessitatem: sed congruis remedijs appositis,totum facere in ægrotantis sententia sinit. Item, sicut,nisi gratia Dei adiuti,

Homil. 52 nihil unquam possumus rectè agere:ita nisi, quod nostrum est, attulerimus, non poterimus supernum acquirere fauorem. Dixerat autem prius, ut non totum diuini sit auxlij,simul nos aliquid afferre oportet. Adeoq; uerbum hoc illi passim familiare est: Afferamus quod est nostrum,reliqua Deus supplebit. Cui consentaneum quod ait Hieronymus nostrum esse incipere, Dei autem perficere: nostrum,offerre quod possumus:illius,implere,quod non possumus. Vides certè,

Dialog. 3. contra Pelagianos. ijs sententijs,homini plus quàm par erat, ad uirtutis studium illos esse largitos: quia putabant se non aliter torporem nobis ingenitũ posse expergefacere, quàm si solo ipso nos peccare arguerent. Id autem quanta dexteritate ab illis factum sit, postea uidebimus. Certe, quas retulimus sententias, esse falsissimas, paulo post constabit. Porrò tametsi Græci præ alijs,atque inter eos singulariter Chrysostomus,in extollenda humanæ uoluntatis facultate,modum excesserunt: ueteres tamen omnes,excepto Augustino, sic in hac re aut uariant, aut uacillant, aut perplexè loquuntur,ut certi ferè nihil ex eorum scriptis referre liceat. Itaq; enumerandis singulorum sententijs exactius non insistemus:sed carptim ex unoquoq; tantum delibabimus,quantum argumenti explicatio exigere uisa fuerit. Qui postea secuti sunt,dũ pro se qsq; in humanę naturę defensione argutię laudẽ captat, sensim alij post alios in deterius cõtinuo delapsi sunt:donec eò uentum est, ut uulgo putaret homo,sensuali tantum parte corruptus, habere prorsus incolumẽ rationẽ:uoluntatem etiam maiori ex parte. Apud Latinos liberi arbitrij nomẽ semper extitit: Græci uerò multò arrogantius usurparunt uocabulum. Siquidem αὐτεξούσιον dixerunt,ac si potestas sui ipsius penes hominẽ fuisset. Quoniã ergo, ad uulgus etiam ipsum,omnes hoc responso imbuti sunt, præditum esse libero arbitrio hominẽ:nonnulli autẽ eorum, qui eximij uolunt uideri, quousq; id extendatur, nesciunt:nos uim uocis prius excutiamus, tum ex scripturæ simplicitate exequamur, quid suapte natura homo,ad bonum aut malum,polleat.

Liberum arbitriũ quid esset,cũ in omnium scriptis identidẽ occurrat, pauci definierunt. Videt tñ Origenes,q̃d passim inter eos cõueniebat,posuisse,cum dixit:

Lib. 3. περὶ ἀρχῶν facultatẽ esse rationis ad bonum,malumúe discernendũ:uoluntatis,ad utrumuis eligendum. Nec ab eo uariat Augustinus, cũ docet facultatem esse rationis et uoluntatis:qua bonum elegit,gratia assistẽte:malũ,ea desistente. Obscurius Bernardus,dum uult argutè loqui, qui ait esse consensum, ob uoluntatis inamissibilem libertа-

libertatem, & rationis indeclinabile iudiciũ. Nec satis populáris Anselmi definitio, q̃ tradit, esse potestatẽ seruãdi rectitudinẽ, propter se ipsam. Itaq; Petrus Lõbardus & scholastici, Augustini definitionem magis amplexi sunt: quia & apertior erat, & gratiam Dei non excludebat: sine qua uoluntatem sibi per se nõ sufficere uidebant. Sua tamen & ipsi afferunt, siue quæ meliora esse, siue quæ facere putabant ad maiorem explicationem. Principio cõsentiunt, nomẽ arbitrij magis ad rationem referendum, cuius est discernere inter bona & mala: epithetum, liberi, ad uoluntatem proprie pertinere: quæ ad utrunq; flecti possit. Quare cum libertas proprie uoluntati conueniat, Thomas optimè quadrare dicit, si liberum arbitrium dicatur uis electiua, quæ mixta quidem ex intelligentia, & appetitu, magis tamen ad appetitum inclinet. Iam habemus, in quibus sita sit uis liberi arbitrij, in ratione scilicet, & uoluntate. Nunc uidere restat, quantum illi tribuendum sit. Communiter solent res medias, quæ scilicet nihil ad regnum Dei pertinent, sub libero hominis consilio ponere. Veram autem iustitiam, ad specialem Dei gratiam, & spiritualem regenerationem, referre. Quod dum uult ostendere autor operis de uocatione gentium, triplicem uoluntatem numerat: primam sensitiuã, alteram animalẽ, tertiam spiritualẽ: quarum priores duas homini liberas esse tradit, ultimam, opus esse Spiritus sancti in homine. Quod an uerum sit, suo loco tractabitur. Nunc.n. recensere breuiter aliorum sententias, nõ refellere, propositum est. Hinc fit ut cum de libero arbitrio agunt scriptores, non quid ad ciuiles, seu externas actiones, sed quid ad diuinæ legis obedientiã ualeat, imprimis requirant. Quam posteriorẽ quæstionẽ sic præcipuam esse fateor, ut illam arbitrer non prorsus negligendã. Cuius sententiæ spero me optimã rationem redditurum. Obtinuit autem in scholis distinctio, quæ triplicem libertatem numerat, à necessitate primã, secundam à peccato, tertiam à miseria: quarum prima, sic homini naturaliter inhæreat, ut nequeat ullo modo eripi. Duæ alteræ per peccatum sunt amissæ. Hanc distinctionem ego libenter recipio, nisi q̃ illic necessitas cũ coactione perperã confundit, inter quas quantũ sit discriminis, & q̃ necessario considerandũ, alibi apparebit. Iam ergo extra controuersiam est, nõ suppetere ad bona opera liberum arbitrium homini, nisi gratia adiuuetur: & gratia quidẽ speciali, quam electi soli, per regenerationẽ, consequunt. Sed nondum istud liquet: sitne in totũ priuatus bene agẽdi facultate, an habeat adhuc nonnullã, sed pusillam, & infirmam: quæ per se quidẽ nihil possit, opitulante uerò gratia, suas ipsa quoq; partes agat. Id dum uult expedire magister sententiarum, duplicem gratiam necessariam esse nobis docet, quo reddamur ad bonum opus idonei. Alteram uocat operantem, qua fit, ut efficaciter uelimus bonum. Cooperantem alteram: quæ bonam uoluntatem sequitur, adiuuando. In qua partitione mihi hoc displicet, quòd dum gratiæ Dei tribuit efficacem boni appetitum, innuit hominem iã suapte natura bonũ quodammodo, licet inefficaciter, appetere. sicut Bernardus, bonam quidem uoluntatem Dei opus esse asserens, homini tamen hoc concedit, ut motu proprio bonam eiusmodi uoluntatem appetat. Sed istud ab Augustini mente procul abest, à quo tamen sumpsisse partitionem uideri uult Lombardus. In secundo membro ambiguitas me offendit, quæ peruersam genuit interpretationem. Ideo enim putarunt, nos secundæ Dei gratiæ cooperari, quòd nostri iuris sit, primam gratiam uel respuendo, irritam facere: uel obedienter sequendo, confirmare. Quod autor operis de uocatione gentium sic exprimit. Liberum esse eis, qui rationis iudicio utuntur, à gratia discedere: ut nõ discessisse sit præmium. & ut quod non potest, nisi Spiritu cooperante, fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit uoluntate non fieri. Hęc duo notare obiter libuit: ut uideas iam, lector, quantum à sanioribus scholasticis dissentiam. Longiore enim interuallo à recentioribus Sophistis differo: quanto scilicet à uetustate longius abscesserunt. Vtcunq;, ex hac tamen partitione intelligemus, qua ratione liberum dederint arbitrium homini. Pronunciatem tandem Lombardus, non liberi arbitrij ideo nos esse: quod ad bonum, & malum uel cogitandum, uel agendum, peræquè polleamus: sed duntaxat,

Lib. 2. sententiarum distinct. 24.

Parte. 1. quæst. 83 art. 3

Lib. 1. cap. 2

Lib. 2. sent. tent. dist. 25.

Lib. 2. dist 26.

De lib. arb.

Lib. 2 cap. 4

Lib. 2. sent tent. dist. 25.

duntaxat, quòd coactione soluti sumus. Quę libertas non impeditur, etiam si pra ui simus, & serui peccati, & nihil quàm peccare possimus. Liberi ergo arbitrij dí ctus est homo, non quia liberam habeat boni æquè ac mali electionem: sed quia, uoluntate, malè agit, non coactione. Optimè id quidem, sed quorsum attinebat, rem tantulam adeò superbo titulo insignire? Egregia uerò libertas, si homo quí dem non cogitur ad seruiendũ peccato: sic tamen est ἐθελοδέλ☉, ut uincta tenea tur peccati compedibus eius uoluntas. Equidem λογομαχίας abominor, quibus frustra Ecclesia fatigatur. sed religiose censeo cauendas eas uoces, quæ absurdũ aliquid sonant: præsertim ubi pernicioſe erratur. Quotus autẽ, quęso, quisque est, qui dum assignari homini liberum arbitrium audit, non statim concipit illũ esse & mentis suæ, et uoluntatis dominum, qui flectere se in utramuis partem, à seipso, possit? Atqui sublatum erit huiusmodi periculum: si de significatione diligenter plebs admoneatur. Imo uerò, cum in falsitatem ultro humanum ingenium pro pendeat, citius errorem ex uerbulo uno hauriet, quàm ueritatem ex prolixa ora tione. Cuius rei certius habemus in hoc ipso uocabulo, quàm optandum sit, expe rimentum. Illa enim ueterum interpretatione prætermissa, tota ferè posteritas in uerbi etymo dum hæret, in exitialem confidentiam euecta est. Quòd si nos patrũ autoritas mouet: Illi quidem assiduè in ore habent uocabulum, sed simul decla rant, quanti faciant illius usum. Imprimis Augustinus, qui non dubitat seruum appellare. Alicubi succenset aduersus eos, qui liberum negant arbitrium: sed prę cipuã rationem declarat cum ait: Tantũ, ne audeat quisquã sic negare uoluntatis arbitrium: ut uelit excusare peccatũ. At certe alibi fatetur, sine Spiritu non esse li beram hominis uoluntatem, cum cupiditatibus uincientibus ac uincentibus sub dita sit. Item uicta uitio, in quod cecidit, uoluntate, cœpisse carere libertate natu rã. Item, hominẽ libero arbitrio male usum, & se, & arbitriũ suũ perdidisse. Item, liberum arbitriũ captiuatum, nequid possit ad iustitiã. Itẽ, liberũ non fore, quod non Dei gratia liberauerit. Item, iustitiam Dei non impleri, cum lex iubet & ho mo quasi suis uiribus facit, sed cum Spiritus adiuuat: & hominis nõ libera à Deo liberata uoluntas obsequitur. Atqꝫ horũ omnium rationẽ breuiter reddit, cum a libi scribit, hominẽ magnas liberi arbitrij uires, cum conderetur, accepisse: sed pec cando amisisse. Itaqꝫ alibi, postꝙ ostendit, liberum arbitrium constitui per gratiã, acriter in eos inuehitur, qui sibi illud arrogant sine gratia. Vt quid ergo, inquit, miseri homines aut de libero arbitrio audent superbire, anteꝙ liberentur, aut de suis uiribus, si iã liberati sunt? Nec attendunt in ipso nomine liberi arbitrij utiqꝫ libertatẽ sonare. Vbi autẽ Spiritus Domini, ibi libertas. Si ergo serui sunt pecca ti, quid se iactant de libero arbitrio? à quo enim quis deuictus est, huic & seruus ad dictus est. Si autẽ liberati sunt, quid se iactant uelut de opere proprio? An ita libe ri sunt, ut nec serui eius esse uelint qui dicit? sine me nihil potestis facere. Quid quòd alio etiã loco uidetur iocose eludere usum eius uocis? cum dicit: Liberum quidẽ esse arbitrium, sed non liberatum: liberum iustitiæ, seruum peccati. Quam sententiã alibi quoque repetit & explicat, ubi docet liberũ à iustitia non esse homi nẽ, nisi arbitrio uoluntatis: à peccato autẽ non fieri liberum, nisi gratia saluatoris. Qui libertatẽ hominis nihil aliud esse sibi, testatur, quàm emancipationẽ, uel ma numissionẽ à iustitia, illius inane nomen uidetur belle irridere. Itaque si quis dí ctionis huius usum, non praua intelligentia, sibi permittat: per me quidẽ nõ uexa bitur ob hanc rem. Sed quia sine ingenti periculo non posse retineri censeo, ma gno contra Ecclesiæ bono futurũ, si aboleatur: neqꝫ ipse usurpare uelim, & alios, si me consulant, abstinere optarim.

Li. 2. cont. Iulia.
Ad Anast. Epist. 144.
Homil. 53. in Ioan.
De perfe. iusti. Lib. 3. ad bonif.
Li. 1. ad bo nifa. cap. 1
Lib. 3. ca. 7
Li. de uer bo. Apost. ser. 3.
Lib. de spi ritu & li tera. Cap. 30
Ench. ad Laurent. cap. 30.
De correp. & gratia. cap. 13
Li. 1. ad bo nif. cap. 2

Magnum mihi præiudicium attulisse forsan uidear, qui scriptores omnes Ec clesiasticos, excepto Augustino, ita ambiguè, aut uariè in hac re loquutos esse, cõ fessus sum, ut certum quippiã ex eorum scriptis haberi nequeat. Hocenim perin de nonnulli interpretabunt, quasi à suffragij iure depellere ideo ipsos uoluerim, quia mihi sint omnes aduersarij. Ego uerò nihil aliud spectaui, quàm quòd uolui simpliciter, ac bona fide, consultum pijs ingenijs: quæ si eorum sententiam hac in

parte

parte expectent, ſemper incerta fluctuabunt: Adeò, nunc hominem, liberi arbitrij uiribus ſpoliatum, ad ſolam gratiam confugere docent: nunc proprijs ipſum armis aut inſtruunt, aut uidentur inſtruere. Difficile tamen factu non eſt, ut apparat, eos, in huiuſmodi loquendi ambiguitate, humana uirtute nihili aut quàm minimo æſtimata, totam Spiritui ſancto bonorũ omnium laudem detuliſſe: ſi quaſdam eorum ſententias huc inferam, quibus id clare docetur. Quid enim ſibi uult illud Cypriani, toties ab Auguſtino celebratum? De nullo gloriandum, quia nihil noſtrum eſt: niſi ut homo, prorſus apud ſe exinanitus, à Deo totus pendere diſcat? Quid illud Eucherij? dum lignum uitæ Chriſtum eſſe exponit, ad quẽ qui manum porrexerit, uiuet, lignum ſcientiæ boni & mali, uoluntatis arbitrium, de quo qui, relicta gratia Dei, guſtauerit, morietur. Quid illud Chryſoſtomi? Quòd omnis homo non modo naturaliter peccator, ſed totus peccatum eſt. Si nihil boni noſtrum eſt, ſi homo, à uertice ad calcem, totus eſt peccatum, ſi ne tentare quidem licet, quantum ualeat arbitrij facultas, qui iam inter Deum, & hominem, laudem boni operis partiri liceat? Poſſem eiuſdem formæ permulta ex alijs referre: ſed ne quis cauilletur, me ſeligere ſola ea, quæ cauſæ meæ ſeruiunt, quæ autem aduerſantur, callidè præterire, ab hac recitatione abſtineo. Audeo tamen hoc affirmare: ut cunctę nimij interdum ſint in libero arbitrio extollendo, hunc tamen illis propoſitum fuiſſe ſcopum, ut hominẽ, à uirtutis ſuæ fiducia penitus auerſum, in Deo uno fortitudinem ſuam repoſitã habere doceant. Nunc ad ſimplicem ueritatis explicationem, in conſideranda hominis natura, ueniamus.

Li. de prædeſt. ſanct. Item. ad Bonifa. li. 4. & alibi. Lib. 1. in Geneſ. Homi. 1. in Aduent.

Quod initio huius capitis præfatus ſum: cogor rurſum hic repetere. Vt quiſq; maximè ſuæ calamitatis, inopiæ, nuditatis, ignominiæ conſcientia deiectus eſt, & conſternatus: ita optime in ſui cognitione profeciſſe. Non enim periculum eſt, ne ſibi nimium adimat homo, dummodo recuperandũ in Deo diſcat, quod ſibi deeſt: At ſibi ne tantillum quidem ſumere ultra ius ſuum poteſt, quin & inani confidentia ſe perdat, & diuinum honorem ad ſe traducendo, immanis ſacrilegij reus fiat. Et ſanè, quoties hæc libido mentem noſtram inceſſit, ut aliquid noſtrum habere expetamus, quod in nobis ſcilicet potius, quàm in Deo, reſideat, cogitationem hanc non ab alio conſiliario ſciamus nobis ſuggeri, quàm qui primos parentes induxit, ut Dijs eſſe ſimiles uellent, ſcientes bonum, & malum. Si uerbum diabolicum eſt, quod hominem in ſeipſo erigit: illi ne locum demus, niſi ab hoſte cõſilium capere libet. Dulce quidem eſt, tantum habere propriæ uirtutis, ut in teipſo acquieſcas. Sed ne ad inanem iſtam fiduciam illectemur, detineant nos tot graues ſententiæ, quibus ſeuerè proſternimur, quales ſunt. Maledictum eſſe, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum. Item: Non delectari Deum robore equi, tibias uiri non illi placere: ſed affici erga timentes ſe, ſuſpicientes bonitatem ſuam. Item: Ipſum eſſe qui dat laſſo uires, & uirtute defecto robur auget: Qui facit ut fatigentur, & laborent adoleſcentes, iuuenes impingant: qui autem in ſe uno ſperent, roborentur. Quæ omnes eò ſpectant, ut ne quantulacunq; fortitudinis noſtræ opinione nitamur, ſi Deum uolumus habere propicium: qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Tum in memoriam rurſum ueniant iſtæ promiſſiones. Effundam aquã ſuper ſitientem, & flumina ſuper aridã. Item: Omnes ſitientes uenite ad aquas. Quæ teſtantur, ad percipiẽdas Dei benedictiones nullos admitti, niſi, ſuæ paupertatis ſenſu, tabeſcentes. Nec prætereundę eiuſmodi, qualis iſta eſt Iſaiæ. Non erit amplius tibi ſol ad lucendum per diem, nec luna ad lucendum per noctem: ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam. Solis certè, aut lunæ ſplendorem non aufert Dominus ſeruis ſuis. Sed quia uult in ipſis ſolus glorioſus: apparere: ab ijs etiam, quæ habentur, eorum opinione, excellentiſſima, fiduciam eorum procul auocat. Semper ſanè mihi uehementer illud Chryſoſtomi placuit, fundamentum noſtræ philoſophiæ, eſſe humilitatem. magis etiam num illud Auguſtini. Quemadmodum, inquit, rhetor ille rogatus, qd primũ eſſet in eloquentiæ præceptis, reſpondit pronunciationẽ: quid ſecundum, pronunciationem: quid tertium, pronunciationem. Ita ſi me interroges de

Ieremi. 17. Pſalm. 145. Ieſai. 40. Ieſai. 44. Ieſa. 55. Ieſai. 60. Homil. de perfect. Euange. Epiſt. 56. ad Dioſco.

religionis Christianæ præceptis, primo, secundo, & tertio, & semper respondere liberet, humilitatem. Porro humilitatem non intelligit, ubi homo aliquantæ uirtutis sibi conscius, à superbia, fastuq; abstinet: Sed ubi talem se uerè sentit, qui nullum habeat, nisi in humilitate, refugium. Quemadmodum alibi declarat. Nemo, inquit, se palpet. De suo Satanas est, id unde beatus est, à Deo tantum habet. Quid enim de tuo habes, nisi peccatum? Tolle tibi peccatum, quod tuum est. Nam iustitia, Dei est. Item: Quid tantum de naturæ possibilitate præsumitur? Vulnerata, sauciata, uexata, perdita est. Vera confessione, non falsa defensione opus habet. Item: Quando quisq; cognoscit, quod in seipso nihil est, & adiutorium de se nullum habet, arma in ipso confracta sunt, bella sedata sunt. Necesse autem est, ut conterantur omnia impietatis arma, confringantur, comburantur. Remaneas inermis, nullum habeas in te adiutorium. Quanto magis in te infirmus es, tanto magis te suscipit Dominus. sic in Psalmum septuagesimũ, iustitiæ nostræ reminisci nos uetat, quò Dei iustitiam agnoscamus: ac Deum ostendit, sic nobis gratiam suam commendare, ut nos nihil esse sciamus. Stare tantum Dei misericordia, cum à nobis ipsis non nisi mali simus. Ne hic ergo de iure nostro cum Deo contendamus, ac si saluti nostrę decederet, quod illi tribuitur. Siquidem ut nostra humilitas eius est altitudo: ita confessio nostræ humilitatis miserationem eius in remedium paratam habet. Neq; uerò exigo, ut homo, non conuictus, ultrò cedat: & si quas facultates habet, ab ijs animum auertat, quò in ueram humilitatem subigatur: sed ut, sepositο φιλαυτίας, καὶ φιλονικίας morbo, quo excæcatus, æquo altius de se sentit, in ueraci scripturæ speculo seipsum probè recognoscat.

Homil. in Ioan. 49.

Lib. de Nat. et gratia. cap. 52

Vt secundum primam illam distinctionem, qua hominis animã in intellectũ & uoluntatem partiti sumus, orationis ordo procedat, uim intellectus priore loco excutiamus. Perpetuæ cæcitatis ita eum damnare, ut nihil intelligentiæ ullo in genere rerum reliquum facias, non modo uerbo Dei, sed sensus etiã communis experimento repugnat. Videmus enim, insitum esse humano ingenio desiderium nescio quod indagandæ ueritatis, ad quam minime adspiraret, nisi aliquo eius odore ante percepto. Est ergo iam hæc nonnulla humani intellectus perspicientia, quòd ueritatis amore naturaliter rapitur: cuius neglectus, in brutis animantibus, arguit crassum absque ratione sensum. Quanquam hæc qualiscunque appetentia, antequam cursus sui stadium ingrediatur, deficit: quia mox concidit in uanitatem. Siquidem mens hominis, præ hebetudine, rectam ueri inuestigandi uiam tenere nequit: sed per uarios errores uagatur, & tanquam in tenebris palpando subinde impingit, donec tandem palata euanescat. Ita ueritatem quærendo, quàm sit ad ipsam & quærendam & inuenienda inepta, prodit. Altera deinde uanitate grauiter laborat: quòd in quarum rerum ueram notitiam incumbere expediat, sæpius non discernit. Itaque in disquirendis superuacuis ac nihili rebus ridicula curiositate se torquet: ad res maximè cognitu necessarias, aut non aduertit, aut contemptim, & rarò deflectit: studium certè suum uix unquam serio applicat. De qua prauitate cum passim conquerantur prophani scriptores, omnes ferè se ea implicuisse comperiuntur. Quare Solomo in toto suo Ecclesiaste, ubi ea studia est persecutus, in quibus sibi uidentur homines ualde sapere, inania tamen esse, & friuola, pronunciat. Neque tamen ita conatus eius semper in irritum cedunt, quin aliquid assequatur, præsertim ubi seipsam ad inferiora ista intendit. Quinetiam non ita stupida est, quin exiguum quiddam & de superioribus delibet: utcunq; negligentius illis percontandis uacet, non id quidem æqua facultate. Nam cum supra uitæ præsentis spacium euehitur, tum præcipuè demum conuincitur suæ imbecillitatis. Quare ut melius perspiciamus, quousque pro gradibus suæ facultatis in unaquaque re procedat, distinctionem nobis proponere opræpretium est.

Sit ergo hæc distinctio: esse aliam quidem rerum terrenarum intelligentiam, aliam

aliam uerò cœlestium. Res terrenas uoco, quæ ad Deum, regnumq; eius, ad uerã iustitiam, ad futuræ uitæ immortalitatem non pertingunt: sed cum uita præsenti rationem, relationemq; habent, & quodammodo intra eius fines continentur. Res cœlestes, ueræ iustitiæ rationem, ac regni cœlestis mysteria. In priore genere sunt, politia, œconomia, artes omnes mechanicæ, disciplinæq; liberales. In secundo, Dei ac diuinæ uoluntatis cognitio, & uitæ secundum eam formandæ regula. De priori autem sic fatendum. Quoniam homo animal est natura sociale, naturaliquoque instinctu, ad fouendam, conseruandamq; eam societatem, propendet. Ideoq; ciuilis cuiusdam & honestatis, & ordinis uniuersales impressiones ineße omnium hominum animis conspicimus. Hinc fit, ut nemo reperiatur, qui non intelligat oportere quosuis hominum cœtus legibus contineri, quiq; non earum legum principia mente complectatur. Hinc ille perpetuus tam gentium omnium, quàm singulorum mortalium, in leges consensus: quia insita sunt uniuersis, absq; magistro, aut legislatore, ipsarum semina. Neque moror dissensiones, & pugnas, quæ mox emergunt, dum alij cupiunt ius & las omne inuersum, soluta legũ repagula, libidinem solam pro iure grassari: ut fures & latrones: alij, quod uitium plusquàm uulgare est, iniquum esse putant, quod pro æquo ab alijs sancitur: contra, laudabile contendunt, quod ab alijs uetatur. Siquidem illi non ideo leges oderunt, quòd ignorent bonas, & sanctas esse: sed præcipiti cupiditate furentes, cum manifesta ratione pugnant: & quod, mentis intelligentia, probant, pro sua libidine, abominantur. Posterius certamen tale est, ut primã illam conceptionem æquitatis non dirimat. Siquidem de legũ capitibus dum inter se disceptant homines: in quandam æquitatis summam consentiunt. In quo debilitas certè humanę mentis arguitur, quæ, etiam dum uiam sequi uidetur, claudicat, & uacillat. Manet tamen illud, insperßum esse uniuersis semen aliquod ordinis politici. Atq; hocamplum argumentum est, in huius uitæ constitutione nullum destitui luce rationis hominem. Sequuntur artes, tum liberales, tum manuariæ, quibus discendis quia ineßt omnibus nobis quædam aptitudo, in eis etiam apparet uis humani acuminis. quanquàm autem non sunt omnes omnibus discendis idonei: satis tamen cõmunis energiæ certum specimen est, quòd nemo reperitur, cuius in arte aliqua perspicientia non se exerat. Neq; sola suppetit ad discendum energia, & facilitas: sed ad excogitandũ in unaquaque arte nouum aliquid: uel amplificandum, & expoliendum, quod alio præeunte didiceris. Quod ut Platonem perperam impulit, ut traderet comprehensionem eiusmodi, nihil esse quàm recordationem: ita nos optima ratione cogit fateri, esse ingenitum humano ingenio eius principium. Hæc ergo documenta testantur uniuersalem rationis & intelligentiæ comprehensionem esse hominibus naturaliter inditam. Sic tamen uniuersale est bonum, ut in eo pro se quisq; peculiarem Dei gratiam agnoscere debeat. Ad quam gratitudinem nos abundè expergefacit Dominus, dum moriones creat, in quibus repræsentat, quibus excellat dotibus hominis anima, nisi eius lumine perfusa: quod sic naturale ineßt omnibus, ut gratuitum sit erga singulos beneficentiæ eius munus. Ipsarum porrò artium aut inuentio, aut methodica traditio, aut interior & præstantior cognitio, quæ propria est paucorum: non est quidem solidum argumentũ communis perspicaciæ: quia tamen promiscuè contingit pijs & impijs, iure inter naturales dotes numeratur. Quoties ergo in prophanos scriptores incidimus, illa, quæ admirabilis in ijs affulget, ueritatis luce admoneamur, naturã hominis, quantumlibet ab integritate sua collapsam, & peruersam, eximijs tamẽ etiamnum Dei donis uestitam esse, & exornatam. Si unicum ueritatis fontem, Dei spiritum esse reputamus, ueritatem ipsam neque respuemus, neque contemnemus, ubicunque apparebit: nisi uelimus in spiritum Dei contumelioßi esse, Non enim dona Spiritus, sine ipsius contemptu, & opprobrio, uili penduntur. Quid autem? Veritatem affulßiße antiquis Iureconsultis negabimus, qui tanta æquitate ciuilem ordinem, & disciplinam prodiderunt? Philoßopbos cæcutiße dicemus: cum in exquisita ista naturæ contemplatione, tum artificioßa descriptione? Dicemus men-

tem illis defuisse, qui arte differendi constituta, nos cum ratione loqui docuerunt? Dicemus eos insaniisse, qui medicinam excudendo, suam industriam nobis impenderunt? Quid mathemata omnia? putabimus nè amentium delíria? Imò, ne sine ingenti quidem admiratione, ueterum scripta legere de his rebus poterimus, admirabimur autem, quia præclara, ut sunt, cogemur agnoscere. Porrò laudabile ne aliquid aut præclarum censebimus, quod non recognoscamus à Deo prouenire? pudeat nos tantę ingratitudinis, in quam non inciderunt Ethnici poetę: qui & philosophiam, & leges, & bonas omnes artes Deorum inuenta esse confessi sunt. Ergo cum homines istos, quos scriptura ψυχικὸς uocat, usq; eò fuisse pateat in rerum inferiorum uestigatione acutos, & perspicaces: talibus exemplis discamus, quot naturæ humanæ bona Dominus reliquerit, postquam uero bono spoliata est. Neq; tamen interim obliuiscamur, hæc præstantissima diuini Spiritus esse bona, quæ in publicum generis humani bonum, quibus uult, dispensat. si enim Exodi. 31. & 35. Beseleel, & Oesias intelligentiam, & scientiam, quæ ad fabricam tabernaculi requirebatur, oportuit à Spiritu Dei instillari: non mirum est, si earum rerum, quæ sunt in uita humana præstantissimę, cognitio per Spiritum Dei communicari nobis dicatur. Neque est cur roget quispiam. Quidnam cum Spiritu commercij impijs, qui sunt à Deo prorsus alieni? Nam quod dicitur Spiritus Dei in solis fidelibus habitare, id intelligendum de Spiritu sanctificationis, per quem Deo ipsi in templa consecramur. Neque tamen ideo minus replet, mouet, uegetat omnia eiusdem Spiritus uirtute, idque secundum uniuscuiusque generis proprietatem, quam ei creationis lege attribuit. Quod si nos Dominus, impiorum opera, & ministerio, in physicis, dialecticis, mathematicis, & reliquis id genus, uoluit adiutos, ea utamur, ne si Dei dona, ultro in ipsis oblata, negligamus, demus iustas ignauiæ nostræ pœnas. At uero ne quis hominem ualde beatum putet, cum sub elementis huius mundi tanta ueritatis comprehendendæ energia illi conceditur: simul addendũ est, totam istã & intelligendi uim, & intelligentiã, quæ inde conseq uitur, rem esse fluxam, & euanidam coram Domino, ubi non subest solidum ueritatis fundamentum. Verissime enim Augustinus, cui subscribere coactus est Li. 2. dist. 25. magister sententiarum: ut gratuita homini dona post lapsum detracta esse, ita naturalia hæc, quæ restabant, corrupta fuisse docet. non quòd per se inquinari possint, quatenus à Deo proficiscuntur. sed quia polluto homini pura esse desierunt, ne quam inde laudem consequatur.

Nunc exponendum est, quid cernat humana ratio, ubi ad regnum Dei uentum fuerit, & spiritualem illam perspicientiam, quę tribus potissimum rebus constat, Deum nosse, eius erga nos uoluntatem, & formandæ, secundum illam, uitæ rationem. Cum in primis duobus, tum uerò in secundo proprie, qui sunt hominum ingeniosissimi, talpis sunt cæciores. Equidem non inficior, sparsim, quædam apud Philosophos de Deo haberi scite & apposite dicta: sed quæ uertiginosam quandam imaginationem semper resipiant. Præbuit quidem illis Dominus, ut supra dictum est, exiguum diuinitatis suæ gustum, ne ignorantiam impietati obtenderent: & eos interdum ad dicenda nonnulla impulit, quorum confessione ipsi conuincantur. sed ita uiderunt quę uidebant, ut tali intuitu minime ad ueritatem dirigerentur, nedum pertingerent. Qualiter nocturni fulgetri coruscationem, qui in medio agro est, longe, lateq; ad monumentum uidet: sed adeo euanido aspectu, ut ante, noctis caligine resorbeatur, quàm pedem mouere queat, tantum abest ut in uiam tali subsidio deducatur. Præterea illæ ueritatis guttulæ, quibus libros, tanquàm fortuito, aspergunt, quot & quàm portentosis mendacijs sunt inquinatæ? Denique illam diuinæ erga nos uoluntatis certitudinem, sine qua hominis ingenium immensa confusione repleri necesse est, ne olfecerunt quidem unquam. Ad hanc ergo ueritatem nec appropinquat, nec contendit, nec colimat humana ratio, ut intelligat quis sit uerus Deus, qualisue erga nos esse uelit. Sed quia falsa perspicaciæ nostræ opinione ebrij, ægerrime nobis persuaderi sinimus, illam in rebus diuinis cæcam prorsus esse & stupidam: sati-

us, opinor

us, opinor, fuerit scripturæ testimonijs, quàm rationibus, id comprobare. Hoc pulcherrime docet Ioannes, cum scribit in Deo ab initio fuisse uitam, & eam uitam, quæ esset lux hominum, lucem hanc in tenebris lucere, & à tenebris non comprehendi. Indicat quidem hominis animam fulgore diuinæ lucis irradiari: ut nunquàm planè aliqua eius uel flamma, uel saltem scintilla destituatur: sed ea tamen illuminatione Deum non comprehendere. Cur id? Quia eius acumen, quantum ad Dei notitiam, mera est caligo. Cum enim spiritus homines appellat tenebras, eos semel spoliat omni spiritualis intelligentiæ facultate. Quare fideles qui Christum amplectuntur, non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, aut uiri: sed ex Deo natos asserit. Quasi diceret: non esse tam sublimis sapientiæ capacem carnem, ut Deum, & quod Dei est, suscipiat: nisi Dei Spiritu illuminetur. Quemadmodum testabatur Christus hanc specialem esse patris reuelationem, quòd à Petro agnosceretur. Si persuasum nobis foret, quod extra controuersiam esse debet, naturæ nostræ deesse, quicquid Dominus electis suis, per Spiritum regenerationis, confert: hic nulla esset hæsitandi materia. Sic enim loquitur populus fidelis apud Prophetam. Quoniam apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Idem testatur Apostolus, cum ait, neminem posse dicere, Dominum Iesum, nisi in Spiritu sancto. Et Iohannes Baptista, stuporem discipulorum uidens, exclamat, neminem posse accipere quicquam, nisi datum illi fuerit desuper. Donum autem ab eo intelligi de speciali illuminatione, nõ communi naturæ dote, inde constat, quòd tot uerbis, quibus Christum commendarat discipulis suis, nihil se profecisse conqueritur. Video, inquit, uerba nihil esse, ad mentes hominum de rebus diuinis imbuendas, nisi Dominus, per Spiritum suum, intelligentiam dederit. Quinimo Moyses, dum populo exprobrat suam obliuionem, simul tamen notat, non aliter ipsum posse in mysterijs Dei sapere, nisi ipsius beneficio. Viderunt inquit, oculi tui signa illa portentaque ingentia. Et non dedit tibi Dominus cor ad intelligendum, nec aures ad audiendum, nec oculos ad uidendum. Quid plus exprimeret, si nos uocaret stipites in operibus Dei considerandis? Vnde Dominus per Prophetam, hoc, singularis gratiæ loco, pollicetur se daturum Israelitis, cor, ut ab illis cognoscatur. nimirum innuens, tantum hominis mentem spiritualiter sapere, quantum abs se illustrata fuerit. Hoc quoque sua uoce dilucide confirmauit Christus, cum diceret neminem uenire ad se posse, nisi cui datum à patre suo foret. Quid an non ipse est uiua Patris imago, in qua totus gloriæ eius splendor nobis exprimitur? Ergo non potuit melius ostendere, qualis nostra sit ad cognoscendum Deum facultas, dum ad cernendam eius imaginem, dum ita palàm exhibetur, oculos nobis esse negat. Quid? An non ideo in terras descendit, ut Patris uoluntatem hominibus patefaceret? An non sua quoque legatione fideliter defunctus est? Ita est sanè, sed nihil efficitur eius prædicatione, nisi interior magister spiritus uiam ad animos patefaciat. Ergo non ueniunt ad eum, nisi qui à Patre audierunt & edocti sunt. Quæ ista discendi & audiendi ratio? Nempe ubi aures ad audiendum & mentes ad intelligendum Spiritus mira & singulari uirtute format. Ac ne illud nouũ uideatur, Iesaiæ uaticininm citat, ubi dum Ecclesiæ instaurationem promittit, eos Dei discipulos fore docet, qui in salutem colligentur. Si aliquid peculiare de electis suis illic prædicit Deus, constat non de eo doctrinę genere ipsum loqui, quod impijs etiam & profanis commune est. Restat igitur ut intelligamus, nemini patere in regnum Dei ingressum, nisi cui nouam mentem Spiritus sanctus sua illuminatione fecerit. Omnium uero clarissime Paulus: qui disputationem hanc ex professo ingressus, postquàm stultitiæ ac uanitatis damnauit uniuersam hominum sapientiam, adeoque prorsus exinaniuit, ita concludit demum. Animalem hominem non posse percipere, quæ sunt Spiritus Dei: stultitiam esse illi, nec posse intelligere, quia spiritualiter dijudicantur. Quem uocat animalem? Nempe qui naturæ lumine nititur. Ille, inquam, nihil ex spiritualibus mysterijs Dei comprehendit. Quid ita? an quia per ignauiam negligit? Imo etiam si enitatur, nihil

Ioann. 8

Matth. 16

Psal. 36

1. Corin. capi. 12.

Ioan. 3.

Deut. 29.

Iere. 24.

2. Corint. 1. & 2.

poteſt. Quia ſcilicet ſpiritualiter dijudicantur. Quid iſtud ſignificat? Quia humanæ perſpicaciæ penitus abſcondita per ſolam Spiritus reuelationem pateſiunt. Adeo ut pro ſtultitia ducantur, ubi Spiritus Domini non illucet. Ante autem ſupra oculorum, aurium, mentium capacitatem extulerat, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. quin ſapientiam humanam, quaſi uelum quoddam eſſe teſtatus fuerat, quo mens à cernendo Deo impediatur. Quid uolumus? Pronunciat Apoſtolus infatuatam à Deo ſapientiam huius mundi. & nos ſcilicet acumen illi tribuemus, quo ad Deum, & cœleſtis regni adyta penetrare poſſit? Faceſſat à nobis tanta uecordia.

Pri. Tract. de fide.

Itaque quod hic detrahit hominibus, alibi ſoli Deo tribuit in precatione. Deus, inquit, & Pater gloriæ det uobis Spiritum ſapientiæ & reuelationis. Iam audis omnem ſapientiam & reuelationem eſſe Dei donum. Quid tum præterea? Illuminatos oculos mentis veſtræ. Certè ſi noua reuelatione indigent: à ſeipſis cæcutiunt, ſequitur deinde. Vt ſciatis quæ ſit ſpes uocationis veſtræ & cæte. Ergo tantæ intelligentiæ non eſſe capaces hominum mentes. Neque hic garriat Pelagianus quiſpiam, huic uel ſtupiditati uel ruditati Deum ſuccurrere, dum verbi ſui doctrina eò dirigit hominis intellectum, quò ſine duce peruenire non poterat. Habebat enim Dauid legem, in qua quidquid ſapientiæ deſiderari poteſt comprehenſum erat. Neque tamen eo contentus, oculos ſibi retegi poſtulabat, ut legis ipſius myſteria conſideraret. Qua certè locutione innuit, ſolem exoriri terris, ubi hominibus Dei verbum illucet. Verum eos non multum inde conſequi, donec oculos vel dederit vel aperuerit ille ipſe, qui ideo Pater luminum uocatur, quia ubicunque Spiritu ſuo non reſplendet, omnia tenebris occupantur. Sic & Apoſtoli ab optimo quidem magiſtro rite & abunde edocti fuerant. Niſi tamen indigerent ſpiritu ueritatis, qui eorum mentes hac ipſa doctrina, quam ante audierant, erudiret, non illum expectare iuberentur. Si quod petimus à Deo non deeſſe nobis confitemur, & ipſe in eo quod promittit noſtram arguit inopiam: nemo iam fateri dubitet, ſe tantum ad intelligenda Dei myſteria valere, quantum eius gratia fuerit illuminatus. Qui ſibi plus intelligentiæ tribuit, eo cæcior eſt, quòd cæcitatem ſuam non agnoſcit.

Pſal. 119

Reſtat tertium illud membrum, de cognoſcenda uitæ probè componendæ regula, quam ueræ operum iuſtitiæ notitiam nuncupamus: ubi uidetur mens humana eſſe aliquanto, quàm in ſuperioribus, acutior. Siquidem teſtatur Apoſtolus: gentes, quæ legem non habent, dum legis opera faciunt, ſibi pro lege eſſe, ac oſtendere opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium illis reddente conſcientia, & cogitationibus inter ſe accuſantibus, aut excuſantibus coram iudicio Dei: Si gentes naturaliter legis iuſtitiam habent mentibus ſuis inſculptam: certè non dicemus, eas in uitæ ratione prorſus cæcutire. Etnihil eſt uulgatius, quàm lege naturali, de qua iſtic Apoſtolus loquitur, hominem ſufficienter ad rectam uitæ normam inſtitui. Nos uero expendamus, quorſum indita hominibus hæc legis notitia fuerit: tum protinus apparebit, quouſque illos ad rationis, ueritatisque ſcopum deducat. Id quoque ex Pauli uerbis liquet: ſi quis diſpoſitionem obſeruet. Dixerat paulo ante eos, qui in lege peccauerunt, per legem iudicari. Qui ſine lege peccauerunt, ſine lege perire. Hoc quia poterat abſurdum uideri, ut ſine ullo iudicio præcedente gentes pereant, continuo ſubijcit, ſuam illis conſcientiam eſſe uice legis; ideoque ad iuſtam earum damnationem ſufficere. Finis ergo legis naturalis eſt, ut reddatur homo inexcuſabilis. Nec male hoc modo definietur. Quòd ſit conſcientiæ ſenſus, inter iuſtum & iniuſtum ſufficienter diſcernentis, ad tollendum hominibus ignorantiæ prætextum, dum ſuo ipſorum teſtimonio redarguuntur. Ea eſt hominis erga ſeipſum indulgentia, ut in malis perpetran-

Roma. 2.

petrandis libenter mentem à peccati sensu, quoad licet, semper auertat. Qua ratione uidetur impulsus fuisse Plato, ut existimaret nõ peccari, nisi ignorãtia. Id quidem ab eo conuenienter dictum foret, si humana hypocrisis tantum in tegendis uitijs proficeret, ut mens non sibi male conscia esset coram Deo. Sed cum subterfugiens peccator impressum sibi boni & mali iudicium, illuc identidem retrahatur, nec conniuere ita permittatur, quin cogatur, uelit, nolit, aliquando aperire oculos: falso dicitur ipsum ignorantia sola peccare. Verius Themistius, qui intellectum in definitione uniuersali, seu rei essentia, rarissime falli docet: hallucinationem esse, cum ultra progreditur, nempe cum ad hypothesim descendit. Homicidiũ esse malum, si in genere quæratur, nemo erit, qui non affirmet. Qui autẽ conspirat in mortem inimici, tanquam de re bona deliberat. Adulterium in genere dãnabit adulter, in suo priuatim sibi blandiẽ. Hæc est ignorantia, dum homo, ubi ad hypothesim uentum est, eius regulæ obliuiscitur, quam in thesi nuper constituerat. De qua re, elegantissime disserit Augustinus in expositione primi uersus Psalmi. 57.

In Protagora.

Paraph. in 3. de ãia. cap. 4.

Quanquam, ne istud quidem est perpetuum. Sic enim interdum flagitij turpitudo conscientiam urget, ut non sibi imponens, sub falsa boni imagine, sed sciens, & uolens, in malum ruat. Ex quo affectu prodeunt istæ uoces, uideo meliora, proboque. Deteriora sequor. Quare mihi scitissime Aristoteles inter incontinentiam, & intemperantiam uidetur distinxisse. Vbi incontinentia regnat, dicit, per affectum perturbatum seu πάθος, particularem notitiam menti eripi, ne malum obseruet in suo facinore: quod generaliter in similibus cernit. Vbi deferbuit perturbatio, pœnitentiam extemplo succedere. Intemperantiam autem non extingui, aut frangi peccati sensu, sed contra obstinate in suscepta mali electione persistere. Porrò cum iudicium uniuersale audis in boni & mali discrimine, ne sanum ubique & integrum esse putes. Nam si in hunc tantum finem, iusti & iniusti delectu imbuta sunt corda hominum, ne ignorantiæ excusationem prætexant, minime necessarium est, ueritatem in singulis cernere. Sed satis superque est, eatenus intelligere, ne tergiuersari queant, quin teste conscientia conuincantur. Et si rationem nostram uolumus ad Domini legem exigere, quæ perfectæ est iustitiæ exemplar, comperiemus quàm multis partibus cæcutiat. Certe quæ in prima tabula præcipua sunt, minime assequitur, qualia sunt de fiducia in Deum, de uirtutis & iustitiæ laude illi tribuenda, de nominis eius inuocatione, de uero sabbatismo. Quæ unquàm anima, naturali sensu freta, subodorata est, in his & similibus positum esse legitimum Dei cultum? Nam cum uolunt iniqui Deum colere, etiam si centies reuocentur ab inanibus suis nugis, semper tamen illuc relabuntur. Hunc spiritualem cultum unum esse qui Deo placeat, persuaderi nullo modo possunt. Dicam ne præstare ulla perspicacia mentem, quæ nec per se sapere, nec monitionibus auscultare ualet? In secundæ tabulæ præceptis aliquanto plus habet intelligentiæ: quo scilicet ad ciuilis inter homines societatis conseruationem propius accedunt. Quanquàm & hic deliquium interdum pati deprehenditur. Excellentissimo enim cuique ingenio absurdissimum est, iniquam, ac nimis imperiosam dominationem ferre, si qua modo ratione depellere queat. Nec aliud est iudicium humanæ rationis, quàm seruilis esse, abiectique animi, patienter eam ferre: rursum honesti ingenuique pectoris, excutere. Atqui Dominus, nimia ista ingenuitate damnata, illam apud homines infamem patientiam suis præscribit. Omnino autem in uniuersa legis obseruatione perspicientiam nostram fugit concupiscentiæ animaduersio. Non enim adduci se sustinet animalis homo, ut cupiditatum suarum morbos recognoscat. Ante suffocatur naturæ lumen, quàm ad primum huius abyssi ingressum accedat. Nam dum Philosophi pro uitijs notant immoderatos animi motus, illos extantes,

Medæa apud Ouid. Lib. Ethi. 7. cap. 3

& ſe craſsioribus ſignis exerentes, intelligunt. Quæ autem placide titillant animum praua deſideria, nihili reputant. Quare, ut ſupra merito reprehenſus eſt Plato, quòd omnia peccata ignorantię imputarit, ita & eorũ eſt repudianda opinio, qui conſultam malitiam, & prauitatem in omnibus peccatis intercedere tradunt. Nimium enim experimur, quoties labamur, cum bona noſtra intentione. Tot obruitur hallucinationum formis noſtra ratio, tot erroribus eſt obnoxia, in tot impedimenta impingit, tot anguſtijs irretitur, ut plurimum à certa directione abſit.

2. Cori. 3 Quàm uerò nihili ſit coram Domino in cunctis uitæ partibus, Paulus oſtendit, dum negat nos idoneos, qui cogitemus ex nobis quidpiam, tanquàm ex nobis. Non de uoluntate loquitur aut affectu: ſed hoc quoq; adimit nobis, ne putemus in mentem uenire nobis poſſe, quomodo rite quippiam agendum ſit. Itane' deprauata eſt omnis induſtria, perſpicientia, intelligentia, cura, ut rectum nihil coram Dño excogitare, aut meditari queat: nobis nimirum, qui rationis acumine, quam precioſiſsimam dotem reputamus, ægre patimur ſpoliari, durum id nimis uidetur: Spiritui autẽ ſancto æquiſſimum, qui nouit omnes cogitationes ſapientum uanas eſſe, & qui clare pronũciat, omne figmentum humani cordis tantummodo malum. Si quidquid ingenium noſtrum concipit, agitat, inſtituit, molitur, ſemper malum eſt: quî in mentem nobis ueniat inſtituere quod Deo placeat, cui ſola ſanctitas, & iuſtitia accepta eſt? Ita uidere eſt mentis noſtrę rationem, quoquo ſe uertat, eſſe uanitati miſere obnoxiam. huius imbecillitatis ſibi conſcius erat Dauid, cũ petebat ſibi dari intellectum, ad mandata Domini recte diſcenda. Innuit enim ſuum ingenium nequaquam ſufficere, qui nouũ obtingere ſibi cupit. Neq; id ſemel facit: ſed in uno Pſalmo decies ferè repetit eandem precationem. Qua repetitione ſubindicat, quãta ad petendũ neceſsitate urgeatur. Et quod ille ſibi uni petit, Paulus communiter Eccleſijs precari ſolet. Non ceſſamus, inquit, orare pro uobis & poſtulare, ut impleamini agnitione Dei in omni prudentia & intelligentia ſpirituali, ut ambuletis digne Deo &c̃. Quoties autem eam rem Dei beneficium facit, meminerimus eum ſimul teſtari, non eſſe in hominis facultate poſitam. Adeo autem hunc rationis defectum ad intelligenda, quæ Dei ſunt, agnouit Auguſtinus, ut non minus neceſſariam mentibus illuminationis gratiam putet, quàm oculis, ſolis lucem. Nec eo contentus, correctionem ſubijciat, quod oculos ipſi aperimus ad cernendam lucem, mentis autem oculi, niſi à Domino aperiantur, clauſi manent.

Gen. 6. et 8 Pſalm. 119. Philippen. & Coloſ. 1 Lib. 2. de pct̃. merit. remiſſ. cap. 5

Examinanda nunc uoluntas, in qua præcipue arbitrij libertas uertitur. Quãdoquidem magis huius eſſe electionem, q̃ intellectus, ante uiſum eſt. Principio, ne quid ad humanæ uoluntatis rectitudinem pertinere uideatur, quòd à Philoſophis traditum, publico conſenſu receptum eſt: omnia naturali inſtinctu bonum appetere: obſeruemus liberi arbitrij uim non conſiderandam in eiuſmodi appetitu, qui magis ab eſſentiæ inclinatione, quàm mentis deliberatione, proficiſcitur. Nam & ſcholaſtici fatentur, nullam eſſe liberi arbitrij actionem, niſi dum ſe ratio uertit ad oppoſita. Quo intelligunt, oportere appetitus obiectum tale eſſe, quod electioni ſubiaceat: & deliberationem præire, quæ electioni uiam ſternat. Et ſane ſi reſpicias, quale ſit iſtud naturale boni in homine deſiderium, inuenies illi cum belluis eſſe commune. Siquidem & illę bene ſibi eſſe cupiunt, & ubi ſpecies boni, quæ ſenſum moueat, apparet, eò ſequuntur. Homo uero nec id, quòd uerè ſibi bonum ſit, pro naturæ ſuæ immortalis excellentia, ratione deligit: ut id ſtudio perſequatur, nec rationem adhibet in conſilium, nec mentem intendit: ſed ſine ratione, ſine conſilio, naturæ inclinationem, inſtar pecudis, ſequitur. Nihil ergo hoc ad arbitrij libertatem, an homo ſenſu naturæ ad bonum appetendum feratur: ſed hoc requiritur, ut bonum recta ratione dijudicet, cognitum eligat, electum perſequatur. Ac ne cui ſcrupulus inhæreat, aduertendus eſt duplex paralogiſmus. Nam & appetitus hic non proprius uoluntatis motus, ſed naturalis inclinatio: & bonum, non uirtutis, aut iuſtitiæ appellatur, ſed conditionis: ut ſcilicet homo bene habeat. Quando igitur nihil ad probandam

dam arbitrij libertatem facit naturale hominibus bene habendi desiderium, non magis scilicet quàm in metallis, & lapidibus ad essentiæ suæ perfectionem inclinans affectio: in alijs consideremus, sit ne penitus ita omni ex parte uitiata, corruptaque uoluntas, ut nihil nisi malum generet: an particulam aliquam illæsam retineat, unde nascantur bona desyderia: Qui primæ Dei gratiæ tribuunt, ut efficaciter uelimus, è conuerso innuere uidentur, inesse facultatem animæ, ultro ad bonum aspirandi: sed imbecilliorem, quàm quæ in solidum affectum emergere, aut conatum excitare possit. Nec dubium quin hanc opinionem, ab Origine & ueterum quibusdam sumptam, scholastici communiter amplexi sint: quando solent hominem in puris, loquuntur, naturalibus reputare: qualem describit Apostolus Romanorum 7. his uerbis. Non quod uolo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Velle adiacet mihi, perficere autem non inueuenio. Sed perperam hoc modo inuertitur tota, quam illic exequitur Paulus, disputatio. Tractat enim de lucta Christiana, quam breuius attingit ad Galatas: quam fideles in conflictu carnis & spiritus in se perpetuo sentiunt. Porrò spiritus non à natura est, sed à regeneratione. Loqui autem Apostolum de regeneratis, inde constat, quod ubi dixerat in se bonũ nullum habitare, subnectit expositionem, quòd intelligat de carne sua. Ideoq; negat se esse, qui malum faciat, sed peccatum in se inhabitans. Quid sibi uult illud: In me? hoc est in carne mea? Nam ac si in hunc modum loqueretur. Non habitat in me bonum à meipso. Nam in carne mea nihil boni reperire est. Hinc sequitur illa species excusationis. Non facio malum ipse, sed quod habitat in me peccatum. Quæ solis regeneratis competit, qui præcipua animæ parte ad bonum tendunt. Iam uero quæ subijcitur conclusio, totum hoc liquido declarat. Condelector, inquit, legi Dei secundum interiorem hominem: uideo autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Quis in se tale dissidium habeat, nisi qui, Spiritu Dei regeneratus, reliquias carnis suæ circumfert? Proinde Augustinus, cum orationem illam de hominis natura aliquando accepisset, interpretationem suam, tanquam falsam, & male congruentem, retractauit. Et uero si illud recipimus, homines sine gratia habere, quamlibet pusillos, aliquos tamen ad bonum motus: quid respondebimus Apostolo, neganti, uel ad cogitandum aliquid, nos esse idoneos? Quid domino per Mosen pronuncianti, omne figmentum humani cordis tantummodo malum esse? Cum ergo, falsa loci unius sententia, impegerint, non est quod eorum sententiã moremur. Potius ualeat hoc Christi, Qui facit peccatum, seruũ esse peccati. Peccatores sumus omnes natura. Itaq; sub peccati iugo detinemur. Quod si totus homo peccati imperio subiacet: ipsam certe uoluntatem, quæ præcipua est eius sedes, arctissimis uinculis constringi necesse est.

Galat. 5

li. ad bonif. 1. ca. 10. & in retract.

2. Corin. 3.

Gen. 8

Iohan. 8

Sed melius homo utraq; animæ parte cognosci non potest, quàm si cum suis elogijs in medium prodeat, quibus à scriptura insignitur. Si totus depingitur his Christi uerbis: Quod natum est ex carne, caro est: ut euincere promptum est: ualde miserum esse animal, conuincitur. Affectus enim carnis, teste Apostolo, mors est: Quandoquidem inimicitia est aduersus Deum, eòque legi Dei nec subditur, nec subdi potest. Ita ne est peruersa caro, ut toto suo affectu simultatem aduersus Deum exerceat? ut cum legis diuinæ iustitia consentire nequeat? ut nihil denicq; parere queat, nisi mortis materiam? Nunc fac in hominis natura nihil esse nisi carnem: & inde quidpiã, si potes, boni elice. At carnis uocabulum ad sensualem pertinet tantum: non ad superiorẽ animæ partẽ. Id uero ex uerbis & Christi, & Apostoli abunde refellitur. Argumentum est Domini: oportere hominem renasci, quia caro est. Non secundum corpus renasci præcipit: Anima autem non renascitur, si corrigatur aliqua eius portio: sed ubi tota renouatur. Idq; cõfirmat utroque loco posita antithesis. Sic enim carni comparatur Spiritus, ut nihil relinquat mediũ, Ergo quicquid nõ est spirituale in homine, secundum eam rationem dicitur carneum. Nihil autem habemus Spiritus, nisi per regenerationem. Est igitur

Iohan. 3 Rom. 8.

Ioann. 3

caro,

caro, quicquid habemus à natura. Verum de ea re si qua aliàs posset esse dubitatio: ea nobis à Paulo tollitur, Ephesiorũ. 4. Vbi descripto ueteri homine quẽ dixerat corruptum esse concupiscentijs erroris, iubet nos renouari spiritu mentis nostrę. Vides eum nõ ponere illicitas ac prauas cupiditates in parte sensitiua modo, sed in ipsa etiam mente: atq; ideo eius exigere renouationem. Et sane eam humanæ naturę imaginem paulo ante depinxerat, quæ nulla in parte nos non corruptos ac peruersos esse ostenderet. Nam quod gentes omnes scribit ambulare in uanitate mentis suę, obtenebratas esse intelligẽtia, alienatas à uita Dei propter ignorantiam quæ in ipsis est, & cęcitatem cordis sui, minime est dubium quin competat in eos omnes, quos Dominus ad rectitudinem suæ tum sapientiæ tum iustitiæ nondum reformauit. Quod etiam clarius fit ex comparatione mox adiuncta: ubi fideles admonet, q̃ non ita didicerint Christum. Siquidem ex istis uerbis colligimus Christi gratiã unicũ esse remediũ, quo ab illa cęcitate & malis inde cõsequẽtibus liberemur. Nã & ita de regno Christi uaticinatus erat Iesaias; cũ Dñm Ecclesię suę fore in lucẽ sempiternã promitteret: cũ interim tenebrę obtegerẽt terrã, & caligo populos. Cum in sola Ecclesia exorituram Dei lucem testetur: extra Ecclesiam certe non nisi tenebras & cæcitatem relinquit. Non recensebo sigillatim, quæ in hominis uanitatem passim, in Psalmis præsertim, & Prophetis habentur. Magnum est quod scribit Dauid. Si cum uanitate appendatur, ipsa fore uaniorem. Graui telo confoditur eius ingenium, cum omnes, quæ inde prodeunt, cogitationes ut stultę, friuolæ, insanæ, peruersę, irridentur. Nihilo leuior est cordis condemnatio, cum fraudulentum dicitur prę omni re & peruersum. Sed quia breuitati studeo, contentus ero uno tantum loco, qui tamen lucidissimi speculi instar futurus sit, in quo totam naturæ nostræ imaginem intueamur. Apostolus eũ dum humani generis arrogantiam uult deijcere, his testimonijs agit. Quod non est iustus quisquam, non est intelligens, aut requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, ne unus quidem: sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agunt, uenenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione plenum, & amaritudine, quorum ueloces pedes ad effundendum sanguinem: in uijs quorum contritio, & infœlicitas, quibus præ oculis non est timor Dei. His fulminibus non in certos homines, sed in uniuersam filiorum Adam nationem inuehitur. Neque in unius aut alterius sæculi deprauatos mores declamat: sed accusat perpetuam naturæ corruptionem: Siquidem propositum illi est eo loco, non simpliciter homines obiurgare, quò resipiscant: sed docere potius, ineluctabili calamitate oẽs oppressos, è qua emergere nõ possint, nisi misericordia Dei eruant. Id qa non probari poterat, nisi de clade, & exitio naturę constitisset, protulit hæc testimonia, quibus plusq̃ perdítam esse naturam nostram conuincitur. Maneat ergò hoc, non prauæ duntaxat consuetudinis uitio tales esse homines, quales hic describuntur: sed naturę quoq; prauitate: quando non aliter stare potest Apostoli argumentatio. Nullam esse homini salutem, nisi à Domini misericordia, quia in se perditus est, & deploratus. Non hic laborabo in approbanda testimoniorũ applicatione, ne cui uideantur intẽpestiuè usurpata. Perinde agã ac si à Paulo primũ hęc dicta forent, non è Prophetis desumpta. Initio adimit homini iustitiam, id est, integritatem & puritatem: Deinde intelligentiã. Intelligentiæ autẽ defectũ arguit, apostasia à Deo: quẽ requirere, primus est sapientiæ gradus. Quod necesse est ijs euenire qui à Deo defecerunt, subnectit omnes declinasse, & quasi putridos esse redditos, nullũ esse qui faciat bonum. Tum flagitia, quibus singula sua membra contaminãt, qui innocentiam semel soluti sunt, adiungit. Postremò, timore Dei uacuos testat, ad cuius regulam gressus nostri dirigi debuerant. Si istæ sunt hæreditariæ humani generis dotes: frustra in natura nostra aliquid requiritur. Equidem fateor non omnia hæc in unoquoq; homine flagitia emergere: inficiari tamen non licet, quin hydra ista in singulorum pectoribus lateat. Nam ut corpus, dum iam morbi causam, & materiam inclusam in se fouet, etiamsi nondum ferueat dolor, non dicetur sanum:

Iesai. 60.

Psalm. 62

Hiere. 17

Roma. 3.

Iesai. 57.

sanum: ita nec anima, dum talibus uitiorum morbis scatet, sana censebitur. Quan quam non per omnia quadrat similitudo. In corpore enim quamlibet morbido uigor uitæ supereſt, anima uerò isto exitiali gurgite immersa, non ex uitijs modo laborat, sed omni bono prorsus uacua est.

Eadem ferè, quę prius soluta est, quęstio ex integro nobis surgit. Omnibus eñ sęculis extiterunt aliqui, qui natura duce, ad uirtutem tota uita intenti essent. Neq; moror, si multi lapsus in eorum moribus notari possint. Ipso tamen honestatis studio documentum ediderunt, nonnihil fuisse in natura sua puritatis. Quid pre cij habeant coram Deo huiusmodi uirtutes, tametsi plenius ediſſeremus, ubi agetur de operum meritis, dicendum tamen est hoc quoq; loco, quatenus ad præsentis argumenti explicationem necesse est. Exempla igitur ista nos monent, ne hominis naturam in totũ uitiosam putemus: quòd eius instinctu quidam nõ modo eximijs facinoribus excelluerũt, sed perpetuo tenore uitę honestissimè se gesserunt. Sed hic succurrere nobis debet, inter illam naturæ corruptionem esse nonnullum Dei gratiæ locum, non quæ illam purget, sed intus cohibeat. Nã si singulorũ animos laxis habenis Dominus in libidines quaslibet exultare permitteret: nemo haud dubiè esset, qui non reipsa fidem faceret, ueriſsime in se competere omnia mala, quibus uniuersam naturam damnat Paulus. Quid enim? Tenè eorum numero eximas, quorum pedes ad sanguinem effundendum ueloces, manus rapinis & homicidijs fœdatæ, guttura sepulchris patentibus similia, linguæ fraudulentæ, uenenata labia, opera inutilia, iniqua, putrida, lætalia, quorum animus sine Deo, quorum intima, prauitates, quorum oculi ad insidias, animi ad insultandum elati, omnes denique partes ad infinita flagitia concinnatæ? Si omnibus eiusmodi portentis obnoxia est unaquæq; anima: quemadmodum audacter pronunciat Apostolus: uidemus certe quid futurum sit, si Dominus humanam libidinem, pro sua inclinatione, uagari sinat. Nulla est rabiosa bellua, quæ tam præcipitanter feratur, nullum est, quamlibet rapidum, ac uiolentum flumen, cuius adeo impetuosa sit exundatio. In electis suis morbos istos curat Dominus, eo, quem mox exponemus, modo, in alijs, iniecto freno duntaxat, cohercet: tantum ne ebulliant, quatenus expedire prouidet, ad conseruandam rerum uniuersitatem. Hinc alij pudore, alij legum metu retinentur, ne in multa fœditatis genera prorumpant, utcunque suam, magna ex parte, impuritatem non dissimulent. alij, quia honestam uiuendi rationem conducere ducant, ad eam utcunq; adspirant: alij supra uulgarem sortem emergunt, quo, sua maiestate, alios contineant in officio. Ita, sua prouidentia, Dominus naturæ peruersitatem refrenat, sed non purgat. Nondũ tamen solutus est scrupulus. Aut enim Camillum parem Catilinæ faciamus, conuenit: aut in Camillo habebimus exemplum, naturam, si studio excolatur, bonitate non prorsus uacare. Ego uero fateor, quæ in Camillo fuerunt speciosæ dotes, & Dei fuisse dona, & iure commendabiles uideri, si in se æstimentur. Sed quomodo naturalis probitatis erunt, in ipso, documenta? An non ad animum redeundum erit? & hæc ducenda ratiocinatio? si homo animalis tali morum integritate præstitit, non deesse utique naturæ, ad uirtutis studium, facultatem. Quid autem si animus prauus fuerit, & contortus, qui aliud potius quiduis, quàm rectitudinem, sectatus sit? Et talem fuisse non dubium est, si animalem illum hominem concedis. Quam mihi in hac parte prædicabis humanæ naturæ ad bonum potentiã? si in summa integritatis specie, semper ad corruptionem fer ri deprehenditur? Ergo ut hominem à uirtute non commendaueris, cuius uitia sub uirtutis imagine imponunt: ita humanæ uoluntati recti expetendi facultatem non tribuas, quãtisper ipsa in sua peruersitate defixa est. Quanquam hęc certissima est, & facilima huius quæstionis solutio: non esse istas communes naturæ dotes, sed speciales Dei gratias, quas uarie, et ad certum modum, profanis alioqui hominibus dispensat. Qua ratione, nõ formidamus in uulgari sermone, hunc bene natum, illum prauæ naturæ, dicere. Nec tamẽ utrunq; desinimus includere sub uniuersali humanę prauitatis conditione: sed indicamus, quid specialis gratiæ in

Hæc disputat Augu. libr. 4. contra Iulia.

alterum

alterũ Dominus contulerit, quo alterum non sit dignatus. Qua igitur peccati seruitute uincta detinetur uoluntas, ad bonum commouere se non potest, nedum applicare. ei usmodi enim motus, conuersionis ad Deum principium est, quę Dei gratiæ tota, in scripturis, tribuitur. Quemadmodum precatur à Domino Ieremias, ut se conuertat, si conuersum uelit. Vnde Propheta, eodem capite, spiritualem populi fidelis redemptionem describens, dicit redemptum de manu fortioris. Nempe significans, quam arctis compedibus alligatus est peccator, quamdiu, à Domino desertus, sub iugo diaboli agit. Manet nihilominus uolũtas, quæ, propensissima affectione, ad peccandum, & propendeat, & festinet. siquidem nõ uoluntate priuatus est homo, cum in hanc necessitatem se addixit, sed uoluntatis sanitate. Neq; uero inepte Bernardus, qui uelle nobis omnibus ineſſe docet: sed uelle bonum, profectus: uelle malum, defectus. Ideo simpliciter uelle, hominis: male uelle, corruptæ naturæ: bene uelle, gratiæ. Porrò quod libertate abdicatam uoluntatem, dico, necessitate, in malum uel trahi, uel duci, mirum est, si cui uideatur aspera locutio: quæ nec absonum habet quippiam, nec à sanctorum usu aliena est. Offendit autem eos, qui inter necessitatem, & coactionẽ distinguere nesciunt. At si quis eos interroget, an non Deus necessario bonus sit? an non diabolus necessario malus? quid respondeant? Sic enim connexa est Dei bonitas, cum diuinitate, ut non magis necessarium sit, ipsum esse Deum, q̃ bonum. Diabolus autẽ, per lapsum, sic à boni communione alienatus est, ut nihil quàm male agere possit. Quod si quis sacrilegus obganniat, Deo parum laudis ex sua bonitate deberi, ad quam seruandam cogatur: cui non erit prompta responsio? Immensa eius bonitate fieri, ne male agere possit, non uiolenta impulsione. Ergo si liberam Dei uoluntatem in bene agendo non impedit, quod necesse est illum bene agere: si diabolus, qui non nisi male agere potest, uoluntate tamen peccat: quis hominem ideo minus uoluntarie peccare dicet, quòd sit peccandi necessitati obnoxius? Hanc necessitatem cum ubiq; prædicet Augustinus: dum etiam inuidiose Cœlestij cauillo urgeretur, ne tum quidem asserere dubitauit, in hæc uerba. Per libertatem factum est, ut esset homo cum peccato: sed iam pœnalis uitiositas subsecuta, ex libertate fecit necessitatem, ac quoties incidit eius rei mentio: non dubitat in hunc modum loqui de necessaria peccati seruitute. Hæc igitur distinctionis summa obseruetur: hominem, ut uitiatus est ex lapsu, uolentem quidem peccare, non inuitum, nec coactum: affectione animi propensissima, non uiolenta coactione: proprię libidinis motu, non extraria coactione: qua tamen est naturæ prauitate, non posse, nisi ad malum, moueri, & agi. Quod si uerum est, peccandi certe necessitati subiacere, non obscure, exprimitur.

Ierem. 31

Lib. de perfect. iustitia.

De nat. & grat. & alibi.

Sequitur, ut dicamus de diuinæ gratiæ remedio, qua naturæ uitiositas emendatur. Nam cum Dominus in ope ferenda, quod nobis deest, largiatur: ubi constiterit, quale sit in nobis illius opus: quæ sit è conuerso nostra penuria, statim elucescet. Cum dicit Apostolus Philippensibus, se confidere, quod qui cœpit in ipsis opus bonum, perfecturus sit, usq; in diem Iesu Christi, non dubium, quin per boni operis principium, ipsam conuersionis originem, quæ est in uoluntate, designet. Bonum itaq; opus inchoat in nobis Deus, iustitiæ, & amorem, & desiderium, & studium, in cordibus nostris excitando: uel, ut magis proprie loquamur, corda nostra flectendo, formando, dirigendo in iustitiam. Perficit autem, ad perseuerantiam nos confirmando. Ne quis à Domino bonum inchoari tergiuersetur, quòd uoluntas, per se infirma, adiuuetur, alibi declarat Spiritus, quid ualeat uoluntas sibi relicta. Dabo, inquit, uobis cor nouum, spiritum nouum, ponã in medio uestri, & auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum, & Spiritum meum ponam in medio uestri, & faciam ut in præceptis meis ambuletis. Quis uoluntatis humanæ infirmitatem dicet subsidio roborari, quo ad boni electionem efficaciter adspiret, cum transformari renouariq; totam oporteat? Si qua est in lapide mollities, quæ adminiculo tenerior facta, flexum quemlibet recipiat: neq; ductile esse cor hominis negabo, in recti obedientiam, modo

Philip. 1

Ezech. 36.

gratia

gratia Domini, quod in eo imperfectum est, suppleatur. Verũ si hac similitudine ostendere uoluit Dominus, nihil unq̃ boni expressum iri à corde nostro, nisi penitus aliud fiat, ne inter ipsum & nos partiamur, quod sibi uni uindicat. Si ergo lapis in carnem transformatur, quando nos Dominus ad recti studium conuertit: aboletur quidquid est propriæ nostræ uoluntatis: quod in eius locum succedit, totũ à Domino est. Sed erunt forte, qui concedant, uoluntatem à bono, suopte ingenio, auersam, solam Domini uirtute conuerti: sic tamen, ut præparata, suas deinde in agendo partes habeat. Quemadmodum docet Augustinus, omne bonũ opus gratiam præcedere, & id comitante, non ducente, pedissequa, non præuia uoluntate. Ego autẽ duo in Prophetæ uerbis signari animaduerto. Quod & praua nostram uoluntatem corrigat Dominus, uel potius aboleat, & à seipso bonã submittat. Quatenus à gratia præuenitur, in eo ut pedissequam appelles tibi permitto. sed quia reformata, opus est Domini, hoc perperã homini tribuitur, quod gratiæ prę uenienti, pedissequa uoluntate, obsequatur. Ideo nõ recte à Chrysostomo scriptum est. Nec gratiam sine uoluntate, nec uoluntatem sine gratia quidquã posse operari. Quasi uero non ipsam quoq̃ uoluntatem operetur gratia. Neq̃ uero Augustini consilium fuit, dum pedissequam gratiæ uocat humanam uoluntatem, secundas quasdam à gratia partes illi assignare, in bono opere. Sed quia hoc illic tantum propositum erat, refellere pessimum Pelagij dogma, quod primam salutis causam in hominis merito ponebat, quod satis erat præsenti causſæ, contendit: gratiam omni merito esse priorem: altera interim quæstione omissa, de perpetuo gratiæ affectu, quam tamen alibi egregie tractat. Aliquoties enim dum dicit, Dominum præuenire nolentem ut uelit: uolentem subsequi, ne frustra uelit, ipsum boni operis in solidum facit autorem. Quanq̃ clariores de hac re sunt eius sententię, q̃ ut longam argumentationem desiderent. Laborant, inquit, homines inuenire in nostra uoluntate, quod nostrum sit, & non ex Deo: & quomodo inueniri possit, ignoro. Libro autem contra Pelagium & Cœlestium primo, ubi dictũ illud Christi interpretat, Omnis qui audierit à Patre meo uenit ad me, Arbitriũ, inquit, sic adiuuatur, ut non solũ quid faciendũ sit sciat: sed quod sciuerit etiam faciat. Atq̃ ita cum Dominus docet, non per legis literam, sed per spiritus gratiã, ita docet, ut quod quisq̃ didicerit, non tantum cognoscendo uideat: sed etiam uolendo appetat, agendoq̃ perficiat. Et quoniam in præcipuo cardine iam uersamur: agedum, summam rei paucis ac apertissimis tantum scripturæ testimonijs probatam complectamur: tum deinde, ne quis nos detortæ perperam scripturæ insimulet, ostendamus, neq̃ huius sancti uiri testimonio destitui, quam ex scriptura desumptam asserimus ueritatem. Nam neq̃ expedire censeo, ut quæ in sententiæ nostræ confirmationem adduci ex scripturis possunt, ordine singula recenseantur, modo ex selectissimis, quæ proferentur, uia sternatur ad reliqua omnia, quæ sparsim leguntur, intelligenda. Neq̃ rursum intempestiue factum iri: si palàm fecero, mihi cum eo uiro non male conuenire, cui plurimum autoritatis merito defert piorum consensus. Ergo Dominus, ubi in populi sui conuersione duo hęc ponit, ut cor illi lapideũ auferat, det carneum, aperte testatur oportere aboleri, quod ex nobis est, quò ad iustitiam conuertamur. quidquid autem in eius locum subit, à seipso esse. Neq̃ id uno loco pronunciat. dicit enim apud Ieremiam. Dabo eis cor unum, & uiam unam, ut timeant me uniuersis diebus. paulo post. Timorem nominis mei dabo in cor eorum, ut non recedant à me. Rursum apud Ezechielem: Dabo eis cor unum, & Spiritum nouum dabo in uiscerbus eorum. Cor lapideum auferam de carne eorum, & dabo eis cor carneum. Non posset euidentius sibi uindicare, nobis adimere, quidquid est in uoluntate nostra boni & recti: quàm, dum conuersionem nostram, creationem noui spiritus, & noui cordis esse, testatur. Sequitur enim semper, & ex uoluntate nostra nihil prodire boni, donec reformata fuerit: & post reformationem, quatenus bona est, à Deo esse, non à nobis. Sic & precationes sanctorum compositæ leguntur. inclinet cor nostrum ad se Dominus, dicebat Solomon, ut seruemus mandata sua. Peruicaciam cordis nostri ostendit,

Ad Bonif. Epist. 105.

Sermone quodam de inuentione sanctæ crucis.

Li. 2: de remiss. pctõ. cap. 18.

Ierem. 32.

Ezechi. 11.

1. Reg. 8.

dit, quòd in legis diuinæ rebellionem naturaliter exultet, nisi flectatur. Dauid autem, cum Dominum rogat, ut cor mundum in se creet, spiritum rectum innouet in suis uisceribus, an non omnes cordis sui partes impuritate refertas agnoscit? & spiritum obliqua prauitate contortum? Munditiem autem, quam flagitat, Dei creaturam uocando, totam illi acceptam refert. Mira sanè & portentosa superbiæ nostræ libido. Nihil seuerius Dominus exigit, quàm ut religiosissime suum sabbathum obseruemus, quiescendo scilicet ab operibus nostris. A nobis uero nihil magis ægre impetratur, quàm ut, operibus nostris ualere iussis, Dei operibus iustum locum cedamus. Nisi hæc obstaret uecordia, satis luculentum testimonium reddidit gratijs suis Christus, ne maligne supprimerentur. Ego sum, inquit, uitis, uos palmites, Pater meus agricola est, sicut palmes non potest fructum ferre à seipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis: quia sine me nihil potestis facere. Si non aliter per nos fructificamus, quàm reuulsus à terra palmes, & humore priuatus, germinat, non est amplius quærendum, quæ sit naturæ nostræ ad bonum aptitudo. Nec ambigua est ista conclusio. Sine me nihil potestis facere. Nõ dicit nos esse infirmiores, quam qui nobis sufficiamus: sed nos ad nihilum redigendo, omnem, uel exiguæ facultatulæ, opinionem excludit. Si in Christo insiti fructificamus instar uitis, quæ tum à terræ humore, tum à rore cœlesti, tum à Solis fomento uegetationis ducit energiam: nihil in bono opere restare nobis uideo, si Domino illibatum seruamus, quod suum est. Quare Apostolus totam illi summã transcribit. Deus est, inquit, qui in uobis operat, & uelle, & perficere. Prior pars operis boni est, uoluntas: altera, ualidus in exequendo conatus. utriusq; autor est Deus. Ergo Domino surripimus, si quid nobis arrogamus, aut in uoluntate, aut in effectu. Si diceretur Deus opem ferre infirmæ uoluntati, nobis nonnihil relinqueretur. sed cum dicitur efficere uoluntatem, iam extra nos, quidquid in ea bonum est, locatur. Porro quoniam carnis nostræ pondere bona etiamnum uoluntas obruitur, ne emergat: subiunxit, eluctandis eius pugnæ difficultatibus conatus constantiam, ad effectum usq; administrari. Siquidem nec aliter constare posset, quod alibi docet, unicũ esse Deum, qui efficit omnia in omnibus. Hunc itaq; in modum & inchoat, & perficit Dominus bonum opus in nobis: ut illius sit, q; recti amorem concipit uoluntas, q; in eius studium inclinatur, q; ad eius sectandi conatum incitatur, & mouetur. Deinde q; electio, studium, conatus, non fatiscũt: sed ad effectum usq; procedunt. Postremo quòd homo in illis constanter pergit, & in finem usq; perseuerat. Ac uoluntatem mouet, non qualiter multis seculis traditũ est, & creditũ: ut nostræ postea sit electionis, motioni aut obtemperare, aut refragari: sed illam efficaciter afficiendo. Illud ergo toties à Chrysostomo repetitum repudiari necesse est. Quem trahit, uolentem trahit. Quo insinuat, Dominũ, porrecta tantum manu, expectare, an suo auxilio iuuari nobis adlubescat. Talem fuisse hominis adhuc stantis conditionem concedimus, ut potuerit ad alterutram partem inclinare. Sed cum suo exemplo docuerit, quàm miserum sit liberum arbitrium, nisi Deus in nobis, & uelit & possit: quid fiet nobis, si ad eum modulum suam gratiam nobis Dominus impertitur? Imò nos ipsi eam obscuramus, & extenuamus, nostra ingratitudine. Non enim docet Apostolus, offerri nobis bonæ uoluntatis gratiam, si acceptemus: sed ipsum uelle in nobis effici. quod non aliud est, nisi Dominum, suo spiritu, cor nostrum dirigere, flectere, moderari, & in eo, tanquàm in possessione sua, regnare. Neque secus accipi sententia Christi potest. Omnis qui audiuit à Patre meo, uenit ad me: quàm ut efficacem, à seipsa, Dei gratiã doceat. Quemadmodum & Augustinus contendit. Qua gratia non quosli bet promiscue dignatur Dominus, quemadmodum uulgo iactatur illud, nisi falsor, Orcamicum, eam nemini denegari, facienti quod in se est. Docendi quidem sunt homines, expositam esse Dei benignitatem omnibus, sine exceptione, qui eam quærunt: sed cum ij demum quærere incipiant, quibus Domini gratia aspirauit, nec hæc quidẽ portiuncula de eius laude decerpenda erat. Hęc est sane electorũ prærogatiua, ut per spiritũ Dei regenerati, ipsius ductu agantur, ac gubernent.

Psal. 51:

Ioan. 15.

Philp. 2:

2. Corin. 12

Ioan. 6

Li. de præ dest. sanct.

De perse-

De perseuerantia nihilo magis dubium futurum erat, quin habenda esset pro gratuito Dei dono, nisi inualuisset pessimus error, pro hominum merito hanc dispensari, pro ut se unusquisq; non ingratum primæ gratiæ præbuerit. Sed enim quoniam inde natus est, q̃ putabant, in manu nostra esse respuere, uel accipere oblatã Dei gratiam: hac opinione explosa, ille quoq; sponte sua corruit. Quanquàm hic bifariam erratur. Nam præterquam, quòd nostram erga primam gratiam gratitudinem, legitimumq; usum, posterioribus remunerari docent: addunt etiam, non iam solam gratiam in nobis operari, sed esse tantũ nobis cooperatricem. De priore sic habendũ est: Dominũ, dũ in dies locupletat, & nouis gratiæ suæ dotibus cumulat seruos suos, qa opus quod in illis cœpit, gratũ acceptumq; habet, in illis inuenire, quod maioribus gratijs prosequatur. Atq; huc pertinent sententiæ illæ. Habenti dabitur. Item: Euge serue bone, quia in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam. Sed hic duo sunt cauenda. Ne aut remunerari dicatur posterioribus gratijs legitimus usus primæ gratiæ, ac si homo, sua ipsius industria, redderet gratiam Dei efficacem: aut sic remuneratio censeatur, ut desinat haberi gratuita Dei gratia. Fateor ergo, expectandam esse fidelibus hanc Domini benedictionem, quò melius usi fuerint superioribus Dei gratijs, ut eò maioribus posthac adaugeantur. Sed illum quoq; usum à Domino esse dico, & hanc remunerationem, à gratuita eius beneuolẽtia prouenire. Quod & Paulus nominatim expressit. Nam cũ dixisset, Deum esse, qui efficit in nobis & velle, & perficere, continuo subdidit: utrunq; facere pro bona voluntate, hac dictione gratuitam esse benignitatem indicans. Ad id autem quod dicere solent, postq; primæ gratiæ locum dedimus, iam conatus nostros subsequenti gratiæ cooperari, respondeo: Si intelligãt nos, ex quo semel, Domini uirtute, in iustitiæ obsequium edomiti sumus, ultro pergere, & propensos esse, ad sequendã gratiæ actionem, nihil reclamo. Est enim certissimũ, ubi gratia Dei regnat, talem esse obsequendi promptitudinem. Vnde id tamen, nisi quod Spiritus Dei, ubiq; sibi consentiens, quam principio generauit obedientiæ affectionem, ad perseuerandi constantiam fouet & confirmat? At si hominem à seipso sumere uolunt, unde gratiæ Dei collaboret, pestilentissime hallucinantur. Quid ergo sibi, aiunt, vult Apostolus, cum ita loquitur? plus omnibus ijs laboraui, non ego sed gratia Dei mecum. Quia paulò arrogantius dictũ uideri poterat, quòd se præferret omnibus, id quidem corrigit, referens laudem ad Dei gratiam: sed ita, ut se gratiæ cooperarium vocet. Ad hanc festucam mirũ est, tot non malos alioqui homines impegisse. Non enim gratiam Domini secum laborasse scribit Apostolus, ut se consortem laboris faciat. Quin potius totam laboris laudem uni gratiæ transcribit, ista correctione. Non ego, ait, sum is qui laboraui. sed gratia Dei quæ mihi aderat, fefellit autem eos locutionis ambiguitas. sed magis præpostera uersio, in qua uis Græci articuli prætermissa fuit. Nam si ad verbum reddas, non dicit gratiam sibi fuisse cooperatricem: sed gratiam, quę sibi aderat, omnium fuisse effectricem. Atque id non obscure, licet breuiter docet Augustinus, cum ita loquitur. Precedit uoluntas bona hominis multa Dei dona, sed non omnia. Quæ autem præcedit ipsa, in eis & ipsa est. sequitur deinde ratio: qa scriptum sit misericordia eius preueniet me: & misericordia eius subsequetur me. Nolentem præuenit, ut uelit: uolentem subsequitur, ne frustra uelit.

Philip. 2.

Audiamus nunc Augustinum suis verbis loquentem, ne ætatis nostræ Pelagiani, hoc est Sorbonici Sophistæ, totam uetustatẽ nobis aduersam, pro suo more, criminentur. In quo scilicet Patrem suum Pelagium imitantur, à quo in eandem olim arenam ipse Augustinus protractus est. Libro de correptione, & gratia ad Valentinum, fusius exequitur, quod breuiter eius tamen uerbis referam. Gratiam perstistendi in bono, Adæ fuisse datam, si uellet: nobis dari ut uelimus, ac uoluntate concupiscentiam superemus. Habuisse ergo illum posse, si uellet: sed non uelle, ut posset: nobis & uelle dari, & posse. Primam fuisse libertatem, posse non peccare: nostram multo maiorem, non posse peccare. Ac ne de futura, post immortalitatem, perfectione loqui putetur, scrupulum hunc paulo post eximit.

Cap. 2.

Tantum quippe, inquit, Spiritu sancto accenditur uoluntas sanctorum: ut ideo possint, quia sic volunt, ideo velint quia Deus operatur, ut sic uelint. Nam si in tanta infirmitate, in qua tamen, ad reprimendam elationem, perfici uirtutem decet, ipsis relinquatur volũtas sua: ut adiutorio Dei possint, si uelint: nec Deus operetur in illis, ut velint: inter tot tentationes infirmitate uoluntas ipsa succumberet, ideoq; perseuerare nõ possent. Subuentum est ergo infirmitati voluntatis humanæ, ut gratia diuina indeclinabiliter, & inseparabiliter ageretur, ideoq; quan-
Cap. 14. tumuis infirma, non deficeret. Tractat deinde copiosius, quomodo corda nostra Dei afficientis necessario sequantur motum: ac dicit quidem, Dominum homines suis uoluntatibus trahere, sed quas ipse operatus est. Habemus nunc Augusti ni ore testatum, quod in primis obtinere uolumus. Non offerri tantum à Domino gratiam, quæ libera cuiusq; electione aut recipiatur, aut respuatur: sed ipsam esse, quæ in corde & electionem & uoluntatem formet, ut quidquid deinde sequitur boni operis, fructus sit ipsius ac effectus: nec aliam habeat sibi obsequentem uoluntatem nisi quam fecit. sunt enim eius quoq; verba ex alio loco. Omne bonũ
Epist. 105. in nobis opus nisi gratiã facere. Quod autẽ alibi dicit, non tolli gratia uoluntatẽ, sed ex mala mutari in bonam: & cum bona fuerit, adiuuari, significat, tantum hominem non ita trahi, ut sine motu cordis, quasi extraneo impulsu, feratur, sed ipsum motus sic affici, ut ex corde obsequatur. Specialiter gratuitoq; electis dari, in hũc mo-
Epist. 100. dum ad Bonifacium scribit. Scimus non omnibus hominibus dari Dei gratiam, & quibus datur, neq; secundum merita operum dari, neq; secundum merita uolũtatis, sed gratuita gratia: quibus non datur, scimus iusto Dei iudicio non dari. Ac in eadem Epistola fortiter eam opinionem impugnat, quæ hominum meritis, sub sequentem gratiam reddi putat, quia primam gratiam non respuendo, se dignos præstiterint. Vult enim Pelagium fateri, nobis gratiam necessariam esse ad singulas actiones, neq; operibus retribui, quo sit uere gratia. Sed breuiore summa comprehendi res non potest, quàm ex octauo capite libri ad Valentinum, de correptione & gratia, ubi primũ docet, Quòd humana uoluntas non libertate gratiã, sed gratia consequatur libertatem. Quod per eandem gratiam impresso delectationis affectu, ad perpetuitatem conformetur. Quod insuperabili fortitudine roboretur. Quod illa gubernante, nunquàm excidat: deserente, protinus corruat. Quod gratuita Domini misericordia, & ad bonum conuertatur: & conuersa, in ipso perseueret. Quod uoluntatis humanę directio in bonum, & post directionem constantia, ex sola Dei uoluntate pendeat, non ullo suo merito. Ita homini tale relinquitur liberum arbitrium, si appellare ita libet, quale alibi describit, quod
Epist. 40. nec ad Deum conuerti, nec in Deo persistere, nisi per gratiam, possit: à gratia ualeat, quicquid ualet.

Hæc Domini gratia, nunc appellatur, quædam ueluti manumissio, qua à peccati seruitute liberamur: nunc in integrum restitutio, qua, deposito ueteris hominis ingenio, ad imaginem Dei instauramur: nunc regeneratio, qua in nouos homines renascimur, nunc resurrectio, qua nobis emortui, alij, Dei uirtute, excitamur. in qua tamen interim hoc est animaduertendum, nunquam ita nos liberari, quin peccati iugo pars nostri obnoxia maneat, nunquam instaurari, quin multæ hominis terreni lineæ semper appareant, nunquam ita renasci aut suscitari, quin de uetustate aliquid retineamus. Circumferimus enim semper reliquias carnis nostræ, quamdiu corporis huius carcere circundamur, pro quarum modo à libertatis nostræ scopo distamus. Itaq; fidelis anima, à regeneratione, in duas partes diuisa est, quibus perpetuum inter se est dissidiũ. Nã qua parte à Spiritu Dei possidetur, & erigitur, ad immortalitatis amorẽ studiumq; euecta, in iustitiã, puritatem, sanctitatẽ, tota intenta est, unã cœlestis regni beatitudinẽ meditatur, ad Dei societatem adspirat: qua parte naturalem adhuc affectum retinet, in terrę corruptione uolutatur, prauis cupiditatibus immersa, qd pulchrũ sit, ac beatũ, non uidet, in peccati luto defixa, Deũ iustitiamq; eius auersat. Inde cõflictus nascit, et durissima palestra, q̃ piũ hominẽ per totã uitã non leuiter exercet:

dum spiri-

dum ſpiritu ſurſum erigitur, à carne deorſum retrahitur: ſpiritu feſtinat ad immortalitatem, carne ad mortalitatem deprimitur: ſpiritu iuſtitiam cogitat, carne ſollicitatur ad iniquitatem: ſpiritu dirigitur in Deum, carne auertitur: ſpiritu contemnit mundum, carne ad illecebras mundi allicitur. Nō eſt hæc euanida ſpeculatio, cuius in uitam uſus non ueniat: ſed empyrica, ut ita loquar, doctrina, & cuius certiſſimum experimentum ſentire nos oportet, ſi filij Dei ſumus. Atqui duo iſti athletæ, & ſi ſuo certamine piam animam ita diſtrahunt, diſpari tamē conditione inter ſe congrediuntur. Neq; enim cum dicitur caro animam à Deo auertere, ab immortalitate retrahere, à puritatis ſanctimoniæq; ſtudio auocare, à regno Dei abducere, tantum ualere proficereq;, tentando, intelligitur, ut contrarium opus ſpiritus omnino diſijciat, ac euertat, effectumq; extinguat. Abſit. Quid ergo? Dum conatur abrumpere, obſtaculis ſuis remoratur: dum à curſu auertere uult, impedimentis retardat: dum extinguere molitur, ardorem imminuit: dum ſtudet atterere, incuruat & inflectit. Inter iſtas porrò difficultates, ſic Dei ſeruum eſſe animatū conuenit, ut præcipuo cordis uoto, & affectu, in Deum adſpiret, contendat, enitatur, pergat: & quod à carne ſua impeditur à iuſta contentione, aſſidue ingemiſcat. Hoc intelligit Paulus, cum dicit, nos non ſecundum carnem ambulare, ſed ſecundum ſpiritum: ſi tamen filij Dei ſumus. deſcripto enim certamine, ſuperiores partes debere penes Dei ſpiritū ſtare, ſignificat. Nunc quantum ſit diſcriminis inter animalem hominem, & regeneratum, licet uidere. Ille quidem pungitur, ac lancinatur ſua conſcientia, ne ſolido torpore in uitijs ſuis acquieſcat, illis tamen toto cordis deſiderio delectatur, ſibi in illis placet, illis libenter obſequitur, nec quidq; in illis horret, niſi pœnam, quā imminere cernit. Hic præcipua uoluntatis parte legis iuſtitiæ adhærens, peccatum, quod per imbecillitatem committit, odit & exeratur, ſibi ipſi diſplicet, conſenſione aliò potius fertur, dulcedine legis Dei magis ſemper oblectatur, quā uoluptatum blanditijs: nec unq; ſciens peccat, niſi repugnante, non modo conſcientiæ teſtimonio, ſed etiam cordis affectu. Roma. 8.

Sic ergo à peccati ſeruitute liberantur filij Dei per regenerationem, nō ut, quaſi plenam libertatis poſſeſſionem iam adepti, nihil amplius moleſtiæ à carne ſua ſentiant: ſed ut illis maneat perpetua certaminis materia unde exerceantur. Neq; exerceantur modo, ſed infirmitatem quoq; ſuam melius diſcant. Atq; in ea re omnes ſanioris iudicij ſcriptores inter ſe conſentiunt, manere in homine regenerato mali fomitem, unde perpetuo ſcateant cupiditates, quæ ipſum ad peccandum illiciāt & extimulent. Fatentur etiā ſanctos illo concupiſcendi morbo adhuc ita implicitos teneri, ut obſtare nequeant, quin ſubinde uel ad libidinem, uel ad auariam, uel ad ambitionem, uel ad alia uitia titillentur & incitentur. Neque opus eſt multum inueſtigando laborare, quid hic ueteres ſenſerint. Quando unus Auguſtinus ſufficere ad id poteſt, qui fideliter magnaq; diligentia omniū ſententias collegit. Ex illo igitur ſumant lectores, ſi quid de ſenſu antiqtatis habere certi uolēt. Porro inter illū et nos hoc diſcriminis uideri poteſt intereſſe, q ipſe quidem cū fideles concedat, quamdiu in corpore mortali habitant, ſic illigatos teneri concupiſcentijs, ut non poſſint non concupiſcere, eum tamen morbum peccatum uocare non audet: ſed ad illum deſignandum infirmitatis nomine contentus tunc demū fieri peccatum docet, ubi uel opus uel conſenſus ad conceptionem uel apprehenſionem accedit. Hoc eſt, quando, primæ appetitioni cedit uoluntas: nos autem illud ipſum pro peccato habemus, quòd aliqua omnino cupiditate contra legem Dei homo titillatur: imò ipſam prauitatem, quæ eiuſmodi cupiditates in nobis generat, aſſerimus eſſe peccatum. Docemus itaq; in ſanctis, donec mortali corpore exuantur, ſemper eſſe peccatum: quia in eorum carne reſidet illa concupiſcendi prauitas, quæ cum rectitudine pugnat. Quòd autem Deus Eccleſiam ſuā purgare ab omni peccato dicitur, quòd eam liberationis gratiam per Baptiſmum pollicetur, & in electis ſuis implet, ad reatū potius referimus, quàm ad ipſam peccati materiam. Preſtat hoc quidem Deus ſuos regenerando, ut peccati regnum in ipſis aboleatur. Virtutem enim ſpiritus ſubminiſtrat, qua ſuperiores in certamine *Li. ad Boni fa. 4. lib. 1. & 2. cont. Iulia.*

uictoresq; fiant, sed regnare tantum, non etiam habitare desinit. Proinde sic dicimus ueterem hominem crucifixum esse, legem peccati sic abolitã esse in filijs Dei, ut reliquiæ tamen supersint: non ut dominentur: sed ut eos suæ infirmitatis conscientia humilient. Et illas quidem fatemur non imputari, ac si non essent: sed hoc simul Dei misericordia fieri contendimus, ut ab hoc reatu liberentur sancti, qui merito aliàs peccatores & rei coram Deo forent. Neque uero hanc sententiam confirmare difficile nobis erit: quando extant in eam rem clara scripturæ testimonia. Quid enim apertius uolumus, quàm quod clamat Paulus Roma. septimum, illic eum in hominis regenerati persona loqui, cum nos alibi ostendimus: tum Augustinus firmis rationibus euincit. Taceo quòd mali & peccati uocabulis utitur. Vt uoces illas cauillari possint qui reclamare nobis uolent: quis tamen repugnantiam aduersus legem Dei malum esse neget? quis impedimentum iustitiæ neget esse peccatum? Quis denique non concedat culpam inesse, ubi est spiritualis miseria? Atque ista omnia de hoc morbo à Paulo prædicantur. Deinde habemus certam à lege demonstrationem, qua breuiter tota hæc quæstio expediri potest. Iubemur enim Deum diligere ex toto corde, ex tota anima, ex totis facultatibus. Cum ita omnes animæ nostræ partes Dei amore occupari deceat: certum est eos præcepto non satisfacere, qui uel leuiculã appetitionem cordere cipere, uel ullã omnino cogitationem animo admittere possunt, quæ eos abjamore Dei in uanitatem abducat. Quid enim? An non illæ sunt animæ facultates? subitis motionibus affici, sensu apprehendere, mente concipere. Istæ igitur cum uanis & prauis cogitationibus aditum ad se patefaciunt: An non ostendunt se tantundem ab amore Dei esse uacuas? Quare qui non fatetur omnes carnis cupiditates esse peccata: illum uero concupiscendi morbum, quem fomitem appellant, esse peccati scaturiginem: ille transgressionem legis peccatum esse neget, necesse est. Si cui absurdum uidetur, ita in uniuersum damnari cupiditates omnes, quibus homo naturaliter afficitur: cum à Deo inditæ sint naturæ authore: respondemus, nos nequaquàm eas appetitiones damnare, quas humanis ingenio Deus sic à prima creatione insculpsit, ut inde eradicari nisi cum ipsa humanitate non possint: sed tm̃ insolentes effrenesque motus, qui cum Dei ordinatione pugnant. Iam uero cum ob naturæ prauitatem omnes facultates adeo uitiatæ sint ac corruptæ, ut in omnibus actionibus emineat perpetua ἀλαξία & intemperies: quia ab eiusmodi incontinentia separari nequeunt appetitiones ideo uitiosas esse contendimus. Aut si paucioribus uerbis summam habere libet. Omnes hominum cupiditates malas esse docemus, & peccati reas peragimus, non quatenus sunt naturales: Sed quia inordinatæ. Inordinatas autem esse quia ex natura corrupta & polluta nihil puri nec synceri prodire potest. Neque uero ab hac doctrina tantum discedit Augustinus quantum in speciem apparet. Dum inuidiam plus æquo reformidat, qua eum grauare studebant Pelagiani, à peccati nomine interdum abstinet. Cum tamen scribit, manente in sanctis peccati lege, tolli dumtaxat reatum, satis indicat se non adeo à sensu nostro abhorrere.

Ad Bonif.

Afferemus aliàs aliquot sententias, unde melius appareat quid senserit. Libro secundo. contra Iulianum. Lex ista peccati, & remissa est regeneratione spirituali, & manet in carne mortali. Remissa scilicet, quia reatus solutus est in sacramento, quo regenerantur fideles: manet autem quia operatur desideria, contra quæ dimicant & fideles. Item: Lex itaque peccati, quæ in tanti quoque Apostoli membris erat, remittitur in Baptismate, non finitur. Item. Legem peccati cuius manentis solutus est in Baptismo reatus, Ambrosius uocauit iniquitatem, quia iniquum est ut caro concupiscit aduersus spiritum. Item. Mortuum est peccatum in eo reatu quo nos tenebat, & donec sepulturæ perfectione sanetur, rebellat & mortuum. Libro 5. etiamnũ apertius. Sicut cęcitas cordis & peccatum est, quo in Deũ nõ credit, & pœna peccati, qua cor superbũ digna animaduersione puni-

ne punitur & cauſſa peccati, cum aliquid cæci cordis errore committitur: ita concupiſcentia carnis aduerſus quam bonus concupiſcit ſpiritus, & peccatum eſt, quia illi ineſt inobedientia contra dominatum mentis, & pœna peccati, quia reddita eſt meritis inobedientis: & cauſa peccati defectione conſentientis uel contagione naſcentis. Vocat hic ſine ambiguitate peccatum, quia proſtrato iam errore, & confirmata ueritate, calumnias minus ueretur. Quemadmodum & in Ioannem homilia 41. ubi ex animi ſui ſenſu ſine contentione loquitur. Si carne ſeruis legi peccati, fac quod ait ipſe Apoſtolus. Non regnet peccatum in mortali ueſtro corpore, ad obediendum deſideriis eius. Non, ait, non ſit: ſed, non regnet. Quamdiu uiuis, peccatum neceſſe eſt eſſe in membris tuis. Saltem regnum illi auferatur: non fiat quod iubet. Qui concupiſcentiã non eſſe peccatum defendunt, illud Iacobi obiicere ſolent: concupiſcentia poſtquam conceperit, parit peccatum. Atqui nullo negocio hoc refellitur. Niſi enim de ſolis operibus malis uel de peccatis actualibus intelligamus ipſum loqui: ne mala quidem uolũtas in peccato deputabitur. Ex eo autem quod flagitia & praua facinora concupiſcentiæ partus uocat, atq; iis ipſis peccati nomen tribuit, non protinus ſequitur, quin concupiſcere res mala ſit, & coram Deo damnabilis.

Anabaptiſtæ quidam hoc ſeculo, phreneticam neſcio quam intemperiem, pro ſpirituali regeneratione, cõminiſcuntur. Nempe in ſtatum innocentiæ reſtitutos Dei filios, iam non oportere ſollicitos eſſe de libidine carnis refrenanda, Spũm ducẽ ſequendũ eſſe, ſub cuius actione nunquam aberratur. Incredibile eſſet hominis mentem eò ueſaniæ prolabi, niſi palam & faſtuoſe ſuum hoc dogma deblaterarent. Prodigioſum certe quidem eſt: ſed tales ſacrilegæ audaciæ pœnas luere ęquum eſt, qui ueritatem Dei, in mendacium uertere, animum induxerunt. Ita ne delectus omnis turpis & honeſti, iuſti, & iniuſti, boni & mali, uirtutis & uitij tolletur? Tale, inquiunt, diſcrimen, eſt ex maledictione ueteris Adæ, à qua nos per Chriſtum exempti ſumus. Ergo inter ſcortationem & caſtitatem, ſyncerităẽ & aſtutiam, ueritatem & mendacium, æquitatẽ & rapinam, nihil iam intererit. Tolle, inquiunt, uanam formidinem: ſpiritus nihil tibi mali imperabit, modo ſecure & intrepide illius actioni te permittas. Quis ad hæc prodigia non obſtupeſcat? Popularis tamen eſt philoſophia apud eos, qui libidinum amentia exęcati, ſenſum communem exuerunt. Sed quem obſecro Chriſtum nobis fabricantur, & quem Spiritum eructant? Nos enim Chriſtum unum, eius unum ſpiritum recognoſcimus, quem Prophetæ commendarunt, Euangelium exhibitum prædicat. de quo nihil illic tale audimus. Spiritus ille non eſt homicidij, ſcortationis, ebrietatis, ſuperbiæ, contentionis, auaritiæ: fraudis patronus: ſed autor dilectionis, pudicitiæ, ſobrietatis, modeſtiæ, pacis, moderationis, ueritatis. Non eſt uertiginoſus, & qui præceps, per fas, & nefas, inconſiderate ruat: ſed plenus ſapientiæ, & intelligentiæ, qua rite inter iuſtum, & iniuſtum, diſcernat, non inſtigat ad diſſolutam effrenemque licentiam: ſed prout licitum ab illicito diſcriminat, modum moderationemque ſeruare docet. Quid tamẽ diutius in refellenda beluina iſta rabie laboremus? Chriſtianis Spiritus Domini non turbulentum eſt phantaſma, quod uel ipſi per ſomnium peperierint, uel ab aliis confictum, acceperint. Sed eius notitiam à ſcripturis religioſe petunt, ubi duo hæc de ipſo traduntur, nobis in ſanctificationem datum eſſe, quò ab immundicijs, & inquinamentis purgatos, in obedientiam diuinæ iuſtitiæ deducat. Quæ obedientia conſtare nequit, niſi domitis ſubactiſque concupiſcentijs, quibus iſti habenas laxare uolunt. Deinde ſic nos eius ſanctificatione purgari, ut multis uitijs multaque infirmitate obſideamur, quamdiu incluſi ſumus mole corporis noſtri. Quo fit, ut longo interuallo à perfectione diſiti, proficere ſemper aliquid, & uitijs irretiti, cum illis quotidie luctari, neceſſe habeamus. Vnde etiam conſequitur, excuſſa deſidia & ſecuritate, intentis animis uigilandum eſſe, ne carnis noſtræ inſidijs incauti circumueniamur. Niſi forte confidamus nos maiores progreſſus feciſſe, q̃ Apoſtolum,

stolum, qui tñ fatigabatur Angelo Sathanæ, quo uirtus in infirmitate perficeretur. Qui illam carnis & spiritus diuisionem in sua carne non ficte repræsentabat. 2.Corin.12.

Hominẽ peccati iugo ita captiuum teneri, ne ad bonum aut uoto adspirare, aut studio cõtendere, suapte natura, queat, sufficiẽter, nisi fallor, pbatum est. Prẽterea distinctio inter coactionẽ, et necessitatẽ posita fuit, unde liqueret, eũ, dũ necessario peccat, nihilo tñ minus uoluntarie peccare. Sed quoniã dũ in seruitutẽ diabolo addicitur, illius arbitrio uidet magis agi q̃ suo, quale sit actionis utriusq; genus, expediendũ restat. Tũ soluẽda quæstio, an aliq d in malis operib. Deo sit tribuẽdũ, in quibus nonnullã eius actionẽ intercedere scriptura insinuat. Alicubi Augustinus humanã uoluntatẽ equo cõparat, sessoris nutũ expectãti: Deum ac diabolũ sessoribus. Si Deus illi insidet, inqt perinde ac moderatus et peritus sessor, cõposite illã regit, tarditatẽ incitat, nimiã celeritatẽ cõpescit, petulantiã luxuriãq; cohercet, puicia retundit, in rectã uiã deducit. Quod si eã Diabolus occupauit: instar stolidi ac petulantis sessoris, p̃ inuia rapit, impellit in foueas, per p̃cipitia deuoluit, ad cõtumaciã ferociãq; instigat. Qua similitudine, qñ melior nõ occurrit, in præsentia contẽti erimus. Imperio igit̃ diaboli q animalis hois uoluntas dicit̃ subiacere, ut inde agitetur, nõ significat, ipsam reluctantẽ ac restitantẽ ad obsequa adigi: quẽadmodũ inuita mãcipia obire iussa nostra, dominij iure, cogimus. Sed Sathanę præstigijs fascinatã, illi se ad oẽm ductum obsequentẽ necessario præbere. Nã q̃s spiritus sui regimine nõ dignat̃ Dñs, eos ad Sathanę actionẽ iusto iudicio ablegat. Quare Apostolus Deum huius sęculi excęcasse mentes infidelibus exitio destinatis ait, ne cernant lumẽ Euangelij. Et alio loco, ipsum operari in filijs contumacibus. Excęcatio impiorum, & quęcunq; inde sequunt̃ flagitia, opera Sathanę nuncupant̃ q̃rum tñ caussa extra humanã uoluntatẽ quærenda non est, ex qua radix mali surgit: in qua fundamentũ regni Sathanę, hoc est, peccatum, residet. Lõge est alia ratio diuinę in talibus actiõis. Quę ut certius nobis pateat, exẽplo sit calamitas, à Chaldæis sancto Iob illata. Chaldęi, interẽptis eius pastoribus, gregẽ hostiliter deprędantur. Iã eorũ improbum facinus palã extat. Necq; in eo opere cessat Sathan, à quo totũ id prouenire, narrat historia. Ipse autẽ Iob Dñi opus in eo recognoscit, quẽ dicit sibi abstulisse, quę erepta erant per Chaldęos. Quõ idẽ opus ad Deum, ad Sathanã, ad hominẽ autorẽ referamus, quin uel Sathanã excusemus Dei cõsortio, uel Deum malì autorẽ prędicemus? Facile: si finẽ agendi primũ inspiciamus, deinde modũ. Dñi consilium est, serui sui patientiã, calamitate, exercere. Sathan molitur eum ad despe rationẽ adigere, Chaldei ex re aliena, præter ius & fas, lucrum quærere affectãt. Tanta in consilijs diuersitas opus iã ualde distinguit. In modo non minus est discrimis. Sathanæ affligẽdum seruum suum Dñs permittit. Chaldęos, q̃s ad id exequẽdum ministros delegit, illi permittit, ac tradit impellendos. Sathan alioquí prauos Chaldæorũ animos, uenenatis suis aculeis, ad perpetrandũ id flagitium instigat. Illi ad iniustitiã furiose ruunt omniaq; mẽbra scelere obstringunt, ac cõtaminant. Proprie ergo agere dicitur Sathan in reprobis: in quibus regnum suum, hoc est, nequitię, exercet. Dicit̃ & Deus suo modo agere, qd̃ Sathan ipse, instrumentum cum sit iræ eius, pro eius nutu ac imperio, huc atq; illuc inflectit, ad exequẽda eius iusta iudicia. Omitto hic uniuersalẽ Dei motionem, unde creaturæ omnes, ut sustinent̃, ita efficaciam quiduis agendi ducunt. De illa speciali actione tm̃ loquor, quæ interunoquoq; facinore apparet. Idẽ ergo facinus Deo, Sathanæ, homini assignari, uidemus nõ esse absurdum. sed uarietas in fine & modo facit, ut illic inculpata Dei iustitia reluceat: Sathanę hominisq; nequitia, cum sua confusione, se prodat.

Veteres religiosius interdum simplicem quoq; ueritatis confessionem, in hac parte reformidant, q uerentur ne impietati feneſtram, de operibus Dei irreuerẽter obloquendi, aperiant. Quam sobrietatẽ ut exosculor: ita minime periculosum iudico, si simpliciter teneamus, quod scriptura tradit. Ne Augustinus quidem illa superstitione interdum solutus est. Quemadmodum ubi dicit, indurationẽ, & excęcationem non ad operationem Dei, sed præscientiam spectare. At istas argutias non recipiunt tot scripturæ locutiões, quę plus aliquid Dei, quã præscientiã, interuenire

Rom.9

2.Corin.4. Ephe.2.

Li. de præ dest. & gratia.

uenire clare ostẽdunt. Et Augustinus ipse libro contra Iulianum 5. longa oratione contendit, non permissionis tantum aut patientiæ diuinę esse peccata: sed etiã potẽtiæ, ut sic priora peccata puniantur. Similiter quod de permissione afferunt, dilutius est, q̃ ut subsistat. Sæpissime excæcare dicitur Deus & indurare reprobos, eorum corda uertere, inclinare, impellere. Id quale sit, nequaquam explicatur, si confugitur ad præscientiã aut permissionem. Nos ergo duplici ratione respondemus id fieri. Siquidem cum, sublato eius lumine, nihil quam caligo & cæcitas supersit: cum, ablato eius spiritu, corda nostra in lapides obdurescant: cum, cessante eius directione, in obliquitatem contorqueantur: rite excæcare, indurare, inclinare dicit̃, q̃bus facultatẽ uidẽdi, parẽdi, recti exequendi, adimit. Secũda ratio, quæ multo propius accedit ad uerborum proprietatem, quòd ad exequenda sua iudicia per ministrum iræ suæ Sathanam, & consilia eorum destinat, quo uisum est, & uoluntates excitat, & conatus firmat. Secundũ priorẽ rationẽ illud uidetur dictum. Aufert labium à ueracibus, & rationẽ tollit à senioribus. Aufert cor ab ijs, qui præsunt populo terræ, errare eos facit per inuium. Item hoc: Mittet illis Deus efficaciã seductionis, ut credant mendacio. Item. Quare demẽtasti nos, domine, induraſti cor nostrum, ne timeamus te? Quandoquidẽ indicant potius, quales Deus homines faciat deserendo, quam qualiter opus in ipsis suum peragat. At sunt alia testimonia, quæ ultra procedunt. Qualia sunt de Pharaonis indu ratione. Indurabo, inquiebat Dominus, cor Pharaonis, ne uos audiat, ac dimittat populum. Postea dicit se aggrauasse cor illius, & roborasse. An indurauit, non emolliendo? Id quidem uerum est. sed plus aliquid fecit, quòd obstinatione, eius pectus obfirmandum Sathanæ mandauit, unde prius dixerat. Tenebo cor illius. Egredit̃ populus ex Aegypto, prodeunt obuiã infesti regionis incolæ. unde excitati? Moses certe populo asserebat, Dominum fuisse, qui corda eorum roborasset. Propheta uero eandem historiam recitans, dicit ipsum uertisse corda eorum, ut odio haberent populum suum. Iam dicere non possis, destitutos Domini consilio, impegisse. Nã si roborantur & uertuntur, destinato inflectuntur ad id ipsum. Ad hæc, quoties in populi transgressiones uindicare illi placuit, quomodo opus suum in reprobis adimpleuit? ut uideas efficaciam agendi penes ipsum fuisse, illos ministerium duntaxat præbuisse. Quare nunc sibilo suo euocaturum se illos minabatur. Nunc instar Sagenæ, sibi fore, ad irretiendos: nunc malei instar, ad feriendos Israelitas. Sed præcipue tum declarauit quam non sit ociosus in illis, dum Semnacherib, securim uocat, quæ ad secandum manu sua, & destinetur, & impingatur. Non male alicubi Augustinus ita definit. Quòd ipsi peccant, eorum esse: quòd peccando hoc uel illud agant, ex uirtute Dei esse, tenebras, prout uisum est, diuidentis. Porrò Sathanæ ministerium intercedere ad reprobos instigandos, quoties huc atque illuc Dominus, prouidentia sua eos destinat, uel ex uno loco satis constiterit. Dicitur enim sæpius in Samuele: quod Saulem aut raptauerit, aut dimiserit Spiritus Domini malus. Ad Spiritum sanctum id referre nefas est. Spiritus ergo impurus, Dei spiritus uocatur, quia ad eius nutum potentiamque respondet, instrumentum magis ipsius in agendo, quam à seipso autor. Longo tamen discrimine semper distat in eodem opere, id q̃d agit Dominus, ab eo quod Sathan, & impij moliuntur. Ille mala instrumenta, quæ sub manu habet, & uersare quolibet potest, seruire iustitiæ suæ facit. Hi, prout mali sunt, nequitiam, ingenij prauitate conceptã, effectu pariunt. Reliqua quæ ad uindicandam calumnia Dei maiestatem, tum præcidendam impijs tergiuersationem pertinent, in capite de prouidentia exponentur. Hic enim breuiter propositũ modo fuit, quo modo in reprobo homine regnet Sathan, quomodo in utroq; agat Dominus, indicare.

Iob. 12
2. Thess. 2
Iere. 50
Exo. 4. et 7
Exod. 10
Exod. cd. 3.
Deut. 2
Psalm. 105.
Iesai. 5. 7.
Ezechi. 12 & 17.
Ierem. 50.
Iesai. 10
De præde. sanctorum
1. Samu. 16 18. 19.

In actionibus autem, quæ nec iustæ per se, nec uitiosæ sunt, & ad corpoream magis, quam spiritualem uitam spectant, quam libertatem obtineat homo, nondum explicatum est. Nonnulli in talibus liberam ei electionem concesserunt. Magis arbitror, quod de re non magni momenti disceptare nolebant, quàm

quod

quod asserere pro certo uellent illud ipsum quod concesserunt. Ego & si eos qui nullas esse sibi ad iustitiam uires tenent, quod in primis ad salutem cognitu necessarium est, tenere fateor: non tamen puto hanc quoque partem negligendam, ut nouerimus specialis esse gratiæ Domini, quoties in mentem uenit eligere, quod ère nostra est, quoties eò uoluntas inclinat: rursum quoties & mens, & animus refugit, quod alioqui erat nociturum. Atque huc se protendit diuinæ prouidentiæ uis, non modo ut rerum euentus succedant, quemadmodũ expedire prospexerit: sed ut uoluntates quoq; hominum eodem tendant. Equidem si sensu nostro reputamus rerum externarum administrationem, nihil dubitabimus, eatenus sub humano arbitrio sitas esse: uerum si aures tot testimonijs præbemus, quæ Dominum in his quoq; regere animos hominum clamant, arbitrium ipsum speciali Dei motioni subijciemus. Quis Aegyptiorum uoluntates Israelitis conciliauit, ut preciosissima quęq; uasa illis commodato darent? Nunquam eo animum ipsi suapte sponte induxissent. Ergo eorum animi Domino magis suberant, quàm à seipsis regebantur. Quis animum Absoloni auertit, ab amplexando consilio Achitophel, quod esse uice oraculi solebat? Quis flexit Rehabeam, ut iuuenili consilio persuaderetur? Excipiet quispiam, esse hæc singularia exempla, ad quorum regulam exigi nequaquam uniuersa debeant. Ego uero dico, sufficienter ijs probari quod contendo. Deum, quoties uiâ facere uult suæ prouidentię, etiam in rebus externis hominum uoluntates flectere, & uersare: nec ita esse liberam ipsorum electionem, quin eius libertati Dei arbitrium dominetur. uelis nolis, animum tuũ à motione Dei potius, quàm ab electionis tuæ libertate pendere, hęc quotidiana experientia reputare coget: quòd te in rebus minime perplexis, iudiciũ & mens sæpe deficit, in rebus factu nõ arduis animus flaccescit. Rursum in rebus obscurissimis, expeditum statim offertur consilium in magnis & periculosis, animus omni difficultate superior suppetit. Atque ita interpretor, quod ait Solomo, ut auris audiat, ut oculus uideat, Dominus facit utrunque. Non enim mihi de creatione loqui uidetur, sed peculiari functionis gratia. Cum uero scribit, Dominum cor regis, quasi riuos aquarum, in manu sua tenere, & inclinare quocunque uoluerit: sub una profecto specie totum genus comprehendit. si cuius enim uoluntas omni subiectione soluta est, id iuris regiæ uoluntati maxime competit: quæ in alias quodammodo regnum exercet. Quod si illa Dei manu flectitur, neque nostra eximetur ea conditione. Hac de re insignis extat Augustini sententia. Scriptura si diligenter inspiciatur, ostendit non solum bonas hominum uoluntates, quas ipse facit ex malis, & à se factas in actus bonos, & uitã dirigit æternam: uerum illas, quæ conseruant sęculi creaturam, ita esse in Dei potestate, ut eas quò uoluerit, quando uoluerit, faciat inclinari, uel ad præstanda beneficia, uel ad pœnas infligendas, occultissimo quodam iudicio, sed iustissimo. De gratia & libero arbitrio ad Valent. Cap. 20. Hic meminerint lectores, ab euentu rerum non esse æstimandam humani arbitrij facultatem quod imperiti quidam præpostere facere solent. Ex eo enim pulchre & ingeniose sibi uidentur humanam uoluntatem conuincere seruitutis, quòd ne summis quidem monarchis, omnia ex sententia fluant. Atqui facultas ista, de qua loquimur, intra hominem consideranda est, non ab extraneo successu metienda. Siquidem in liberi arbitrij disputatione, non hoc quæritur: An homini, quęcunque animo deliberarit, perficere & exequi per externa impedimenta liceat: sed an in re qualibet liberam habeat & iudicij electionem, & uoluntatis affectionem? Quæ utraque si hominibus suppetat, non minus liberi arbitrij Attilius Regulus erit, angustijs dolij aculeati inclusus, quàm Augustus Cæsar, magnam orbis terrarum partem nutu suo gubernans.

Exod. 11.

2. Samu. 17

1. reg. 12

Prouer. 20

Prouer. 21.

De humani arbitrij seruitute satis dictum uideri posset, nisi, qui falsa libertatis opinione præcipitare ipsum conantur, suas ex aduerso quasdam rationes obtenderent, ad sententiam nostram oppugnandã. Congerunt primo absurda non nulla, quibus eam in odium trahant, tanq̃ à sensu quoq; communi abhorrentem.

Postea

Postea scripturæ testimonijs cum ea congrediuntur. Vtrasq; machinas ordine re
tundemus. Si peccatum, aiunt, necessitatis est, iam desinit esse peccatum: si uolun
tarium est, ergo uitari potest. Hęc Pelagij quoque arma erant, ad impetendū Au=
gustinum: cuius tamen nomine illos nolumus prægrauari, donec de re ipsa satisfa
ctum à nobis fuerit. Nego igit peccatū ideo minus debere imputari, quòd neces=
sarium est. Nego rursum consequi quod inferunt, euitabile esse, quia uoluntariū
sit, si quis enim disceptare cum Deo uelit, & hoc prętextu, iudicium subterfugere,
quoniam aliter non potuerit: habet paratam responsionem. perditio tua Israel: in *Oseæ. 13.*
me tantummodo auxilium tuum. Vnde enim ista, quam causatur, impotētia, nisi
ex naturę uitiositate? Vnde porrò uitiositas, nisi quod homo defecit à suo opifice?
Huius defectionis si merito rei tenent uniuersi homines: ne se necessitate excusa=
tos putent, in qua ipsa luculentissimā habent damnationis suę causam. secundum
ratiocinationis membrū uitiosum est: quia à uoluntario deductionē habet ad libe
rum. Nos autē supra euicimus, uoluntarie fieri, q̄d liberę tamē electioni non sub=
iaceat. Subijciunt, nisi ex libera arbitrij electione tū uirtutes, tū uitia procedūt, nō
esse consentaneū, ut homini uel pœna infligatur, uel præmium rependat. Hoc ar=
gumentum, & si Aristotelicū est, fateor tamē à Chrysostomo & Hieronymo ali= *In Epistol. ad Ctesi=*
cubi usurpatum. Pelagianis tamen fuisse familiare nec ipse Hieronymus dissimu *phontē & dialogo. 1*
lat, ac ipsorum etiam uerba refert. Quod si gratia Dei in nobis agit: illa ergo, non
nos qui nō laboramus, coronabitur. De pœnis respondeo, illas iure nobis irroga
ri, à q̄bus peccati culpa emanat. Quid enim refert, libero ne iudicio, an seruili, mo=
do uoluntaria cupiditate peccetur? præsertim cū inde peccator arguat homo, qa
est sub seruitute peccati. Quantum ad iustitię prędmia: Magna uero absurditas, si
fateamur illa ex Dei benignitate potius, q̄ propijs meritis, dependere. Quoties
hoc apud Augustinum recurrit? Non merita nostra Deum coronare, sed sua do=
na. Præmia autē uocari, non quæ meritis nostris debeantur, sed quæ gratijs iā col
latis retribuantur. Acute sane hoc animaduertunt, nullum iam superesse locū me=
ritis, si non ex liberi arbitrij fonte prodeunt, sed quod istud tantopere dissentaneū
ducunt, longe aberrant. Neq; em̄ dubitat Augustinus passim pro necessario do=
cere, q̄d ita nefas cōfiteri putant, quemadmodū ubi dicit. Merita quorūlibet ho=
minū quę sunt? quādo ille nō cū mercede debita, sed cū gratuita gratia uenit, oēs
peccatores solus à peccatis liber ac liberator inuenit. Itē, Si reddet tibi q̄d debetur, *Epistol. 52.*
puniendus es. Quid ergo fit? Nō tibi reddit Deus debitā pœnā, sed donat indebi
tā gratiā. Si uis esse alienus à gratia, iacta merita tua. Item, Nihil es per te. Peccata *In Psal. 31.*
sunt tua: merita autē Dei. Supplicium tibi debetur; & cū præmium uenerit, sua do *In Psal. 70.*
na coronabit, non merita tua. sed quid longiorē catalogum texere necesse est, cū
subinde tales sententię in eius scriptis recurrant? Atqui melius etiamnum hoc er=
rore liberabit eos Apostolus: si audiāt, quo ex principio sanctorū gloriā deducat.
Quos elegit, eos uocauit: q̄s uocauit, eos iustificauit; q̄s iustificauit, eos glorifica=
uit. Cur ergo, teste Apostolo, coronant fideles? Quia Dñi misericordia nō sua in
dustria, & electi sunt, & uocati, & iustificati. Facessat ergo inanis hic timor, nulla
fore amplius merita, si liberū nō stabit arbitriū. Stultissimū. n. est, ab eo absterreri,
ac refugere, quò nos scriptura uocat. Si omnia accepisti (ait) q̄d gloriaris, quasi nō
acceperis? Vides ob id ipsum libero arbitrio adimere eū oia, ne quē meritis locū
relinquat, sed. n. ut diues Dñs est benefaciēdo, quas gratias in nos cōfert, quia no
stras facit, perinde ac nostras uirtutes remuneratur. Addunt quod ex Chrysosto=
mo (Homil. 22. in Genesim) sumptum uideri potest. Quod si hæc non sit uolun=
tatis nostræ facultas, bonum aut malum eligere, aut omnes eiusdem naturę parti=
cipes malos esse oporteret, aut oēs bonos. Nec lōge abest ab eo, q̄cūq; est scriptor
ille operis de uocatiōe gentiū, q̄ sub Ambrosij nomine circumfert: qui ratiocinat
neminē unq̄ à fide fuisse recessurum, nisi mutabilitatis conditionē Dei gratia no= *li. 2. cap. 4.*
bis relinqueret. In quo mirum est tantos uiros sibi excidisse. Quomodo enim
Chrysostomo in mentē non uenit, electionē Dei esse, que inter homines sic discer
nat? Nos quidem concedere minime formidamus q̄d Paulus magna cōtentione
asserit,

asserit, omnes simul prauos esse & malitiæ deditos. sed cum illo subijcimus, Dei misericordia fieri, ne omnes in prauitate permaneant. Ergo cum pari morbo laboremus naturaliter omnes, soli illi conualescunt, quibus medicam manum admouere domino placuit. Alij, quos iusto iudicio prætermittit, in sua putredine tabescunt, donec absumãtur. Nec aliunde est quod alij ad finem perseuerant: alij incœpto cursu prolabũtur. siquidem & ipsa perseuerantia, donum Dei est, quod non omnibus promiscue largitur: sed quibus uisum est, impertit. Si causa differentiæ requiritur, cur alij cõstanter perseuerẽt, alij instabilitate deficiant: nõ alia nobis constat, nisi q̃d illos sua uirtute roboratos sustinet Dñs, ne pereãt: his, quò sint humanæ inconstantiæ documenta, non eandem uirtutẽ administrat. Instant præterea, frustra exhortationes suscipi, superuacuum esse admonitionum usum, ridiculas esse obiurgationes, nisi sit penes peccatorem parere. similia olim cum obiectarentur Augustino, libellum de correptione & gratia scribere coactus fuit. Vbi & si copiose illa diluit: ad hanc tamen summam aduersarios reuocat. O homo, in præceptione cognosce quid debeas agere. In correptione cognosce, tuo te uitio non habere: in oratione cognosce, unde accipias, quod uis habere. Primum non soli sumus in hac causa: sed Christus & omnes Apostoli. Viderint isti quomodo superiores euadent in certamine, quod cum talibus antagonistis suscipiunt. Christus qui testatur nos sine se nihil posse, an ideo minus reprehendit & castigat eos, qui extra seipsum male agebant? an ideo minus exhortatur, ut quisq; bonis operibus incumbat? Paulus quàm seuere in Corinthios inuehitur ob charitatis neglectum? Iisdem tamen demum charitatem à Domino dari flagitat. Testatur in Epistola ad Romanos, non esse uolentis neq; currentis, sed miserentis Dei: non desinit tamen postea & admonere & hortari & corripere. Cur nõ ergo Dominum interpellãt? ne ita ludat operã, ab hominibus ea exigendo, quæ solus ipse dare potest. Ea castigando, quæ gratiæ eius defectu admittuntur. Paulum cur non admonent, ut parcat ijs, quorum in manu non est uelle aut currere, nisi præeunte Dei misericordia, quæ nunc ipsos destituit? Quasi uero non optima doctrinæ suæ ratio Domino constet, quæ in promptu se offert religiosius quærentibus. Doctrina certe, & exhortatio, & obiurgatio quantum per se efficiant ad animum immutandum, indicat Paulus, dum scribit, neque qui plantat esse aliquid, neq; qui rigat; sed Dominum, qui incrementum dat, solum efficaciter agere. Quorsum ergo exhortationes? Nempe si ab obstinato corde contemnuntur, in testimonium illi futurę sunt, ubi ad Domini tribunal uentum fuerit, quin etiam iam nunc illius conscientiam uerberant ac feriũt: quia utcunq; irrideat, improbare tamen non potest. Sed quid faciat? quando cordis mollities, quæ ad obedientiam necessaria erat, illi denegatur? Imo quid tergiuersatur, cum duritiem nulli, nisi sibi ipsi, imputare queat? Itaque impij libenter eas eludere parati, si liceat, uelint, nolint, earum uirtute confunduntur. Præcipua autem utilitas erga fideles consideranda est: in quibus ut omnia per Spiritum suum agit Dominus, ita uerbi sui instrumentum non prætermittit: & illud ipsum non sine efficacia usurpat. stet ergo quod uerum est, totam piorum uirtutem in Dei gratia sitam esse. Cur iam admonentur officij sui: ac non potius sinuntur Spiritus directioni? Cur hortationibus sollicitantur? quando feliciter magis nequeant, quàm fert Spiritus incitatio. Cur castigantur, si quando à uia deflexerunt? quando necessaria carnis infirmitate lapsi sunt. O homo, quis es qui legem imponas Domino? si ad recipiendam hanc ipsam gratiam, qua fit ut hortationi pareatur, per hortationem uult nos præparari: quid habes quod in ea œconomia mordeas, uel suggilles? si nihil exhortationes reprehensionesq; apud pios aliud proficerent, nisi ut peccati redarguerent: essent eo ipso reputandæ non prorsus inutiles. Nunc cum, agente intus Spiritu, ad inflammandum boni desiderium, ad discutiendum torporem, ad eximendam iniquitatis uoluptatem, & uenenatam dulcedinem: contra autem, ad odium tedium q; generandum, plurimum ualeãt, quis audeat superfluas cauillari? si quis clariorem desiderat responsionem, sic habeat. Bifariam Deus in electis suis operatur, intus per Spiritum, extra per uerbum.

2. Corinth. 3

verbum. Spiritu mentes illuminando, corda in iustitiæ amorem cultumq; formando, nouam eos creaturam facit. Verbo ad eandem renouationem expetendam, quærendam, assequendam, excitat. Vtroq; manus suæ efficaciam, pro dispensationis suæ modo, exerit. Verbum idem dum reprobis destinat, & si non in eorum correctionem, in alium tamen usum valere facit: quò & in præsens conscientiæ testimonio urgeantur, & in iudicij diem magis reddantur inexcusabiles.

In congerendis scripturæ testimonijs ualde sunt laborioſi. Idq; sedulo faciunt. Vt quoniam pondere nequeunt, numero saltem nos adobruant. Sed quemadmodum in prælijs, ubi ad manus uentum est, imbellis multitudo, quantumlibet pompæ & ostentationis habeat, paucis ictibus protinus funditur ac fugatur: ita nobis facilimũ erit, illos cum sua turba disijcere. Quia enim in pauciſſimos scopos coeunt loci omnes, quibus aduersum nos abutunt: ubi in suas classes distributi fuerint, compluribus, una responsione, satisfiet: singulis dissoluendis incumbere necesse non erit. Præcipuum robur locant in præceptis quæ putant facultatibus nostris sic attemperata esse, ut quicquid ab illis exigi probatum sit, his præstari posse, necessario consequatur. Ergo singula percurrunt, & ex illis virium nostrarũ modum metiuntur. Aut enim, inquiunt, illudit nobis Dominus, cum sanctitatẽ, pietatem, obedientiã, castitatem, dilectionem, mansuetudinem imperat, cum immunditiam, idololatriam, impudicitiam, iram, rapinam, superbiam, & similia interdicit: aut ea tantum requirit, quæ sunt in nostra potestate. Porro omnia fere, quæ accumulant, præcepta in tres species distinguere licet. Alia primã ad Dominum conuersionem exigunt: alia simpliciter de legis obseruatione loquuntur: alia perseuerare in recepta Dei gratia iubent. De omnibus in genere disseramus, tum descendemus ad formas ipsas. Hominum facultates ad diuinæ legis præcepta extendere, vulgare id quidem iam diu esse cœpit, & nonnullam speciem habet: sed à rudissima legis ignorantia prodijt. Nam qui pro ingenti piaculo ducũt, si dicatur legis obseruationem esse impossibilem, ualidissimo scilicet argumento insistunt: frustrà aliàs datam esse legem. perinde enim loquuntur, ac si nusq; Paulus de lege loqueretur esset. Quid enim quæso ista sibi uolunt? legẽ propter transgressiones positam esse, per legem esse cognitionem peccati, legem peccatum efficere, subingressam esse, ut abundaret delictum. an ad nostras uires limitandam fuisse, ne frustra daretur? Quin potius longe supra nos positam: quo impotentiam nostram conuinceret. Equidem si scriptura nihil aliud doceret, quàm legem, esse uitæ regulã, ad quã studia nostra componere debeamus, ego quoq; citra morã pedibus in eorum sententiã descenderem. Sed cum multiplicem legis usum diligenter ac perspicue nobis explicet, ex illa potius interpretatione, quid lex in homine ualeat, considerare cõuenit. Quantũ præsentis causæ refert: simul quid agendũ sit, nobis præscripsit, obediendi uirtutẽ à Dei bonitate esse docet. Ideoq; ad preces inuitat, quibus eam nobis dari postulemus. Si solum extaret imperium, nulla promissio: tandæ essent uires, an ad respondendum imperio sufficerent. sed cum simul promissiones connectantur, quæ in diuinæ gratiæ auxilio, non modo subsidium, sed totam uirtutem nobis esse sitã clamant: illę satis superq; testantur, nos prorsus ineptos, nedum impares, obseruandæ legi esse. Quare ne amplius ista uiriũ nostrarum cum legis præceptis proportio urgeatur: ac si Dominus quã in lege daturus erat iustitiæ regulã, ad modulum nostræ imbecillitatis exegisset: magis ex promissionibus reputandum, quam simus ipsi à nobis imparati, qui omni in parte tantopere eius gratia indigemus. sed cui, aiunt, ueriſimile fiet, Dominum truncis ac lapidibus legem destinasse? Neq; id quispiam persuadere molitur. Non enim aut impij saxa sunt, aut stipites, dum aduersari Deo suas libidines per legem edocti, suo ipsorum testimonio rei fiunt: aut pij, dum suæ impotentiæ admoniti, ad gratiam confugiunt. Quo pertinent istæ solemnes Augustini sententiæ. Iubet Deus quæ non possumus, ut nouerimus quid ab ipso petere debeamus. Magna est præceptorum utilitas, si libero arbitrio tantum detur, ut gratia Dei amplius honoretur. Fides impetrat, quod lex imperat. imo ideo lex imperat, ut impetret fides, q̃d

In enchi. ad Laurẽt de gratia & lib. arb. cap. 16. Homil. 29. In Ioan. Epist. 24.

imperatum erat per legem, imo fidem ipsam exigit à nobis Deus: & non inuenit q̃d exigat, nisi dederit quod inueniat. Itẽ: Det Deus q̃d iubet, & iubeat q̃d uelit.

Id recensendis tribus præceptorum formis, quas superius attigimus, clarius cernetur. Iubet sæpius Dominus, tum in lege, tũ in Prophetis, ut ad se conuertamur. Ierem. 31. At succinit ex aduerso Propheta. Conuerte me Domine, & cõuertar. postq̃ enim conuertisti me, egi pœnitentiam &c. Iubet ut præputia cordis nostri circumcidamus: At per Mosen denunciat, istam circumcisionem manu sua fieri. Cordis nouitatem passim requirit. Deut. 30. sed alibi abs se dari testatur. Quod autem promittit Deus Ezechi. 36 ut Augustinus ait, non facimus ipsi per arbitrium uel naturã: sed facit ipse per gra- Ierem. 31. tiam. Atq̃ hęc obseruatio est, quam idem ipse inter regulas Tironij. 5. loco enumerat: ut bene distinguamus inter legem & promissiones uel inter mandata & gratiã. Eant nunc, qui ex præceptis colligunt, ecquid homo ualeat, ad obedientiam, ut Dei gratiam perimant: per quam præcepta ipsa adimplentur. Secundi generis prȩcepta simplicia sunt: quibus Deũ colere, eius uoluntati seruire et adhȩrere, eius placita obseruare, eius doctrinã sequi iubemur. Sed innumeri sunt loci, qui testificentur illius esse donum, quicquid iustitię, sanctitatis, pietatis, puritatis haberi potest. Ex tertio genere erat illa, quæ à Luca refertur Pauli & Barnabæ exhortatio ad fideles, ut in gratia Dei permanerent. Sed unde illa constantiæ uirtus Actor. 13. petenda sit, alio loco idem Paulus tradit. Quod superest, inquit, fratres, sitis fortes Ephe. 6. per Dominum. Alibi uetat, ne contristemus Spiritum Dei, quo obsignati sumus 1. Thessa. 1 in diem redemptionis nostræ. Sed quod illic exigit, quia præstari ab hominibus nõ poterat, Thessalonicensibus à Domino imprecatur. Nempe ut dignos habeat eos Dominus uocatione sua sancta, & impleat bonum omne propositum bonitatis suæ, opusq̃ fidei in illis. Cauillantur hæc omnia testimonia astutiores: quia nihil impediat, quo minus ipsi conferamus nostras uires, & infirmis conatibus Deus suppetias ferat. Afferunt etiã locos ex Prophetis, ubi conuersionis nostræ effectus inter Deum & nos uidetur dimidiari. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Quales nobis suppetias Dominus ferat, supra demonstratum est: neq̃ hic opus est repetere, unum hoc duntaxat mihi concedi uolo, frustra implendæ legis facultatem in nobis requiri: quia eius obedientiam nobis Dominus imperet, quando cõstat omnibus Dei præceptis adimplendis & necessariã esse gratiã legislatoris, & nobis ꝓmissam. Neq̃ eorum errori adstipulat̃ sententia illa. Cõuertimini ad me & cõuertar ad uos. Siquidẽ illic Dei conuersio notatur, non qua cor nostrum ad resipiscentiã renouat: sed qua se beneuolũ ac propitium, rerũ prosperitate, testat̃: quemadmodũ rebus aduersis offensiones interdũ indicat. Quoniã igitur multis miseriarum & calamitatum formis uexatus populus auersum à se Deum querebatur: respondet, non defuturam illis suam benignitatem, si ad uitę rectitudinem, & ad se ipsum, qui est iustitiæ exemplar, redeant. Perperam ergo detorquetur locus, dum eo trahitur, ut opus conuersionis uideatur inter Deum & homines partiri. Hæc eo breuius perstrinximus, quod huic argumento proprius in legis tractatione locus erit.

Secundus argumentorũ ordo superiori finitimus est. Allegant promissiones, quibus Dominus cum uoluntate nostra paciscitur. Quales sunt. Quęrite bonitatem & non malitiam, & uiuetis. Si uolueritis & audieritis, bona terræ comedetis. Amos. 5. Iesai. 1. Quod si nolueritis, gladius deuorabit uos, quia os Domini locutum est. Item, si Ierem. 4. abstuleris abominationes tuas à facie mea, nõ expelleris, si audieris uocem Domi- Deut. 28. ni Dei tui, ut facias & custodias omnia mãdata eius, faciet te Dominus excelsiorẽ Leuit. 27. cunctis gentibus terræ. Et reliquę similes. Importune & per ludibriũ, quæ dominus in promissionibus offert beneficia, uolũtati nostrę delegari putãt: nisi nostrũ sit, illa uel stabilire, uel irrita facere. Et sane rẽ istam facundis querimonijs amplificare promptũ est. Nos crudeliter à Dño illudi, cum benignitatẽ suam à uoluntate nostra pendere denunciat: si uoluntas ipsa nostra nõ est. Egregiã uero fore hanc liberalitatẽ Dei, si beneficia sua ita nobis exponat, ne fruendi ulla sit facultas. Mirã promissionũ certitudinẽ: quę ut nunquã impleantur, à re impossibili dependeãt.

De pro-

De promissionibus eiusmodi, quæ conditionem habent appositam, alibi dicemus: ut palam futurum sit, in earum impossibili complemento nihil esse absurdi. Quantum ad hunc locum attinet, nego Dominum inhumaniter illudere nobis, dum nos ad beneficia sua demerenda inuitat, quos nouit esse prorsus impotentes. Siquidem cum fidelibus iuxta & impijs offerãtur promissiones, suũ apud utrosque usum habent. Quemadmodum præceptis impiorũ conscientias pungit Deus, ne suauiter nimium in peccatis delitientur, nulla iudiciorum suorũ memoria: ita in promissionibus quodammodo eos attestatur, quam indigni sint sua benignitate. Quis enim æquissimum & conuenientissimum esse neget, Dominum ijs benefacere, à quibus colitur? maiestatis autem suæ contemptores pro sua seueritate ulciscí? Rite ergo & ordine agit Dominus, dum impijs peccati compedibus deuinctis hanc legem in promissionibus dicit, tum demum sua beneficia percepturos, si à prauitate discesserint: uel ob hoc solum, ut intelligant se ab ijs merito excludi, quæ ueris Dei cultoribus debentur. Rursum, quia modis omnibus ad implorandam suam gratiam fideles extimulare studet: nequaquam erit absonum, si quod illum, multo cum fructu, agere præceptis erga eos ostendimus, id quoq; promissionibus tentet. De uoluntate Dei præceptis edocti, miseriæ nostræ admonemur, qui sic ab illa, toto pectore, dissidemus, simul instigamur ad inuocandum eius spiritum, per quem in rectam uiam dirigamur. sed quia præceptis ignauia nostra non satis acuitur: subduntur promissiones, quæ dulcedine quadam ad eorũ amorem nos alliciant. Quò autem maiore tenemur iustitiæ desiderio, eo simus ad quærendam Dei gratiam feruentiores. En quomodo illis obtestationibus. si uoluerítis, si audieritis, neque uolendi audiendiue liberam facultatem nobis Dominus tribuat: neq; tamen ob impotentiam ludíbrio habeat.

Habet & tertia classis multam cum illis affinitatem. Locos enim producunt, quibus ingrato populo Dominus exprobrat, per eũ duntaxat stetisse, quo minus ab indulgentia sua omne genus bonorum receperit. Cuius generis sunt isti. Amalek & Cananæus ante uos sunt, quorum gladio corruetis: eo quod nolueritis acquiescere Domino. Quia vocaui vos, & non respondistis, faciam huic domui sicut feci Silo. Item. hæc gens non audiuit uocem Domini Dei sui nec recepit disciplinam: ideo proiecta est à Domino. Item. Quia indurastis cor vestrum & noluistis obedire Domino, hæc omnia mala euenerunt uobis. Tales exprobrationes, inquiũt, quomodo aduersus eos congruerent, quibus extemplo respondere liceat? nobis uero prosperitas cordi erat: aduersa timebamus. Quod autem illius adiscendæ, horum uitandorum causa, Domino non paruimus, nec uocem eius auscultauimus, eo factũ est, quia peccati dominationi obnoxijs liberũ non fuit. Frustra igitur mala nobis exprobrantur, quæ effugere non fuit nostræ potestatis. sed, omisso necessitatis obtentu, in quo infirmum est ac futile patrocinium: rogo, possint ne culpã deprecari? Nam si culpæ alicuius tenentur conuicti: non abs re Dominus exprobrat, eorum peruersitate factum esse, quo minus suæ clementiæ fructum sentirent. Respondeant ergo, possint ne inficiari, causam contumaciæ, prauã suam uoluntatem fuisse? si mali fontem intra se reperiunt: quid uestigandis extraneis causis inhiant? ne sibi ipsi fuisse exitij autores uideantur. Quòd si uerum est, suo, non alieno uitio, & diuinis beneficijs priuari peccatores, & ultionibus castigari: magna ratio est, cur istas exprobrationes ex ore Domini audiant. Vt si obstinate in uitijs pergant, discant in calamitatibus suam potius nequitiam accusare & detestari, quàm Deum iniquæ sæuitiæ insimulare: si docilitatem nõ exuerunt, peccatorum tædio capti, quorum merito miseros se ac perditos uident, in uiam redeant, ac idipsum seria confessione agnoscant, quod Dominus obiurgando commemorat, in quẽ usum illas, quę citant, Prophetarũ obiurgationes apud pios profeciſſe, ex solemni Danielis oratione constat, quæ habetur cap. 9. Prioris autẽ usus exemplum intuemur in Iudæis, quibus suarum miseriarum causam enarrare Ieremias iubetur, cum tamen nõ aliter casurum esset, quàm Dominus prędixerat. Loqueris ad eos omnia uerba hæc, & non audient te: uocabis eos, & non respondebunt

Ieremi. 7.

bunt tibi. Quorsum igitur canebatur surdis? ut nolentes acinuiti, intelligerent ue
rum esse quod audiebant: nefarium esse sacrilegium, si malorum suorum culpã,
quæ in ipsis residebat, Domino transscriberent. paucis his solutionibus expedire
te facillime possis ab immensa testimoniorum congerie: quam, ad erigendum li-
beri arbitrij simulachrum, hostes gratię Dei struere solent, tam ex præceptis, quàm
ex obtestationibus aduersus legis transgressores.

Citatur tamen de lege Mose testimonium, quod solutioni nostræ ualde aduer-
Deut. 30. sari uidetur. Nam ille populum, post legem promulgatam, hunc in modum con-
testabatur. Mandatum hoc, quod præcipio tibi hodie, non est occultum, neq; pro
cul positum, neq; in cœlo situm: sed iuxta te est in ore tuo, & in corde tuo, ut faci-
as illud. Hæc certe si de nudis præceptis dicta intelligantur: fateor ad causam prę
sentem, habere non parum momenti: Nam etsi eludere leuis operæ fuerit, quòd
hic non de obseruationis sed cognitionis facilitate & procliuitate agatur: nonnul
lum tamen scrupulum sic quoq; forsan relinquerent. Verum omnem nobis dubi
Roma. 10 tationẽ eximit Apostolus nõ ambiguus interpres: qui de Euangelij doctrina Mo
sen hic locutum esse affirmat. Quòd si quis refractarius cõtendat, uiolenter à Pau-
lo detorta fuisse, ut ad Euangelium trahi possent, quanquam impietate non care-
bit eius audacia, est tamen quo præter Apostoli autoritatem redarguatur. Nam
si de solis præceptis loquebatur Moses: uanissima confidentia populum inflabat.
Quid enim aliud, quam se præcipitassent, si legis obseruationem aggressi forent
suis viribus, tanquam sibi non difficilem? Vbi ergo legis obseruandæ ista tã ob-
uia facilitas: quando nullus, nisi per exitiale præcipitium, patet accessus? Proinde
nihil certius est, quàm Moses his uerbis misericordiæ fœdus comprehendisse,
quod unà cum legis exactione promulgarat. Nam & paucis ante uersibus docue
rat, circumcidi manu Dei oportere corda nostra, ut ipsum diligamus. Ergo hanc
de qua mox loquitur facilitatem, non in hominis uirtute: sed in ope ac præsidio
spiritus sancti posuit, qui opus suum potenter in nostra infirmitate peragit. Quã-
quàm nec de præceptis simpliciter intelligendus est locus: Sed magis de promis-
sionibus Euangelicis, quæ adeò comparandæ iustitię facultatem in nobis nõ sta-
biliunt, ut eam prorsus euertant. Id reputans Paulus, non sub dura illa ardua &
impossibili conditione salutem in Euangelio proponi, qua nobiscum lex agit.
(Nempe ut ipsam ij demum assequantur, qui mandata omnia impleuerint) sed
facili, expedita, & exposita accessus, hoc testimonio confirmat. Nihil ergo hoc te-
stimonium ad uindicandam humano arbitrio libertatem.

Obiectari solent & alij quidam loci: quibus ostenditur, Dominum interdum,
reducto gratiæ suæ subsidio, explorare homines, & expectare quorsum conuer-
Oseæ. 5. tant sua studia. Qualiter est apud Oseam. Vadam ad locum meum, donec ponãt
in corde suo, & quærant faciem meam. Ridiculum, aiunt, erat: si consideraret Do
minus, an Israel faciem suam quæsiturus esset, nisi flexibiles fuissent animi, q utro
uis suopte ingenio inclinare possent. Quasi uerò istud non sit in Prophetis usita-
tissimum Deo, speciem aspernantis ac proijcientis populum præ se ferre: donec cui
tam in melius emendarit, sed quid tandẽ ex talibus minis aduersarij elicient? si uo
lunt populum, à Deo derelictũ, conuersationem à se ipso posse meditari, tota scri-
ptura reclamante id facient. si necessariam Dei gratiam ad conuersionẽ fatentur,
quid nobiscũ litigant? At necessariã ita concedunt, ut suam homini uelint seruatã
facultatẽ. Vnde id probant? Certe non ex loco illo, neq; similibus. Aliud est enim
secedere ab homine: & respicere, quid, sibi permissus relictusq; agat: aliud uires
eius aliquantulas pro modo imbecillitatis adiuuare. Quid ergo, dicet quispiã, in-
sinuant istę formulę? Respondeo perinde valere, ac si ita loqueretur Deus. Quan
doquidem monendo, hortando, increpando, nihil apud cõtumacem hunc popu-
lum proficitur: subducam me paulisper, & eum afflictari tacitus sinã. Videbo an
aliquando eum post longas calamitates capiat mei recordatio, ut quærat faciem
meam. Abscedere autem Dominum procul, signat prophetiam submouere.
Speculari ecquid facturi sint homines, significat tacitum, & quasi se dissimulantẽ,

afflictio-

afflictionibus uarijs eos ad tempus exercere. Vtrumq; facit, quo nos magis humiliet. Citius enim contunderemur rerum aduersarum flagellis, quã corrigeremur: nisi spiritu suo nos ad eam docilitatem componeret. Porro ubi Dominus, infracta nostra peruicacia offensus, & tanquàm fatigatus, nos paulisper omittit, submoto scilicet verbo suo, in quo præsentiam quandam suam exhibere solet: & experimentum capit, quid se absente facturi simus: inde falso colligitur, aliquas esse liberi arbitrij uires, quas contempletur & exploret. Quando non in alium id finem facit, quàm ut ad recognoscendam nostrã ἀσθένειαν nos adigat.

Pugnant etiam ex perpetua loquendi ratione, quæ tum in scripturis, tum in hominum sermonibus obseruatur. siquidem bona opera nuncupantur nostra: & q̃d sanctum placitumq; Domino est, non minus facere, quam peccata perpetrare dicimur. Quod si peccata iure nobis imputantur, ueluti à nobis profecta: certe & in iustitijs aliquid nobis assignandum, eadem ratione, erit. Neq; enim consentaneum esset rationi, ut ea diceremur facere, quibus agendis proprio motu inhabiles, instar lapidum à Deo moueremur. Vt ergo Dei gratiæ primas demus: nostram tamen operam uel secundarias tenere partes, illæ locutiones indicant. Si unum illud urgeretur, bona opera, nostra nuncupari: ego uicissim obijcerem, panem nuncupari nostrum, quem nobis dari à Deo poscimus. Quid ex possessionis titulo percipient, quàm Dei benignitate ac gratuito munere nostrũ fieri, quod minime alias nobis debebatur? Ergo aut eandem in oratione Dominica rideant absurditatẽ: aut ne pro ridiculo habeant, quod nostra uocantur bona opera, in quibus nihil habemus propriũ nisi ex Dei largitate. Atqui istud aliquanto est ualidius, quòd nos ipsos Deum colere, seruare iustitiam, obedire legi, bonis operibus studere, scriptura sæpe affirmat. Hæc cũ sint propria mentis & uoluntatis officia quomodo conueniret ad spiritum hæc referri, & simul nobis tribui: nisi quædam esset studij nostri cum diuina uirtute communicatio? His tricis nullo labore nos exoluemus, si rite modum reputemus, quo in sanctis agit spiritus Domini. Extranea est illa similitudo, qua nos inuidiose grauant. Quis enim ita desipit, ut hominis motionẽ à iactu lapidis nihil differre autumet? Neque uero quidquam simile consequitur ex nostra doctrina. In naturales hominis facultates referimus, approbare, respuere: uelle, nolle, eniti, resistere, approbare uanitatem, respuere solidum bonũ: uelle malum, nolle bonum: eniti ad nequitiam, resistere iustitiæ. Quid hic agit Dominus? si eiusmodi prauitate uti uult, tanquam iræ suæ instrumento, dirigit ac destinat quo libuerit: ut per uitiosam manũ, bonum suũ opus exequatur. Scelestũ igitur hominẽ, qui Dei potentiæ sic seruit, dum libidini tantũ suæ obsequi studet, an cũ saxo conferemus, qui alieno impetu uibratus, nec motu, nec sensu, nec uoluntate propria fertur? uidemus quantum sit discriminis. Quid uero in bonis? de quibus præcipua est quæstio. Vbi regnum in illis suum erigit, uoluntatem, ne uagis libidinibus sursum deorsum raptetur pro naturæ inclinatione, per spiritum suum cohibet: quo in sanctitatem ac iustitiam propendeat, ad iustitiæ suæ regulam flectit, componit, format, dirigit, ne titubet aut cõcidat, spiritus sui uirtute stabilit & confirmat. Hinc apparet, gratiam Dei esse Spiritus regulam, ad dirigendã ac moderandam hominis uoluntatem. Moderari non potest, quin corrigat, quin reformet, quin renouet. Vnde dicimus principium regenerationis esse, ut quod nostrum est aboleatur. simul quin moueat, agat, impellat, ferat, teneat. unde uere dicimus, illius in solidum esse omnes, quæ inde emanant, actiones. Interim non negamus uerissimum esse, quod Augustinus docet, nõ destrui gratia uoluntatem: sed magis reparari. Quia utrumq; optime cõstat. ut instaurari dicatur hominis uoluntas, dum, correcta uitiositate & peruersitate, ad ueram iustitiæ regulam dirigitur: & simul noua in homine uoluntas dicatur creari, quia sic uitiata corruptaq; est, vt nouum penitus ingenium induere necesse habeat. Nihil iã obstat, quo minus rite agere dicamur, quod agit Spiritus Dei in nobis, citra propriæ uirtutis, cum illius gratia, communicationem. Primum, quia nostrum est, Dei benignitate, quidq̃d operatur in nobis: modo non à nobis esse intelligamus. Deinde quia nostra est

mens, noſtra voluntas, noſtrum ſtudium, quæ ab eo in bonum diriguntur.

Quæ præterea hinc inde teſtimonia corradunt, mediocribus etiam ingenijs nō multum faceſſent negocij, quæ ſuperiores modo ſolutiones probe imbiberint. Ci
Gene. 4. tant ex Geneſi ſententiam illam. ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illi: quam de peccato interpretantur: ac ſi Cain promitteret Dominus, nō fore in animo eius vim ſuperiorem peccati: ſi in eo perdomando laborare uellet. Nos autē magis congruere dicimus ordini orationis, ut de Abele accipiatur hoc dictū. Illic enim iniquitatem inuidię, quam in fratrem Cain conceperat, arguere propoſitum eſt Domino. Id facit duplici ratione. Quod fruſtra meditabatur ſcelus, quo fratrē præcelleret apud Dominum: apud quem nullus eſt honor, niſi iuſtitiæ. Quod nimium ingratus eſſet iam accepto Dei beneficio, qui ne ſubiectum quidem ſuo imperio fratrem ferre poſſet. Verum ne hanc interpretationem ideo uideamur amplexari, quod altera nobis contraria ſit: demus ſane, de peccato locutū fuiſſe Deum. Si ita eſt: aut promittit hoc Dominus quod denunciat, aut iubet. Si iubet, nullam inde probationem facultatis humanæ ſequi iam demonſtrauimus. Si promittit, ubi promiſſionis complementū? quando peccato, cui dominari ipſum oportebat, Cain ſuccubuit. promiſſioni incluſam dicent tacitam conditionem: ac ſi diceretur: uictoriam reportaturum fuiſſe, ſi certaret. ſed quis recipiat iſtas ambages? Nam ſi ad peccatum refertur iſta dominatio, nemo ambigat, imperatiuam eſſe orationem: in qua non definitur quid poſſimus. ſed quid, uel ſupra poteſtatem, debeamus.

Vtuntur & teſtimonio Apoſtoli: quia dicit non eſſe uolentis, nec currentis: ſed miſerentis Dei. Ex q̄ eliciunt aliquid eſſe in uoluntate & conatu: q̄d per ſe licet imbecillum miſericordia Dei proſperetur. Atqui ſi ſobrie penſitarent quæ illic cauſa tractetur à Paulo, iſta ſententia nō adeo inconſiderate abuterentur. Scio
Orig. lib. 7 in Epiſto. ad Roma. Hieronymus Dialog. 1. in pe la. eos poſſe Origenem & Hieronymum citare ſuæ expoſitionis ſuffragatores. ſed quid illi opinati ſint. noſtra nihil refert: ſi conſtat quid uoluerit Paulus. Illic docet, ijs demum paratam eſſe ſalutem, quos ſua miſericordia Dominus dignetur: ruinam & confuſionē manere quoſcunq; non elegerit. Reproborū ſortē ſub Pharaonis exemplo demonſtrarat. gratuitæ electionis certitudinem Moſe teſtimonio cō firmarat. Miſerebor cuius miſerebor. Concludit, non eſſe uolentis aut currentis, ſed miſerentis Dei. Quod ſi in hunc modum intelligatur: non ſufficere uoluntatem aut conatū, quia tantæ moli ſint impares: parum conuenienter à Paulo dictū foret. Proinde apage iſtas argutiolas. Non eſt uolentis neq; currentis: ergo eſt alia uoluntas: eſt aliquis curſus. Simplicior enim eſt mens Pauli. Non eſt uoluntas, non eſt curſus, quæ nobis uiā ad ſalutem comparant. Sola eſt hic Domini miſericordia. Non enim aliter hic loquitur, q̄m ad Titum: vbi ſcribit apparuiſſe Dei bonitatem & humanitatē: non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos: ſed pro immenſa eius miſericordia. Ne illi quidem ipſi, qui argutantur Paulum innuiſſe aliquam eſſe uoluntatem & aliquē curſum, quia negauerit eſſe uolentis aut currentis, mihi ad eandem formam ratiocinari concederent: aliqua nos bona opera feciſſe: quia negat Paulus, ex operibus, quę fecerimus, Dei bonitatem nos aſſecutos. Quod ſi uitiū in hac argumentatione perſpiciunt, aperiant oculos, & ſuā non carere ſimili fallacia cernent. Eccleſiaſticū producunt, quē dubiæ authoritatis ſcriptorem eſſe non ignoratur. At enim, ut à nobis nō repudietur, quod facere tamē iure noſtro nobis licet, quid ille teſtatur pro libero arbitrio? Dicit hominē, ſtatim, atq; creatus fuit, relictum eſſe in manu conſilij ſui. Data illi eſſe præcepta: quę ſi ſeruaret, ab illis uiciſſim ſeruaretur. Ante hominem poſitam eſſe uitam & mortem, bonum & malum: quodcunq; uoluerit, ei datum iri. Eſto, acceperit homo à ſua creatione, facultatem adipiſcendæ uitæ aut mortis. Quid ſi ex aduerſo reſpondeamus perdidiſſe? Certe animus nō eſt contradicere Salomoni: qui aſſerit hominem rectū ab initio creatū eſſe: ipſum ſibi aſciuiſſe multas adinuentiones. uerū quia homo degenerando, & ſui, & bonorū omnium naufragiū fecit: quicqd primę creationi tribuitur, non protinus ſequitur, in uitiatā ac degenerē naturam competere.
Eccleſi. 7

Ergo

Ergo non illis modo, sed ipsi quoq; Ecclesiastico, quicunq; tandem sit, respondeo. Si hominem uis instituere ut apud se ipsum acquirendæ salutis facultatem quærat: tanti non est nobis tua authoritas, ut uel minimi præiudicij, aduersus indubitatum Dei uerbum, uicem obtineat. Sin malignitatem carnis duntaxat coercere studes, quæ sua mala in Deum transferendo, uanam defensionem captare solet: ideoq; respondes rectitudinem homini inditam fuisse: quo ipsum exitij sibi causam esse appareat: libenter assentior. Modo mihi rursum tecum hoc conueniat: ijs ornamentis, quibus eum Dominus initio induerat, nunc sua culpa esse spoliatum.

Nihil tamen frequentius in ore habent, q̃ parabolam Christi de uiatore, quem semiuiuum latrones in uia proiecerunt. Sub uiatoris huius typo calamitatem repræsentari generis humani, scio uulgatissimum esse omnibus pene scriptoribus. Inde argumentum sumunt nostri aduersarij. Non ita peccati ac diaboli latrocinio mutilatum esse hominem, quin superstites retineat bonorum priorum reliquias: quandoquidem dicitur relictus esse semiuiuus. Vbi enim est illud uitæ dimidium: nisi rectæ & rationis & uoluntatis portio aliqua maneret: Primum si nolim locum dare ipsorum allegoriæ, quid obsecro facturi sunt? Nam præter germanum orationis Domini sensum à patribus excogitatam fuisse, nihil dubium est. Allegoriæ ultra procedere non debent, q̃ præeuntem habent scripturæ regulam. Tantum abest, ut fundandis ullis dogmatis per se sufficiant. Neq; desunt rationes, quibus possim, si lubeat, totum hoc commentum conuellere. Neq; enim dimidiam homini uitam relinquit Dei uerbum: sed penitus interijsse docet, quã tum ad beatæ uitę rationem. Non semiuiuos dicit sanatos Paulus, dum loquitur de nostra redemptione: sed cum mortui essemus, suscitatos. Non semiuiuos inclamat, ad recipiendam Christi illuminationem: sed dormientes & sepultos. nec secus Dominus ipse, dum horam uenisse ait, qua mortui ad uocem suam resurgãt. Qua fronte leuem allusionem tot claris sententijs opponerent? Valeat tamen allegoria hæc pro certo testimonio, quid tamen à nobis extorquebunt? Semiuiuus est homo. Habet igitur aliquid saluum. Nempe habet mentem intelligentię capacem, etiam si ad cęlestem spiritualemq; sapientiam non penetret, habet nõnullum honestatis iudicium, habet aliquem diuinitatis sensum, utcũq; ueram Dei rationem non assequatur. Sed quo ista recidunt? certe non efficiunt, ut nobis illud Augustini, communibus etiam scholarum suffragijs adprobatum, adimatur: Adempta esse homini, post lapsum, gratuita bona, unde salus dependet: naturalia uero corrupta, polluta q̃ esse. Stet ergo nobis indubia ista ueritas, quæ nullis machinamentis quatefieri potest. Mentem hominis sic alienatam prorsus à Dei iustitia, ut nihil non impium, contortum, fœdum, impurum, flagitiosum concipiat, concupiscat, moliatur. Cor peccati ueneno ita penitus delibutum, ut nihil quam corruptum fœtorem efflare queat. Quod si quidpiam interdum boni in speciem ostentant, mentem tamen semper hypocrisi, & fallaci obliquitate inuolutam, animum interiori peruersitate illigatum manere.

Eph. 2.
Eph. 5.
Ioann. 5

DE LEGE VBI PRIMVM OSTENDITVR OFFICIVM VSVSQVE IPSIVS LEGIS: TVM DE VERO CVLTV DEI, DE imaginibus, de iuramento, de feriis, de uotis monasticis tractatur.

Caput III:

INTER explicandam eorum ſummã, quę in uera Dei notitia requirunt, docuimus non poſſe ipſum pro ſua magnitudine à nobis concipi, quin ſtatim occurrat, eum unum eſſe, cuius maieſtati ſummus cultus debeatur. In cognitione noſtri hoc præcipuum poſuimus, ut propriæ uirtutis opiniõe uacui, propriæ iuſtitię fiducia exuti, contra, egeſtatis conſcientia fracti & contuſi, ſolidam humilitatem diſcamus ac noſtri deiectionem. utrũq; in lege ſua Dominus exequitur. Vbi primum, uindicata ſibi legitima imperandi poteſtate, ad numinis ſui reuerentiam nos uocat: atq; in quo ſita ea ſit & conſtituta, pręſcribit: deinde, promulgata iuſtitiæ ſuæ regula, cuius rectitudini ingenium noſtrum, ut prauum eſt & contortum, perpetuo aduerſatur: infra cuius perfectionem facultas noſtra, ut imbecilla eſt, & ad bonum eneruata, procul iacet: tum impotẽtiæ nos, tum iniuſtitiæ arguit. Quare ipſa argumenti ab initio inſtituti ſeries huc nos ducit, ut de lege Domini nunc agamus. Porro hæc ipſa quę ex lege diſcenda ſunt, quodammodo nobis dictat lex illa interior, quam omnium cordibus inſcriptam & quaſi impreſſam, ſuperius dictum eſt. Non enim ſinit nos perpetuum ſomnum ſine ſenſu dormire noſtra coſcientia, quin intus teſtis ſit ac monitrix eorum, que Deo debemus: quin boni & mali diſcrimen nobis obiiciat, atq; ita nos accuſet, dum ab officio diſcedimus. Verum qua errorum caligine obuolutus eſt homo, per legem illam naturalem uix tenuiter deguſtat, quis Deo acceptus ſit cultus: certe à recta eius ratione longiſsimo interuallo diſtat. Ad hoc arrogantia & ambitione ſic turgidus, ſuiq; amore excæcatus eſt, ut ſe proſpicere nondũ queat, & uelut in ſe deſcendere, quo ſubmittere ſe ac deiicere diſcat, ſuamq; miſeriam fateri. Proinde, quod tum hebetudini, tum contumacię noſtrę neceſſarium erat, Dominus legem ſcriptam nobis poſuit: quæ & certius teſtificaretur, quod in lege naturali nimis obſcurum erat: & mentem, memoriamq; noſtram, excuſſo torpore, uiuidius feriret.

Nunc promptum eſt intelligere, quid ex lege diſcendum ſit. Nempe Deum, ſicut creator eſt noſter: ita iure locũ patris & Domini erga nos obtinere. hac ratione gloriam, reuerentiam, amorem, timorem illi à nobis deberi. Quin etiã nos non eſſe noſtri iuris, ut quocunque animi libido incitarit, ſequamur: ſed ab eius nutu ſuſpenſos, in eo ſolo debere cõſiſtere, q̃d ei placuerit. Deinde iuſtitiã ac rectitudinẽ illi cordi eſſe, iniquitatẽ uero abominationi: ideoq; niſi uelimus impia ingratitudine à cõditore noſtro deficere, iuſtitiã tota uita nobis eſſe neceſſario colendã. Nã ſi tum illi demũ exhibemus quã decet reuerentiã, dum uoluntatẽ eius noſtræ præferimus: ſequit nõ alium eſſe legitimũ eius cultum q̃ iuſtitię, ſanctitatis, puritatis, obſeruationẽ. Nec prętendere excuſationẽ licet, q̃ facultas deſit: &, uelut ex hauſti debitores, ſoluendo non ſimus. Non em̃ cõuenit ut Dei gloriã metiamur ex noſtra facultate. Qualeſcunq; enim ſimus, manet ille ſui ſimilis ſemp, amicus iuſtitię, iniquitati infenſus. Quidq̃d à nobis exigat, quia nõ poteſt niſi rectũ exigere, ex naturę obligatione obſequendi neceſsitas nos manet. Quod aũt nõ poſſumus, id uitij noſtri eſt. A propria em̃ cupiditate, in qua peccatũ regnat, ſi uincti tenemur, ne ſoluti ſimus in noſtri patris obſequium: nõ eſt cur neceſſitatẽ pro defenſione cauſemur, cuius malũ & intra nos eſt, & nobis imputandũ. Vbi hucuſq; per le-

per legis doctrinã profecerimus, tum ad nos, eadem docente, descendere oportet: unde tandem duo referamus. Primum iustitiam legis cum uita nostra comparando, longe abesse, quin Dei uoluntati respondeamus. Ideoq; indignos esse, q locũ nostrum retineamus inter eius creaturas: nedũ inter filios censeamur. Deinde uires nostras reputãdo, ad implendę legi nõ impares modo eas esse, sed prorsus nullas. Hinc necessario sequit tũ proprię uirtutis diffidentia, tũ animi anxietas & trepidatio. Neq; enim iniquitatis pondus sustinere potest cõscientia, quin mox Dei iudiciũ obuersẽ. Sentiri uero Dei iudiciũ non potest, quin mortis horrorẽ incutiat. Similiter impotentię documẽtis coacta, facere nequit, quin protinus in uiriũ suarũ desperationẽ cõcidat. Vtraq; affectio humilitatẽ ac deiectionẽ generat. Ita fit demum, ut homo æternę mortis, quã iniustitię suę merito sibi imminere uidet, sensu perterrefactus, ad unã Dei misericordiã, tanq; ad unicũ salutis portũ, sese cõuertat. Vt suæ non esse facultatis sentiens, exoluere quod legi debet, in seipso desperabundus, ad opem aliunde poscendam & expectandam respiret.

Sed enim non contentus Dominus iustitię suę reuerentiã conciliasse quò etiã eius amore, simul & iniquitatis odio, corda nostra imbueret, promissiones ac minas subiunxit. Quia enim magis caligat mẽtis nostrę oculus, q ut sola boni pulchritudine afficiat: Dominus pro sua indulgentia, nos ad ipsum amãdum & expetẽdum illectare, præmiorum dulcedine, uoluit. denunciat ergo reposita uirtutibus apud se prędmia: nec operã frustra sumpturum, qui præceptis suis fuerit obsequutus. Edicit ex aduerso nõ tantũ esse execrabilem sibi iniustitiã: sed nec impune euasurã, quod ipse contẽptę suę maiestatis ultor sit futurus. Ac quò modis omnibus cohortẽ, tam uitę prędsentis benedictiones, q ęternam beatitudinẽ pollicẽ eorum obedientię, qui mandata sua seruauerint: transgressoribus non minus prędsentes calamitates, q æternæ mortis supplicii minatur. Illa enim promissio. Qui fecerit hæc, uiuet in illis, item cõminatio illi respondẽs, anima quę peccauerit ipsa morietur: ad futurã proculdubio & nunq finiendam uel immortalitatẽ, uel mortem, spectant, quanquam ubicunq; commemoratur beneuolentia aut ira Domini: sub illa, ęternitas uitę: sub hac, æternum exitium continetur. Præsentium autẽ benedictionum ac maledictionum longus in lege catalogus recensetur. Atq; in sanctionibus quidẽ summa Dei puritas, quę iniquitatem ferre non potest: in promissionibus uero, præter summum erga iustitiam amorem, quem præmio fraudare non sustinet, mira quoq; eius benignitas approbatur. Nam cum eius maiestati, cum nostris omnibus, simus obærati: iure optimo quidquid requirit à nobis, tanq debitum reposcit. Debiti autẽ solutio remuneratione digna non est. Iure igitur suo decedit, cum præmium proponit nostris obsequijs: quæ non ultro, ceu indebita, exhibentur. Quid autẽ ipsæ nobis per se afferãt, postea apparebit. satis in prędsentia est, si tenemus ac reputamus, esse in legis promissionibus non uulgarẽ iustitię commendationem. quo certius constet, quantopere Domino placeat eius obseruatio. sanctiones in maiorem iniustitiæ execrationem esse positas: ne uitiorum blanditijs delibutus peccator, iudicium Dei sibi paratum obliuiscatur.

Leui.18 *Ezech.18*

Leuit.26 *Deut.28*

Porrò quod Dominus, perfectæ iustitię regulã traditurus, omnes eius partes ad uoluntatem suam reuocauit, in eo indicat, nihil esse illi acceptius obediẽtia. quod eò diligentius obseruandũ est, quò procliuior est humanæ mentis lasciuia ad uarios identidẽ excogitandos cultus, quibus illum demereat. Omnibus enim sęculis hæc irreligiosa religionis affectatio, qa humano ingenio naturaliter insita est, se prodidit: ac etiamnum prodit: q homines cõparandæ iustitiæ rationem præter Dei uerbum semper cõminiscí gestiunt. Vnde in bonis, quæ cõmuniter censent, operibus angustiorẽ locũ tenent legis præcepta: innumera illa humanorũ turba totum fere spacium occupãte. At uero qd aliud Moses q eiusmodi libidinẽ cohibere studuit, cum post legis promulgationem, sic populũ compellaret? Obserua & audi omnia, quæ præcipio tibi, ut bene sit tibi, & filijs tuis post te in sempiternum, cum feceris quod bonum est, & placitum coram Deo tuo. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito: nõ addas, nec minuas. Atq; antea, cum testatus esset, hanc

Deut.12 *Deut.4*

esse

esse eius sapientiam & intelligentiam cora reliquis nationibus, quòd iudicia, iustitias, & ceremonias accepisset à Domino, subiecerat. Custodi igitur teipsum, & animam tuam sollicite: ne obliuiscaris uerborum, quæ uiderunt oculi tui, & ne alicui quando excidãt é corde tuo. Quia scilicet prouidebat Dominus, non quieturos Israelitas, quin, recepta lege, nouas præterea iustitias parturirent, nisi seuere retinerentur: hic iustitiæ perfectionem esse cõprehensam pronunciat: quod ualidissimum retinaculum esse debebat. Nec tamen ab illa tantopere uetita audacia desiterũt. Quid nos? Eodem certe dicto constringimur. Non enim dubium, quin perpetuo ualeat illud, quo absolutam iustitiæ doctrinam legi suæ Dominus uindicauit. Illa tamen non contenti, bonis operibus alijs super alia confingendis & cudendis prodigiose laboramus. Huic sanando uitio remedium optimum erit, si cõstanter insederit hæc cogitatio. Legẽ nobis esse à Dño traditã, quæ nos perfectã iustitiã edoceret. Illicnõ aliã iustitiã edoceri, nisi quę ad præscriptũ diuinę uoluntatis exigat. frustra igit nouas operũ formas ad demerendũ Deũ tẽtari, cuius legitimus cultus sola constat obedientia. Quin potius, q̃d extra Dei legẽ euagẽt bonorum operum studium, esse diuinę ueræq; iustitię non tolerandã profanationem.

Verum ubi lex Dñi explicata nobis fuerit, tum aptius demum, & maiore cum fructu, de ipsius officio usuq; disseretur. Ante uero q̃ ad excutienda singula capita ingredimur: quę ad uniuersalẽ eius notitiã faciunt, modo præcipere operęprecium est. Initio constitutum sit, nõ ad externã honestatẽ modo: sed ad interiorẽ spiritualemq; iustitiã, hominis uitã in lege informari. Quod cum inficiari nemo queat, paucissimi tamen rite animaduertunt. Id fit, q̃a in legislatorem non respiciunt: à cuius ingenio, natura quoq; legis æstimanda est. Si quis rex edicto scortari, occidere, furari prohibeat: sanctione, fateor, non tenebitur: si quis scortandi occidendi, furãdi cupiditatem animo conceperit tantũ: nihil eorũ perpetrarit. Nẽpe, quia mortalis legislatoris prouidentia non nisi ad externã ciuilitatẽ protenditur: non uiolant eius interdicta, nisi patratis flagitijs. Deus aũt, cuius oculũ nihil fugit, & qui externã speciẽ non tam moratur, q̃ cordis puritatẽ, sub scortationis, homicidij, furti interdicto libidinem, iram, odium, alieni appetentiã, dolum, et q̃dquid tale est uetat. Nam cum sit spiritualis legislator, animę non minus q̃ corpori, loquitur. Homicidium autem animæ, ira est ac odium: furtum, mala cupiditas, & auaritia: scortatio, libido. Leges etiam humanæ, dicet quispiã, consilia & uoluntates spectant, non fortuitos euentus. fateor: sed quæ extra emerserunt. Quo animo unumquodq; facinus ædítum fuerit, expẽdunt: sed arcanas cogitationes non scrutantur. Proinde illis satisfactum fuerit, ubi quis manum duntaxat continuerit à transgressione. Contra autem quia animis nostris lata est lex Domini: eorum coercitio ad iustam eius obseruationem imprimis necessaria est. At uulgus hominum, etiam dum legis contemptum fortiter dissimulat, oculos, pedes, manus, & omnes corporis partes in aliquam legis obseruationem componit: cor ab omni obedientia alieniissimum interim retinet. ac se defunctum putat, si probe homines celauerit, quod gerit in conspectu Dei. Audiunt. non occides, non mœchaberis, non furaberis. gladium ad cædem non exerunt, corpora sua meretricibus non commiscent, manus alienis bonis non inijciunt. Hæc omnia bene hactenus. Sed cædes totis animis spirant, feruent in libidinem, omnium bona oculis retortis aspiciunt, & cupiditate deuorant. Iam uero deest quod præcipuum erat legis. Vnde quæso tam crassus stupor, nisi quòd, omisso legislatore, iustitiam suo magis ingenio accommodant? His fortiter reclamat Paulus, affirmans legem esse Spiritualem. quo significat non modo animæ, mentis, uoluntatis obsequium exigere: sed requirere angelicam puritatem, quæ omnibus carnis sordibus absersa, nihil quàm spiritum sapiat. Hunc cum esse legis sensum dicimus, non nouam ex nobis interpretationem ingerimus: sed Christum sequimur optimum legis interpretem. Cum enim Pharisæi peruersa opinione populũ imbuissent, legẽ perficere, qui externo opere nihil aduersus legẽ perpetrasset: hunc periculosissimum errorẽ arguit: & impudicũ mulieris aspectum, scortationem

Matthæi. 5

nem esse pronunciat. homicidas testatur, quicunq; fratrẽ oderint. facit enim reos iudicio, qui uel iram animo cõceperint: reos consilio, qui murmurãdo aut fremẽdo aliquam offensi animi significationem dederint: reos gehennæ ignis, qui conuitijs & maledicentia in apertã iram prosilierint. Hæc qui non uiderunt, finxerunt Christum alterũ Mosen, legis Euangelicę latorem, quæ defectum Mosaicæ illius suppleuerit. Vnde illud uulgatum axioma de perfectione legis Euangelicæ, quę legem ueterem longo interuallo superet. Quod multis modis est pernicio sissimum. Nam ex ipso Mose, ubi postea præceptorum summam colligemus, patebit, q̃ indignam contumeliam diuinę legi inurat. Patrum certe sanctimoniã non procul ab hypocrisi abfuisse insinuat, nosq; ab una illa & perpetua iustitiæ regula deducit. facillima autem est erroris confutatio: q; putarunt Christum legi adijcere, ubi suæ tantum integritati restituit. Dum Pharisæorum mẽdacijs obscuratam, & fermento inquinatam, asserit & repurgat.

Hæc nobis secunda sit obseruatio, plus inesse semper in præceptis ac interdictis, quàm uerbis exprimatur. quòd tamẽ sic temperandum est, ne sit nobis instar Lesbię regulæ: qua freti, scripturam licentiose contorquentes, quodlibet è quolibet faciamus. faciunt enim quidam hac immoderata excurrendi libertate, ut apud alios uilescat legis autoritas: alijs spes intelligentiæ concidat. Igitur, si fieri potest, ineunda est uia aliqua, quæ nos ad Dei uoluntatem recto ac solido gressu deducat. Quærendum, inquam, quatenus excedere uerborum fines debeat interpretatio: ut appareat, non attextam esse legi diuinę exhumanis glosis appendicem: sed purum germanumq; legislatoris sensum fideliter redditum. Sanè adeo in omnibus fere præceptis manifestę sunt synecdochæ: ut deridiculo iure sit futurus, qui legis sensum ad uerborũ angustias restringere uelit. Vltra uerba itaq; progredi sobriam legis interpretationem palam est: sed quousq;, obscurũ manet: nisi modus aliquis finiatur. Hunc ergo modum optimum fore censeo, si ad præcepti rationem dirigatur. Nempe ut in unoquoq; præcepto expendatur, cur datum nobis fuerit. Exempli gratia. Omne præceptum aut imperatiuum est, aut prohibitorium. Vtriusq; generis ueritas statim occurrit, si rationem, ceu finem, intuemur. ut præcepti quinti finis est, honorem esse ijs reddendum, quibus eum attribuit Dominus. Hæc igitur præcepti summa: placere Dño, ut eos honoremus, quibus aliquid excellentiæ largitus est: contemptum & contumaciam aduersus eos, abominationi esse. Primi pręcepti ratio est, ut Deus solus colatur, summa igitur præcepti erit. Veram pietatem, hoc est, numinis sui cultum Deo cordi esse: impietatem abominari. Sic in singulis præceptis inspiciendum, qua de re agatur. Deinde quærendus finis, donec reperiamus quid proprie illic testetur Dominus sibi placere, uel displicere. Demum ab eo ipso ad contrarium ducenda ratiocinatio, in hunc modum. Si placet hoc Domino, contrarium displicet: si hoc displicet, contrarium placet. Si hoc præcipit, contrarium uetat. Si hoc uetat, contrarium præcipit. Quod nunc subobscure attingitur, inter exponenda præcepta clarissimum ipsa exercitatione fiet. Quare sufficit attigisse: nisi quòd postremum membrum, quod uel alioqui non intelligeretur: uel intellectum, forsan absonum initio uideri posset: sua probatione breuiter confirmandum erit. Probatione illud non eget, dum bonum iubetur, uetari quod cum eo pugnat malum. Nemo est enim, qui non concedat. Imperari quoque contraria officia, dum mala uetantur, non egerrime recipiat commune iudicium. Virtutes quidem commendari, dum aduersa uitia damnantur, uulgare est. Sed nos plus aliquid postulamus, quàm uulgo significent istę formulę. Contrariam enim uitio uirtutem, fere interpretantur uitij ipsius abstinentiam. Nos eã ultra procedere dicimus, ad officia scilicet factaq; contraria. Itaq; in hoc pręcepto: Non occides: sensus hominum communis nihil aliud considerabit, quàm ab omni maleficio ac malefaciendi libidine abstinendum esse. Ego præterea contineri dico, ut proximi uitam, quibus possimus subsidijs, adiuuemus: ac ne sine ratione loquar, ita confirmo. Dominus uetat iniuria fratrem lædi aut uiolari: quia uitam eius charam nobis esse uult ac

preciosam

precioſam. Simul ergo poſtulat, quæ ad illius conſeruationem conferri poſſunt officia charitatis. Atq; ita uidere eſt, ut ſemper nobis finis præcepti referet, quid quid illic facere aut iubemur, aut uetamur. Cur autem Dominus ita, uelut dimiſſis præceptis, per ſynecdochas ſignificarit magis quid uellet, quàm expreſſerit: cum aliæ quoq; rationes reddi ſoleant, hæc mihi imprimis placet. Quia peccatorum fœditatem, niſi ubi palpabilis eſt, diluere, & ſpecioſis prætextibus inducere ſemper caro molitur: quod erat in unoquôq; tranſgreſſionis genere deterrimum & ſceleſtiſsimum, exemplaris loco propoſuit: cuius ad auditum ſenſus quoq; exhorreſceret, quò maiorem peccati cuiuslibet deteſtationem animis noſtris imprimeret. Hoc nobis imponi ſæpius in æſtimandis uitijs, quòd, ſi tectiora ſunt, eleuamus. Has præſtigias Dominus diſcutit, cum nos aſſuefacit, uniuerſam uitiorum multitudinem ad hæc capita referre, quæ optime, quantum ſit in unoquoque genere abominationis, repræſentant. Exempli gratia: Ira & odiũ non uſque adeo execranda putantur mala, cum ſuis nominibus appellantur. At cum interdicuntur nobis ſub homicidij nomine, melius intelligimus, quanta ſint in abominatione apud Dominum, cuius uoce in tam horrendi flagitij ordinem reijciuntur. Atque ipſi iudicio Dei permoti, delictorum, quæ prius leuia uidebantur, grauitatẽ aſſueſcimus melius reputare.

Tertio loco conſiderandum, quid ſibi uelit diuinæ legis in duas tabulas partitio: quarum non abs re, nec temere, ſolemnem mentionem aliquoties factam eſſe, omnes ſani iudicabunt. Et in promptu cauſa eſt: quæ ambiguos nos de hac re non ſinit. In duas enim partes, quibus tota continetur iuſtitia, legem ſuam ſic diuiſit Dominus, ut priorem religiõis officijs, quę peculiariter ad numinis ſui cultum pertinent: alteram officijs charitatis, quæ in homines reſpiciunt, aſsignarit. Primũ ſane iuſtitiæ fundamentũ eſt, Dei cultus: quo euerſo, reliqua omnia iuſtitiæ mẽbra, uelut diuulſi collapſiq; ędificij partes, lacera & diſsipata ſunt. Qualis enim iuſtitiæ eſſe dices, quòd homines non uexas furtis ac rapinis: ſi per ſceleratum ſacrilegium interim Dei maieſtatem ſua gloria ſpolias? Quod fornicatione corpus tuum non conſpurcas, ſi blaſphemijs tuis prophanas nomen Dei ſacro ſanctum? Quod hominem non trucidas, ſi memoriam Dei interimere & extinguere contendis? fruſtra igitur ſine religione uenditatur iuſtitia: ac nihilo maiore ſpecie, quàm ſi truncum abſciſſo capite corpus ad decorem obtendatur. Neq; modo eſt præcipua ipſius pars: ſed anima quoq;, qua tota ipſa ſpirat & uegetatur. Neque enim citra Dei timorem inter ſe homines æquitatem ac dilectionem ſeruant. Principium ergo & fundamentum iuſtitiæ, uocamus Dei cultum: quòd eo ſublato, quidquid inter ſe æquitatis, continentiæ, temperantiæ homines exercent, inane eſt ac triuolum coram Deo. Dicimus fontem & ſpiritum: quia ex eo diſcunt homines temperanter ac ſine maleficio inter ſe uiuere: ſi Deum uenerantur, tanquam recti & iniqui iudicem. Proinde priore tabula ad pietatem & propria religionis officia, quibus maieſtas ſua colenda eſt, nos inſtituit: altera præſcribit, quomodo propter nominis ſui timorem nos in hominum ſocietate gerere debeamus. Qua ratione Dominus noſter, ut Euangeliſtæ referunt, legem totam
Luc.10 ſummatim in duo capita collegit, ut Deum ex toto corde, ex tota anima, ex totis
Matt.22 uiribus diligamus: ut proximum amemus, ſicut noſmetipſos. Vides ut è duabus partibus, quibus totam legem concludit, alteram in Deum dirigat, alteram hominibus deſtinet. Verum quanquam uniuerſa lex duobus capitibus cõtenta eſt: Dominus tamen noſter, quo omnem excuſationis prætextum tolleret, uoluit fuſius & explicatius decem præceptis enarrare, tum quæcunque ad honorem, timorem, amorem ſui ſpectant: tum quæ ad charitatem pertinent, quam propter ſeipſum nobis erga homines mandat. Nec in diuiſionem præceptorum noſcendam male ſtudium intenditur: modo eius generis rem eſſe memineris in qua liberum cuiq; iudicium eſſe debeat, ob quam non ſit contentioſe cum diſſentiente pugnandum. Nobis quidem hic locus neceſſario attingẽdus eſt ne, quam poſituri ſumus diuiſionem, ceu nouam & nuper excogitatã, lectores aut rideãt aut mi-

aut mirentur, legem esse decem verbis distinctam, quia Domini authoritate sæpius comprobatur, extra controuersiam est. Quare non de numero, sed secandi ratione, ambigitur. Qui sic partiuntur, ut tria præcepta dent primæ tabulæ, reliqua septem in secundam reiiciant: præceptum de imaginibus numero expungunt, uel certe sub primo occultant: cum mandati loco haud dubie à Domino distincte positum sit. Decimum uero, de non concupiscendis proximi rebus, inepte in duo concerpunt. Accedit quòd talem partiendi rationem puriore seculo incognitam fuisse, mox intelligetur. Alij quatuor capita nobiscum in prima tabula numerant. sed primi uice promissionem statuunt, sine præcepto. Ego autem, quia nisi euidenti ratione conuincar, decem uerba, apud Mosen, pro decem præceptis accipio, & totidem pulcherrimo ordine dispositа uidere mihi uideor: permissa illis sua opinione, sequar quod magis mihi probatur. Nempe ut quod illi præceptum primum faciunt, locum præfationis in totam legem teneat, sequantur deinde præcepta primæ quatuor, secundæ tabulæ sex, eo quo recensebuntur ordine. Hanc diuisionem Origenes sine controuersia, perinde atque passim suo seculo receptam, tradidit. Suffragatur & Augustinus ad Bonifacium: qui in enumeratione hunc ordinem seruat: ut uni Deo religionis obsequio seruiatur, ut idolum non colatur, ut nomen Domini non in uanum accipiatur. Cum ante seorsum de umbratili Sabbathi præcepto loquutus foret. Alibi quidem prima illa diuisio illi arridet: sed ob nimium leuem causam. quòd in numero ternario (si tribus præceptis conficiatur prima tabula) magis eluceat mysterium Trinitatis. Quanquam nec illic dissimulat in cæteris nostram sibi magis placere. Nobiscum præter illos est autor operis imperfecti in Matthæum. Iosephus, non dubium quin ex communi ætatis suæ consensu, quina præcepta singulis tabulis assignat. Quod cum rationi aduersatur, in eo quod religionis & charitatis distinctionem confundit: tum refutatur Domini authoritate: qui, apud Matthæum, in catalogo secundæ tabulæ, mandatum de parentibus honorandis reponit. Nunc Dominum audiamus loquentem.

Orige. in Exo. Lib. 8 ad Bonif.

lib. 2 quæsti. uet. testa.

Est inter opa Chrysostomi. Matth. 19

PRAECEPTVM PRIMVM.

Ego sum Iehouah Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Non habebis Deos alienos coram facie mea.

Partem ne mandati primi facias priorem sententiam, an separatim legas, mihi in medio est. Modo ne uice procemij cuiusdam esse in totam legem mihi neges. Primum in legibus ferendis curandum est, ne contemptu mox abrogentur. Prouidet ergo imprimis Dominus, ne legis, q̃ laturus est, maiestas aliquando in contemptum ueniat: ad quam sanciendam triplici argumento utitur. Potestatem ac ius imperij sibi uindicat, quo nos constringat parendi necessitate. Promissionem gratiæ proponit, cuius suauitate nos alliciat ad sanctitatis studium. Beneficium commemorat, quo nos redarguat ingratitudinis nisi benignitati suæ respondeamus. Sub nomine Iehouah imperium & legitima dominatio designatur, quòd, si ab ipso sunt omnia, & in ipso consistunt: æquum est, ut in ipsum referantur: quemadmodum ait Paulus. Abunde itaque hoc solo uerbo sub diuinæ maiestatis iugum redigimur, quia portento sum fuerit, ab eius ditione uelle nos submouere, extra quem esse non possumus. Postquam se eum esse ostendit, qui ius habeat præcipiendi, cui obedientia debeatur: ne sola necessitate uideatur trahere, dulcedine quoque illectat, Deum se nostrum pronunciando. Subest enim loquutioni relatio mutua, quæ in promissione cõtinetur. Ero illis in Deum, ipsi erunt mihi in populum. Vnde Abrahæ, Isaac, & Iacob immortalitatem ex eo Christus confirmat, quod Dominus se eorum Deum testatus sit. Quare perin-

Roma. 11.

de est, ac si ita loqueretur. Ego vos mihi delegi in populum, cui non modo in præsenti uita benefacerem, sed uitæ quoque futuræ beatitudinem largirer. Quorsum autem istud spectet, uarijs locis in lege adnotatur. Nam cum hac misericordia nos dignatur Dominus, ut populi sui consortio accenseat: eligit nos, inquit Moses, ut simus sibi in populum peculiarem, in populum sanctum, ac custodiamus
Deut. 26. 7. & 14. Leuit. 19. præcepta sua. Vnde illa cohortatio, sancti estote, quia sanctus sum. Porro ex his duobus illa, quæ est apud Prophetam, obtestatio ducitur. filius honorat Patrẽ, & seruus Dominũ. Si ego Dñs: ubi timor: si ego pater: ubi amor? Sequitur cõmemo
Malach. 1. ratio beneficij; quæ eo ualidior esse debet ad nos commouendos, quò magis detestabile, etiam inter homines, ingratitudinis flagitium. Recentis quidem beneficij tum Israelem admonebat, sed quod, ob mirificam magnitudinem, in æternum memorabile, ad posteritatem quoq; ualeret. Adhæc conuenientissimum est præsenti causæ. Innuit enim Dominus, eos è misera seruitute ideo liberatos, ut se libertatis autorẽ obedientia & obsequendi promptitudine colant. Solet etiam, quo nos in uero sui unius cultu retineat, certis epithetis sese insignire quibus sacrum suum numen ab omnibus Idolis ac dijs commentitijs discernit. Nam, ut antea dixi, quæ nostra est ad uanitatem propensio, cum temeritate coniuncta, simul ac nominatur Deus, mens nostra sibi cauere nequit, quin ad inane aliquod commentum delabatur. Huic igitur malo remedium dum afferre uult Dominus ipse, suam diuinitatem certis titulis ornat: atque ita nos quibusdam uelut cancellis circumscribit, ne huc aut illuc euagemur, & temere nobis fingamus nouum aliquem Deum, si derelicto Deo uiuo, Idolum erigamus. Hac ratione Prophetæ, quoties eum proprie designare uolunt, illum uestiunt & quasi includunt ijs notis, sub quibus se populo Israelitico manifestauerat. Neque enim, cum Deus Abrahæ, uel Deus Israelis uocatur, cum in templo Hierosolymitano collocatur inter Cherubim, istę & similes loquendi formulæ ipsum uni loco alligant aut populo: sed in hoc duntaxat sunt positæ, ut cogitationes piorum in illo Deo sistant, qui suo fœdere, quod cum Israele pepigit, sese ita repræsentauit, ut ab eiusmodi idæa deflectere nullo modo liceat.

Nos autem, ne ad nos pertinere nihil id putemus, reputare conuenit, Aegyptiacam Israelis seruitutem, typum esse spiritualis captiuitatis, in qua omnes uincti detinemur: donec brachij sui uirtute liberatos, in regnum libertatis nos Dominus traducit. Quemadmodum ergo Dominus, cum dissipatos olim Israelitas ad cultum nominis sui recolligere uellet, eos ab intollerabili, qua premebantur, Pharaonis dominatione eripuit: Ita quibus hodie se in Deum esse profitetur, eos omnes iam ab exitiali diaboli potestate asseruit, quæ illa corporali adumbrata fuit. Quamobrem nemo est, cuius animus inflammari non debeat, ad auscultandam legem, quam à summo Domino profectam audit: à quo ut suam originem ducunt omnia: ita æquum est, ut finem suum uicissim in ipsum destinent ac dirigant. Nemo, inquam, est, qui non rapi debeat ad amplexandum legislatorem, ad cuius obseruanda mandata peculiariter se delectum esse docetur: à cuius benignitate, cum bonorum omnium affluentiam, tum immortalis uitæ gloriam expectat: cuius mirabili uirtute ac misericordia, è faucibus mortis se liberatum nouit.

Fundata & stabilita legis suæ authoritate, præceptum primum ædit Dominus. Ne habeamus Deos alienos coram facie sua. Finis præcepti est, quod Dominus in populo suo solus uult eminere, & haberi conspicuus. Id ut fiat, impietatem ac superstitionem quamlibet, qua diuinitatis suæ gloria uel minuitur, uel obscuratur, à nobis abesse iubet. atque eadem ratione, uero pietatis studio coli se à nobis atque adorari præcipit. Et uerborum simplicitas id fere sonat. Siquidẽ habere Deum non possumus, quin simul complectamur, quę sunt ei propria. Quod ergo uetat habere alienos deos: eo significat, ne q̃d sibi propriũ est, alio

est, alio transferamus. Etsi autē quę Deo debemus, innumera sunt: ad quatuor tamen capita non inepte referentur. ad orationem, fiduciam, inuocationem, gratiarum actionem. Adorationem uoco cultum & ueenerationem, quam illi reddit creatura, ubi se eius magnitudini submisit. fiducia est, ex uirtutum eius recognitione, acquiescendi in eo securitas: cum in eo sapientiam, iustitiam, potentiam, ueritatem, bonitatem omnem reponentes, sola eius communicatione nos beatos æstimamus. Inuocatio, sit mentis nostræ, quoties urget ulla necessitas, in eius fidem atque opem receptus, tanquam ad unicum præsidium. Gratiarum actio, est gratitudo, qua laus bonorum omnium illi tribuitur. horum ut nihil patitur Dominus alio deriuari: ita omnia sibi in solidum exhiberi mandat. Neque enim satisfuerit ab alieno abstinere Deo, nisi in hocipso te contineas. Quod nefarij quidam contemptores solent: quibus summum compendium est, religiones omnes ludibrio habere. Atqui præcedat oportet uera religio, qua in Deum uiuentem animi referantur: cuius cognitione imbuti, ad suspiciendam, timendam, colendam ipsius maiestatem, ad amplexandam bonorum eius communicationem, ad opem ubique requirendam, ad recognoscendam, laudisque confessione celebrandam operum magnificentiam, in omnibus uitæ actionibus, tanquam ad unicum scopum, adspirent: tum caueatur praua superstitio, qua animi à uero Deo deflexi, huc atque illuc, ceu in uarios diducuntur Deos. Atque hic quidem intentiore cura animaduertendum est tectæ impietatis ingenium, ut suis inuolucris nos decipiat. Neque enim ad alienos deos sic desciscit, ut uideatur summum Deum deserere, uel in aliorum ordinem redigere: sed dum supremum locum illi concedit, turbam minorum deorum circumdat, inter quos propria eius officia partitur. Ita, licet dissimulanter & callide, diuinitatis gloria, ne apud unum tota maneat, dissecatur. Sic ueteres olim, tam ex ludæis quàm Gentibus, Deorum patri & arbitro, ingentem illam turbam subdiderunt: quibus cōmunis esset, pro ordinis ratione, cœli & terræ, cum summo Deo, administratio. Sic aliquot retro sæculis sancti, qui hac uita excesserant, in Dei societatem euecti sunt, ut pro illo & colerentur, & inuocarentur, & celebrarentur. Tali abominatione ne obfuscari quidem putamus Dei magnificentiam, cum magna ex parte supprimatur & extinguatur: nisi quod frigidam retinemus de suprema eius potentia opinionem. Proinde, si uolumus unum Deum habere, meminerimus ne tantillum quidem ex eius gloria delibandum, quin apud ipsum, quæcunque illi propria sunt, resideant. Et addit, coram facie sua. quo nos admoneat, non posse nos ad defectionem respectare, nisi ut se testem habeamus, & spectatorem nostri sacrilegij. hinc enim audaciæ plurimum impietati accrescit, quod in suis transfugijs Dei oculos ludificari se posse iudicat. Ex aduerso reclamat dominus, quicquid struimus, quicquid molimur, quidquid fabricamus, in conspectum suum uenire. Pura sit ergo conscientia, uel ab occultissimis apostasiæ cogitationibus, si religionem nostram approbare Domino libet. Siquidem integram & incorruptam diuinitatis suæ gloriam non externa modo confessione requirit: sed in oculis suis, qui abditissimas cordium latebras intuentur.

PRAECEPTVM SECVNDVM.

Non facies tibi sculptile, neque similitudinem ullam eorum, quæ in cœlo sunt sursum, uel in terra deorsum, uel in aquis quæ sub terra sunt. Non adorabis neque coles.

Quemadmodum proximo mandato, Deum se unum esse pronunciauit, præter quem nulli alij Dij cogitandi aut habendi sint: ita qualis sit, & quo cultus genere

nere honorandus, apertius etiamnum edicit: ne quid sibi carnale affingere audeamus. Finis ergo præcepti est, quod Dominus superstitiosis ritibus legitimum sui cultum non vult profanari. Quare in summa, nos à carnalibus obseruationculis, quas stolida mens nostra, ubi Deum pro sua crassitie concepit, comminisci solet, in totum reuocat & abstrahit. Ac proinde ad legitimum sui cultū, hoc est, spiritualem & à se institutum format. Quod autem est in hac transgressione crassissimum vitium, notat. Idololatriam externam. Ac duę quidem sunt mandati partes. Prior licentiam nostram coercet, ne Deum, qui incomprehensibilis est, sub sensus nostros subijcere, aut ulla specie repręsentare audeamus.

Secunda uetat, ne imagines ullas adoremus, religionis causſa. Prioris partis ratio apud Mosen extat. Memento quòd Dominus tibi loquutus sit in ualle Horeb, vocem audisti, corpus non uidisti. Obserua ergo teipsum, ne forte deceptus, facias tibi aliquam similitudinem &cet. Esaias quoque in hac demonstratione plurimus est: ut doceat indecora & absurda fictione fœdari Dei maiestatem, dum ipse incorporeus materia corporea, inuisibilis uisibili simulachro, Spiritus re inanimata, immensus exiguo ligni, lapidis, uel auri, frusto assimulatur. Atque hanc eandem ratiocinationem vsurpabat Paulus apud Athenienses: genus cum simus Dei, non existimandum, auro & argento aut lapidi arte sculpto, & inuento hominis diuinum esse simile. Vnde constat, statuas, quæ ad Deum figurandum eriguntur, simpliciter illi displicere, ceu quædam maiestatis suæ dehonestamenta. Exhibuit quidem interdum Dominus certis signis numinis sui præsentiam ita perspicuam, ut diceretur spectari facie ad faciem. Sed omnia, quæ unquam edidit signa ad testandam suam præsentiam, significationes dabant incomprehensibilis eius essentiæ. Nubes enim & fumus & flamma admonebant, hominis aspectum ad liquidam eius contemplationem non penetrare. Quare & Moses, cui præ alijs familiarissime se communicauit, obtinere non potuit, ut faciem illam cerneret. Quin responsum accepit, non esse hominem tanti fulgoris capacem. Propiciatorium quoque, unde prędentiam suę uirtutis exerebat, sic compositum erat, ut innueret optimum diuinitatis aspectum hunc esse, dū animi supra se, admiratione efferuntur. Cherubim siquidem alis ipsum operiebant, uelum obtegebat, locus ipse procul reconditus satis per se occulebat. Proinde insanire eos apparet, qui simulachra Dei & sanctorum exemplo illorum Cherubim, defendere moliuntur. Quid indicabant imagunculæ illæ? nisi imagines repræsentandis Dei mysterijs non esse idoneas? Quando in hoc formatæ erant, ut alis obuelantes propitiatorium, oculi humani temeritatem à Dei contemplatione coercerent. Notandum autem, non minus similitudinem uetari quàm sculptile. quo inepta Græcorum cautio refutatur. Belle enim defunctos se putant, si Deum non sculpant; dum in picturis licentiosius quàm ullæ aliæ gentes lasciuiunt. Atqui Dominus non à statuario modo sibi erigi effigiem: sed à quolibet artifice effingi sibi prohibet. Quia perperam, & cum maiestatis suæ contumelia, sic assimulatur. Porro formas omnes breuiter enumerat, quibus solebat à superstitiosa gentilitate figurari. Per ea quæ in cœlo sunt, Solem Lunam, aliasque stellas & fortasse aues quoque intelligit: quemadmodum Deuteronomij quarto, exprimēs suam mentem, tam aues quàm astra nominat. Quod non adnotassem: nisi quosdam uiderem ad Angelos imperite referre. Itaq; reliqua membra, quia per se nota sunt, prætermitto.

Deut. 4.

Ies. 40. 41. 45. 46.

Acto. 17.

Sequitur pars secunda de adoratione: quæ in Dei simulachris nefaria, in alijs quoque sacrilegio non caret. Hi enim sunt gradus idololatriæ. Mens hominis, ut est superbia & temeritate infecta, Deum pro captu suo imaginari audet: ut hebetudine laborat & crassissima ignorantia, pro Deo uanitatem & inane spectrum concipit. Ad hæc mala accedit noua improbitas. Quòd homo qualem intus concepit Deum, exprimere opere tentat. Mens igitur idolum gignit, manus parit. Hanc esse idololatriæ originem, quòd homines Deum sibi adesse non credunt, nisi carna-

nisi carnaliter exhibeat se præsentem, prodit Israelitarum exemplum. Nescimus, dicebant, quid isti Mosæ contigerit, fac nobis Deos, qui nos præcedant. Deum quidem esse nouerant, cuius experti uirtutem erant in tot miraculis. Sed propinquum sibi esse non confidebant, nisi oculis cernerent corporeum vultus eius symbolum: quod sibi testimonium esset præcedentis Dei. A præeunte ergo imagine uolebant cognoscere Deum itineris sibi esse ducem. Id quotidiana experientia docet: inquietam semper esse carnem, donec sibi simile figmentum nacta est, in quo se pro Dei imagine inaniter soletur. Omnibus fere à condito mundo sæculis huic cæcæ cupiditati ut obsequerentur homines: erexerunt signa, in quibus Deum sibi præ oculis carnalibus obuersari crederent. Cum uero Deum se in illis intueri arbitrarentur, & ipsum quoque illic coluerunt. Tandem toti & animis & oculis illic affixi, magis obbrutescere cœperunt: & quasi aliquid diuinitatis inesset, obstupescere & admirari. Iam constat homines ad simulachrorum cultum non ante prorumpere, quàm crassiore aliqua opinione sint imbuti. Non quidem ut Deos existiment: sed quia uim aliquam diuinitatis illic inhabitare imaginantur. Itaq; siue Deum, siue creaturam, tibi in simulachro repræsentes: ubi ad uenerationem prosterneris, iam superstitione aliqua fascinatus es.

Hac ratione, non statuas modo erigi ad se effigiandum fabrefactas: sed titulos etiam quoslibet, & lapides consecrari uetuit, qui in adorationem prostarent, huc animum aduertant, qui ad defensionem execrabilis idololatriæ quamultis antehac sæculis uera religio submersa subuersaque fuit, miseros prætextus aucupantur. Non reputantur, inquiunt, pro dijs imagines. Nec tam prorsus incogitantes erant Iudæi, ut non meminissent Deum fuisse, cuius manu educti essent ex Aegypto, antequam fabricarent vitulum. Quin Aaroni edicenti, illos esse Deos, à quibus liberati essent è terra Aegypti, intrepide annuebant. Non dubia significatione, velle se retinere illum Deum liberatorem: modo præeuntem in vitulo conspicerent. Nec ita stupidi fuisse Ethnici credendi sunt: ut non intelligerent Deum alium esse, quàm ligna & lapides. Mutabant enim pro arbitrio simulachra: Deos semper eosdem animo retinebant. Et multa erant vni Deo simulachra: nec pro multitudine complures tamen Deos sibi fingebant. Præterea noua quotidie consecrabant: nec putabant tamen se nouos facere Deos. Legantur excusationes, quas ab idololatris sui sęculi fuisse prætextas refert Augustinus. Nempe cum arguerentur, respondebant vulgares se non visibile illud colere: sed numen quod illic inuisibiliter habitabat: Qui vero purgatioris ut ipse loquitur, religionis erant, nec simulachrum nec dæmonium se colere aiebant: sed per effigiem corpoream intueri eius rei signum quam colere deberent. Quid ergo? Omnes Idololatræ, siue ex Iudæis siue ex Gentibus, non aliter quam dictum est fuerunt animati. Spirituali Dei intelligentia non contenti, certiorem ac propiorem ex simulachris impressum iri sibi putabant. Postquàm semel placuit præpostera ista Dei assimulatio, nullus finis factus: donec nouis subinde præstigijs delusi, in imaginibus Deum uim suam exerere opinarentur. Nihilominus & Deum æternum Iudæi, vnum uerumque cœli ac terræ Dominum, sub talibus simulachris persuasi erant se colere: & Gentes suos, licet falsos, Deos: quos tamen cœlo habitare fingerent. Hoc qui antehac factum, & nostra etiam memoria fieri negant, impudenter mentiuntur. Cur enim coram illis prosternuntur? Cur sese ad illa, precaturi, tanquàm ad Dei aures, conuertunt? Siquidem uerum est quod ait Augustinus. Neminem orare uel adorare sic intuentem simulachrum, qui non sic afficitur, ut ab eo exaudiri se putet: uel sibi præstari quod desiderat, speret. Cur inter eiusdem Dei simulachra tantum discrimen? ut, altero præterito aut uulgariter honorato, alterum omni solemni honore prosequantur? Cur in uisendis simulachris, quorum similia domi suæ habent, uotiuis peregrinationibus se fatigant? Cur pro illis hodie, tanquàm pro aris & focis, ad cædes usque & strages digladiantur? ut facilius laturi sint unicum Deum sibi eripi, quam sua Idola? Et tamen nondum

Leuit. 26.

in Psal. 113.

Augusti. in Psal. 113.

crassos vulgi errores (qui pene infiniti sunt, & omnium ferè corda occupant) enumero. Tantũ indico quod ipsi profitentur, cum se maxime ab Idololatria purgare uolunt. Non uocamus, inquiunt, nostros Deos. Neq; illi, aut Iudæi, aut gentiles olim uocabant. Et tamen Prophetæ, scripturaq; passim illis fornicationes cũ ligno & lapide exprobrare non desinebant. Tantum ob ea, quæ quotidie ab ijs fiunt, qui Christiani haberi uolunt. Nempe quod Deum in ligno & lapide carnaliter uenerabantur. Vltimum effugium est, quòd aiunt esse libros Idiotarum. Id ut concedamus (quanq; vanissimum est: cum certo certius sit in toto Papę regno non in alium usum prostare, quàm ut adorentur) non tamen uideo, quem fructũ afferre possint idiotis imagines, quibus Deum effigiare uolunt, nisi ut reddãt anthropomorphitas: Legant quæ de hac re Lactantius & Eusebius tradiderunt: qui pro certo assumere non dubitãt, mortales fuisse omnes, quorum simulachra constituuntur. Nec aliter Augustinus, qui secure pronunciat, nefas esse non modo adorare simulachra: sed Deo collocare. Neq; tamen aliud dicit, quàm quod multis ante annis in concilio Elibertino decretum fuerat: cuius hoc est 36. caput. Placuit in templis non haberi picturas: ne quod colitur vel adoratur in parietibus depingatur. Quæ uero sanctis statuuntur, quid sunt nisi perditissimi luxus & obscenitatis exemplaria? ad quæ si quis formare se uellet, fustuario, dignus sit. Equidem lupanaria pudicius & modestius cultas meretrices ostendunt: quàm templa eas, quas uolunt uideri virginum imagines. Martyribus nihilo decentiorem fingunt habitum. Componãt ergo sua Idola vel ad modicũ saltem pudorem, ut paulo uerecundius mentiantur, alicuius sanctitatis libros esse. Sed tum quoq; respondebimus, non hanc esse in sacris locis docendi fidelis populi rationem: quẽ illic longe alia doctrina, & ijs nænijs, institui vult Dominus. Verbi sui prædicationẽ & sacrorũ mysteriorum celebrationem illic communem omnibus doctrinã proponi iussit: in quam parum sedulo intentum sibi animum esse produnt, qui oculis ad Idola contemplanda circumaguntur. Deinde quos vocant idiotas, quorũ ruditas solis imaginibus doceri sustineat? Hos scilicet quos pro suis discipulis agnoscit Deus, quos cœlestis suæ Philosophię reuelatione dignat, quos salutaribus regni sui mysterijs uult erudiri. Fateor quidem, ut res habent, hodie esse non paucos, qui talibus libris carere non possint. Sed unde quæso istęc stupiditas? nisi quòd ea doctrina fraudantur, quæ sola erat ad eos rite formandos idonea. Christum uera Euangelij prædicatione nobis depingi, & quodammodo ob oculos nostros crucifigi, testatur Paulus. Quorsum igitur attinebat, tot passim in templis cruces erigi ligneas, lapideas, argenteas, & aureas: si illud probe ac fideliter inculcaretur? Christum esse traditum propter delicta nostra, ut in cruce maledictionem nostram sustineret, & peccata ablueret. Ex quo uno plus discere poterant, quàm ex mille crucibus uel ligneis, uel lapideis. Nam in aureas & argenteas auarimentes & oculos tenacius forte defigunt, quàm in ulla Dei uerba. Neq; tamen ea superstitione teneor, ut nullas prorsus imagines ferendas censeam. Sed quia sculptura & pictura Dei dona sunt: purum & legitimum utriusq; usum requiro. ne quæ Dominus in suam gloriam & bonum nostrum nobis contulit, ea non tantum polluantur, præpostero abusu: sed in nostram quoque perniciem conuertantur. Deum effingi uisibili specie nefas esse putamus: quia id uetuit ipse: & fieri sine aliqua gloriæ eius deformatione non potest. Ac ne in hac opinione nos solos esse putes: omnes sanos scriptores id semper improbasse reperient, qui in eorũ monumentis uersati fuerint. Si ne figurare quidẽ Deo corporeã effigiem fas est: multominus ipsam pro Deo, uel Deũ in ipsa colere licebit. Restat igitur, ut ea sola pingantur ac sculpantur, quorum sint capaces oculi. Dei maiestas, quę oculorũ sensu longe superior est. ne indecoris ſ; ectris corrumpat.

In eo genere partim sunt historiæ ac res gestæ: partim imagines ac formæ corporum, sine ulla rerum gestarum notatione. Priores usum in docendo uel admonendo aliquem habent. secundæ quid pręter oblectationẽ afferre possint, non uideo. Et tamen constat, tales fuisse omnes propemodum imagines, quæ hactenus in tem-

in templis prostiterunt. Vnde iudicare licet, non iudicio aut delectu: sed stulta & inconsiderata cupiditate illic fuisse excitatas. Omitto q̃ perperam & indecenter magna ex parte sint effictæ: q̃ licentiose hic pictores & statuarij lasciuierint. Tantum dico: etiam si nihil uitij ineſſet, nihil tamen habere ad docendum momenti. Verum illo quoq; discrimine omisso, an ullas omnino imagines siue quæ res gestas, siue quę hominum corpora figurent habere in templis Christianis expediat, obiter expendamus. Principio, si quid nos mouet ueteris Ecclesiæ authoritas, meminerimus quingentis circiter annis, quibus magis adhuc florebat religio, & syncerior doctrina uigebat, Christiana templa fuisse communiter ab imaginibus uacua. Ergo tunc primum in ornamentum templorum ascitæ sunt, cum ministerij syncerítas nonnihil degenerasset. Non disputabo ecquid rationis habuerint, qui primi fuerunt eius rei authores. Verum si ætatẽ cũ ętate conferas, uidebis eos multum declinasse ab eorum integritate, qui imaginibus caruerant. Quid? An passuros fuisse putamus sanctos illos patres Ecclesiam tamdiu ea re carere, quam utilem ac salutarem esse iudicarent? at certe quia uidebant in ea aut nihil aut minimũ utilitatis, plurimum autem iubesse periculi: repudiarunt magis consilio & ratione, q̃ ignoratione aut negligentia prætermiserunt. Quod etiam Augustinus claris uerbis testatur. Cum his sedibus locant, inquit, honorabili sublimitate, ut à precantibus atq; immolãtibus attendant: ipsa similitudine animatorũ mẽbrorũ atq; sensuum, quamuis sensu & anima careant, afficiunt infirmos animos, ut uiuere ac spirare uideantur. &c. Et alibi. Hoc enim facit & quodammodo extorquet illa figura membrorum, ut animus in corpore uiuens magis arbitretur sentire corpus, quod suo simillimum uidet &c. Paulo post. Plus ualent simulachra ad curuandam infœlicem animam, q̃ os, oculos, aures, pedes habent, q̃ ad corrigendam quòd non loquuntur, neq; uident, neq; audiunt, neq; ambulant. Hæc sane uidetur causa esse, cur Ioannes non tantum à simulachrorum cultu, sed ab ipsis quoq; simulachris cauere nos uoluerit. Et nos horribili insania, quæ ad totius fere pietatis interitum orbem antehac occupauit, plus nimio sumus experti, simul atq; in templis collocantur imagines, quasi signum idololatriæ erigi: quia sibi temperare non potest hominum stultitia, quin protinus ad superstitiosos cultus delabatur. Quod si nec tantum periculi immineret, cum tamen expendo in quem usum destinata sint templa, nescio quomodo indignum mihi uidetur eorum sanctitate, ut aliàs recipiant imagines, q̃ uiuas illas & iconicas, quas uerbo suo Dominus cõsecrauit. Baptismum intelligo & cœnam Domini, cum alijs ceremonijs, quibus oculos nostros & studiosius detineri, & uiuidius affici conuenit, q̃ ut aliàs hominum ingenio fabrefactas requirant. En incomparabile imaginum bonum: quod nulla pensatione resarcirí potest. Quò uero significantius declaret, quàm grauiter omnem infidelitatem atq; idololatriam execretur, subijcit duobus istis mandatis.

Epist. 49.

In psal. 113.

Se Dominum esse Deum nostrum, fortem, æmulatorem, qui uisitet iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem, in ijs qui oderunt nomen suum: faciat autem misericordiam in milia, ijs qui diligunt se, ac præcepta sua seruant.

Hoc uero perinde est, ac si diceret, se solum esse in quo hærere debeamus. Eò ut nos inducat, potentiam suam prædicat, quæ se impune eleuari nõ patiatur. Deinde æmulatorem se uocat, qui consortem ferre nequeat. Tertio uindicem se futurum asserit suæ maiestatis ac gloriæ, si qui eam ad creaturas, aut sculptilia transferant. Neq; id breui aut simplici uindicta: sed quæ in filios, nepotes & pronepotes sit protendẽda: qui scilicet paternæ impietatis imitatores erunt. Quemadmodum perpetuam quoq; in longam posteritatem, ijs misericordiam ac benignitatem suam exhibet qui se diligunt ac legem suam custodiunt. Personam maritu erga nos induere, usitatissimum est Domino. Siquidem coniunctio, qua nos sibi

deuincit, dum in Ecclesiæ sinum recipit, sacri cuiusdam coniugij instar habet; quòd mutua fide stare oportet. Dominus, ut omnibus fidelis ac ueracis mariti officijs defungitur: ita uicissim à nobis stipulatur amorem ac castitatem coniugalem, hoc est, ne animas nostras Sathanæ libidini, fœdisque carnis cupiditatibus stuprandas prostituamus: Vnde cum Iudæorum Apostasiam corripit, eos, proiecta pudicitia, adulterijs inquinatos conqueritur. Ergo ut maritus, quò sanctior est ac castior, eo grauius accenditur, si uxoris animum ad ritualem inclinare uidet: ita Dominus, qui nos sibi in ueritate desponsauit, ardentissimam zelotypiam suam esse testatur: quoties, neglecta sancti sui coniugij puritate, scelestis libidinibus conspurcamur, tum uero præsertim, dum numinis sui cultum, quem maxime illibatum esse decuerat, alio deriuamus, uel inficimus aliqua superstitione. Quandoquidem hoc modo non tantum uiolamus datam in coniugio fidem: sed ipsum nuptialem thorum, inductis adulteris, polluimus. In comminatione uidendum est, quid sibi uelit, cum se uisitaturum edicit iniquitatem patrum in filios, ad tertiam & quartam generationem. Nam præterquam quòd à diuinæ iusticiæ æquitate alienum est, pœnam alieni delicti ab insonte expetere: Dominus quoque hoc se non comissurum affirmat, ut filius portet iniquitatem patris. Atqui sententia tamen hæc non semel repetitur, de pœnis auitorum scelerum in futuras generationes prorogandis. Sic enim sæpius alloquitur eum Moses. Iehouah, Iehouah, qui reddis iniquitatem patrum filijs in tertiam & quartam generationem. Ieremias similiter. Qui facis misericordiam in milibus, qui reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum post eos. Nonnulli, dum in soluendo hoc nodo ægre desudant, de pœnis duntaxat temporarijs putant intelligendum: quas si filij sustinent pro parentum delictis, non est absurdum: quando sæpe in salutem infliguntur. Quod uerum quidem est. Nam Ezechiæ denunciabat Iesaias, filios eius regno spoliandos, & in exilium deportandos, ob peccatum ab eo perpetratum. Domus Pharaonis & Abimelech, ob læsum Abrahamum, afflictantur &c. sed cum id ad quæstionis huius solutionem affertur, effugium est magis, q̃ uera interpretatio. Grauiorem enim ultionem edicit hic & similibus locis, q̃ ut intra uitæ præsentis termi nos limitetur. Sic igitur accipiendum est. Quod iusta Domini maledictio non modo in caput impij, sed in totam quoque familiam incumbat. Vbi incubuit, quid expectari potest, nisi ut pater Spiritu Dei destitutus flagitiosissime uiuat: filius ob patris nequitiam similiter à Domino derelictus, eandem exitij sequatur uiam: Nepos demum & pronepos, hominum detestabilium execrabile semen, præcipites post eos ruant: primum inspiciamus, an talis uindicta diuinam iustitiam dedeceat: Si uniuersa hominum natura est damnabilis: quos Dominus gratiæ suę communicatione non dignatur, ijs paratum scimus esse interitum. Nihilominus propria iniquitate, non iniquo Dei odio, intereunt. Nec ulla relinquitur expostulatio, cur non aliorum exemplo, Dei gratia in salutem adiuuentur. Cum ergo hæc impijs & flagitiosis irrogatur ob scelera punitio, ut Dei gratia in multas generationes domus eorum priuentur: quis ob iustissimam hanc uindictam Deo criminationem intendat? At Dominus contra pronunciat, pœnam peccati paterni in filium non transituram. Obserua quid illic agatur. Israelitæ, cum diu & assiduè multis calamitatibus uexarentur, prouerbium iactare cœperant, patres suos comedisse uuam acerbam, unde dentes filiorum obstupescerent: quo significabant, admissa fuisse à parentibus peccata, quorum pœnas ipsi, iusti alioqui & immerentes, penderent: implacabili magis Dei iracundia, quàm moderata seueritate. Iis denunciat Propheta, non ita esse: quia ob propria flagitia plectantur. Neque Dei iustitiæ conuenire, ut filius iustus, ob scelesti patris nequitiam, supplicium luat: quod neque in præsenti sanctione habetur. Nam si uisitatio, de qua nunc sermo est, adimpletur, quum ab impiorum familia gratiam, lumen suæ ueritatis, reliqua salutis adiumenta aufert Dominus: eo ipso quòd excæcati & derelicti à Domino filij parentum uestigijs insistunt, maledictio-

Nume. 14.
Iere. 32.
Iesa. 39
Ezech. 18

dictionem ob paterna scelera sustinent: quòd & temporarijs miserijs subijciuntur, & æterno demum exitio, ita iusto Dei iudicio, non ob aliena peccata, sed ob iniquitatem propriam puniuntur. Altera ex parte offertur promissio, de extendenda in mille generationes Dei misericordia: quæ etiam frequenter in scripturis occurrit, & in solemni Ecclesiæ fœdere inseritur. Ero Deus tuus & seminis tui post te, quod respiciens Solomon, scribit filios iustorum, post mortem eorum beatos fore. Non tantum sanctæ educationis ratione (quæ & ipsa certe momentum non minimum habet) sed ob istam in fœdere promissam benedictionem: Quòd Domini gratia in familijs piorum æterna resideat. Eximia hinc fidelibus consolatio, ingens impijs terror. Nam si post mortem quoque memoria tum iustitiæ, tum iniquitatis, tantum apud Deum ualet, ut maledictio huius, & illius benedictio in posteritatem redundet: multo magis in ipsis autorũ capitibus residebit. Cæterum nihil obstat, quòd impiorum soboles interdum ad bonam frugem se recipit, fidelium soboles degenerat: quia non perpetuam hic regulam figere uoluit Dominus: quæ suæ electioni derogaret. Nam ad consolationem iusti, ac terrorem peccatoris sufficit, non esse uanam ipsam aut ineffacem sanctionem: tametsi non semper locum habeat. Quemadmodum enim, quæ paucis sceleratis infliguntur temporales pœnæ, testimonia sunt diuinæ aduersus peccata iræ, & futuri olim in omnes peccatores iudicij: tametsi multi impune, usque ad uitæ finem euadant: ita cum exemplum unum edit Dominus istius benedictionis, ut filium in patris gratiam misericordia & benignitate sua prosequatur, documentum præbet constantis & perpetuę in suos cultores gratię. Cum patris iniquitatem semel in filio persequitur, docet, quale reprobos omnes iudicium ob scelera propria maneat. Quam certitudinem potissimum hic spectauit. Obiter etiam misericordiæ suæ amplitudinem nobis commendat, quam in mille generationes extendit: cum quatuor duntaxat generationes assignarit uindictæ. Prouer. 20

PRAECEPTVM TERTIVM.

Non usurpabis nomen Domini Dei tui in uanum.

Finis præcepti est, quòd nominis sui maiestatem uult nobis esse sacrosanctam. Summa igitur erit, ne ipsam contemptim & irreuerenter habitam prophanemus. Cui interdicto cohæret ex ordine præceptum, ut eam religiosa ueneratione prosequamur. Itaque sic animis & linguis comparatos esse nos decet, ut nihil de Domino eiusque mysterijs aut cogitemus, aut loquamur, nisi reuerenter & multa cum sobrietate. Vt in æstimandis eius operibus, nihil, nisi erga ipsum honorificum, sapiamus. Hæc, inquam, tria obseruare non ociosi tanter conuenit. Vt quicquid mens de ipso concipit, quicquid lingua profatur, ipsius excellentiam respiat, & sacræ nominis eius sublimitati respondeat, denique ad extollendam eius magnificentiam aptum sit. Sancto eius uerbo & adorandis mysterijs, ne temere præpostereq; abutamur, uel ad ambitionem, uel ad auaritiam, uel ad ludicra nostra: sed prout impressam gerunt nominis eius dignitatem, suum inter nos honorem ac precium semper habeant. Postremo eius operibus ne obloquamur aut detrectemus. (quemadmodum illi contumelioſe solent obstrepere miseri homines) sed quidquid ab ipso memoramus factum, cum sapientiæ, iustitiæ, bonitatis elogijs prædicemus. Id est nomen Dei sanctificare. Vbi secus fit, uano prauoque abusu polluitur, quia rapitur extra legitimum usum, cui soli consecratum erat: atq; ut nihil aliud, sua tamen dignitate exutum, contemptibile paulatim redditur. Quod si in hac temeraria usurpandi importune diuini nominis facultate tantum est delicti: multo plus in eo, si in nefarios usus conferatur: ut qui ipsum necromantiæ, incantationibus, diris deuotionibus, illicitis exorcismis, alijsq; impijs superstitionibus seruire faciunt.

Iura-

Iuramentum autem in mandato potiſsimum aſſumitur, in quo peruerſus diuini nominis abuſus maxime eſt deteſtabilis: quo inde melius abſterreamur ab omni, in uniuerſum, eius profanatione. Primo loco habendum eſt, quid ſit iuramentum. Eſt autem Dei atteſtatio, ad ueritatem ſermonis noſtri confirmandam. Quæ enim manifeſta in Deum probra continent execrationes, indignæ ſunt, quæ inter iuramenta cenſeantur. Eiuſmodi atteſtationem, ubi rite peragitur, ſpeciem eſſe cultus diuini oſtenditur multis locis ſcripturæ. ut cum Ieſaias de Aſſyrijs & Aegytijs in fœderis ſocietatem cum Iſraele uocandis uaticinatur: Loquentur, inquit, lingua Chanan, & in nomine Domini iurabunt, hoc eſt, iurando per nomen Domini, confeſsionem religionis edent. Item, cum de propagando eius regno loquitur. Quicunque benedicet ſibi, in Deo fidelium benedicet: & qui iurabit in terra, iurabit in Deo uero. Ieremias autem, ſi eruditi, inquit, docuerint iurare populum in nomine meo, ſicut docuerunt iurare per Baal: ædificabuntur in medio domus meæ. Et merito nomen Domini in teſtimonium inuocando, noſtram in ipſum religionem dicimur teſtari. Sic enim ipſum, æternam eſſe & immutabilem ueritatem confitemur: quem appellamus non modo tanquam præ alijs idoneum ueritatis teſtem: ſed etiam ceu eius aſſertorem unicum, qui abſcondita in lucem proferre queat. Deinde ut cordium cognitorem. Vbi enim deſunt hominum teſtimonia, ad Deum teſtem refugimus: ac præſertim ubi aſſerendum eſt, quod in conſcientia latet. Qua ratione amare ſuccenſet ijs Dominus, qui per alienos Deos deierant: atq; id iuriſiurandi genus, argumentum manifeſtæ defectionis interpretatur. Filij tui dereliquerunt me, & iurant in ijs qui non ſunt Dij. Et ſceleris huius grauitatem pœnarum commina-

Ieſa.19
Ieſa.65
Hiere.12

Iere.5
Zopho.1

tione declarat. Diſperdam eos qui iurant per nomen Domini, & iurant per Melchon. Iam ubi intelligimus, ſacramentis noſtris Dominum ineſſe uelle nominis ſui cultum, eo maiora adhibenda diligentia, ne pro cultu uel contumeliam, uel contemptum & uilitatem contineant. Contumelia eſt non leuis, ſi per ipſum peieratur: unde & prophanatio appellat in lege. Quid enim reſtat Domino, ubi ſua ueritate fuerit ſpoliatus? Iam Deus eſſe deſinet. Sed enim ſpoliat certe, dũ falſi ſufragator & approbator conſtituitur. Quare Ioſuah, dum Achan ad confeſsionẽ

Leuit.19.

Ioſuah.7

ueri adigere uult: fili mi, ait, da gloriã Domino Iſrael: Innuẽs ſcilicet Dominum grauiſſime inhonorari, ſi per eum peieratur. Neq; mirum, non enim ſtat per nos, quin mendacium ſacro eius nomini quodammodo inurat. Quam loquutionem uſitatam inter Iudæos fuiſſe, quoties ad ſacramentum dicendum quiſpiam uocaretur, conſtat ex ſimili obteſtatione, qua utuntur in Euangelio Iohannis Phariſæi. Ad hanc cautionem nos inſtituunt formulæ, quæ in ſcripturis uſurpantur.

Matt.5.

Viuit Dominus, hæc faciat mihi Dominus & hęc addat, teſtis ſit Deus in animã meam: quæ inſinuant Deum aduocare nos non poſſe orationis noſtræ teſtem, quin periurij ultorem nobis imprecemur, ſi fallimus. Vile & uulgare redditur Dei nomen: cum ueris quidem, ſed ſuperuacuis iuramentis adhibetur. ſiquidem accipitur hic quoq; in uanum. Quare non ſatis fuerit à periurio abſtinere: niſi ſimul meminerimus, iuſiurandum non libidinis aut uoluptatis: ſed neceſſitatis cauſa permiſſum & inſtitutũ. Ideoq; extra licitum illius uſum egredi, qui rebus non neceſſarijs accommodat. Porrò non alia prętendi neceſſitas poteſt, quam ubi uel religioni, uel charitati, eſt ſeruiendum. Qua in re nimis licentioſe hodie delinquitur: eoq; intolerabilius, quod aſſuetudine ipſa pro delicto imputari deſijt, quod certe apud Dei tribunal non paruo æſtimatur. Paſsim enim promiſcue temeratur Dei nomen in nugacibus colloquijs: nec male fieri putatur, quia in tantæ improbitatis poſſeſsionem longa & impunita audacia uentum eſt. Manet tamen ratum Domini mandatum: manet firma ſanctio: & effectum olim ſuum obtinebit: qua peculiaris quædam uindicta in eos edicitur, qui fruſtra nomen Domini uſurparint. Peccatur & alia in parte, quòd in Dei locum ſanctos eius ſeruos in iuramẽtis ſubſtituimus, manifeſta impietate: qa ſic diuinitatis gloriã ad eos traducimus. Neq; enim abs re eſt, quod ſpeciali mandato præcepit Dominus, Iurare per nomẽ ſuum.

suum. Speciali interdicto prohibuit, ne per alienos Deos iurantes audiamur. Et Apostolus idem liquide testatur: cum scribit homines in iuramentis superiorem seipsis appellare: Deum, quia sua gloria maiorẽ non habebat, per seipsum iurasse. Deut. 6 & 10. Exod. 23 Heb. 6

Hac iurisiurandi moderatione Anabaptistæ non contenti, omnia sine exceptione execrantur: quoniam Christi generale sit interdictum. Ego dico uobis, ne iuretis omnino, sit autem sermo uester, est, est: non, non. quod ultra est, à malo est. Mat. 5 Sed hoc modo inconsiderate in Christum impingunt: dum illum faciunt Patri aduersarium, & qui ad decreta eius abroganda in terram descenderit. Siquidem Exod. 22. Dominus in lege non modo iuramentum, ceu rem legitimam, permittit: quod ipsum abunde foret: sed in necessitate imperat. Christus autem se asserit unum esse cum Patre, se non aliud afferre, quam quod pater mandauerit, doctrinam suam non esse à seipso &c. Quid ergo? Deum ne sibi contrarium facient, qui quod semel in moribus præcipiendo approbarit, postea prohibeat ac damnet? Sed qa in uerbis Christi nonnihil est difficultatis: ea paulisper expendamus. Hic autem nunquam uerum assequemur, nisi oculos intendamus in Christi scopum, & ad id quod illic agit animum aduertamus. Illi non est institutũ, legem aut laxare aut restringere: sed ad ueram ac germanam intelligentiam reducere: quæ falsis scribarum & pharisęorum commẽtis ualde deprauata fuerat. Id si tenemus: non putabimus Christum damnasse in totum iuramenta: sed ea tantum, quæ legis regulam transgrediuntur. Ex ipsis uerbis constat, populum nihil tunc cauere solitum, prẽter periuria: cum non ijs solis, sed inanibus quoq; ac superuacuis iuramentis lex interdicat. Dominus ergo, certissimus legis interpres, non modo peierare: sed etiam iurare, malum esse admonet. Quomodo iurare? nempe in uanum. Quæ autem in lege commendantur iuramenta, salua & libera relinquit. Videntur sibi ualidius pugnare, cum mordicus arripiũt particulam omnino: quæ tamẽ non ad uerbum refertur: sed subiectas sacramentorum formulas. Nam & ista erat erroris portio, quòd, dum per cœlum & terram deierabant, Dei nomen se non putabant attingere. Ergo post præcipuum præuaricationis caput, omnia etiam subterfugia Dominus illis præcidit: ne se opinentur euasisse, si suppresso Dei nomine cœlum & terram appellarint. Itaq; sanis iudicijs ambiguũ iã esse nequit, Dominum illic iuramenta modo ea improbasse, quę per legem uetita essent. Nam & ipse, qui perfectionis, quam docebat, exemplar in uita exhibuit, non abhorruit à iuramentis, quoties res requirebat: & discipuli, quos magistro suo per omnia paruisse non dubitamus, idem exemplum secuti sunt. Quis audeat dicere, iuraturum fuisse Paulum, si iusiurandum prorsus interdictum fuisset? Atqui ubi res ita tulit, sine ullo scrupulo iurat, etiam addita interdum imprecatione. Nondum tamen finita est quæstio: quando nonnulli sola ab hoc interdicto publica iuramenta eximi arbitrantur. Qualia sunt, quæ, deferente exigenteque magistratu, præstamus. Qualia etiam in sanciendis fœderibus usurpare principes solent: uel populus, cum in nomen principis iurat: uel miles, cum sacramento militiæ adigitur: & quæ sunt huiusmodi. In hunc quoque ordinem, & iure, referunt, quæ extant apud Paulum, ad asserendam Euangelij dignitatem: quando Apostoli in sua functione priuati homines non sunt: sed publici Dei ministri. Et sane non inficior, illa esse tutissima: quòd solidioribus scripturæ testimonijs defenduntur. Iubetur magistratus in re dubia adigere testem ad iuramentum: Ille uicissim iuramento respondere. Et Apostolus ait, humanas Heb. 6 controuersias hoc remedio expediri: In hoc præcepto habet uterque solidam officij sui approbationem. Quin etiam apud ueteres ethnicos obseruare licet, publicum & solemne iusiurandum in magna religione habitum fuisse, Vulgaria, quæ promiscue faciebant, aut pro nihilo, aut non ita magno fuisse reputata, perinde ac si Dei numen in his non intercedere putarent. Verum priuata iuramenta, quæ sobrie, sancte, reuerenter necessarijs rebus adhibeantur, damnare nimis periculosum fuerit: quæ ipsa & ratione & exemplis fulciuntur. Nam si priuatis in re graui & seria Deum inter se iudicem appellare licet: multo magis

magis testem. Insimulabit te frater tuus perfidiæ, purgare te studebis ex charitatis officio: Ille nulla ratione satisfieri sibi patietur. si in discrimen fama tua obilius obstinatam malignitatem ueniat, sine offensa ad Dei iudiciũ prouocabis: ut tuam innocentiam tempore manifestet. Minus est testem aduocare, si uerba expenduntur, non uideo igitur cur hic illicitam asseramus attestationem. Neq; desunt plurima exempla. Si Abraham & Isaac Sacramentum cum Abimelech publico nomine prætexitur: At certe Iacob & Laban priuati erãt: qui mutuo iuramẽto fœdus inter se sanciunt (Genesis. 31.) Priuatus erat Booz, qui promissum cõiugium Ruth eodem modo confirmauit. Priuatus erat Abdias, uir iustus & timens Dei, qui iuramento asseuerat, quod Heliæ uult persuadere. Nullam itaque meliorem regulam habeo, nisi ut iuramenta sic moderemur: ne temeraria sint, ne promiscua, ne libidinosa, ne friuola: sed iustæ necessitati seruiant: ubi scilicet uel Domini gloria uindicanda, uel promouenda fratris ædificatio. Quo legis mandatum spectat.

Ruth. 3

2. Reg. 18.

PRAECEPTVM QVARTVM.

Recordare ut diem Sabbathi sanctifices. Sex diebus operaberis: & facies omnia opera tua: septimo autem die sabbathum Domini Dei tui est. Non facies omne opus in eo &c.

Finis præcepti est, ut propriis affectibus & operibus emortui, regnum Dei meditemur, atq; ad eam meditationem institutis à Domino rationibus exerceamur. Verum quoniam habet peculiarem & diuisam à reliquis considerationem, paulò diuersam interpretationis seriem requirit. umbratile ueteres nuncupare solent, quòd externam diei obseruationem contineat, quæ in Christi aduentu, cum reliquis figuris, abolita fuerit. Quod uere quidẽ ab illis dicitur: sed dimidia tantum ex parte rem attingit. Quare altius repetenda est expositio: & dispiciendæ tres causæ, quibus constare hoc mandatum obseruamus. Voluit enim Dominus, sub diei septimi quiete, populo Israel spiritualem requiem figurare, qua à propriis operibus feriari debent fideles, ut Deum in se operari sinant. Deinde statum diem esse uoluit, quo ad legem audiendam, & ceremonias peragendas, conuenirent. Tertio, seruis, & ijs qui sub aliorum degerent imperio, quietis diem indulgendum censuit, quo aliquam haberent à labore remissionẽ. illam tamen spiritualis quietis adumbrationem, primarium in sabbatho locũ tenuisse, multiphariam docemur. Nullius fere siquidem pręcepti obedientiam seuerius Dominus exegit. Cum subuersam omnẽ religionem uult apud Prophetas significare: polluta, uiolata, non custodita, non sanctificata sua sabbatha, conqueritur. quasi, omisso hoc obsequio, nihil amplius restaret, in quo posset honorari. Eius obseruantiam eximijs encomijs prosequitur. Vnde & fideles, inter alia oracula, sabbathi reuelationem mirifice æstimabant. Sic enim loquuntur Ieuitæ apud Nehemiah, in solenni congregatione. Ostendisti patribus nostris sabbathum tuum sanctum, mandata & ceremonias, & legem dedisti eis per manum Mosi. Vides ut singulari dignatione habeatur inter præcepta omnia legis: Quæ omnia pertinent ad commendandam mysterij dignitatem: quod à Mose & Ezechiele pulcherrime exprimitur. Sic habes in Exodo. Videte ut sabbathum meum custodiatis, quia signum est inter me & uos, in generationibus uestris: ut sciatis quod ego sum Dominus, qui sanctifico uos. Custodite sabbathum, sanctum est enim uobis. Custodiant filij Israel sabbathum, & celebrent illud in generationibus suis. pactum est sempiternum inter me & filios Israel, signumq; perpetuum. fusius etiam num Ezechiel. cuius tamen summa huc redit. esse in signum, quo Israel cognosceret Deum esse suum sanctificatorem. Si sanctificatio nostra propriæ uoluntatis mortificatione constat: iam se profert aptissima signi externi, cum reipsa interiori, analogia. Quiescendum omnino est, ut Deus in nobis operetur. Cedendũ uoluntate nostra, resignandum cor, abdicandę cunctæ carnis cupiditates. Denicq;

Nume. 15
Exo. 31. 35.
Ierem. 17
Ezech. 20. 22. 23.
Iesa. 56
Nehem. 9.
Exod. 31.
Ezech. 20.

feriam-

ferendum est ab omnibus propriꝭ ingenijꝭ munijs, ut Deum habentes in nobis operantem, in ipso acquiescamus. Quemadmodum Apostolus quoq; docet. Perpetuam istam cessationem Iudæis repræsentabat unius diei, ex septenis, obseruatio: quę ut maiori religione coleretur, eã exemplo suo Dominus cõfirmabat. Nõ enim ad excitandum hominis studium mediocriter ualet, ut se ad creatoris imitationem tendere nouerit. Si quis arcanam aliquam in septenario numero significationem requirat: quando hic in scriptura perfectionis est numerus, non sine causa delectus est ad notandam perpetuitatem. Cui & illud suffragatur, quod Moses in die, quo narrat requieuisse Dominum ab operibus suis, finem describendæ dierum ac noctium successionis facit. Potest & altera probabilis afferri numeri notatio: quod scilicet designarit Dominus nunquam absolutum fore Sabbathum, donec ventum ad vltimum diem fuerit. Nostram enim in Domino quietem hic inchoamus, in ea nouos quotidie progressus facimus: sed quia assidua est adhuc cum carne militia, non prius consumabitur, quàm implebitur illud Iesaię: de continuanda Neomenia cũ Neomenia, Sabbatho cum Sabbatho. Nempe cum erit Deus omnia in omnibus. Videri ergo possit Dominus, per diem septimum, populo suo delineasse futuram sui Sabbathi, in ultimo die, perfectionem: quò, contínenti Sabbathi meditatione, ad hanc perfectionem, tota uita, adspiraret. Si quis hanc numeri obseruationem, ceu nimis argutam, fastidiat, nihil impedio, quo minus simplicius accipiat: Dominum certum diem ordinasse, quo ad meditandam spiritualis quietis assiduitatem populus sub legis pædagogia exerceretur. septimum assignasse: uel quia sufficere prouidebat, uel ut proposita exempli sui similitudine, melius populum extimularet: uel certe erudiret non alio spectare Sabbathum, nisi ut suo creatori conformis redderetur. Parum enim interest: modo mysteriũ, quod præcipue delineat, maneat, de perpetua nostrorũ operũ quiete. Ad quod contemplandum identidem reuocabant Iudæos Prophetæ: ne, carnali cessatione, defunctos se putarent. Præter allegatos iam locos sic habes apud Iesaiã. Si auerteris à Sabbatho pedem tuum, ut non facias uoluntatem tuam in die sancto meo, & uocaueris Sabbathum delicatum & sanctum Domini glorioſi: & glorificaueris eum, dum non facis uias tuas, & inuenitur uoluntas tua, ut loquaris sermonem: tunc delectaberis super Domino &cæt. Cæterum non dubium quin, Domini Christi aduentu, quod ceremoniale hic erat, abolitum fuerit. Ipse enim ueritas est, cuius præsentia, figurę omnes euanescunt: corpus, cuius aspectu, umbræ relinquuntur. Ipse, inquàm, uerum Sabbathi complementum. Per Baptismũ illi consepulti, in consortium mortis eius insiti sumus, ut resurrectionis participes in nouitate uitæ ambulemus. ideo Sabbathum umbram fuisse rei futuræ, alibi scribit Apostolus: corpus extare in Christo. hoc est solidam ueritatis substantiam: quam illo loco bene explicauit. Ea non uno die contenta est, sed toto uitæ nostræ cursu: donec penitus nobismetipsis mortui, Dei uita impleamur. A Christianis ergo abesse debet superstitiosa dierum obseruatio.

Heb. 3. et. 4.

Iesa. ulti.

1. Corin. 15

Iesai. 58.

Roma. 6.

Colos. 2.

Enimuero, quoniam duæ posteriores causſæ ueteribus umbris annumerari nõ debent, sed sæculis omnibus peræque conueniunt: abrogato Sabbatho, inter nos tamen etiamnum locum istud habet: ut statis diebus ad audiendum uerbum, ad mystici panis fractionem, ad publicas orationes, conueniamus. Deinde ut seruis & operarijs sua detur à labore remissio. Vtramque in Sabbathi præceptione curæ fuisse Domino, proculdubio est, prior abunde testimonij, uel in solo Iudæorum usu, habet. Secundam signauit Moses in Deut: his uerbis, ut requiescat seruus tuus, & ancilla tua, sicut & tu. memento quod & ipse seruieris in Aegypto. Item in Exod: ut requiescat bos & asinus tuus: & respiret filius ancillæ tuæ. Vtramq; quis neget nobis, perinde ac Iudæis, conuenire? Conuentus Ecclesiastici nobis Dei uerbo præcipiuntur. Et eorum necessitas, ipsa uitæ experientia, nota satis est. Nisi stati sint, & suos habeant constitutos dies, quomodo haberi possunt? Omnia decenter & ordine gerenda inter nos sunt ex Apostoli sententia. Tantum uero abest quin decorum & ordo, nisi ista politia & moderatione, conseruari possit, ut

Deut. 5.

Exodi. 23.

1. Cor. 14.

præsentissima impendeat Ecclesiæ, perturbatio & ruina, si dissoluat. Quod si eadem nobis necessitas incumbit, cuius in subsidium Iudęis Dominus Sabbathum constituerat: nemo causetur nihil illud ad nos pertinere. Voluit enim prouidentissimus & indulgentissimus Pater noster, nostræ, non minus quàm Iudęorũ necessitati, prospicere. Cur nõ quotidie, inquies, potius conueniamus, ut ita tollatur dierum discretio? Vtinam illud quidem daretur: & sane digna erat spiritualis sapientia, cui quotidie decideretur particula aliqua temporis. Sed si à multorũ infirmitate obtineri non potest: ut quotidiani cõuentus agantur, & charitatis ratio plus ab illis exigere non permittit: cur non pareamus rationi quã nobis uidemus Dei uoluntate impositã? Paulò hic cogor esse longior, quod hodie ob diem Dominicum tumultuant nonnulli inquieti spiritus. Plebem Christianã quiritantur in Iudaismo foueri, quia retinet aliquam dierum obseruationem. Ego autem respondeo, citra Iudaismũ dies istos à nobis obseruari: quia longo interuallo differimus in hac parte à Iudæis: Non enim ut ceremoniã arctissima religione celebramus, qua putemus mysteriũ spirituale figurari: sed suscipimus, ut remedium retinendo in Ecclesia ordini necessarium. Atqui Paulus docet non esse in eius obseruatione iudicandos Christianos: quia sit umbra rei futuræ. Ideo timet ne inter Galatas frustra laborarit, quod adhuc dies obseruarẽt. Et ad Romanos asserit superstitiosum esse si quis iudicat inter diem & diem. At quis, præter istos duntaxat furiosos, non uideat de qua obseruatione intelligat Apostolus? Non enim in finem istum politicum, & Ecclesiasticum ordinem respiciebant: sed cum, tanctę rerum spiritualium umbras retinerent: tantundem obscurabant Christi gloriam, & Euangelij lucem. A manuarijs operibus non ideo feriebantur, quod essent à sacris studijs & meditationibus auocamenta: sed religione quadã, quod feriando, mysteria olim commendata recolere se somniabant. In hanc, inctę, præposteram dierum discretionem inuehitur Apostolus: non in legitimum delectum, qui societatis Christianæ paci seruiat. Siquidem in Ecclesijs ab eo institutis Sabbathum in hunc usum retinebatur. Illum enim diem prescribit Corinthijs, quò symbola, ad subleuandos Hierosolymitanos fratres, colligantur. Si timetur superstitio, plus erat periculi in Iudaicis ferijs, quã in Dominicis, quos nunc habent Christiani, diebus. Nam quod ad euertendã superstitionẽ expediebat: sublatus est Iudæis religiosus dies: quod decoro, ordini, paci, in Ecclesia retinendis necessarium erat: alter in eum usum destinatus est. Quanctę non sine delectu Dominicum, quem uocamus, diem ueteres in locum Sabbathi subrogarunt. Nam cum ueræ illius quietis, quam uetus Sabbathum adumbrabat, in resurrectione Domini finis sit ac complementũ: ipso die qui umbris finem attulit, admonentur Christiani, ne umbratili ceremoniæ inhæreant. Nectę sic tamen septenarium numerum moror, ut eius seruituti Ecclesiã adstringã. Nectę enim Ecclesias damnauero, quę alios conuentibus suis solennes dies habeãt: modo à superstitione absint. Quod erit, si ad solam disciplinę compositionem referantur. Summa sit. Vt sub figura Iudæis tradebatur ueritas: ita nobis sine umbris cõmendatur. primũ, ut perpetuum tota uita Sabbathismum meditemur à nostris operibus, quò Dñs in nobis per suum Spiritum operetur. Deinde ut legitimum Ecclesiæ ordinem, ad uerbum audiendũ, ad sacramentorũ administrationem, ad publicas orationes constitutũ, obseruemus. Tertio, ne nobis subditos inhumaniter premamus. Ita euanescunt nugę pseudoprophetarum, q Iudaica opinione populũ superioribus sęculis imbuerunt, nihil aliud afferentes, nisi abrogatũ esse q̃d ceremoniale erat in hoc mandato (id uocant sua lingua diei septimæ taxationẽ) remanere autem q̃d morale est: nempe vnius diei obseruationẽ in hebdomade. Atq id nihil aliud est, cctę in Iudęorũ contumeliã diem mutare, diei sanctitatẽ animo eandẽ retinere: siquidem manet nobis etiamnũ par mysterij in diebus significatio, quę apud Iudęos locũ habebat. Et sane uidemus q̃d tali doctrina profecerint. Qui enim eorũ constitutionibus hęrent, crassa carnalicctę Sabbathismi superstitione Iudęos ter superãt. Vt nihilominus hodie ipsis conueniãt obiurgationes, quæ apud Iesaiã leguntur, cctę ijs, quos sua ætate Propheta increpabat.

Colos. 2
Galat. 4.
Rom. 14.

De hac libertate uide Socratẽ hist. trip. li. 9. ca. 38

Iesa. 1. 58.

PRAECEP-

PRAECEPTVM QVINTVM.

Honora Patrem tuum & Matrem: Vt sis longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi.

Finis est: Quoniam Domino Deo suæ dispositionis conseruatio cordi est, ordinatos ab ipso eminentię gradus oportere nobis esse inuiolabiles. Summa igitur erit, ut quos nobis præfecit Dominus, eos suspiciamus, eosq; & honore, & obedientia, & gratitudine, prosequamur. Vnde sequitur interdictum, ne quid eorum dignitati, uel contemptu, uel cõtumacia, uel ingratitudine, derogemus. Sic enim late patet uocabulũ honoris in scriptura. Vt cum dicit Apostolus, presbyteros, q bene præsunt, duplici honore dignos esse: non modo reuerentiam ijs deberi intelligit, sed quam ministerium eorum remunerationem meretur. Quoniam autẽ hoc de subiectione præceptum cum humani ingenij prauitate ualde pugnat (quod ut est celsitudinis appetentia turgidum: ęgre se subijci sustinet) quę natura maxime amabilis est, & minime inuidiosa superioritas, in exemplar proposita est, quia facilius animos nostros emollire & inflectere ad submissionis consuetudinem poterat. Ad omnem ergo legitimam subiectionem ab ea, quæ facilima est toleratu, nos paulatim assuefacit Dominus: quando est omnium eadem ratio. Siquidem, quibus attribuit eminentiam, quatenus ad eam tuendã necesse est, suum cum illis nomen communicat. In vnum ipsum ita conueniunt Patris, Dei, ac Domini, tituli; ut quoties unum aliquem ex ijs audimus, maiestatis illius sensu animum nostrum feriri oporteat. Quos ergo istorum facit participes, eos quadã fulgoris sui scintilla illustrat: ut sint pro suo quisq; loco spectabiles. Ita qui nobis est Pater, in eo diuinum aliquid reputare par est: quia diuinum titulum non sine caussa gerit. Qui princeps est, qui Dominus, habet nonnullam honoris cum Deo communionem. Quapropter ambiguum esse non debet, quin hic uniuersalem regulam Dominus statuat, ut prout quemq; nouimus esse nobis Dei ordinatione pręfectũ, ipsum reuerentia, obedientia, gratitudine, & quibus possumus officijs, prosequamur. Nec interest digni ne, an indigni sint, quibus honor iste deferatur. Nam qualescunque sint tandem, non tamen sine Dei prouidentia hunc locum assecuti sunt: cuius ratione ipse legislator eos honorari voluit. Nominatim tamen de parentum reuerentia præcepit, qui nos in hanc uitam sustulerunt: ad quam natura ipsa quodammodo instituere nos debet. Monstra enim sunt, nõ homines, qui primam potestatẽ contumelia uel peruicacia infringunt: Ideo cunctos parentibus immorigeros trucidari iubet Dominus, ut beneficio lucis indignos, qui nõ recognoscunt, quorũ opera in eam peruenerint. Atq; ex uarijs quidem legis appendicibus apparet, uerũ esse, quod adnotauimus: tres esse honoris, de quo hic loquit, partes, reuerentiã, obedientiam, gratitudinẽ, Primam Dominus sancit, dum interfici præcipit, qui maledixerit Patri & Matri. quandoquidẽ illic in contemptum ac contumeliam uindicat. Secundam, dum aduersus immorigeros & rebelles pœnã mortis edicit. Ad tertiam pertinet quod dicit Christus Mat. 15. ex precepto Dei esse, ut benefaciamus parentibus. Et quoties mandati mentionẽ facit Paulus, obedientiã in eo requiri interpretatur. Subnectitur promissio, cõmendationis uice, quę magis admoneat, q̃ grata Deo sit, quę hic nobis imperatur, submissio. Istum enim aculeum excitando torpori nostro admouet Paulus, cum dicit mandatũ hoc esse primũ cum promissione. Siquidẽ quæ in prima tabula præcessit, non specialis & propria unius mandati fuit: sed ad legẽ uniuersam extendebatur. Porro sic accipienda hęc est. Peculiariter Israelitis loquebatur Dominus de terra, quã illis promiserat in hereditatẽ. Si ergo diuinæ benignitatis arrabo erat terræ possessio nõ mireremur, si Dominus testari uoluerit suam gratiã, uitę longitudinem largiendo: per quã fiebat, ut diuturnus caperet sui beneficij fructus. Sensus ergo est. honora Patrem & Matrẽ, quo per longũ uitę spaciũ frui tibi diu liceat ea terræ possessione,

Exod. 21. Leuit. 20. Prouer. 20

Ephe. 6. Coloss. 3.

quæ tibi futura est in gratiæ meæ testimonium. Cæterum quia tota terra fidelibus benedicta est, præsentem uitã inter Dei benedictiones merito reponimus. Quare ad nos similiter spectat istæc promissio: quatenus scilicet diuinæ beneuolentię documentum nobis est præsentis uitæ duratio. Non enim ea aut nobis promittitur, aut promissa fuit Iudæis, quasi beatitudinem in se contineret: sed quia symbolum pijs esse solet diuinæ indulgentiæ. Quare si contingat ante maturam ætatem, obsequentem parentibus filium è uita abripi (quod non raro cernitur) nihilo minus in suæ promissionis cõplemento constanter Dominus perseuerat, quàm si eũ centum terræ iugeribus muneretur, cui duo pollicitus erat. Totum in hoc situ̇ est, ut expendamus longam uitã eatenus promitti, quatenus Dei benedictio est. Benedictionem uero Domini esse, quatenus diuinæ gratiæ est documentum: quã Dominus per mortem infinito solidius seruis suis testificatur. Ad hæc, dum præsentis uitæ benedictionẽ Dominus pollicetur filijs, qui parentes, qua decet, obseruatione coluerint: simul innuit, omnibus immorigeris ac inobsequentibus certissimã imminere maledictionẽ, cui ne desit executio, eos per legẽ suam mortis iudicio obnoxios pronunciat, ac supplicium de ipsis sumi mandat. Si iudiciũ effugiunt, ipse vltionem expetit quouis modo. videmus enim quantus numerus ex hoc hominũ genere, uel in prælijs, uel in rixis, cadat, alij insolitis modis affligunt. Omnes prope cõminationem hanc non esse uanã argumento sunt. Quod si qui euadunt ad ultimã senectutem, quia & in hac uita, Dei benedictione priuati, nihil aliud quàm misere languent, & maioribus in posterum pœnis reseruantur, multũ abest quin
Ephe. 6. benedictionis, pijs filijs promissæ, fiant participes. Sed istud etiã obiter adnotandum, quillis obedire non nisi in Domino iubemur. Neq; id obscurum est ex iacto prius fundamento. præsident enim eo loco, in quem euexit eos Dominus, cõmunicata cum ipsis honoris sui portione. Quæ ergo submissio illis exhibeꝛ, ad suspiciendum summum illum Patrẽ gradus esse debet. Quare si in legis transgressionẽ nos instigant, merito tum non parentes nobis habendi sunt, sed extranei, qui nos à veri Patris obedientia subducere conantur. Sic de Principibus, Dominis, & vniuerso superiorum genere habendum. Indignum enim & absonum est, ut ad deprimendã Dei celsitudinem eorum eminentia polleat: quę ut ab illa pendet, ita in illã deducere nos debet.

PRAECEPTVM SEXTVM.

Non Occides.

Finis præcepti est: quoniam hominum genus unitate quadam Dominus deuinxit, incolumitatem omnium unicuique debere esse commendatam. In summa ergo, uiolentia omnis & iniuria, ac omnino quæuis noxa, qua proximi corpus lædatur, nobis interdicitur. Ac proinde iubemur, si quid in opera nostra ad tuendam proximorum uitam subsidij est, fideliter impendere: quę ad eorum tranquillitatem faciunt, procurare: depellendis noxis excubare: si quo in discrimine sunt, præbere manum auxiliarem. Si Deum legislatorem sic loqui recordaris, simul cogita, uelle per hanc regulã animæ tuę moderari. Ridiculũ enim foret, ut is qui cordis cogitationes speculatur, ijsque præcipue immoratur, ad ueram iustitiam nihil quàm corpus erudiret. Ergo & homicidium cordis hac lege prohibetur, & præcipitur interior affectus conseruandæ fratris uitæ. Manus quidem homicidium parit: sed animus concipit, dum ira & odio inficitur. Vide an irasci aduersus fratrẽ possis, quin noxæ libidine ardeas. Si non irasci, ergo nec odisse, quando odiũ nihil aliud est, cui ira inueterata. Dissimules licet, & uanis ambagibus extricare te conetis: ubi uel ira, uel odiũ est, illic est maleficus affectus. Si tergiuersari pergis, iã
1. Ioan. 3 oreSpiritus pronunciatũ est, homicidam esse, qui fratrem in corde suo oderit: ore
Matth. 5. Domini Christi pronunciatum est, reum esse iudicio, qui fratri suo irascitur: reum esse concilio, qui dixerit racha: reum esse gehennæ ignis, qui dixerit fatue.

Duplicem

Duplicem autem æquitatem scriptura notat, qua nititur hoc præceptum. Quia & imago Dei est homo, & caro nostra. Quare nisi imaginem Dei uiolare libeat, sacrosanctum habere illum; nisi omnem exuere humanitatem, ut carnem propriam fouere debemus. Quæ à redemptione & Christi gratia ducenda est exhortatio, alibi tractabitur. Duo illa naturaliter in homine considerari Dominus voluit, quæ nos ad conseruationem eius inducerent: ut & suam imaginem in ipso impressam reuereamur, & carnem nostram amplexemur. Non ergo euasit homicidij crimen, qui à sanguinis effusione sibi temperarit. si quid opere perpetras, si conatu machinaris, si uoto & consilio concipis, quod alterius saluti sit aduersum, homicidij reus teneris. Nisi rursum illam pro facultate & opportunitate tueri studes, ea quoq; immanitate legem præuaricaris. Quod si tantopere de corporis incolumitate laboratur: hinc colligamus, quantum studij & operæ saluti animę debeatur, quę in immensum coram Domino præcellit.

SEPTIMVM PRAECEPTVM.

Non mœchaberis.

Finis eius, quia pudicitiã & puritatem Deus amat, facessere à nobis omnem immunditiã oportere. Summa igitur erit, ut ne qua spurcitia aut libidinosa intemperie cárnis inquinemur. Cui respondet affirmatiuum præceptum, ut caste & continenter omnes uitæ nostræ partes componamus. Scortationẽ autem nominatim uetat, ad quã tendit omnis libido. Vt illius fœditate, quæ crassior est & palpabilior, quatenus scilicet corpori etiã maculã inurit, in libidinis cuiusuis abominationem nos adducat. Quoniam hac lege conditus est homo, ut solitariam uitam non agat: sed adiuncto sibi subsidio utatur: deinde ex peccati maledictione in hanc necessitatem magis addictus est: quãtum satis erat Dominus opitulatus est nobis in hac parte, dum coniugium instituit. Cuius societatem, sua authoritate initam, sua quoq; benedictione sanctificauit. Vnde constat, & aliam quamlibet extra coniugium societatem corã ipso maledictam esse: & illam ipsam coniugalem in necessitatis remedium esse ordinatã, ne in effrenem libidinem proruamus. Ne ergo nobis blandiamur, dum audimus nõ posse uirum cum muliere sine Dei maledictione extra coniugium copulari. Iam cum per naturæ conditionem, & accensa post lapsum libidine, mulieris consortio bis obnoxij simus: nisi quos singulari gratia Dominus inde exemit, uideant singuli, quid sibi datum sit. Virginitas, fateor, uirtus est non contemnenda. Sed quoniã aljs negata est: aljs nõ nisi ad tempus concessa, qui ab incontinentia uexantur, & superiores in certamine esse nequeunt, ad matrimonij subsidium se conferant, ut ita in suæ uocationis gradu castitatem colant. Nam qui non capiunt hoc verbum, si non proposito concessoq; remedio intemperantiæ suæ succurrant, cũ Deo pugnant, ac resistunt eius ordinationi. Neq; mihi quispiam obstrepat (quod multi hodie faciunt) Dei se auxilio adiutũ, omnia posse. Dei enim auxilium non nisi ijs adest, qui in uijs suis ambulant: hoc est, *Psal.* in sua uocatione, à qua se omnes subducunt, qui præteritis Dei subsidijs, necessitates suas superare eluctariq; inani temeritate contendunt. Continentiam singulare esse Dei donum, atq; ex eorum genere, quæ non promiscue, nec in uniuersum corpori Ecclesiæ, sed paucis membris conferantur, Dominus affirmat. Primum *Matth.* enim certum hominum genus facit, quod se castrauerit propter regnum cœlorũ, hoc est, ut solutius ac liberius uacare regni cœlestis negocijs liceat. ac ne talẽ castrationẽ esse in hominis sitam potestate quis putet, paulo ante ostenderat, non omnes esse capaces: sed quibus peculiariter è cœlo datum sit, unde concludit. Qui potest capere capiat. Asserit etiam nũ apertius Paulus, dum scribit unumquemq; habere proprium donum à Deo: unum sic, alterum autem sic. Quando aperta de- *1. Corint.* nunciatione admonemur, nõ esse cuiuslibet, seruare castitatẽ in cœlibatu, etiamsi

ſtudio & conatu ad id maxime adſpiret: peculiarem eſſe gratiam, quam Dominus non niſi certis hominibus confert, quò ipſos habeat ad opus ſuum expeditiores: nonne Deo & naturæ ab eo inſtitutæ repugnamus, ſi non uitæ noſtræ genus ad facultatis noſtræ modum accommodamus? Hic ſcortationem Dominus prohibet, puritatem ergo & pudicitiam à nobis requirit. Eius ſeruandæ una eſt ratio, ut ſuo quiſq; modulo ſe metiatur. Nemo temere matrimonium contemnat uel uti rem ſibi aut inutilem aut ſuperuacuam. Nemo cœlibatū aliter expetat, quàm ſi uxore carere poſsit: Neq; in eo etiam carnis tranquillitati uel commoditati conſulat: ſed tantū, ut uinculo hoc ſolutus, ad omnia pietatis officia promptior ſit ac paratior. Et quoniā multis hoc beneficium non niſi ad tempus confertur, tamdiu quiſq; à coniugio abſtineat, quàmdiu erit ad ſeruandū cœlibatum idoneus. Si ad domandam libidinem uires deficiant: intelligat iam ſibi coniugij neceſſitatem à Domino impoſitam. Hoc demonſtrat Apoſtolus, cum præcipit, ut ad fugiendam ſcortationem unuſquiſq; uxorem ſuam habeat: & unaquæq; mulier uirum. Item, ut qui non poteſt ſe continere, matrimonium in Domino contrahat. Primū ſignificat maiorem hominū partem incontinentiæ uitio eſſe obnoxiam. Deinde ex ijs, qui obnoxij ſunt, neminem excipit, quē non iubeat ad unicum illud remedium confugere, quo impudicitiæ obuiā itur. Ergo qui ſunt incontinentes, ſi hac ratione mederi negligunt ſuæ infirmitati, eo ipſo peccant, q; huic Apoſtoli mandato non obtemperant. Neq; ſibi blandiatur qui mulierem non attingit, ac ſi impudicitiæ argui non poſſet: cum interim animus libidine intus ardeat. Pudicitiam enim definit Paulus coniunctam cum caſtitate corporis animi puritatē. Cœlebs
1. Corin. 7 mulier, inquit, cogitat quæ Domini ſunt: quomodo ſancta ſit corpore & ſpiritu. Itaq; dum ſuperius illud præceptum ratione confirmat, non tantū dicit melius eſſe uxorē ducere, q; ſcorti ſocietate ſe polluere: ſed dicit melius eſſe nubere quàm uri. Noſtri uero ſacrifici, monachi, & moniales, omiſſa eiuſmodi conſideratione, cœlibatui ſe pares eſſe confidunt. Quo enim oraculo edocti ſunt, conſtaturam ſibi tota uita caſtitatem, in cuius finem eam uouent? Audiunt de uniuerſali hominum conditione, Dei uocem. Non eſt bonum homini eſſe ſoli. Intelligunt, atq; utinam non ſentirent, peccatum in nobis manens non carere acerrimis aculeis. Illam generalem vocationem qua fiducia excutere audent in totam uitam? cum donum continentiæ ſæpius in certum tempus, prout opportunitas requirit, concedatur. In tali peruicacia ne Deum auxiliatorem expectent: ſed meminerint potius eius, quod dictum eſt. Dominum Deum tuum non tentabis. Hoc uero Deum tentare eſt, contra inditam ab eo naturam niti, ac præſentia eius dona ſpernere, ac ſi nihil ad nos pertinerent. Quod iſti non modo faciunt: ſed matrimonium etiam, quod inſtituere non alienum ſua maieſtate cenſuit Deus: quod in omnibus honorabile pronunciauit: quod Chriſtus Dominus noſter ſua præſentia ſanctificauit: quod primo ſuo miraculo cohoneſtare dignatus eſt: pollutionem uocare audent. Tantum ut qualemcunque cœlibatum miris encomijs tollant. Quaſi uero non aliud cœlibatum eſſe, aliud virginitatem, luculentum ipſi documentum præbeant in ſua uita: quam tamen impudentiſsime angelicam uocant. In hoc certe Angelis Dei nimium iniurij, quibus ſcortatores, adulteros, & aliquid multo peius ac fœdius comparant. Et ſane argumentis hic minime opus eſt: ubi reipſa palam reuincuntur. Videmus enim palam, quàm horrendis pœnis huiuſmodi arrogantiam & expræſidentia donorum ſuorum contemptum paſsim ulciſcatur Dominus. Et occultioribus, præ pudore, parco: de quibus hoc ipſum, quod intelligitur, nimium eſt.

Sed de uoti iſtius temeritate nonnihil alibi dicendum adhuc erit. Quòd autem ſacerdotibus interdictum fuit coniugium: id factum eſt impia tyrannide: non modo contra uerbum Dei: ſed etiam contra omnē æquitatem. Primum uetare quod Dominus liberum reliquiſſet, nulla ratione hominibus licuit. Deinde nominatim Deum cauiſſe uerbo ſuo ne hæc libertas infringeretur, clarius eſt, quam ut longa demonſtratione uti neceſſe ſit. Omitto quod Paulus pluribus locis Epiſcopum

scopum uult esse unius uxoris uirum. sed quid potuit uehementius dici? quam ubi ex Spiritu sancto denũciat, fore nouissimis temporibus homines impios, q̃ coniugium prohibeant: eosq̃ nõ modo impostores nũcupat, sed dæmones. Hoc igit̃ uaticinium, hoc sacrum oraculum est Spiritus sancti, quo Ecclesiam ab initio præmunire aduersus pericula uoluit: Doctrinam dæmoniorum esse, coniugij̃ prohibitionem. Verum belle se elapsos esse putant, cum hanc sententiam detorquent ad Tatianos ueteres hæreticos. Illi, inquiunt, soli matrimonium damnarunt. Nos minime damnamus: sed Ecclesiasticum ordinem tantum ab eo arcemus, cui putamus non satis conuenire. Quasi uero etiamsi in Tatianis completũ sit primo loco hoc uaticinium, non in istos etiam competat, aut quasi auditu digna sit puerilis ista argutiola, quòd prohibere se negant, quia non omnibus prohibent. Perinde enim est, acsi tyrannus iniquam non esse legem contendat, cuius iniquitate pars duntaxat ciuitatis prematur. Obij̃ciunt, aliqua nota differre oportere à plebe sacerdotem. Quasi non prouiderit hoc quoq̃ Dominus, quibus ornamentis excellere deberent sacerdotes. Ita Apostolum perturbati ordinis, confusiq̃ decoris Ecclesiastici insimulant: qui cum absolutam boni Episcopi idæam delinearet, inter reliquas dotes, quas in eo requirebat, ausus sit coniugium ponere. scio qualiter hoc interpretentur. Nempe eligendum non esse, qui secundam habuerit uxorem. Atq̃ hanc interpretationem non esse nouam concedo. sed falsam esse ex ipso contextu palam est, quia statim præscribit, quales Episcoporum & Diaconorum uxores esse oporteat. Paulus inter Episcopi uirtutes numerat cõiugium, isti intolerabile uitium in ordine Ecclesiastico esse docent. Et, si Deo placet, hac generali uituperatione non contenti, immunditiem, & pollutionem carnis in suis canonibus uocant. Cogitet quisque apud se, ex qua officina hæc prodierint. Christus eo honore dignatur coniugium, ut imaginem esse uelit sacrę suę cũ Ecclesia coniunctionis. Quid splendidius dici poterat, ad cõmendandam coniugij̃ dignitatẽ? Qua igit̃ fronte immundũ uel pollutũ uocabit̃, in quo similitudo spiritualis Christi gratiæ elucet? Iam uero cum ita dare cum uerbo Dei pugnet eorum prohibitio: inueniunt tamen in scripturis, quo eam defendant. Sacerdotes leuiticos, quoties ad eos ministrandi uices redibant, oportuit ab uxoribus secubare: quo puri & immaculati sacra tractarẽt. Nostra ergo sacra, cũ & multo nobiliora sint, & quotidiana, à coniugatis tractari ualde fuerit indecorum. Quasi uero eadem sit Euangelici ministerij̃ persona, quæ fuit sacerdotij̃ leuitici. illi em̃ tanquam ἀντίτυποι, Christum repræsentabant: qui mediator Dei & hominum, absolutissima sua puritate reconciliaturus Patrem nobis erat. Cum uero omni ex parte exhibere peccatores typum sanctitatis eius non possent: quibusdam tamen lineamentis ut adumbrarent, iussi sunt ultra humanum morẽ se purificare, dum ad sanctuarium accederent: quia tum scilicet proprie Christum figurabant, quòd ueluti pacificatores, ad reconciliandum Deo populum apparebant ad tabernaculum, cœlestis tribunalis simulachrum. hanc personam quia hodie non sustinẽt Ecclesiastici pastores, frustra cum illis comparantur. Quare Apostolus, citra exceptionem, secure pronunciat, honorabile esse inter omnes coniugium scortatores autem & adulteros, manere Dei iudiciũ. Et ipsi Apostoli suo exemplo comprobarunt, nullius quamlibet excellentis functionis sanctitate indignũ esse coniugium. Nam eos non tantum uxores retinuisse, sed secum etiam circũduxisse, testis est Paulus. Deinde mira fuit impudentia, q̃ decorum istud castitatis pro necessaria re uenditarunt: in summam ueteris Ecclesiæ ignominiã: quæ cum abundarit eximia Dei eruditione, plus tamen sanctimonia excelluit. Nã si Apostolos nihil morantur (ut solent eos interdum strennue contemnere) quid, amabo, facient omnibus uetustis patribus? quos certum est non modo coniugium in Episcoporum ordine toleasse, sed etiam approbasse. Alebant scilicet fœdam sacrorum profanationem. Quando ita non rite apud eos Domini mysteria colebantur. Agitatum quidem fuit Nicena synodo, de indicendo cœlibatu: ut nunq̃ desunt superstitiosuli, qui semper nouum aliquid comminiscuntur, unde admi-

Hebr. 13

rationem sibi concilient. Sed quid constitutum fuit? Nempe in sententiam Paphnutij discessum est, qui pronunciauit castitatem esse, cum propria uxore concubitum. Mansit ergo inter ipsos sacrum cõniugium: neq; aut ipsis dedecori cessit, aut maculam ullam aspergere ministerio, creditum est. Secuta sunt deinde tẽpora, quibus inualuit nimis superstitiosa cœlibatus admiratio. Hinc illa subinde & sine modo decantata uirginitatis encomia: ut uix ulla alia uirtus cũ ea conferenda uulgo crederetur. Et quanquam non damnabatur impuritatis coniugium: sic tamen extenuabatur eius dignitas, & sanctitas obscurabatur: ut non uideretur satis forti animo ad perfectionem adspirare, qui non ab ipso sibi tẽperaret. Hinc illi canones, quibus primo uetitum est, ne matrimonium contraherent, qui peruenissent ad sacerdotij gradum: deinde ne in eum ordinem assumerentur nisi cœlibes, aut qui thoro coniugali unà cum uxoribus renunciarent. Hæc, quia uidebantur reuerentiam sacerdotio conciliare, magno plausu etiam antiquitus recepta esse fateor. Sed si mihi antiquitatem obijciant aduersarij, primũ respondeo, hanc libertatẽ, & sub Apostolis, & aliquot postea sæculis extitisse, ut coniuges essent Episcopi. Hac sine difficultate usos esse ipsos Apostolos, & alios primariæ authoritatis pastores, qui in eorum locum successerunt. Illius antiquioris Ecclesiæ exemplum pluris merito nobis debere esse, quam ut illicitum uel indecorum nobis putemus, quod tunc cum laude receptum usitatum q; fuit. Deinde illam ætatem, quæ immodica uirginitatis affectatione cœpit esse coniugio iniquior, non ita imposuisse sacerdotibus legem cœlibatus, qua si res per se necessaria esset: sed quia cœlibes coniugatis anteferret. Postremo non ita exegisse, ut necessitate ac ui adigeret ad continentiam, qui ad eam seruandam idonei non essent. Nam cum seueriss imis legibus in scortationes uindicaret: de ijs qui matrimonium contraherent hoc tantum statuebat, ut à functione superfederent. Ergo quoties cœlibatui suo defendendo prætextum antiquitatis quę rent nouæ istius tyrannidis defensores: toties excipiendum erit, ut ueterem illam castimoniã in suis sacerdotibus restituant: amoueãt adulteros ac scortatores, ne eos, in quibus honestum ac pudicum thori usum non sustinent, in omne libidinis genus impune ruere sinant: reuocent illam obsoletam disciplinam, qua oẽs lasciuiæ coerceantur. Liberent Ecclesiam hac tam flagitiosa turpitudine qua iam diu deformata est. Vbi hoc concesserint, tum rursus admonendi erunt, ne eam rem pro necessaria uenditent, quæ per se libera ex Ecclesiæ utilitate pendet. Neque tamen hæc dico, quòd ulla omnino conditione dandum esse locum ijs canonibus censeam, qui uinculum cœlibatus Ecclesiastico ordini inijciunt: sed ut intelligant cordatiores, qua fronte hostes nostri sanctum coniugium, obiecto antiquitatis nomine, in sacerdotibus infament. Quantum ad patres attinet, quorum scripta extant: neque ipsi, cum ex suo iudicio loquebantur, excepto Hieronymo, tanta malignitate, coniugij honestati obtrectarunt. Contenti erimus uno Chrysostomi elogio: quòd is, cum præcipuus fuerit uirginitatis admirator, non potest in matrimonij commendationem uideri fuisse alijs profusior. Sic autem loquitur. Primus gradus castitatis est, syncera uirginitas: secundus, fidele coniugiũ. Ergo species secunda uirginitatis est, matrimonij casta dilectio. Porrò si cõiuges recognoscunt suam societatem esse à Domino benedictam, eo admonentur, non esse intemperata & dissoluta libidine conspurcandam. Non enim si incontinentiæ turpitudinem uelat matrimonij honestas, ideo eius irritamentum protinus esse debet. Quare non omnia sibi licere coniuges existiment: sed suam quisque uxorem sobrie habeat, & uicissim uxor uirum. sic agentes, ne quid omnino indignum honestate, ac temperantia matrimonij admittant. Sic enim ad modum & modestiam reuocari decet coniugium in Domino contractum: non in extremam quamque lasciuiam exundare. Hanc petulantiam Ambrosius grauí quidem sed non indigna sententia notauit: cum uxoris adulterum uocauit qui in usu coniugali nullam uerecundiæ uel honestatis curam habet. Postremo reputemus quis hic legislator scortationem damnet. Nempe is, qui cum nos

Homil. de inuent. crucis.

Amb. li. de Philosoph. quẽ citat Augu. libr. contra Iulia. 2

nos totos possidere debeat: iure, animæ, spíritus, & corporis integritatem requirit. Ergo dum scortari prohibet, simul uetat, & lasciuo corporis ornatu, & obscœnis gesticulationibus, & impuris sermonibus, alienę pudicitiæ insidiari. Non enim ratione caret Archelai sententia ad adulescentem molliter & delicate ultra modum uestitum: Non referre, qua parte cynędus esset: siquidem Deum respicimus, qui omnem contaminationem abominatur: quacunque in parte, uel animæ, uel corporis nostri appareat. Ac ne dubium sit: memineris hic pudicitiam à Deo commendari. Si pudicitiam requirit à nobis Dominus, quicquid illi aduersum est, damnat. Proinde si ad obedientiam adspiras, nec animus praua cupidine intus ardeat, nec oculi in corruptos affectus lasciuiãt, nec corpus ad lenocinium excolatur, nec lingua spurcis sermonibus mentem ad símiles cogitationes illiciat, nec gula sua intemperie inflammet. sunt enim omnia eiusmodi uitia, ueluti maculæ quædam quibus castitatis puritas conspurcatur.

PRAECEPTVM OCTAVVM.

Non furtum facies.

Finis. Quoniam abominationi est Deo iniustitia: ut reddatur unicuiq; quod suum est. Summa igitur erit, nos uetari rebus alienis inhiare, ac proinde iuberi, suis unicuiq; conseruandis bonis fidelem operam impendere. Sic enim cogitandum est, unicuiq; euenisse quod possidet, non fortuita sorte, sed ex distributione Domini: non posse igitur præuerti malis artibus facultates cuiuspiam, quin fraus diuinæ dispensationi fiat. Plurima autẽ sunt furtorum genera. Vnum est in uiolentia: cum ui quacunq;, & prędatoria licentia, aliena diripiuntur. Alterum in malitiosa impostura: ubi fraudulenter intercipiunt. Aliud in tectiori calliditate, ubi per speciẽ iuris excutiunt. Aliud in blãditijs, ubi sub donationis prętextu emunguntur. Sed ne in generibus recensendis nimium insistamus: artes omnes, quibus proximorum possessiones & pecuniæ ad nos deriuantur, ubi à synceritate dilectionis ad fallendi, aut quouis modo nocendi cupiditatem obliquant, pro furtis nouerimus esse habendas. In forensi certamine obtineant licet, à Deo tamen non secus æstimantur. Nempe uidet longas captiones, quibus simpliciorem homo uafer animum incipit irretire, donec in suas tandem nassas attrahat. Videt duras inhumanasq; leges, quibus potentior tenuem urget ac præcipitat. Videt illecebras, quibus tanquam hamis, imprudentem astutior inescat. quæ omnia latent humanum iudicium, nec in cognitionem ueniunt. Neq; hęc iniuria in pecunia modo, aut in mercibus, aut agris, locum habet, sed in iure cuiusq;. Suo enim bono proximos fraudamus, si denegamus officia, quibus erga eos obstringimur. Si procurator aut uillicus otiosus uorat Domini substantiã, nec ad rei familiaris curã intentus est: si cõmissas sibi facultates uel iniuria dissipat, uel luxurióse profundit: Si seruus Dñm ludibrio habet, si eius arcana diuulgat, si ullo modo tum uitam, tum bona eius prodit: si Dominus rursum familiam immaniter uexat, furti apud Deum tenetur. Alienum enim & retinet, & præuertit, qui non exequitur, quod ex suæ uocationis munere alijs debet. Rite ergo sic parebimus mandato, si nostra sorte contenti, nullum, nisi honestum & legitimum lucrum facere studeamus: si non appetamus cum iniuria ditescere: nec fortunis diruere proximum moliamur, quo res nobis accrescat: si non crudeles opes, & ex aliorum sanguine expressas cumulare contendamus: si non intemperãter undecunq; per fas & nefas, corradamus: quo uel expleat nostra auaritia, uel prodigentiæ satis fiat. Verum econuerso sit nobis perpetuus hic scopus, omnes, quoad licet, consilio atque ope fideliter, in retinendis suis, iuuare. Quod si cum perfidis ac fallacibus negotium fuerit, ex nostro potius aliquid cedere parati simus, quàm ut contendamus cum illis. Neq; id modo: sed quos rerum difficultate uidetimus

rimus præmi, eorum neceſſitatibus communicemus ac noſtra copia ſubleuemus eorum inopiã. Poſtremo reſpiciat unuſquiſq; quatenus ex officio alijs ſit obligatus: ac quod debet, bona fide perſoluat. Hac ratione populus omnes ſibi præfectos in honore habeat, eorum dominationem æquo animo ferat, legibus eiuſdem pareat, nihil detrectet, quod propitio Deo ferre poſsit. Rurſum illi plebis ſuæ curam ſuſtineant, publicam pacem conſeruent, bonis ſint præſidio, malos coherceant: ſic omnia adminiſtrent, quaſi ſupremo iudici Deo functionis ſuæ rationem reddituri. Eccleſiarum miniſtri fideliter uerbi miniſterio incumbant, nec ſalutis doctrinam adulterent: ſed puram & ſyniceram populo Dei tradant. Nec doctrina ſolum, ſed uitæ exemplo eum inſtituãt: præſint denique, ut boni paſtores ouibus. Populus uiciſsim eos pro nuncijs & Apoſtolis Dei ſuſcipiat: eum ijs honorẽ reddat, quo Dominus eos dignatus eſt: quæ eorũ uitę neceſſaria ſunt, prębeat. Parẽtes liberos, ut ſibi à Deo cõmiſſos, alendos, regẽdos, docendos ſuſcipiãt: nec ſæuitia eorum animos exaſperent, & à ſe auertant: ſed lenitate ac indulgentia, quæ ſuam perſonam deceat, eos foueant & amplectantur. Quomodo & ſuam illis obſeruationem à liberis deberi, ante dictum eſt. Iuniores ſenilem ætatem reuereantur, ut eã ætatem honorabilem eſſe Dominus uoluit. Senes quoq; iuuentutis imbecillitatem, ſua prudentia, & quo magis, quàm illi, pollent rerum uſu, moderentur: nõ aſperis clamoſisq; inſectationibus eos inceſſentes: ſed tẽperantes comitate ac facilitate ſeueritatẽ. Serui ſe ad obſequium ſedulos & obſequentes Dominis præſtent, neq; id ad oculum, ſed ex animo: tanquam Domino ipſi ſeruientes. Domini quoq; non moroſos ſe & intractabiles erga ſeruos gerant: non aſperitate nimia diuexent: non contumelioſe accipiãt: ſed potius agnoſcant ſibi fratres eſſe, ſuoſq; ſub cœleſti Domino conſeruos: quos mutuo amare & humaniter tractare debeant. Ad hunc, inquam, modum quiſq; reputet, quid in ſuo ordine ac loco proximis debeat, & quod debet, ſoluat. Adhæc, referenda ſemper mens ad legislatorem: ut animis, perinde ac manibus, regulam hanc nouerimus conſtitui: quo aliorum commodis atq; utilitatibus & tuendis, & promouendis, ſtudeant.

PRAECEPTVM NONVM.

Non eris aduerſus proximum tuum teſtis mendax.

Finis eius. Quoniam mendacium Deus, qui ueritas eſt, execratur, ueritatem ſine fuco inter nos eſſe colendam. Summa igitur erit, ne uel calumnijs, falſisq; criminationibus, uiolemus alicuius nomen: uel mendacio in ſuis fortunis grauemus. Denique ne maledicentiæ & procacitatis libidine quempiã lædamus. Cui interdicto cohæret imperium: ut unicuiq; fidelem operam, quoad licet, in aſſerenda ueritate, commodemus, ad tuendam & nominis, & rerum ſuarum integritatem. Senſum mandati ſui uidetur exponere uoluiſſe Dominus Exod. 23. his uerbis. Non ſuſcipies uocẽ mendacij: nec iunges manum tuam, ut pro impio dicas falſum teſtimonium. Item, mendacium fugies. Alio etiam loco, non ea modo parte à mendacio nos reuocat, ne ſimus criminatores ac ſuſurrones in populo: ſed ne quis decipiat fratrem ſuum. Vtrumq; enim diſtinctis mandatis cauet. Sane duobium non eſt. quin, ut præcedentibus mandatis cohibuit ſæuitiam, impudicitiã, auaritiam: ita hic falſitatem coherceat: cuius duo ſunt membra, quæ priùs notauimus. Aut enim malignitate, & obtrectandi prauitate, delinquimus in famam proximorum: aut mentiendo, interdum etiam obloquendo, detrahimus eorum commodis. Nihil autem intereſt, ſolenne, & iudiciarium teſtimonium hic nominari putes, an uulgare, quod in priuatis ſermonibus fertur. Semper enim eo recurrendum eſt. Ex ſingulis uitiorum generibus ſpeciem unam, paradigmatis loco, proponi, ad quàm cæteræ referantur. Eam autem potiſsimum deligi, in qua uitij turpitudo maxime emineat. Quanq; generalius ideo accipere malo, quòd forenſis teſtimonij falſitas nunquam periurio caret. Periurijs autem in mandato tertio

Leuit. 19

tertio satis est obuiatum. Proinde legitima præcepti obseruatio est, ut lingua in asserenda ueritate, proximorum tum bonæ famę, tum utilitatibus seruiat. Aequitas plusquàm manifesta est. Nã si quibuslibet thesauris preciosius est nomen bonum: nihilo minore noxa, nominis integritate, quam fortunis, spoliatur homo. In diripienda autem eius substantia non minus interdum falso testimonio, quàm manuum rapacitate, proficitur. Et tamen mirum est, quàm supina securitate passim in hac re peccetur. Vt rarissimi reperiantur, qui non hoc morbo notabiliter laborent. A deo uenenata quadam dulcedine oblectamur in alienis malis, tum inquirendis, tum detegendis. Nec putemus idoneam esse excusationem, si sæpenumero non mentimur. Nam qui prohibet mendacio fratris nomen deturpari, uult etiam illibatum conseruari, quantum per ueritatem licet. Siquidem utcunq; illi aduersus mendacium tantum caueat: eo ipso tamen innuit, sibi esse commendatum. Atqui id nobis sufficere debet ad famam proximo saluam custodiendã: Domino eam curæ esse. Quare damnatur procul dubio in uniuersum maledicentia. Porro maledicentiam intelligimus, non obiurgationem, quæ fit castigandi studio: non accusationem aut iudiciariam denuntiationem, qua remedium malo quæritur: non publicam reprehensionem, quæ ad incutiendum cæteris peccatoribus terrorem tendit: non manifestationem apud eos, quorum salutis interest, præmonitos fuisse, ne ignorantia periclitentur: sed odiosam criminationem, quæ ex malignitate, & obtrectandi petulantia nascitur. Quin huc quoq; extenditur mandatum istud, ne scurrilem urbanitatem affectemus, & amaris lædoriis intinctam, quibus aliorum uitia, sub imagine lusus, mordaciter perstringantur. Qualiter solent nonnulli, qui facetiarum laudem, cum aliorum rubore, ac etiam gemitu, captant. Quando ex eiusmodi procacitate non leuiter interdum fratres suggillantur. Nunc si ad legislatorem conuertamus oculos: quẽ cõuenit, nõ minus auribus, atq; animo, q̃ linguę, pro suo iure dominari: succurret certe & audiendarũ obtrectationum auiditatem, & importunã ad sinistra iudicia propẽsionẽ, nihilominus interdici. Ridiculum enim est, si qs putet Deum odisse maledicentiæ in lingua morbum: malignitatis in animo non improbare. Quare si uerus est timor atq; amor Dei in nobis, demus operam, quoad licet & expedit, & quantum fert charitas, ne maledictis & amaris salibus uel linguam, uel aures prębeamus: ne obliquis suspitionibus temere mentem permittamus: sed æqui erga omnium dicta & facta interpretes, tum iudicio, tum auribus, tum lingua, saluum illis suum honorem candide seruemus.

DECIMVM PRAECEPTVM.

Non concupisces domum proximi tui &c.

Finis est. Quoniam totam animam dilectionis affectu possideri uult Deus, omnem aduersam charitati cupiditatem ex animis excutiendã. Summa igit̃ erit: ne qua cogitatio nobis irrepat, quę noxia & in alterius detrimentum uergente concupiscentia, animos nostros commoueat. Cui respondet ex aduerso præceptum, ut quidquid concipimus, deliberamus, uolumus, meditamur, id cum proximorum bono & commoditate sit coniunctum. Sed hic magna & perplexa, ut uidetur, difficultas nobis occurrit. Si enim uere superius à nobis dictum est, sub scortationis & furti uocabulis, scortandi libidinem, & nocendi, fallendiq; consilium cohiberi: superuacuum fuisse uideri queat, ut nobis postea seorsum alienorum bonorum concupiscentia interdiceretur. Sed nobis facile nodum istum expediet distinctio inter consilium, & concupiscentiam. Consilium enim, qualiter de eo in superioribus præceptis locuti sumus, est deliberata uoluntatis consensio, ubi animum libido subiugauit. Cupiditas citra talem & deliberationem & assensionem esse potest: cum animus uanis peruersisque obiectis pungitur

modo,

modo,& titillatur. Quemadmodum ergo uoluntatibus,ſtudijs,operibus, charitatis regulam præeſſe, hactenus Dominus iuſſit:ita ad eandem nunc dirigi animi conceptiones iubet,ne ſint ullæ prauæ & contortæ, quæ animum aliorſum extimulent. Quemadmodum animum inflecti atq; induci in iram,odium, ſcortationem,rapinam,mendacium,uetuit:ita nunc prohibet inſtigari. Neq; uero ſine cauſa tantam rectitudinem exigit. Nam quis æquum eſſe neget,omnes animæ potentias charitate occupari? Siqua autem à charitatis ſcopo aberret, quis morboſam eſſe inficietur? Iam uero unde fit,ut animum tuum ſubeant cupiditates fratri tuo damnoſæ,niſi quod,neglecto illo,tibi uni ſtudes? Si enim charitate totus eſſet imbutus animus,nulla eius particula talibus imaginationibus pateret. Vacuum ergo eatenus charitate eſſe oportet, quatenus concupiſcentiam recipit. Obijciet quiſpiam:non tamen conſentaneum eſſe,ut phantaſiæ, quę temere uolutantur in mente,& tandem euaneſcunt,pro concupiſcentijs, quarum ſedes in corde eſt,damnentur.reſpondeo hic quæſtionem eſſe de eius generis phantaſijs, quæ, dum mentibus obuerſantur,ſimul animum cupiditate mordent ac feriunt. quanquidem nunquam in mentem uenit,optare aliquid,quin cor excitatum ſaliat. Mirabilem ergo dilectionis ardorem Dominus mandat, quem ne minimis quidem concupiſcentię tricis uult impediri. Animum mirifice compoſitum requirit,quem ne leuibus quidem aculeis commoueri, contra dilectionis legem, patitur. Ad hanc intelligentiam mihi primum uiam aperuit Auguſtinus:ne graui ſuffragio deſtitui eam putes. Etſi autem qualibet praua cupiditate interdicere,cõfilium Domini fuit:ea tamen obiecta in exemplum propoſuit, quæ falſa delectationis imagine nos ut plurimum capiunt: ne quid cupiditati prorſus relinqueret, ubi ab ijs rebus retrahit, in quas potiſsimum inſanit & exultat. En ſecunda legis tabula: in qua ſatis admonemur, quid hominibus debeamus propter Dominum,à cuius conſideratione pendet tota charitatis ratio. Quare fruſtra inculcaueris,quæcunq; in hac tabula docentur,officia,niſi doctrina tua Dei timore & reuerentia,tanq; fundamento,ſubnitatur.

Quorſum uero ſpectet lex uniuerſa, non erit nunc difficile iudicium. Nempe in iuſtitiæ complementum: ut hominis uitam ad diuinæ puritatis exemplar formet. Ita enim ſuum ingenium Deus illic delineauit,ut ſi quis factis, quidquid illic præcipitur, repręſentet, imaginẽ Dei quodammodo ſit in uita expreſſurus. Deut.20. Quamobrem Moſes, cum ſummam illius reducere Iſraelitis in memoriam uellet. Et nunc Iſrael,aiebat,quid petit abs te Dominus Deus tuus,niſi ut timeas Dominum,& ambules in uijs eius:diligas eum,ac ſeruias ei,in toto corde, & in tota anima,cuſtodiaſq; mandata eius? Deut.11 Nec ceſſabat eadem occinere illis,quoties inculcandus erat legis ſcopus. Hucitaq; reſpicit legis doctrina,ut hominem uitæ ſanctitate cum Deo ſuo coniungat,& (quemadmodum alibi Moſes loquitur) cohærere faciat: Porro eius ſanctitatis perfectio in duobus iam recitatis capitibus ſita eſt:ut diligamus Dominũ Deum ex toto corde,tota anima,totis uiribus. Et proximum,ſicut noſipſos. Ac primum quidem eſt,ut Dei dilectione,anima noſtra omni ex parte impleatur. Ex ea protinus ultro fluet proximi dilectio: 1.Timot.1. Quod oſtendit Apoſtolus,dum ſcribit finem præcepti eſſe,charitatem cum conſcientia pura, & fide non ſimulata. Vides tanquam in capite, collocari conſcientiam, & fidem nõ ſimulatam.hoc eſt,uno uerbo,ueram pietatem.inde charitatẽ deduci. Fallitur ergo, ſi quis autumat,rudimenta quædam & primordia iuſtitiæ duntaxat in lege tradi,quibus homines ad tyrocinium inchoentur, non etiam dirigantur ad rectã bonorum operum metam. Quando ultra illam Moyſe,& hanc Pauli ſententiam, ad ſupremam perfectionem nihil deſiderare queas. Quo enim,quæſo, procedere uolet, qui iſta inſtitutione contentus non erit? qua homo ad timorem Dei, ad ſpiritualem cultum, ad mandatorum obedientiam,ad ſequendam uię Domini rectitudinem,deniq; ad puritatem conſcientiæ,ſynceram fidem, & dilectionem, erudítur. Vnde confirmatur illa legis interpretatio,quę omnia pietatis & dilectionis officia,in eius præceptis ueſtigat & reperit. Qui enim arida, ieiunaq; tantum elemen-

elementa sectantur, ac si dimidia ex parte uoluntatem Dei edoceret, finem illius (teste Apostolo) nequaquam tenent.

Enimuero, quia, in commemoranda legis summa, interdū Christus & Apostoli priorem tabulam prætermittunt, ea in re plurimi hallucinantur: dum eorum verba ad utramq; tabulam trahere uolunt. Vocat Christus apud Matthæum præcipua legis, misericordiam, iudicium, & fidem. Sub fidei uocabulo, mihi non est ambiguum, quin ueritatem designet. Atqui, ut sententia in totam legem protendatur, quidam pro religione accipiunt, frustra certe. Nam Christus de his operibus disserit, quibus homo se iustum approbare debet. hanc rationem si obseruemus, desinemus etiam mirari, cur alibi roganti adulescenti, quę sint mandata, quorum obseruatione ad uitam ingredimur, hæc sola respondeat. Non occides. Non mœchaberis. Non furaberis. Non falsum testimonium dices. Honora patrem & matrem. Dilige proximum tuum sicut teipsum. Siquidem prioris tabulæ obedientia aut in cordis affectu, aut in ceremonijs, fere erat. Cordis affectus non apparebat. Ceremonijs hypocritæ assidue incumbebant. At opera charitatis talia sunt, ut solidam iustitiam per ea testemur. Ergo ne, inquies, pluris est ad iustitiæ summam, cum hominibus innocenter uiuere, quàm pietate Deum honorare? Minime. Sed quia non temere quis charitatem per omnia custodit, nisi Deum serio timeat: inde quoque pietatis approbatio sumitur. huc accedit, quod Dominus, cum probe nouerit, nihil beneficentię à nobis peruenire ad seipsum posse: quod & per Prophetam testatur: non sibi officia nostra deposcit, sed erga proximum bonis operibus nos exercet. Itaq; non sine caussa Apostolus totam sanctorum perfectionem in charitate reponit. Nec ipsam alibi absurde uocat legis complementum, adens, legem perfecisse, qui diligit proximum. Item. Totam legem uno uerbo comprehendi. Dilige proximum sicut teipsum. Non enim aliud docet, quàm quod Dominus, dum ait. Quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, eadem facite illis, hoc est enim lex & Prophetæ. Certum est, in lege & Prophetis primum locum tenere fidem, & quidquid ad legitimum Dei cultum pertinet. Inferiore loco subsidere dilectionem. Sed intelligit Dominus, in lege nobis tantum præscribi iuris & æquitatis inter homines obseruantiam, qua, ad testandum Dei timorem, si quis in nobis est, exerceamur. Hic ergo hæreamus. Tum optime ad Dei uoluntatem, legisque præscriptum compositam fore uitam nostrā, cum fratribus omni ex parte fructuosissima fuerit. In tota uero lege syllaba una non legitur, quæ regulam homini de ijs statuat, quæ carnis suæ commodo facturus, aut omissurus sit. Et sane, quando ita nati sunt homines, ut in amorem sui plus iusto toti proni ferantur: & quantumuis à ueritate excidant, eum semper retineant, nulla fuit opus lege, quæ amorem illum, sponte sua immodicum, magis inflammaret. Quo plane perspicuum est, non nostri ipsorum amorem, sed Dei & proximi, obseruationem mandatorum esse, optimeq; ac sanctissime eum uiuere, qui, quàm minimum fieri potest, sibi uiuit ac studet: neminem uero eo peius nec iniquius uiuere, qui sibi duntaxat uiuit ac studet, suaque duntaxat cogitat, ac quærit. Quin etiam, quo magis exprimeret Dominus, quanta propensione in proximorum dilectionem agi oporteret: ad nostri amorem, quia nullum habebat uehementiorem aut ualidiorem affectum, tanquàm ad regulam, exegit. Ac diligenter quidem pensitanda est uis locutionis. Non enim, quod stolide somniarunt sophistæ quidam, priores partes τὴ φιλαυτίᾳ concedit, & secundas charitati assignat. Sed potius, quem naturaliter amoris affectum trahimus ad nos ipsos, eum ad alios transfert. Vnde Apostolus asserit, charitatem non quærere quæ sua sunt; Nec pili æstimanda est eorum ratio, regulatum semper esse inferius sua regula. Siquidem non regulam statuit in amore nostri Dominus, cui charitas erga alios subesset: sed ubi naturali prauitate solebat amoris affectus in nobis residere, ostendit aliò iam oportere diffundi: ut non minori alacritate, ardore, solicitudine, parati simus ad benefaciendum proximo, quàm nobis ipsis.

Iam, sub proximi uocabulo cum Christus in parabola Samaritani demonstrarit alienis-

Matth. 22.

Matth. 19.

Psal. 16.
Roma. 13
Ephe. 1.
Galat. 5.

Matth. 7.

Vide Aug. de doctri. Christ. li. 1 cap. 23. & sequent.

ritalienissimum quemque contineri: non est quòd dilectionis præceptum ad nostras necessitudines limitemus. Non nego, ut quisque est nobis coniunctissimus, ita officijs nostris esse familiarius adiuuandum. Ita enim fert humanitatis ratio, ut eo plura homines inter se officia communicent, quo arctioribus inter se aut cognationis, aut familiaritatis, aut uiciniæ, vinculis connectuntur. Atque id nulla Dei offensione, cuius prouidentia, huc quodammodo adigimur. Sed dico, vniuersum hominum genus, nulla exceptione, uno charitatis affectu esse amplexandum. Nullum hic esse discrimen Barbari aut Græci, digni uel indigni, amici uel inimici. Quoniam in Deo, non in seipsis, considerandi sunt. A quo intuitu dum deflectimus, non mirum est, si multis erroribus implicamur. Quare si ueram diligendi lineam tenere libet: non in hominem primum conuertendi sunt oculi, cuius aspectus odium sæpius, quàm amorem, exprimeret: sed in Deum, qui amorem, quem sibi deferimus, ad uniuersos homines diffundi iubet. Vt sit hoc perpetuum fundamentum. Qualiscunque sit homo, diligendum tamen esse, quia diligitur Deus. Quapropter pestilentissimę uel ignorantię, uel malitię fuit, quod scholastici exceptis de non appetenda uindicta, de diligendis inimicis, quæ & omnibus olim Iudæis tradita fuerunt, & tum omnibus in commune Christianis tradebantur, consilia fecerunt, quibus parere, uel non parere, liberum esset. Eorum autem necessariam obedientiam ad monachos relegarunt, qui uel hoc uno simplicibus Christianis essent iustiores, quod ultro se seruandis consilijs obstringerent. Et rationem assignant, cur ea non recipiant pro legibus: quòd onerosa nimium & grauia uideantur, Christianis præsertim, qui sunt sub lege gratiæ. Ita ne legem Dei æternam, de diligendo proximo, refigere audent? An tale in aliqua legis pagina discrimen extat? ac non magis passim illic occurrunt mandata, quæ inimicorum dilectionem à nobis seueríssime exigant? Quale enim est istud, quòd esurientem iubemur inimicum pascere: eius boues & asinos errantes in uiam dirigere, aut oneri succumbentes subleuare? Beluis ne in eius gratiam benefaciemus, nulla in ipsum beneuolentia? Quid? An non æternum est uerbum Domini? Mihi uindicta, & ego rependã. Quod alibi quoq; explicatius habetur. Non quæras ultionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.

Prouer. 25
Exodi. 23.
Deut. 32.
Leuit. 19.

Aut hæc obliterent ex lege, aut Dominum legislatorem fuisse agnoscant: non consiliarium fuisse mentiantur. Et quid hæc, quæso, sibi uolunt? quæ ausi sunt insulso glossemate illudere. Diligite inimicos uestros: benefacite ijs qui oderunt uos: orate pro persequentibus uos: benedicite ijs qui uos execrantur, ut sitis filij Patris uestri, qui est in cœlis. Quis non hic cum Chrysostomo ratiocinetur, ex tam necessaria caussa probe constare, non esse exhortationes, sed præceptiones? Quid nobis amplius restat: ubi expungimur è numero filiorum Dei? At secundum eos, filij Patris cœlestis erunt soli monachi. Soli Deum Patrem audebunt inuocare. Quid interim Ecclesia? Eodem iure relegabitur ad gentiles & publicanos. Dicit enim Christus, si amicis uestris estis beneuoli: quam inde gratiã expectatis? an non Gentes & publicani idem faciunt? Bene uero nobiscũ agetur, si Christianorum titulus nobis relinquatur, cœlestis regni adimatur hæreditas. Nec minus firmũ est Augustini argumentũ. Cum scortari, inquit ille, Dominus vetat: nõ inimici minus q̃ amici vxorẽ attingere prohibet. Cum furtum interdicit, nihil omnino furari permittit, siue ab amico, siue ab inimico. Hæc aũt duo, nõ furari & nõ scortari ad dilectionis regulã reuocat Paulus: imo docet sub hoc mandato contineri. Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Ergo aut falsũ legis interpretem fuisse Paulũ oportet: aut necessario hinc conficiẽ, Diligẽdos quoq; esse inimicos ex præcepto, quemadmodũ amicos. Vereitaq; se filios Sathanę esse prodũt, qui cõmune iugũ filiorum Dei excutiũt adeo licentiose, dubites aũt, maiori ne stupiditate, an impudentia, istud dogma euulgarint. Nemo enim ueterũ est, q̃ non, tanquã de re certa, pronũciet, hęc esse mera præcepta. Ne Gregorij quidẽ ęta te dubitatũ de eo fuisse ex secura eius asseueratiõe liquet. Nã citra cõtrouersiã, p̃ præceptis habet. Et q̃ stolide ratiocinãt? Onus, inq̃ũt, eẽt nimis graue Christianis.

Li. de compunctione cordis.

Li. de doctri. Christi. 1. ca. 30

Quasi

Quasi uero grauius quicquam excogitari possit, quam diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, ex totis uiribus. Præ ista lege nihil non facile haberi debeat: siue diligendus inimicus, siue omnis uindictæ cupiditas ex animis deponenda. Omnia certe nostræ imbecillitati ardua sunt & difficilia, uel ad minimum usq; legis apicem. Dominus est, in quo uirtutem facimus. Det ille quod iubet, & iubeat quod velit. Sub lege gratiæ esse Christianos, nō est effrenate sine lege uagari: sed Christo insitos esse, cuius gratia, à legis maledictione liberi sint: & cuius spiritu legem habeant in cordibus inscriptam. Hanc gratiam legem improprie uocauit Paulus, alludens ad legem Dei, cui per Contentionem eam opponebat. isti in nomine legis de nihilo philosophantur.

Eiusdem est rationis, quod peccatum ueniale nuncuparunt, cum occultam impietatem, quæ primæ tabulæ aduersatur, tum directam ultimi mandati præuaricationem. Sic enim definiunt. esse cupiditatem sine deliberato assensu, quæ non diu cordi insideat. Ego autem ne subire quidem posse dico, nisi ob defectum eorum, quæ in lege requiruntur. Vetamur alienos habere Deos. Cum mens, dissidentiæ machinis perculsa, aliò circumspectat: cum subita cupidine aliò transferendæ suæ beatitudinis incessitur: unde isti quamlibet euanidi motus? nisi quia est aliquid in anima uacuum, ad recipiendas eiusmodi tentationes? Ac, ne longius argumentum protrahatur, præceptum est de diligendo Deo ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima. Nisi ergo omnes animæ potentiæ in Dei amorem intenduntur, iam discessum est à legis obedientia. Quia Deo non bene stabilitum in conscientia nostra thronum arguunt, qui illic insurgunt aduersus regnum eius hostes, eiusque edicta interpellant. Mandatum uero vltimum proprie huc pertinere demonstratum est. Pupugit nos animi aliquod desiderium? Iam concupiscentiæ rei tenemur, ac simul constituimur legis transgressores. quia Dominus non tantum deliberare & machinari, quod sit in iacturam alterius, uetat: sed concupiscentia etiam stimulari & æstuare. Legis uero transgressioni maledictio Dei semper incumbit. Non est igitur, quòd uel leuissimas cupiditates iudicio mortis eximamus. In æstimandis peccatis, inquit Augustinus, non afferamus stateras dolosas, ubi appendamus quod uolumus, & quomodo uolumus, pro arbitrio nostro: dicentes, hoc graue, hoc leue est. Sed afferamus stateram diuinam de scripturis sanctis, tanquàm de thesauris Dominicis, & in illa quid sit grauius appendamus: imo non appendamus: sed à Domino appensa recognoscamus. Vti nam reputarent quid sibi uelit illud Christi dictum. Qui transgressus fuerit unū exmandatis istis minimis, & docuerit sic homines, nullus habebitur in regno cœlorum. An ex eo numero non sunt, dum legis transgressionem ita extenuare audent, ac si digna morte non esset? Atqui oportuerat considerare, non simpliciter, quid præcipiatur, sed quisnam sit ille qui præcipit. Quia in qualicunque mandatæ ab eo legis transgressiuncula, eius authoritati derogatur. An illis parum est, Dei maiestatem ulla in re uiolari? Deinde si suam in lege uoluntatem exposuit Deus, quidquid legi contrarium est, illi displicet. An iram Dei sic exarmatam fingent, ut non mortis uindicta protinus consequatur? Neque ipse obscure pronunciauit: si uocem eius exaudire in animum potius inducerent, quàm claram ueritatem insipidis suis argutationibus obturbare. Anima, inquit, quæ peccauerit, ipsa morietur. Item. Stipendium peccati mors. Isti autem quod peccatum esse fatentur, quia negare nequeunt, mortale tamen non esse contendunt. Sed enim quia plus satis hactenus insaniæ indulserunt: discant saltem aliquando resipiscere. Quod si delirare perseuerant, illis ualere iussis, habeant filij Dei, omne peccatum mortale esse. quia est aduersus Dei uoluntatem rebellio: quæ eius iram necessario prouocat: quia est legis præuaricatio: in quam edictum est, sine exceptione, Dei iudicium. Sanctorum delicta uenialia esse, non ex suapte natura, sed quia ex Dei misericordia ueniam consequuntur.

Lib. 1. de Baptis. cō. Donatist. cap. 6.

Ex eo quod supra constituimus, perfectionem iustitiæ in legenos edoceri: istud

etiam consequitur, absolutam eius obseruationem, perfectam esse coram Deo iu-
Deut. 30. stitiam: qua scilicet homo, iustus apud cœleste tribunal censeatur ac reputetur. Quare Moses, lege promulgata, non dubitat contestari cœlum & terram, quòd proposuisset Israeli vitam, & mortem: bonum, & malum. Nec refragari licet, quin iustam legis obedientiam maneat æternæ salutis remuneratio, quemadmodum à Domino promissa est. Rursum tamen operæprecium est recognoscere, ecquid eam obedientiam præstemus, cuius merito concipienda sit illius remunerationis fiducia. Quantulum enim est, uidere, in legis obseruantia positum uitæ æternæ præmium: nisi præterea constet, an ea uia peruenire ad uitam æternam nobis liceat? Hac uero in parte legis imbecillitas se profert. Nam quia in nullo nostrum illa legis obseruantia deprehenditur: à uitæ promissionibus excluſi, in solam maledictionem recidimus. Dico, non quid fiat modo, sed quid necessarium sit. Cum enim longe supra humanam facultatem sit legis doctrina: potest quidem homo eminus spectare appositas promissiones: non tamen fructum ex ijs aliquē colligere. Hoc ergo vnum restat, ut ab earum bono suam miseriam melius æstimet: dum cogitat, præcisa spe salutis, mortem sibi certo imminere. Ex aduerso instant horrificæ sanctiones: quæ non paucos nostrum, sed omnes ad vnum irretitos constringunt. Instant, inquàm, ac inexorabili asperitate nos persequuntur: ut præsentissimã in lege mortem cernamus. Itaque, si legem duntaxat intuemur, nihil aliud possumus, quàm animum despondere, confundi, ac desperare: cum ex ea damnemur omnes ac maledicamur: à beatitudine, quàm suis cultoribus proponit, procul arceamur. Ergo ne, inquies, ita nos ludificatur Dominus? Quantulum enim à ludibrio abest, spem fœlicitatis ostentare, ad eam inuitare & hortari, illam testari nobis expositam: cum interim præclusus sit & inaccessus ingressus? Respondeo. Etiã si promissiones legis, quatenus conditionales sunt, à perfecta legis obedientia dependeãt, quàm nullibi reperire est: non tamẽ frustrã datas esse. Vbi enim didicimus irritas nobis fore & inefficaces, nisi gratuita sua bonitate, citra intuitum operum, nos Deus amplexetur: atq; ideo illam bonitatem, nobis per Euangelium exhibitã, fide sumus amplexati: ne ipsis quidem deest sua efficacia, etiam cum annexa conditione. Sic enim tum omnia nobis gratuito confert, ut hoc quoque ad cumulũ suæ beneficentiæ adiungat, quòd semiplenã nostram obedientiã non respuens, &, quod deest complemento, remittens, perinde atq; à nobis impleta conditione, legalium promissionum fructum percipere nos facit. Sed hãc quæstionem, quia in tractanda fidei iustificatione plenius disputanda erit, non ultra in præsens prosequemur.

Quod autem impossibilem legis obseruationem diximus, id est paucis verbis explicandum simul & confirmandum. Solet enim uulgo absurdissima sententia uideri, ut Hieronymus non dubitarit, anathema illi denunciare. Quid uisum sit Hieronymo, nihil moror: nos, quid uerũ sit, inquiramus. Non texã hic longas ambages de uarijs possibilitatis generibus. Impossibile appello', ꝙd nec fuit unq; & ne in posterum sit, Dei dispensatione impeditur. Si ab vltima memoria repetamus: neminem sanctorum extitisse dico, qui corpore mortis circundatus, ad eum dilectionis scopum pertigerit, ut ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, ex tota potentia Deum amaret. Neminem rursum, qui non concupiscentia laborarit. Quis reclamet? Video quidem quales nobis sanctos imaginetur stulta superstitio. Quorũ scilicet puritati vix cœlestes Angeli respondeant. Sed repugnante tum scriptura, tum experientiæ ratione. Dico item: neminem posthac futurũ, qui ad vitæ perfectionis metam peruenturus sit, nisi corporis mole solutus. In hãc rem primum suppetunt aperta scripturæ testimonia. Non est homo iustus super terrã, qui non peccet, dicebat Solomo. Dauid autem. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Iob plurimis locis idem affirmat. Clarissime omnium Paulus. Quod caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Nec alia ratione probat, omnes, qui sub lege sunt, maledictioni subiectos, nisi quia scriptum sit, maledictos omnes, qui non permanserint in omnibus eius mandatis: in-

1. Reg. 8. Psal. 143. Galat. 5.

nuens

nuens ſcilicet, imo pro confeſſo aſſumens neminem permanere poſſe. Quidquid autem ſcripturis prædictum eſt, id pro perpetuo, adeoq; pro neceſſario haberi decet. Eiuſmodi argutia uexabant Auguſtinum Pelagiani. Ille, ut effugeret calumniam, fatebatur poſſe quidem Dominum, ſi uellet, hominem mortalem in angelicam puritatem euehere. Sed neq; feciſſe unquam, nec facturum: quòd aliter in ſcripturis aſſeruiſſet. Id neq; ego inficior: ſed addo tamen importune de potentia Domini diſputari, contra eius ueritatem. Ideo cauillis non eſſe obnoxiam ſententiam, ſi quis dicat fieri non poſſe: quod non futurum ſcripturæ pronunciant. Verum ſi de uerbo diſputatur: Dominus rogantibus diſcipulis, quis poſſit ſaluus eſſe, reſpondet: apud homines id quidem impoſſibile, apud Deum uero omnia poſſibilia. Validiſſima etiam ratione id contendit Auguſtinus: nunquam in hac carne reddere nos, quem debemus, legitimum Deo amorem. Amor, inquit, notitiam ita ſequitur, ut Deum amare nemo perfecte poſſit, qui non cognitam prius ad plenam habuerit eius bonitatem. Nos, dum in mundo peregrinamur, cernimus per ſpeculum & in ænigmate: ſequitur ergo imperfectum eſſe noſtrum amorem. Sit ergo extra controuerſiam, impoſſibile eſſe in hac carne legis implementum, ſi naturæ noſtræ impotentiam intuemur: quemadmodum & ex Paulo alibi adhuc oſtendetur.

Matth. 19.

De ſpiritu et litera in fine & ſæpe alias.

Roma. 8.

Sed quo tota res melius pateſiat, officium uſumq; legis ſuccincto ordine recolligamus. Porrò tribus illis partibus, quantum intelligo, continetur. Prima eſt, ut dum iuſtitiam Dei oſtendit, id eſt, quæ ſola Deo accepta eſt, ſuq; unumquemq; iniuſtitiæ admoneat, certiorẽ faciat, conuincat deniq; ac condemnet. Sic enim opus eſt, cæcum & ebrium amore ſui hominem, ad notitiã ſimul & confeſſionem ſuæ tum imbecillitatis, tum impuritatis, adigi. Niſi uanitas eius euidenter redarguatur, inſana uirium ſuarum confidentia inflatus eſt: nec adduci unquam poteſt, ut de earum tenuitate ſentiat, quantiſper eas arbitrij ſui modo metitur. Atqui ſimul eas comparare ad legis difficultatem cœpit, habet illic quod ferociam minuat. Vt cunq; enim ingentẽ de ijs opinionẽ præſumpſerit: mox tamen eas ſub tanto pondere anhelare ſentit, deinde titubare, ac labaſcere, tandem concidere etiam, ac deficere. Sic legis magiſterio eruditus, exuit illam, qua prius cæcutiebat, arroganti-am. Similiter altero, quo ipſum laborare dictũ eſt, ſuperbię morbo ſanandus eſt, Quamdiu iudicio ſuo ſtare permittitur, hypocriſin cõminiſcitur pro iuſtitia: qua contentus, factitijs, neſcio quibus, iuſtitijs aduerſus Dei gratiã erigitur. Poſtquàm uero ad legis trutinam examinare uitam ſuam cogitur, omiſſa commentitiæ illius iuſtitiæ præſumptione, immenſo ſpacio ſe abeſſe a ſanctitate cernit: rurſus infinitis uitijs ſe abundare, quibus purus antea uidebatur. Tam profundis enim ac ſinuoſis receſſibus abſconduntur concupiſcentiæ mala, ut hominis aſpectum facile fallãt. Nec ſine cauſſa dicit Apoſtolus, ſe concupiſcentiam ignoraſſe, niſi lex dicere t, non concupiſces: quia niſi per illam retegatur ex latebris ſuis, occultius miſerum hominem perdit, quàm id exitiale eius telum ſentiatur. Ita lex inſtar eſt ſpeculi cuiuſdam, in quo noſtram impotentiam, tum ex hac iniquitatem, poſtremo ex utraq; maledictionem contemplamur: quemadmodũ oris noſtri maculas ſpeculum nobis repræſentat. Quem enim ad ſequendam iuſtitiam deſtituit facultas, hic in luto peccatorum hæreat defixus, neceſſe eſt. Peccatum continuo maledictio ſequitur. Ideo, quò maioris transgreſſionis deprehenſos conuictosque lex tenet, eo grauioris ſimul iudicij reos agit. Huc pertinet Apoſtoli dictum, quòd per legem eſt cognitio peccati. Primum enim eius officium illic tantum notat: cuius experimentum eſt in peccatoribus nondum regeneratis. Huic coniuncta ſunt iſta: legem eſſe ſubingreſſam, ut abundaret peccatum, ac proinde eſſe adminiſtrationem mortis, quæ iram operetur & occidat. Eo enim magis haud dubie creſcit iniquitas, quo liquidiore peccati intelligentia conſcientia feritur: quòd ad præuaricationem tunc aduerſus legiſlatorem contumacia accedit. Reſtat igitur, ut irã Dei in peccatoris exitium armet: quia nihil per ſe poteſt, quàm accuſare, damnare, & perdere. Et quemadmodum ſcribit Auguſtinus, ſi deſit ſpiritus gratiæ, in

Roma. 7.

Roma. 3.

Roma. 5. 2. Corint. 3.

De correp. & gratia. vide Amb. cap. 1. de Iac. & uita beata cap. 3.

hoc tantum adeſt, ut reos faciat & occidat. Id autem cum dicitur, nec ignominia afficitur lex, nec eius quidem excellentiæ quidquam derogatur. Sane ſi voluntas noſtra tota in eius obedientiam formata, compoſitaq; foret, plane iam ad ſalutem ſufficeret ſola ipſius cognitio. At cum natura noſtra, carnalis & corrupta cum ſpirituali Dei lege hoſtiliter pugnet, nec eius diſciplina quidquam emendetur: ſupereſt, ut lex, quæ in ſalutem data erat, ſi auditores idoneos nacta fuiſſet, in peccati & mortis occaſionem cedat.

Quandoquidem enim omnes eius transgreſſores eſſe conuincimur, quo iuſtitiam Dei clarius referat, eo noſtram exaduerſo iniquitatem magis detegit. Quo uitæ ſalutiſque præmium iuſtitiæ repoſitum certius confirmat, eo certiorem iniquorum confuſionem reddit. Tantum ergo abeſt, quin legi contumelioſa ſint iſta elogia, ut ad illuſtriorem diuinæ benficentiæ commendationem plurimum ualeant. Nã inde profecto patet, noſtra nequitia & prauitate nos impediri, quo minus uitę beatitudine, per legem in propatulo poſita, fruamur. Vnde ſuauior redditur, quæ ſine legis ſubſidio nobis ſuccurrit, Dei gratia: & amabilior, quæ illã nobis confert, miſericordia: quã diſcimus, identidem benefaciendo, & noua dona cumulando, nunquam fatigari. Quod autem omnium noſtrum iniquitas & damnatio, legis teſtimonio, conſignatur: non ideo fit, ſi tamen rite in ea proficimus, ut concidamus deſperatione: ac, deſponſis animis, in præcipitiũ corruamus. in hunc certe modum illinc exanimantur reprobi: ſed ob animi obſtinationem. apud filios Dei alium eſſe eruditionis finem conuenit. Nos quidem iudicio legis damnatos eſſe teſtatur Apoſtolus, quo omne os obſtruatur, & obnoxius reddatur omnis mundus Deo. Idem tamen alibi docet, Deum omnes ſub incredulitate concluſiſſe, non ut perdat, aut omnes perire ſinat: ſed ut omnium miſereatur. Nempe ut omiſſa ſuæ uirtutis ſtolida opinione, ſola Dei manu ſtare ſe & conſiſtere intelligant: ut nudi & vacui ad eius miſericordiam confugiant, in hanc ſe toti reclinent, in hanc penitus ſe abdant, hanc vnam pro iuſtitia & meritis arripiant, quæ omnibus in Chriſto expoſita eſt, quicunq; eã, uera fide, & expetunt, & expectãt. Dominus enim in lege non niſi perfectæ iuſtitiæ, qua nos omnes deſtituti ſumus, remunerator: contra autem ſeuerus ſcelerum iudex apparet. In Chriſto autem facies eius gratiæ ac lenitatis plena, erga miſeros etiam ac indignos peccatores, reluceret. De profectu ad implorandam auxilij gratiam ſæpe Auguſtinus. Vt cum ſcribit Hilario. Iubet lex, ut facere iuſſa conati, & in noſtra infirmitate ſub lege fatigati, adiutorium gratiæ poſcere nouerimus. Item Aſellio. Vtilitas legis eſt, ut hominem de ſua infirmitate conuincat, & gratiæ medicinam, quæ in Chriſto eſt, implorare compellat. Item ad Innocentium Romanum. Iubet lex, gratia vires agendi ſubminiſtrat. Item Valentino. Iubet Deus quæ non poſſumus, ut nouerimus, quid ab illo petere debeamus. Item. Data eſt lex, ut uos reos faceret: rei facti timeretis: timentes indulgentiam peteretis: de uiribus ueſtris non præſumeretis (In Pſalm. 70.) Item. Ad hoc data eſt lex, ut de magno paruulum faceret: ut te ad iuſtitiã vires de tuo non habere monſtraret: ac ſic inops indigus ac egenus ad gratiam confugeres. Poſtea ſermonem ad Deum dirigit. Ita fac Domine, ita fac miſericors Domine, Impera quod non poſſit impleri: imo impera quod non niſi per gratiam tuam poſſit impleri: ut cum homines id implere per ſuas uires nequiuerint, omne os obſtruatur, & nemo ſibi magnus videatur. Sint omnes paruuli, & reus fiat omnis mundus Deo. (In Pſalm. 118. conc. 27.) Sed ego ineptus ſum, qui tot teſtimonia congero, cum proprium opus ſcripſerit ſanctus ille uir, cui titulum fecit De ſpiritu & litera. Secundum profectum non tã ſignificanter deſcribit, uel quòd dependere ex illo priore nouerat, uel quòd non ita probe tenebat, uel quòd verba nõ habebat, quibus rectum alioqui ſenſum ita diſtincte & perſpicue explicaret. Neq; tamen in reprobis quoque ipſis primum hoc legis officium ceſſat. Quanquã enim cum filijs Dei nõ hucuſq; pergũt, ut poſt carnis confuſionem interiore homine renouentur ac refloreſcãt: ſed primo terrore attoniti in deſperatione iacent: pertinet tamen ad manifeſtandam diuini iudicij æquitatem, eiuſmodi

Roma. 3. Roma. 11.

Epiſt. 89. Epiſt. 200. Epiſto. 95. LL. de correp. et gra.

eiusmodi fluctibus eorum conscientias exagitari. Siquidem libenter semper cupiunt aduersus Dei iudicium tergiuersari: Nunc illo nondum patefacto, legis & conscientię testimonio sic conterrnati, in seipsis produnt, quid meriti sint.

Secundum legis officium est, ut qui nulla iusti rectique cura, nisi coacti, tanguntur, dum audiunt diras in ea sanctiones, coerceantur saltem pœnarum formidine. Coercentur autem, non quòd interior eorum animus permoueatur, aut afficiatur: sed quia, tanquam iniecto freno, manus ab exteriori opere continent: suam prauitatem intus cohibent, quam alioqui petulanter effusuri erant. Exeo nec meliores quidem sunt, nec apud Deum iustiores. Nam tametsi uel terrore uel pudore impediti exercere non audent, quod animo conceperunt, nec suæ libidinis furias palam efflare: cor tamen non habent compositum ad timorem & obedientiam Dei. Imo quo magis sese retinent, eo fortius intus accenduntur, feruent, bulliunt, parati quiduis facere & quouis prorumpere, nisi hic terror legis obstaret. Nec id solum: sed legem quoque ipsam pessime oderũt, & Deum legislatorem execrantur. Vt eum, si possent, maxime uelint tollere, quem nec recta iubentem, nec suæ maiestatis contemptores ulciscentem, ferre possunt. Alijs quidem obscurius, alijs clarius, omnibus tamen nondum regeneratis hic sensus ineſt, ut non uoluntaria submissione: sed inuiti ac restantes, tantum timoris uiolentia, ad legis studium trahantur. sed tamen hæc coacta expressaque iustitia, necessaria est publicæ hominum communitati: cuius hic tranquillitati consulitur: dum cauetur, ne omnia permisceantur tumultu, quod fieret, si omnia omnibus licerent. Quin etiam filijs Dei non est inutile, hac pędagogia exerceri, quamdiu per, ante uocationem, Spiritu sanctificationis destituti, insipientia carnis lasciuiunt. Dum enim diuinæ ultionis terrore, uel ab externa petulantia retrahuntur: utcunque nondum animo domiti, parum in præsentia promoueant, aliqua tamen ex parte ferendo iustitiæ iugo assuefiunt. Ne cum uocati fuerint, sint ad disciplinam, ceu ad rem incognitam, rudes prorsus ac nouitij. Hoc officium uidetur Apostolus proprie attigisse, cum tradit legem non esse iusto positam, sed iniustis & immorigeris, impijs & peccatoribus, sceleratis & profanis, parricidis, homicidis, fornicarijs, pęderastis, plagiarijs, mẽdacibus, ac periuris: & si quid aliud sanæ doctrinę aduersatur. Indicat enim esse exultantibus, & sine modo alioquin uagaturis carnis libidinibus retinaculum.

Ad utrumq; uero accommodari potest, quod alibi dicit: legem fuisse ludæis pædagogum ad Christum, siquidem duo sunt hominum genera, quos ad Christum sua pædagogia manu ducit. Alij, de quibus primo loco diximus, quia propriæ aut uirtutis aut iustitię fiducia nimis pleni sunt, recipiendę Christi gratiæ nõ sunt capaces, nisi prius sint exinaniti. Ergo eos miseriæ suæ agnitione lex ad humilitatem subigit, quo ita pręparentur ad expetendũ, ꝙd sibi antea deesse non putabant. Alij opus habent freno, quo retineantur, ne ita laxent frena carnis suæ lasciuiæ, ut ab omni iustitiæ studio prorsus excidant. Vbi enim nondum regit Spiritus Dei, illic sic ebulliunt interdum libidines, ut periculum sit ne animam sibi obnoxiam in obliuionem contemptumq; Dei demergant. Et fieret, nisi Dominus hoc remedio obuiam iret. Itaque quos ad regni sui hęreditatem destinauit, si non statim regenerat, ad tempus suæ uisitationis conseruat legis opera, sub timore, non illo quidem casto & puro, qualis in eius filijs esse debet: utili tamen ad hoc ut ad ueram pietatem pro suo captu erudiantur. Huius rei tot habemus documenta, ut minime opus sit exemplo. Quicunq; enim aliquamdiu in ignoratione Dei uersati sunt: hoc sibi accidisse fatebuntur, ut legis freno retinerẽtur in qualicunq; Dei metu & obseruantia, donec Spiritu regenerati, ex animo ipsum amare inciperent.

Tertius usus, qui & præcipuus est, & in proprium legis legis finẽ propius spectat, erga fideles locum habet, quorum in cordibus iam uiget ac regnat Dei Spiritus. Nam tametsi digito Dei legem scriptam & insculptam habent in cordibus: hoc est, sic affecti sunt & animati per Spiritus directionẽ, ut obtẽperare Deo cu-

piant: bifariam tamen adhuc in lege proficiunt. Est enim illis optimum organum quo melius in dies ac certius discant, qualis sit Domini uoluntas, ad quam adspirant: atq; in eius intelligentia confirmentur. Vt si quis seruus iam ita sit toto animi studio comparatus, ut Dño suo se approbet, necesse tamen habet, mores Dñi explorare accuratius & obseruare, ad qs se cõponat et accõmodet. Nec se quispiã nostrum ab hac necessitate eximat. Nemo enim eò sapientiæ adhuc penetrauit, ut non possit ex quotidiana legis eruditione nouos facere progressus, in puriorem diuinę uoluntatis noticiã. Deinde quia nõ sola doctrina, sed exhortatione quoq; indigemus, hanc quoq; utilitatem ex lege capiet seruus Dei, ut frequenti eius meditatione excitetur ad obsequium, in eo roboretur, à delinquendi lubrico retrahatur. In hunc enim modum sanctos sibi instare oportet: qui secundum Spiritum quãtalibet alacritate ad Dei iustitiam contendant, carnis tamen ignauia semper onerantur, quo minus legitima promptitudine pergant. Huic carni lex flagrum est: quo, instar inertis tardiq; asini, ad opus urgeatur. Imo spirituali homini, quia nondum carnis mole expeditus est, assiduus aculeus erit, qui desidere illum non
Psal. 19 permittat. Nimirum in hunc usum respiciebat Dauid, quum insignibus illis encomiis legem celebraret: Lex Domini immaculata, conuertens animas: iustitiæ Do-
Psalm. 119 mini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos &c. Item, Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis. Ac innumera, quæ toto illo Psalmo prosequitur. Neque uero repugnant ista Paulinis sententijs: quibus ostenditur, non quem regeneratis usum lex præstet, sed quid homini per se conferre queat. Hic autem canit Propheta, quanta cum utilitate, legis suæ lectione eruditat Dominus eos, quibus intus obsequendi promptitudinem aspirat. Quod discernere dum imperiti quidam nesciunt, Moysen animose explodunt, legemque ualere iubent, quia scilicet Christianis alienum esse arbitrantur, adhærere doctrinæ, quæ mortis administrationem continet. Faceſſat longe ex animis nostris profana ista hæc opinio. Pulchre enim docuit Moyses, legem,
Deut. 32 quæ apud peccatores nihil quàm mortem generare potest, in sanctis meliorem præstantioremque habere debere usum. Sic enim moriturus populo testificabatur. Ponite corda uestra in omnia uerba, quæ ego testificor uobis hodie, ut mandetis ea filijs uestris, doceatisque custodire, facere & implere uniuersa, quæ scripta sunt in uolumine legis huius, quia non incassum præcepta sunt uobis: sed ut singuli in eis uiuerent. Quod si absolutum in ea iustitiæ exemplar eminere nemo inficietur, aut nullam esse nobis recte iusteq; uiuendi regulam oportet, aut ab ea nefas esse discedere. Siquidem non plures, sed una est perpetua & inflexibilis ui
Psalm. 1 tinuam facit Dauid, id ne ad sæculum unum referamus: quia singulis ad finem mundi ætatibus conuenientissimum est. Nec absterreamur ideo, aut refugiamus ab eius institutione, quòd exactiorem multo sanctitatem præscribat, quam præstaturi sumus, dum circumferemus carcerem corporis nostri. Non enim iam rigidi exactoris uicem erga nos fungitur, cui nõ satisfiat, nisi soluto penso: sed in hac, ad quam nos adhortatur, perfectione metam demonstrat, ad quam est nobis tota uita contendendum. In qua contentione si non deficimus, bene est. Stadiũ nãq; est tota hæc uita; cuius decurso spacio, dabit Dominus, ut metam illam, ad quam nunc eminus nituntur nostra studia, teneamus.

Nunc ergo quoniam uim exhortationis erga fideles habet lex, non quæ eorum conscientias maledictione liget: sed quæ pigritiam, subinde instando, excutiat & imperfectionem uellicet: multi, dum uolunt significare hanc ab illius maledictione liberationem, dicunt abrogatam esse legem fidelibus: non quòd amplius illis non iubeat quod rectum est, sed duntaxat ne sit illis, quod antea erat: hoc est, ne eorum conscientias, perterrendo & confundendo, damnet ac perdat. Et sane talem legis abrogationem non obscure docet Paulus. A Domino quoque fuisse prædicatam ex eo apparet, quod opinionem illam de lege à se dissipanda non refutasset, nisi inualuisset inter Iudæos. Cum autem non potuerit temere

temere, sine ullo prætextu, emergere: credibile est ab eius doctrinæ falsa interpretatione fuisse natam, qualiter cuncti fere errores occasionem à ueritate sumere cõ sueuerunt. Nos uero, ne ad eundem impingamus lapidem, accurate distinguamus, quid in lege sit abrogatum, quid firmum adhuc maneat. Cum testatur Dominus, se non uenisse ad legem abolendam, sed ad implendam: nec præteriturum, donec cœlum ac terra transeãt, apicem ex lege, quin omnia fiant: nihil de obseruantia legis per suum aduentum detractum iri, satis confirmat. Et merito, quando in hunc finem potius uenit, ut eius transgressionibus mederetur. Manet igitur per Christum inuiolabilis legis doctrina: quæ nos docendo, admonendo, obiurgando, corrigendo, ad omne opus bonum formet ac comparet. Quæ uero de maledictione dicuntur à Paulo, non ad institutionem ipsam pertinere, sed solum constringendæ conscientiæ uigorem constat. Non enim solum docet lex: sed imperiose exigit, quod mandat. Si non exhibeatur, imò si qua in parte ab officio cessetur, maledictionis fulmen stringit. Hac ratione dicit Apostolus, omnes qui sunt ex operibus legis, esse execrationi obnoxios, quia scriptum sit, Execrabilis omnis, qui non complet omnia. Eos autem sub operibus legis dicit, qui in remissione peccatorum iustitiam non statuunt, per quam à legis rigore soluimur. Solui ergo nos à legis uinculis oportere docet, nisi uolumus sub illis misere perire. Sed quibus uinculis? illius austeræ & infestę exactionis: quę ex summo iure nihil remittit, nec transactionem ullam impunitam sinit. Ab hac, inquam, maledictione ut nos redimeret Christus, factus est pro nobis maledictio. Scriptum est enim, maledictus omnis qui pendet in ligno. Capite quidem sequenti tradit, Christum legi fuisse subiectum, ut eos, qui sub lege erãt, redimeret. Sed eodem sensu. subdit enim continuo. Quo ius filiorum, adoptione, recíperemus. Quid istuc est? ne perpetua seruitute premeremur, quæ conscientias nostras anxietate mortis cõprellas teneret. Interim manet illud semper incõcussum, ex legis authoritate nihil decessisse, quin eadem semper ueneratione obedientiaq; ipsam suscipi à nobis conueniat.

Matt. 5.

Galat. 3.

Gala. 5.4.

Paulò plus est difficultatis in alio loco, ex Epistola ad Colossenses. Et uos cum essetis mortui per delicta, & præputium carnis uestræ, conuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta, delens, quod aduersus nos erat, chirographum in decretis, quod erat nobis contrarium: & ipsum tulit è medio affigens cruci &c. Videtur enim legis abolitionem aliquantum ultra dilatare, ut nihil iam nobis sit cum illius decretis. Quidam simpliciter de lege morali accipiunt: cuius tamen inexorabilem magis seueritatem, quàm doctrinam, abolitam interpretantur. Alij acutius pensiculantes Pauli uerba, perspiciunt in legem ceremonialem proprie competere: & ostendunt, id non semel apud Paulum sonare uocabulum decreti. Nam ad Ephesios quoq; ita loquitur. Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unũ. legem mandatorũ, in decretis sitam, euacuans, ut duos conderet in seipso, in unũ nouum hominem. De ceremonijs illicagi, minime ambiguũ: qa interstitium uocat, quo Iudæi à gentibus dissidebant. Quare priores illos ab ijs iure reprehendi fateor. Sed ab his quoque nondum bene explicari mens Apostoli mihi uidetur. Nam illos duos locos simul per omnia comparari, nullo modo placet. Ephesios cum de sua, in societatem Israelis, cooptatione certiores facere uellet, impedimentum, quo arcebantur olim, sublatum docet. Illud erat in ceremonijs. Ritus enim ablutionum & sacrificiorum, quibus Iudæi Dño consecrabantur, eos à gentibus segregabant. At in Epistola ad Colossenses sublimius mysterium attingi, quis non uideat? Certamen est quidem illic de Mosaicis obseruationibus, ad quas Pseudoapostoli Christianum populum adigere studebant: Sed quemadmodum in Epistola ad Galatas controuersiam illam altius ducit, & quodammodo ad fontem suum reuocat: ita & hoc loco. Nam si in ritibus nihil aliud consideras, q̃ defungendi necessitatẽ: quorsum attinebat uocari chirographũ, & chirographũ contrariũ nobis? Præterea in eo totã prope redemptionis nostræ summam ponere, ut induceretur? Quare res ipsa clamat, hic aliquid

Coloss. 2.

Eph. 2.

interius

interius reputandum esse. Ego autem confido me germanam intelligentiam assecutum: si tamen mihi uerum esse concedatur, quod alicubi uerissime ab Augustino scriptum est: in ceremonijs iudaicis confessionem magis delictorum extitisse, quàm expiationem. Quid enim sacrificijs aliud agebant, quam se mortis consçios fatebãtur, qui in suum locum catharmata substituebant? Quid purificationibus: nisi quod se immundos testabantur? Ita edebatur ab illis & piaculi, & impuritatis suæ debitum: solutio in illa testificatione non erat. Qua ratione scribit Apostolus, morte demum Christi intercedente, redemptionem præuaricationum esse peractam, quę manebant sub ueteri testamento. Merito ergo chirographa uocat Apostolus, suis cultoribus aduersa: quando per illa suam damnationem ac immundiciem palam consignabant. Nec obest, quod illi quoq; eiusdẽ nobiscum gratiæ participes fuerunt. Id enim sunt assecuti in Christo, non in ceremonijs, quas illic à Christo discernit Apostolus: quoniam Christi gloriam, tum usurpatæ, obscurabant. Habemus ceremonias, si per se considerentur, eleganter & appositè uocari chirographa, hominum saluti contraria: quia uelut solennia instrumenta erant, quæ ipsorum obligationem testarentur. Illis cum uellent rursum Christianam Ecclesiam adstringere pseudoapostoli, non sine caussa Paulus, altius repetita earum significatione, Colossenses admonuit, quo relaberentur, si subiugari se in eum modum ab ipsis passi essent. Simul enim illis excutiebatur Christi beneficium: quatenus, peracta semel æterna expiatione quotidianas illas obseruationes aboleuit: quæ ad peccata consignanda tantum ualidæ, ad eadem delenda nihil poterant.

Lib. 1. de peccatorũ merit. & remiss. c. 27.

Heb. 9. 10

DE VOTIS VBI DE MONACHATV AGITVR.

Caput IIII.

IAM transeundum ad fidei explicationem esset: nisi ex tertio capite, qualiter tractatum est, nobis nasceretur noua quæstio: quę nunc, uelut appendicis uice, obiter tractanda est. Docuimus ẽ primum, quidquid ad uitam pie sanctecq; instituendam desidera ri potest, in lege esse comprehensum. Docuimus rursus, Dominum, quo melius nos ab excogitãdis nouis operibus auocaret, to tam iustitiæ laudem in simplici uoluntatis suæ obedientia inclusisse. Hæc si uera sunt, iudicare promptum est, fictitios omnes cultus, quos nobis ipsi ad promerẽdum Deũ comminiscimur, minime esse illi acceptos, quãtumuis nobis arrideant. Et certe Dominus ipse multis locis non tantum aperte eos respuit: sed grauiter abominatur. Hinc exoritur de uotis dubitatio, quæ præter expressum Dei uerbũ fiunt, quo loco sint habenda, an nuncupari rite possint ab hominibus Christianis, & quatenus eos obstringant. Nam quod inter homines dicitur promissio, id Dei respectu uotum appellatur. Hominibus autem pollicemur ea, quæ uel putamus illis fore grata, uel quæ ex officio debemus. Longe igitur maiorem in uotis obseruantiam esse decet: quæ ad ipsum Deum, cum quo maxime serio agendum est, diriguntur. Hic mirum in modum omnibus sęculis grassata est superstitio: ut homines, sine iudicio, sine delectu, quidquid in mentem, uel etiam in buccam ueniret, Deo protinus uouerent. Hinc illę uotorum ineptiæ, imo prodigiosæ absurditates apud ethnicos, quibus nimis insolẽter cum Dijs suis luserunt. Atq; utinam hanc illorum audaciam non imitati essent etiam Christiani. Minime id quidem decuit, sed uidemus aliquot sęculis nihil fuisse hac improbitate usitatius:

tatius: ut populus, contempta passim Dei lege, uouendi quidquid per somnium arrisisset insano studio totus flagraret. Nolo odiose exaggerare, nec sigillatim recensere q̄ grauiter ac quot modis hic peccatū sit. sed hoc obiter dicere uisum est, quo melius appareat, nos nequaquam de re superuacua quæstionem instituere, cum de uotis tractamus.

Porrò si nolumus errare iudicando, quæ uota sint legitima, quæ præposteratria expendere conuenit. Nempe quis sit is cui uotum nuncupatur: qui simus nos qui uouemus: quo animo denique uoueamus. Primum eo spectat, ut cogitemus nobis cum Deo esse negocium: quem adeo delectat nostra obedientia, ut ἐθελοθρησκείας omnes, quamlibet in oculis hominum speciosæ sint ac splendidæ, maledictas esse pronunciet. si uoluntarij omnes cultus, quos ipsi sine mandato excogitamus, Deo sunt abominabiles: sequitur nullum ei acceptum esse posse, nisi qui eius uerbo approbetur. Ergo ne tantum licentiæ nobis sumamus, ut audeamus Deo uouere, quod nullum testimonium habeat, quasiter ab ipso æstimetur. Nam quod Paulus docet, peccatum esse quidquid sit absque fide, cum ad actiones quaslibet extendatur: tunc certe præcipue locum habet, ubi cogitationem tuam recta in Deum dirigis. Siquidem nihil magis serium esse nobis decet religionis officijs. sit igitur hæc prima in uotis cautio, ut nunquā ad aliquid uouendum descendamus, quin certo prius conscientia constituerit, se nihil temere tentare. Tunc autem à temeritatis periculo tuta erit, cum Deum sibi habebit præeuntem, & quasi ex uerbo suo dictantem, quid factu bonum sit uel inutile.

In altero, quod hic diximus considerandum, id continetur, ut metiamur uires nostras, ut uocationem nostram intueamur: ne beneficium libertatis, quod nobis Deus contulit, negligamus. Nam qui uouet, quod uel non est suæ facultatis, uel cum uocatione sua pugnat, temerarius est: & qui Dei beneficentiam, qua rerum omnium Dominus constituitur, contemnit, ingratus. Cum ita loquor, non intelligo quidquam esse sic in manu nostra positum, ut propriæ uirtutis fiducia subnixi, illud Deo promittamus. Verissime enim in Arausicano concilio decretum fuit, nihil rite Deo uoueri, nisi quod de manu eius acceperimus: quando omnia quæ illi offeruntur mera sunt eius dona. sed cum Dei benignitate alia nobis data sint, eius æquitate alia negata: mensuram collatæ sibi quisque gratiæ, ut iubet Paulus, respiciat. Nihil ergo hic aliud uolo, quam uota esse attemperanda ad eum modum, quem tibi sua donatione Deus præscribit: ne si ultra conaris quam ille permittat: teipsum, nimis tibi arrogando, præcipites. Nihil esse uouendum, quod nobis sit impedimento, quominus uocationi nostræ seruiamus, extra controuersiam est. Quid autem sibi uelit, quod de libertate nostra non spernenda diximus, nonihil habet difficultatis, nisi explicetur. Itaque sic paucis accipe. Cum rerum omnium dños constituerit nos Deus, & eas sic nobis subiecerit, ut omnibus pro nostra commoditate utemur: non est quòd speremus gratum Deo fore officium, si rebus externis, quæ nobis adminiculo esse debent, nos in seruitutem addicamus. Hoc ideo dico, quòd nonnulli laudem humilitatis ex eo captant, si se illaqueent multis obseruationibus, à qbus nō frustra nos liberos atq; immunes Deus esse uoluit. Proinde si hoc periculū uolumus effugere: semp meminerimus, ab ea œconomia, q̄ Dominus in Ecclesia Christiana instituit, nobis minime esse discedendum.

Arausica. concil. cap. 11.

Nunc uenio ad illud quod tertio loco posui: multum scilicet referre quo animo uotum nuncupes, si uelis ipsum Deo approbari. Nam quia Dominus cor non externam speciem intuetur, fit ut eadem res, mutato animi proposito, nunc placeat ei acceptaque sit, nunc uehementer displiceat. Vini abstinentiam si ita uoues, quasi in ea subsit aliquid sanctimoniæ: superstitiosus es. Si in alium finem non peruersum respicis nemo potest improbare. sunt autem, quantum possum iudicare, quatuor fines, ad quos uota nostra rite dirigentur: quorum duos, docendi causa, ad præteritum tempus refero: duos reliquos ad futurum.

turum. Ad præteritum tempus pertinent uota, quibus uel noſtram erga Deum gratitudinem pro acceptis beneficijs teſtamur: uel ad iram eius deprecandam ipſi à nobis pœnam ob admiſſa delicta exigimus. Priora uocemus, ſi placet, exercitia gratiarum actionis: altera pœnitentiæ. Prioris generis exemplum habemus in decimis, quas uouebat Iacob, ſi Dominus eum incolumem ab exilio in patriam reduceret. Præterea in ſacrificijs ueteribus pacificorum, quæ pij reges ac duces, iuſtum bellum ſuſcepturi, uouebant ſe reddituros, ſi uictoria potiti eſſent: aut certe cum maiori aliqua difficultate premebantur, ſi Dominus eos liberaſſet. Sic intelligendi ſunt omnes loci in Pſalmis, qui de uotis loquuntur. Eiuſmodi uota hodie quoq; nobis in uſu eſſe poſſunt, quoties nos Dominus uel à clade aliqua, uel à morbo difficili, uel ab alio quouis diſcrimine eripuit. Neque enim à pij hominis officio tunc abhorret, uotiuam oblationem, uelut ſolenne recognitionis ſymbolum Deo conſecrare, ne ingratus erga eius benignitatem uideatur. Secundum genus quale ſit, uno duntaxat familiari exemplo oſtendere ſufficiet. ſi quis in aliquod flagitium gulæ uitio prolapſus ſit: nihil obſtabit quominus ad caſtigandam intemperiem lautitijs omnibus poſsit ad aliquod tempus renunciare, idq; facere uoto adhibito: quomodo arctiore uinculo ſe adſtringat. Neq; tamen ſic perpetuam legem ijs ſtatuo, qui ſimiliter deliquerint, ſed oſtendo quid facere illis liceat, qui tale uotum ſibi utile eſſe cenſuerint. ſic igitur eiuſmodi uotum licitum facio, ut liberum interim relinquam. Quæ in futurum tempus conferuntur uota, partim, ut diximus, eo tendũt, ut reddamur cautiores: partim ut quibuſdam ueluti ſtimulis ad officium excitemur. Videt aliquis ſe adeo procliuem eſſe in certum uitium, ut in re aliàs non mala temperare ſibi nequeat, quin protinus in malum delabatur: nihil abſurdum faciet, ſi eius rei uſum ad aliquod tempus ſibi uoto præcidat. Quemadmodum ſi quis periculoſum ſibi eſſe hunc uel illum corporis ornatum agnoſcat: & tamen cupiditate illectus uehementer appetat: quid melius faciat quàm ut frenum ſibi inijciendo, hoc eſt, neceſsitatem abſtinendi imponendo, ſeſe omni dubitatione liberet? Similiter ſi quis uel oblioſus ſit uel piger ad neceſſaria pietatis officia, cur non ſuſcepto uoto, & memoriam expergefaciat, & pigritiam excutiat? In utroq; ſpeciem eſſe pædagogiæ fateor, ſed eo ipſo quòd ſunt infirmitatis adminicula, à rudibus & imperfectis non ſine utilitate uſurpantur. Proinde quæ ad unum ex his finibus reſpiciunt uota, præſertim in rebus externis, legitima eſſe dicemus: ſi modo & Dei approbatione ſint ſuffulta, & uocationi noſtræ conueniant, & ad facultatem gratiæ nobis à Deo datæ ſint limitata.

Iam nec difficile eſt colligere, quid de uotis in uniuerſum ſentiendum ſit. Vnũ eſt uotum fidelium omnium commune, quod in baptiſmo nuncupatum catechiſmo ac cœnæ ſumptione confirmamus, & quaſi ſancimus. ſunt enim ſacramenta tanquam ſyngraphæ, quibus Dominus miſericordiam nobis ſuam atq; ex ea uitam æternam defert: nos uiciſsim illi obedientiam pollicemur. Hęc autem uotiua formula, uel certe ſumma, quod Sathanæ renunciantes Deo nos in ſeruitutem addicimus, ut ſanctis eius mandatis obediamus, non aũt obſequamur prauis cupidinis noſtræ deſiderijs. Hoc uotum cum à ſcriptura teſtimonium habeat, imo à ſingulis Dei omnibus exigatur: quin ſanctum ſit & ſalutare, dubitari non debet. Nec obſtat quòd perfectam legis obedientiam, quam exigit Deus à nobis, nemo in hac uita præſtat. Quando enim hæc ſtipulatio in fœdere gratiæ eſt incluſa, ſub quo & remiſsio peccatorum & Spiritus ſanctificationis continetur: pollicitatio, quam illic facimus, & cum ueniæ deprecatione & cum auxilij poſtulatione conjuncta eſt. In iudicandis particularibus uotis tres ſuperiores regulas memoria tenere neceſſe eſt: unde tuto licebit quale ſit unumquodq; uotum æſtimare. Neq; tamen ea ipſa uota, quæ ſancta eſſe aſſero, ſic commendare me putes, ut quotidiana eſſe uelim. Nam, etſi nihil præcipere de numero aut tempore audeo: ſi quis tamen conſilio meo obtemperet, non niſi ſobria & temporaria ſuſcipiet. ſi enim ad multa uota nuncupanda ſubinde erumpas; tota religio ipſa aſsiduitate uiſ-

lescet, & procliuis erit in superstitionem lapsus. Si perpetuo uoto te obstringas: aut magna molestia tædioque solues; aut etiam diuturnitate fatigatus uiolare aliquando audebis. Iam nec obscurum est quanta superstitione in hac parte laborauerit mundus aliquot sæculis. Alius se abstemium fore uouebat, quasi uini abstinentia cultus esset per se Deo gratus. Alius ieiunio, alius carnis abstinentiæ se adstringebat ad certos dies, quibus singularem aliquam præ alijs religionem subesse sibi uana opinione finxerat. Quædam etiam longe magis puerilia nuncupabantur: etsi non à pueris. Fuit enim hoc pro magna sapientia habitum, uotiuas peregrinationes ad sanctiora loca suscipere: ac interdum uel pedibus iter confícere, uel corpore seminudo, quò plus meriti ex lassitudine acquireretur. Hæc & similia, quorum incredibili studio mundus aliquamdiu æstuauit, si secundum eas quas antea posuimus regulas examinentur: non tantum inania deprehendentur ac nugatoria: sed plena manifestæ impietatis. Vtcunque enim iudicet caro: nihil magis abominatur Deus, quàm cultus fictitios, accedunt pernitiosæ illæ & damnatæ opiniones: quòd hypocritæ, ubi talibus nugis defuncti sunt, credunt se non uulgarem iustitiã sibi comparasse: summam pietatis in externis obseruationibus reponunt: alios omnes despiciunt, qui apparent earum rerum minus curiosi.

Singulas formas enumerare nihil attinet. Sed quia uota monastica maiori in uenerationc habentur, quòd uidentur publico Ecclesiæ iudicio approbata: de ijs breuiter dicendum est. Principio ne quis longi temporis præscriptione defendat monachismum, qualis hodie est: notandum est fuisse olim in monasterijs longe aliud uiuendi institutum. Qui se ad summam austeritatem & patientiam uolebãt exercere, eo concedebant. Qualem enim sub Lycurgi legibus fuisse Lacedæmoniorum disciplinam narrant: tunc talis erat apud monachos: ac multo etiam rigidior. Humi dormiebant. Potus erat aqua. Cibus, panis, herbæ ac radiculæ. Præcipuæ lautitiæ in oleo & ciceribus. Ab omni delicatiore uictu & corporis cultu abstinebant. Hæc hyperbolica uideri possent: nisi ab oculatis & expertis testibus traderentur, Gregorio Nazianzeno, Basilio, & Chrysostomo. Talibus uero rudimentis se ad maiora munera præparabant. Monastica enim collegia fuisse tunc ueluti seminaria ordinis Ecclesiastici, cum illi quos nuper nominauimus satis claro documento sunt (nam omnes in monasterijs educati, illinc ad Episcopale munus uocati sunt) tum alij complures sua ætate magni ac præstantes uiri. Et Augustinus illud suo quoq; tempore fuisse usitatum ostendit, ut Ecclesiæ clericos cœnobia ministrarent. Nam monachos capraríæ insulæ sic alloquitur. Vos autem fratres exhortamur in Domino, ut propositum uestrum custodiatis, & in fine perseueretis, ac si quàm operam uestrã mater Ecclesia desiderauerit: nec elatione auida suscipiatis: nec blandiente desidia respuatis: sed miti corde obtemperetis Deo. Nec uestrum ocium necessitatibus Ecclesiæ præponatis: cui parturienti si nulli boni ministrare uellent, quomodo nascerem ini, non inueniretis. Loquitur autem de ministerio, quo fideles spiritualiter renascuntur. Item ad Aurelium. Et ipsis lapsus & ordini clericorum fit indignissima iniuria: si desertores monasteriorum ad militiam clericatus eliguntur. Cum ex ijs qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores ac meliores in clerum assumere soleamus. Nisi forte sicut uulgus dicit, malus Choraules bonus est Symphoniacus: ita & de uobis ita iocabitur. Malus monachus bonus clericus est. Nimis dolendum: si ad tam ruinosam superbiam monachos surrigamus, & tam graui contumelia clericos dignos putemus: cum aliquando etiam bonus monachus uix bonum clericum faciat: si adsit ei sufficiens continentia: & tamen desit necessaria doctrina. Ex his locis apparet, pios homines sese ad Ecclesiæ gubernationem monastica disciplina solitos fuisse præparare: quo aptiores & melius formati tantum munus subirent. Non quòd omnes ad hunc finem peruenirent aut etiam tenderent: cum maiori ex parte essent homines illiterati. Sed qui idonei erant seligebantur. Duobus tamen præcipue locis ueteris monastices formam nobis depingit. Libro de moribus Ecclesiæ Catholicæ, ubi aduersus Manichæorum calumnias eius pro-

Epist. 81.

Epist. 70.

fessionis sanctimoniam opponit: & altero, cui titulum fecit de opere Monachorum: ubi in degeneres quosdam monachos, qui institutum illud corrumpere coperant, inuehitur. Ego hic eorum quæ tradit summã ita colligam: ut uerbis quoque eius, quoad licebit, utar. Contemptis, inquit, mundi huius illecebris, in communem uitam castissimam sanctissimamq; congregati simul ætatem agunt, uiuentes in orationibus, lectionibus, disputationibus: nulla superbia tumidi, nulla peruicacia turbulenti, nulla inuidentia liuidi. Nemo quidq; possidet proprium: nemo cuiq; onerosus est. Operantur manibus ea, quibus & corpus pasci possit, & mens à Deo impediri nõ possit. Opus autem suum tradunt eis quos Decanos uocant. Illi autem Decani cum magna solicitudine omnia disponentes rationem uni reddunt quem Patrem uocant. Hi uero Patres nõ solum sanctissimi moribus, sed etiam diuina doctrina excellentissimi, omnibus rebus excelsi, nulla superbia consulunt ijs quos filios uocant: magna sua in iubendo authoritate, magna ipsorum in obtemperando uoluntate. Conueniunt autem diei tempore extremo de suis quisq; habitaculis, dum adhuc ieiuni sunt ad audiendum illum Patrem: & conueniunt ad singulos patres terna, ut minimum, hominum milia (De Aegypto potissimum & Oriẽte loquitur) Corpus deinde reficitur, quantum saluti & salubritati sat est: coercente unoquoque concupiscentiam, ne se profundat uel in ea ipsa, quę præsto sunt, parca & uilissima. Ita non solum à carnibus & uino abstinent pro sufficientia domandarum libidinum, sed ab ijs quæ tanto concitatius uentris & gutturis prouocãt appetitum, quanto quasi mundiora nonnullis uidentur. Quo nomine solet turpe desiderium exquisitorum ciborum, quod à carnibus alienũ est, ridicule turpiterque defendi. Quidquid necessario uictui redundat (redundat autem plurimum ex operibus manuũ, & epularum restrictione) tanta cura egentibus distribuitur, quanta non ab ipsis qui distribuunt comparatũ est. Nullo enim modo satagunt, ut hæc sibi abundent: sed omni modo agunt, ut non apud se remaneat quod abundauerit. Deinde commemorata austeritate: cuius ipse exempla & Mediolani & alibi uiderat, Inter hæc, inquit, nemo urgetur in aspera, quæ ferre non potest: nulli quod recusat imponitur: nec ideo condemnatur à cæteris quòd in eorum imitatione se fatetur inualidum. Meminerunt enim quantopere cõmendata sit charitas, meminerunt omnia munda mundis, &cęt. Itaq; non reiiciendis generibus ciborum, quasi pollutis: sed concupiscentiæ perdomandæ, & dilectioni fratrum retinendæ, inuigilat omnis industria. Meminerunt. Esca uentri & uenter escis &cæt. Multi tamen firmi propter infirmos abstinent. Multis nõ est caussa ista faciendi: sed quòd uiliore uictu & minime sumptuoso se sustentare placet. Itaq; ijdem ipsi, qui sani temperant, si ratio ualetudinis cogat, ęgroti sine ulla formidine accipiunt. Multi vinum non bibunt: nec tamen se eo inquinari putant. Nam languidioribus, & qui sine ipso nequeunt salutem corporis obtinere, humanissime præberi faciunt: & nonnullos stulte recusantes fraterne admonẽt, ne uana superstitione debiliores citius q; sanctiores fiant. Ita pietatem sedulo exercent: corporis uero exercitationem ad exiguum tempus pertinere nouerũt. Charitas præcipue custoditur: charitati uictus, charitati sermo, charitati habitus, charitati uultus aptatur. Coitur in unam conspiraturq; charitatem: hanc uiolare, tanquàm Deum, nefas ducitur: huic si quis resistit, eijcitur atq; uitatur: hanc si quis offendit, uno die durare non sinitur. Quoniam his uerbis, ueluti in tabula, qualis olim fuerit Monastice, repræsentasse uisus est sanctus ille uir, ea tametsi longiora huc inserere non piguit: q; me longiorem aliquanto fore cernebam, si ex diuersis eadem colligerem, quantumuis studerem compendio. Hic autem mihi propositũ non est, totum istud argumentum perseq, sed obiter tantũ indicare non modo quales habuerit uetus Ecclesia monachos: sed qualis tunc fuerit monastica professio, ut ex cõparatione iudicare possint sani lectores, quid frontis habeãt, qui adstinendũ prẽsentem Monachismum antiquitatẽ allegant. Augustinus dum sanctum ac legitimũ Monachismum nobis deformat, omnẽ rigidã exactionem uultę abesse earum rerũ, quę nobis uerbo Dñi liberę relinquunt. Atqui nihil est q̃d hodie seue-

De moribus Ecclesiæ cathol. cap. 31.

cap. 33.

die ſeuerius exigat. Scelus enim inexpiabile eſſe ducũt, ſi quis in colore aut ſpecie veſtis, ſi quis in genere cibi, ſi qs in alijs friuolis ac frigidis ceremonijs uel minimũ à prę ſcripto deflexerit. Auguſtinus fortiter cõtendit, non licere monachis de alieno ocioſis viuere. Tale exemplũ ſuo tempore extitiſſe negat bene cõſtituti monaſterij. Noſtri prę cipuã ſanctimonię ſuę partem in ocio collocant. Nã ſi ocium illis tollas: ubi erit illa cõtemplatiua uita? qua ſe alios omnes excellere, & ad Angelos ꝓpius accedere gloriant: Auguſtinus denicꝫ monachiſmũ requirit, q nihil aliud ſit, q̃ exercitium adiumentumꝫ ad pietatis officia, quę Chriſtianis omnibus commendant. Quid? Cum ſummã adeoꝫ prope unã eius regulã facit charitatem: an putamus conſpirationẽ laudare, qua pauci homines inter ſe deuincti, ab uniuerſo Eccleſię corpore ſeparent? Imo uero eos exemplo ſuo reliquis uult prælucere, ad ſeruandã Eccleſiæ unitatẽ. In utroꝫ adeo diuerſa eſt pręſentis monachiſmi ratio, ut uix quidq̃ magis diſſimile: ne dicã contrariũ: reperias. Siquidẽ monachi noſtri nõ contenti ea pietate, cuius unius ſtudio ſuos eſſe ꝓpetuo intentos Chriſtus iubet, nouã neſcio quã imaginant, cuius meditatiõe ſint alijs omnibus perfectiores. Hoc ſi negãt: ſcire ab illis uelim, cur ordinẽ ſuũ perfectionis titulo unũ dignent, & eundẽ omnibus Dei uocatiõibus adimãt. Neꝫ me latet illa ſophiſtica ſolutio: nõ ideo ſic uocari, qa perfectionẽ in ſe contineat: ſed qa ad acquirendã perfectionẽ ſit omnium optimus. Cũ ſe apud plebẽ uenditare, cum rudibus ac ignaris adoleſcentulis laqueũ inijcere, cũ priuilegia ſua aſſerere, cũ in aliorũ contumeliã ſuã dignitatẽ extollere uolũt: iactant ſe eſſe in ſtatu perfectiõis. Cum propius urgent, q̃ ut inanem hanc arrogantiã tueri queant, ad iſtũ cuniculum ſuffugiũt: ſe nondũ perfectionẽ eſſe cõſecutos, in eo tñ ſtatu eſſe, quo ad ipſam pręalijs adſpirãt. Interim manet illa in plebe admiratio, quaſi ſola uita monaſtica ſit angelica, perfecta, ab omni uitio repurgata. Hoc pretextu quęſtuoſiſſimas nundinas exercẽt. Illa autẽ moderatio in paucis libris ſepulta manet. Hãc eſſe intolerandã ludificationem quis nõ uidet? ſed perinde cũ ipſis agamus, ac ſi nihil plus tribuerẽt ſuę profeſſioni, q̃ uocando ſtatũ adipiſcendę perfectionis. Sane hoc illi nomẽ deferendo, tanq̃ ſpeciali nota ab alijs uitæ generibus diſtinguunt. Et quis hoc ferat? Vt tantus honor transferatur ad inſtitutum nuſcꝫ uel una ſyllaba approbatũ? eodem indignæ cenſeantur omnes Dei uocationes ſacro eius ore non modo præceptæ: ſed inſignibus elogijs ornatæ. Et quanta, obſecro, iniuria fit Deo, cum omnibus uitę generibus ab eo ordinatis, eius teſtimonio laudatis cõmentitius neſcio quis anteferatur? Age calumniam eſſe dicant, quòd antea tradidi, non eſſe contentos præſcripta à Deo regula. Atqui etiamſi taceam: ipſi plus ſatis ſe accuſant. Aperte enim docent, ſe plus oneris ſuſcipere, quàm ſuis Chriſtus impoſuerit. Quoniã ſcilicet Euãgelica conſilia de diligendis inimicis, de non appetenda uindicta, de non iurando & cæt. ſe ſeruaturos promittant: quibus non ſunt cõmuniter adſtricti Chriſtiani. In eo quam nobis antiquitatem obtendent? Nulli unquàm ueterũ hoc uenit in mentem. Omnes una uoce clamant, nullam penitus uoculã à Chriſto emiſſam, cui non ſit neceſſario obtemperandum. Et hæc ipſa nominatim, quæ iſti boni interpretes Chriſtum conſuluiſſe duntaxat nugantur, iuſſa eſſe nulla dubitatione ubiꝫ docent. Sed quia hunc peſtilentiſſimũ errorem eſſe ſupra docuimus: ſatis hic ſit breuiter notaſſe, ea opinione fundatũ eſſe Monachiſmum q nunc eſt: quã merito pij omnes execrari debent. Vt ſcilicet fingat aliqua eſſe perfectior uiuendi regula, q̃ iſta communis, uniuerſæ Eccleſiæ à Deo tradita. Huic fundamento quidquid ſuperſtruitur non niſi abominabile eſſe poteſt. Verum aliud ſuæ perfectionis argumentũ afferunt, quod ſibi firmiſſimum eſſe putant. Dixit enim Dominus adoleſcenti de perfectione iuſtitiæ interroganti: ſi uis perfectus eſſe, uende omnia quę habes, & da pauperibus. Id an faciãt ipſi, nondũ diſputo. Demus hoc illis in præſentia. Perfectos igitur ſe factos iactant omnia ſua relinquendo. Si in hoc ſita eſt perfectionis ſumma: quid ſibi uult quod Paulus docet? eum q omnia ſua diſtribuerit pauperibus, niſi charitatem habeat, nihil eſſe. Qualis iſta eſt perfectio, quæ ſi abeſt charitas, in nihilũ cum homine redigitur? Hic reſpondeant ne- *Matth. 19.*

Coloſ. 3. ceſſe eſt: ſummum hoc quidem, ſed non unicũ eſſe perfectionis opus. Verum hic quoq; reclamat Paulus, qui non dubitat charitatem, ſine eiuſmodi renuntiatione, facere uinculum perfectionis. Si certum eſt inter Magiſtrũ & diſcipulum nihil eſſe diſſenſionis; alter autẽ clare negat hominis perfectionẽ in eo conſiſtere ut ſuis omnibus renunciet: & rurſum ſine eo conſtare aſſerit: uidendum eſt qualiter accipiendum ſit illud Chriſti. Si uis perfectus eſſe, uende omnia quæ habes. Porro minime obſcurus erit ſenſus: ſi expendamus, quod in omnibus Chriſti concionibus obſeruare ſemper conuenit, ad quem dirigantur hæc uerba. Aduleſcens interrogat, quibus operibus ingredietur in uitam ęternam. Chriſtus, quia de operibus rogabatur, eum remittit ad legem. Et merito. Eſt enim uia æternæ uitæ, ſi in ſe conſideretur: nec aliunde inualida eſt ad ſalutem nobis afferendam q̃q; ex noſtra praua uitate. Hoc reſponſo declarauit Chriſtus, ſe non aliã uitæ formandæ rationem tradere, q̃q; quæ in lege Domini tradita olim fuerat. Ita & teſtimoniũ legi diuinæ reddebat, q̃ eſſet perfectæ iuſtitiæ doctrina: & ſimul calumnijs occurrebat, ne uideretur noua aliqua uiuendi regula ad legis defectionem populũ incitare. Iuuenis nõ mali quidem animi: ſed uana confidentia tumidus, ſe omnia legis præcepta a puero ſeruaſſe reſpondet. Certo certius eſt, immenſo ſpacio procul ab eo abfuiſſe, q̃ ſe peruenijſſe iactabat. Et ſi uera fuiſſet gloriatio: nihil illi defuiſſet ad ſummã perfectionẽ. Supra enim demonſtratũ eſt, q̃ in ſe contineat lex perfectam iuſtitiã: & hoc ipſum inde patet, q̃ uia æternæ ſalutis uocatur eius obſeruatio. Vt edoceretur, quantulũ in ea iuſtitia profeciſſet, quã ſe impleuiſſe nimis audacter reſponderat: operæprecium fuit familiare eius uitiũ excutere. Diuitijs autem cum abundaret, cor illis affixum habebat. Ergo quia uulnus hoc ſecretum nõ ſentiebat, à Chriſto lancinatur. Vade, inquit, uende omnia quæ habes, ſi tam bonus fuiſſet cuſtos legis q̃ putabat: nõ diſcederet nõ iuſtus hoc uerbo audito. Nam qui Deum diligit ex toto corde, quidquid cum eius dilectione pugnat nõ tantum habet pro ſtercore: ſed tanq̃ exitiale abominatur. Ergo quód diuitem auarum relinquere iubet Chriſtus omnia quæ habet, perinde eſt, ac ſi ambitioſum omnibus honoribus: uoluptuoſum omnibus delitijs: impudicũ omnibus libidinis inſtrumentis iuberet renunciare. Sic ad particularẽ mali ſui ſenſum reuocandę ſunt cõſcientiæ, quę nullo generalis admonitiõis ſenſu tanguñ. Fruſtra igitur Hypotheſin iſtam ad generalẽ interpretationem trahũt: ac ſi Chriſtus hominis perfectionẽ in renuntiatiõe bonorũ ſtatueret. Cum nihil aliud uoluerit hoc dicto, q̃ iuuenem ſibi ultra modũ placentẽ ad ſentiendum ulcus ſuum adigere: ut intelligeret ſe longo adhuc interuallo abeſſe à p̃fecta legis obedientia: quam ſibi alias falſo arrogabat. Fateor hũc locũ fuiſſe à quibuſdam ex patribus male intellectũ: atq; hinc natam eſſe uoluntariæ paupertatis affectationẽ: q̃ illi demum beati putabant, qui abdicatis omnibus rebus terrenis nudi ſe Chriſto deuouerẽt. Sed cõfido bonis omnibus & nõ contentioſis ſatisfactũ iri hac mea explicatiõe: ut de mẽte Chriſti nihil ambigãt. Quanq̃ nihil minus cogitarunt Patres, q̃ ſtabilire eiuſmodi perfectionẽ, quæ poſtea à cucullatis Sophiſtis fabrefacta fuit, ut duplicẽ Chriſtianiſmũ ſic erigerent. Nondũ enim natũ erat ſacrilegum illud dogma, q̃d profeſſionem monaſticæs Baptiſmo cõparat: imo palã aſſerit, formã eſſe ſecundi Baptiſmi. Ab hac blaſphemia q̃s dubitet Patres toto animo abhorruiſſe? Iam illud extremum q̃d apud ueteres monachos fuiſſe dicit Auguſtinus, ut ſcilicet totos ſe ad charitatem accõmodarent: q̃d opus eſt uerbis demõſtrare, eſſe ab hac nouitia profeſſione alieniſſimũ? Res ipſa loquit̃, eos omnes q̃ in cœnobia cõcedunt diſceſſionem ab Eccleſia facere. Quid enim? An nõ ſe à legitima fideliũ ſocietate ſeparãt, peculiare ſibi miniſteriũ, & priuatã ſacramentorũ adminiſtrationem aſciſcendo? Quid eſt, Eccleſiæ cõmunionẽ diſſipare ſi hoc nõ eſt? Atq; ut eam quã cœpi facere cõparationem perſequar & ſe mel claudam: q̃d ſimile hac in parte habent cum ueteribus monachis? Illi tametſi ſeparatim ab alijs habitabant: non tñ habebant ſeparatã Eccleſiam, ſacramẽta participabant cum alijs, ad ſolẽnes cõuentus ſe iſtebant, illic pars plebis erant. Iſti priuatũ ſibi altare erigendo, q̃d aliud q̃q uinculum unitatis abruperunt? Nam & ſe ab

vniu erſo

vniuerſo Eccleſię corpore excõmunicarunt,& ordinariũ contempſerunt miniſterium,quo pacem ac charitatem voluit Dominus inter ſuos conſeruari. Itaq; quot ſunt hodie monaſteria,tot eſſe dico ſchiſmaticorũ conuẽticula,qui,turbato Eccleſiaſtico ordine,à ſocietate fidelium legitima ſunt execti. Et ne obſcura eſſet iſta diſceſſio,uaria factionum nomina ſibi indiderunt. Nec ipſos puduit in eo gloriari quod ſic execratur Paulus,ut ſatis exaggerare non poſsit. Niſi forte Chriſtum fuiſſe à Corinthijs diuiſum arbitramur:cum alius alio doctore ſuperbiret: & nũc ſine ulla Chriſti iniuria fieri,q; pro Chriſtianis alios Benedictinos, alios Franciſcanos,alios Dominicanos vocari audimus:& ita vocari,ut ipſi, dũ affectant à vulgo Chriſtianorũ diſtingui, hos titulos pro religionis profeſſione faſtuoſe ſibi ſumãt.

Hæc,quæ hactenus inter ueteres & noſtrę ætatis monachos diſcrimina recenſui,nõ in moribus ſunt:ſed in ipſa profeſſione. Proinde meminerint lectores,fuiſſe me de monachiſmo potius q̃ de monachis locutũ: & ea uitia notaſſe,nõ quæ in paucorũ uita hærent:ſed quę ab ipſo uiuendi inſtituto ſeparari nequeunt. In moribus autem quanta ſit diſcrepantia,quid attinet ſigillatim exponere. Hoc conſtat: nullum eſſe hominũ ordinem magis omni uitiorũ turpitudine inquinatũ. Nuſq; magis feruent factiones,odia,ſtudia partiũ, ambitus. In paucis quidem cœnobijs pudice uiuitur: ſi pudicitia uocanda eſt, ubi eatenus reprimitur libido, ne palã ſit infamis. Decimũ tamen quodq; uix reperias,quod nõ lupanar ſit potius,q̃ caſtitatis ſacrariũ. At in uictu qualis frugalitas: Non aliter porci in haris ſaginantur, ſed ne querantur ſe nimis inclementer à me tractari,nõ ulterius pergo. Quanq; in his paucis quæ attigi,nihil eſſe accuſatorie dictũ fatebitur,quicunq; rem ipſam nouit. Auguſtinus, cum tanta caſtitate, ſecundũ eius teſtimonium, excellerent monachi, queriť tamen multos eſſe errones, q̃ malis artibus & impoſturis ſimpliciores pecunia emungant, qui reliquias martyrũ circumferendo turpes nundinationes exerceãt: imo pro Martyrũ reliquijs quorumlibet mortuorũ oſſa uenditent:qui multis ſimilibus flagitijs ignominiã ordini inurãt (de opere monach in fine). Vt ſe nullos uidiſſe meliores prędicat,q; qui in monaſterijs profecerint:ita deplorat nullos ſe deteriores uidiſſe,q̃ qui in monaſterijs defecerint. Quid diceret,ſi hodie cõſpiceret tot ac tã deploratis uitijs exundare, & quodammodo crepare omnia fere cœnobia: Ego nihil,niſi q̃d omnibus eſt notiſſimũ dico. Neq; tamen ad oẽs ſine ulla prorſus exceptiõe pertinet hęc uituperatio. Quemadmodũ enim nunq; adeo benẽ cõſtituta fuit in monaſterijs ſancte uiuẽdi regula & diſciplina, quin extarent aliqui fuci lõge alijs diſſimiles:ita nõ ſic hodie à ſancta illa antiquitate monachos degeneraſſe dico,quin aliq̃s in ſuo grege bonos adhuc habeãt. Sed hi pauci & diſperſi in illa ingenti malorũ & improborũ multitudine deliteſcũt:nec contemnunť modo:ſed etiã petulanter inceſſuntur,interdũ etiã crudeliter tractanť ab alijs: q̃ (ut eſt in Mileſiorũ prouerbio) nemini apud ſe bono locũ eſſe debere credunt. Hac uetere ris & hodierni monachiſmi cõparatione effeciſſe me,q̃d uolui,cõfido:ut appareat cucullatos noſtros ad profeſſiõis ſuę defẽſionẽ primę Eccleſię exemplũ falſo prętexere: quandoquidẽ ab illis nõ minus differunt,q̃ ſimiæ ab hominibus. Interim nõ diſſimulo,uel in illa,quã Auguſtinus cõmendat,priſca forma eſſe nõ nihil, q̃d mihi parũ placeat. In externis rigidioris diſciplinæ exercitijs nõ fuiſſe ſuperſtitioſos cõcedo. At immodicã affectationem & κακοζηλίαν nõ abfuiſſe dico. Pulchrũ fuit,abdicatis facultatibus omni terrena ſolicitudine carere. At pluris à Deo fit familię pie regendę cura:ubi ſanctus paterfamilias, omni auaritia,ambitiõe, alijsq; carnis cupiditatibus ſolutus & liber,hoc habet ſibi propoſitũ,ut in certa uocatiõe Deo ſeruiat. Pulchrũ eſt in ſeceſſu procul hominũ cõſuetudine philoſophari. At Chriſtianæ manſuetudinis nõ eſt,quaſi odio humani generis in deſertum & ſolitudinẽ confugere,& ſimul ea officia deſerere,quæ Dñs in primis mandauit. Etiã ſi demus,nihil aliud fuiſſe mali in ea profeſſione:hoc certe nõ mediocre malũ fuit, q̃ exemplum inutile & periculoſum in Eccleſiã induxit. Nunc igitur uideamus cuiuſmodi ſint uota, quibus in præclarũ hunc ordinẽ hodie initianť monachi. Primũ qa nouũ & fictitiũ cultum, promerendi Dei cauſa, inſtituere illis animus eſt,

abominationi esse apud Deum quidquid uouent, ex superioribus cõcludo, Deũ de quia nullo uocationis Dei intuitu, nullaq; eius approbatione, uiuendi genus, quale libet, sibi ipsi cõminiscuntur, temerarium ideoq; illicitum ausum esse dico: quia nihil habet ipsorũ conscientia, quo se apud Deum sustineat: & quidquid nõ est ex fide peccatũ est. Prẽterea cum ad multos simul peruersos atq; impios cultus, quos hodiernus monachatus sub se continet, seipsos adstringant: eos nõ Deo consecrari sed Dæmonio contendo. Cur enim Prophetæ dicere licuerit, Israelitas filios suos immolasse Dæmonijs & non Deo: tantum ob id quod uerum Dei cultum profanis ceremonijs corruperant: cur idem de monachis dicere non liceat? qui una cum cucullo mille impiarũ superstitionum laqueũ sibi induunt. Iam quæ uotorum species? uirginitatem Deo perpetuam promittunt. Quasi cum Deo ante pepigerint, ut se à coniugij necessitate liberaret. Non est quòd causentur, se non nisi gratia Dei fretos, uotũ hoc nuncupare. Nam cum ipse nõ omnibus dari pronunciet: fiduciam specialis doni capere nostrũ non est. Qui habent, eo utantur. si quando se à carne sua inquietari sentiunt, confugiant ad eius opem cuius sola uirtute possunt resistere. Si nõ proficiunt, ne remediũ, quod ipsis offert, contemnant. Certa enim Dei uoce citant ad coniugiũ, quibus continendi facultas denegatur. Continentiã appello: nõ qua corpus solum à scortatione purũ seruat: sed qua mẽs impolluta castitatem seruat. Neq; enim externã tantum lasciuiã: sed animi quoq; ustionem caueri Paulus præcipit. Hoc, inquiunt, ab ultima memoria fuit obseruatũ, ut se alligarent continentiæ uoto, q totos se Dño dicare uellent. Fateor certe antiquitus quoq; receptũ fuisse hunc morẽ. sed eã ętatem sic ab omni uitio liberã fuisse nõ concedo: ut pro regula habendũ sit quidqd tunc factũ est. Et paulatim irrepsit inexorabilis illa seueritas, ut post conceptũ uotum nullus pœnitentiæ locus fieret. Quod ex Cypriano cõstat. Si se ex fide Christo dicauerunt uirgines, pudice
Epist. 11. & caste sine ulla fabula perseuerẽt. Ita fortes & stabiles præmiũ uirginitatis expectent. Si aũt perseuerare nolunt uel nõ possunt: melius est ut nubant, q̃ in ignẽ delitijs suis cadãt. Quibus probris nõ lacerarent nunc eũ, qui continentię uotum tali æquitate temperare uellet? Lõge ergo ab illo uetusto more discesserũt, qui nõ modo nullã admittunt moderationẽ aut ueniã, si quis præstando uoto impar deprehendat: sed grauius peccare nullo pudore pronunciãt, si accepta uxore carnis intemperantiæ medetur, q̃ si scortando corpus & animã contaminet. Verum instãt adhuc, & sub Apostolis usitatũ fuisse tale uotũ ostendere conant: qa Paulus uiduas, quæ semel in publicũ ministerium receptę nuberent, primã fidem abnegare dicat. Ego uero illis minime nego, uiduas, quę sese suasq; Ecclesię operas addicerẽt, perpetui cœlibatus legẽ simul suscepisse: non qa in eo religionẽ aliquã statuerent: ut postea fieri cœptũ est, sed quoniã nisi sui iuris, & iugo maritali solutæ functionẽ illã sustinere nõ possent. Quod si data fide ad nouas nuptias respectarent: qd hoc erat aliud, q̃ Dei uocationem excutere? Non igitur mirum, q talibus desiderijs lasciuire in Christũ eas dicit. Postea uero amplificandi causa subiungit, a deò ipsas quod Ecclesiæ pollicitæ sunt non præstare: ut primã quoq; fidem in Baptismo data tam violenter irritã faciant: in qua hoc comprehenditur, ut uocationi quisq; suæ respondeat. Nisi forte hoc mauis intelligere, quòd ueluti amisso pudore, omnem deinde honestatis curam abijcerent, ad omnem lasciuiam & petulantiam se prostituerent, licentiosa dissolutaque uita nihil minus quàm Christianas mulieres prę seferrent. Qui sensus mihi perplacet. Respondemus ergo, quæ tunc ad publicum ministerium recipiebantur uiduæ, eas sibi perpetui cœlibatus conditionem imposuisse, si postea nuberent, facile intelligimus accidisse quod dicit Paulus: ut proiecto pudore insolentiores fierent, quàm deceret mulieres Christianas. Ita non solum peccasse fidem Ecclesiæ datam fallendo: sed à communi piarum mulierum lege desciuisse. Sed primum nego, alia ratione professas esse cœlibatũ: nisi quia coniugium cum ea, quam subibant, functione, minime conueniret: ac omnino se ad cœlibatum adstrinxisse, nisi quatenus ferret uocationis suæ necessitas. Deinde ita obligatas non concedo fuisse, quin illis tunc quoq; satius esset nube-

re quam

re, quàm uel carnis aculeis solicitari, uel in aliquam prolabi obscœnitatem. Tertio eam ætatem dico à Paulo præscribi, quæ sit communiter extra periculum. Præsertim cum eas tantum deligi iubeat, quæ unico matrimonio contentæ continentiæ specimen iam ante præbuerint. Votum autem cœlibatus non alia ratione improbamus, nisi quia & pro cultu perperam æstimatur: & temere ab ijs nuncupatur, quibus continendi potestas facta nõ est. Ad moniales uerò qui trahere licuit hunc Pauli locum? Creabantur enim diaconissę, non ut cantionibus aut murmure non intellecto Deum demulcerent, reliquum temporis uiuerent ociosæ: sed ut publico Ecclesiæ ministerio erga pauperes defungerentur, ut omni studio, sedulitate, diligentia in officia charitatis incumberent. Non uouebant cœlibatum, ut cultum inde aliquem exhiberent Deo, ꝙ à nuptijs abstinerent: sed tantum quò essent ad exequendum suum munus expeditiores. Deniq; non uouebãt uel inuente adulescẽtia, uel medio adhuc ętatis flore, ut sero postea experimẽto discerẽt, quantum se in prędudicium dedissent: sed cum omne periculum superasse uiderentur non minus tutum q̃ sanctum uotum nuncupabant. Verum ut duo priora nõ urgeam: dico nefas fuisse ad uouendam continentiam recipi mulieres ante annum sexagesimum: cum Apostolus solas sexagenarias admittat: iuniores nubere & liberos parere iubeat. Ergo nec illa primũ duodecim, deinde uiginti, postea triginta annorũ facta relaxatio ullo modo excusari potest: & multo minus tolerabile est, quod miseræ puellæ antequam uel per ætatem se nosse potuerint, uel ullum sui experimentũ capere, ut in illos maledictos laqueos se induant non tantum fraude inducũtur: sed ui ac minis compelluntur. In reliquis duobus uotis impugnandis non insistam. Hoc tantum dico, prętерquam ꝙ non paucis superstitionibus sunt implicita, ut hodie res habent, in hoc composita esse uidentur, ut qui ea nuncupant, Deo illudant & hominibus. sed ne uideamur singulas partis cusas nimis maligne exagitare: illa generali, quæ superius posita est, confutatione contenti erimus.

Cuiusmodi legitima sint & accepta Deo uota: satis expositum esse arbitror. Quia tamen interdum rudes ac timidæ conscientiæ, etiam ubi uotum aliquod displicet ac improbatur, de obligatione nihilominus dubitant: & grauiter excruciantur, cum & uiolare datam Deo fidem horrent, & uerentur econuerso, ne seruando magis peccent: hic succurrendũ illis est, quo se possint ab hac difficultate eripere. Vt autem semel omnem scrupulum tollã: dico omnia non legitima nec ritè cõcepta uota, ut apud Deũ nihili sunt, sic nobis irrita esse debere. Nã si in humanis cõtractibus ea tantũ promissa nos obligant, in quibus is cũ quo cõtrahimus uult nos habere obligatos: absurdũ est, ad ea pręstãda nos adigi quę à nobis minime Deus requirit. Pręsertim cũ nõ aliter recta sint opera nostra, nisi ubi Deo placẽt: & hoc cõscientię testimoniũ habent, ꝙ placeãt. Manet em̃ illud fixũ: Quidquid non est ex fide, peccatum est. Quo intelligit Paulus, quod cum dubitatione susceptum est opus, propterea uitiosum esse, quòd omnium bonorum operum radix est fides, qua certi sumus illa Deo accepta esse. Ergo si nihil, nisi hac certitudine, aggredi licet homini Christiano: cur non, si quod temere susceperint ignorationis uitio, ab errore postea liberati desistant? Eiusmodi cum sint uota inconsiderate susceptа: non modo nihil obligant: sed necessario sunt rescindenda. Quid autem quòd non tantum pro nihilo æstimantur in conspectu Dei: sed abominationi quoque sunt? ut prius demonstratum est. Superuacuum est de re non necessaria longius disserere. Hoc unum argumentum ad pacãdas & omni scrupulo liberandas pias conscientias abunde esse mihi uidetur. Quæcunque non ex puro fonte emanant opera, & in legitimum finem diriguntur, à Deo repudiari: & ita repudiari ut non minus in illis pergere quam ipsa inchoare nos uetet. Inde enim conficitur, quæ ab errore & superstitione profecta sunt uota, & nullius esse apud Deum momenti, & à nobis deserenda. Habebit præterea qui hanc tenebit solutionem, quo aduersus improborum calumnias eos defendat, qui ex monachismo ad honestum aliquod uiuendi genus

concedunt. Fractæ fidei & periurij grauiter accusantur, quod uinculum, ut uulgo creditur, insolubile, quo erant Deo & Ecclesiæ obligati, abruperint. At ego nullum fuisse uinculum dico, ubi quod homo confirmat, Deus abrogat. Deinde ut demus fuisse obligatos, cum ignoratione Dei & errore impliciti tenerentur: nunc postquam ueritatis notitia sunt illuminati, simul Christi gratia liberatos esse dico. Nam si tantam efficaciam habet crux Christi: ut à legis diuinæ maledictione, qua uincti detinebamur, nos absoluat: quanto magis ab extraneis uinculis, quæ nihil sunt quam captiosa Sathanæ retia, nos eruet? Quibuscunque ergo Christus Euangelij sui luce affulget, non dubium est quin ab omnibus eos laqueis expediat, quibus se per superstitionem induerant. Quanquam nec illis deest altera defensio, si ad cœlibatum non fuerunt idonei. Nam si uotum impossibile certum est animæ exitium, quam seruatam uult Deus non perditam: sequitur in eo minime esse permanendum. Quam autem impossibile sit uotum continentiæ ijs qui singulari dono prædíti non sunt, antea docuimus: & experientia, me tacente, loquitur. Neque enim est ignotum, quanta obscœnitate scateant omnia fere monasteria. Et si qua uidentur honestiora magisque uerecunda esse alijs: non ideo tamen casta sunt, quòd impudicitiæ malum intus premũt ac continent. Ita scilicet horrendis exemplis hominum audaciam ulciscitur Deus: cum suæ infirmitatis immemores, repugnante natura id affectant, quod est illis denegatum: & contemptis remedijs, quæ Dominus illis ad manum dederat, contumacia & obstinatione incontinentiæ morbum superare se posse confidunt. Quid enim aliud quam contumaciam esse dicemus? ubi quis admonitus coniugio sibi opus esse: idque sibi à Domino remedij loco dari: non modo id contemnit: sed etiam sacramento se adigit ad contemptum.

DE FIDE, VBI ET SYMBOLVM, QVOD APOSTOLICVM VOCANT, EXPLICATVR.

Caput V.

IAM satis ex proxima disputatione intelligi potest, quæ nobis per legem agenda Dominus præscribat: quorum si qua in parte lapsi fuerimus, iram & terribile mortis æternæ iudicium edicit. Rursum, quàm non modo arduum, sed prorsus supra uires, extraq; omnem nostram facultatem sit, legem implere, ut exigit. Quare si nos duntaxat ipsos intuemur, quidque nobis dignum sit cogitamus: nihil est bonæ spei reliquum. sed à Deo abiectos, mors & certissima confusio nos manet. Id etiam explicatum fuit, unam esse effugiendæ huius calamitatis rationem, nempe Domini misericordiam: siquidem & solida fide ipsam amplectamur, & in ipsa constanti spe acquiescamus. Hoc uero nunc superest expendendum: qualis esse hæc fides debeat, cuius beneficio quicũq; sunt in filios Dei cooptati, regni cœlestis possessionẽ adeunt: quando tantæ rei efficiendę, non quamlibet opinionem, aut etiam persuasionem, parem esse constat. Atq; eo diligentius dispicienda est nobis & disquirenda germana fidei proprietas, quò pernicioſior hodie est in hac parte multorum hallucinatio. Siquidem bona pars orbis, audito eius nomine, nihil altius concipit, quàm uulgarem quendam Euangelicæ historiæ assensum. Quod malum, ut alia innumera, scholasticis sophistis acceptum

acceptum referri par est: qui præterquam quòd caliginosa sua definitione totam uim eius deterunt: dum nugatoriam fidei formatæ & informis distinctionem asserere uolunt: persuasionem nescio quam, timore Dei & pietate uacuam, ueræ fidei nomine dignantur, tota scriptura reclamante. Cum eorum definitione aliter nolo conflictari, quàm fidei naturam simpliciter enarrando, qualis uerbo Domini demonstratur, unde liquido apparebit, quam imperite & insulse de ipsa strideant magis, quam loquantur. Nec distinctio pilo melior est. Quanquam enim duas esse fidei formas, docendi causa, concedimus, dum uolumus ostendere qualis sit in impijs Dei notitia: unicam tamen piorum fidem, cum Paulo, agnoscimus & prædicamus. credunt certe plurimi Deum esse, Euangelicam historiam, ac reliquas scripturæ partes ueras esse arbitrantur, quale ferè iudicium esse solet de ijs, quæ uel olim gesta narrantur, uel ipsi præsentes spectauimus. Sunt etiam qui ultra procedunt. Nam & Dei sermonem pro certissimo habent oraculo, nec eius præcepta prorsus negligunt, & minis & promissionibus utcunque commmouentur. Talibus quidem fidei testimonium tribuitur: sed per κατάχρησιν. quoniam Dei uerbum non impugnant manifesta impietate, uel aspernantur, uel contemnunt: sed quandam potius obedientiæ speciem præ se ferunt.

Verum hæc fidei seu umbra seu imago, ut nullius est momenti, ita indigna est fidei appellatione: à cuius solida ueritate quàm procul absit, tametsi mox fusius uidebitur, nihil tamen impedit nunc obiter indicari. Credidisse dicitur Simon magus, qui tamen suam incredulitatem paulo post prodit. Quòd fides illi tribuitur, non intelligimus cum quibusdam, simulasse uerbis quam in corde nullam haberet: sed potius arbitramur Euangelij maiestate uictum, qualemcunque fidem adhibuisse, atq; ita Christū uitæ, & salutis authorem agnouisse, ut libenter illi nomen daret. Eodem modo credere ad tempus dicuntur, in Euangelio Lucæ, in quibus uerbi semen, antequam fructificet, præfocatur: aut etiã nullis dũ actis radicibus aresci mox & deperit. Tales nõ dubitamus quodã γεύσει gustu affectos, ipsum auide arripere, & diuinam eius uirtutem persentiscere. Vt fallaci fidei simulatione, non hominum oculis modo imponant: sed suis ipsorum animis. Ipsissimam enim pietatem esse sibi persuadent, illam, quam Dei uerbo deferunt, reuerentiam. Quia nullam esse impietatem reputant, nisi manifestum, & confessum eius uel probrum, uel contemptum. Qualiscunque autem illa est assensio, ad cor ipsum usq; minime penetrat, ut illic defixa resideat. & quanquam radices egisse interdum uidetur: uiuæ tamen illæ non sunt. Tot uanitatis recessus habet, tot mendacij latebris scatet cor humanum, tam fraudulenta hypocrisi obtectum est, ut seipsum sæpe fallat. At uerò qui talibus fidei simulacris gloriantur, intelligant diabolis nihilo se in hac parte præcellere. Priores certe illi, sunt multo inferiores: qui stupidi audiunt & intelligunt: quorum notitia diaboli contremiscunt. alij in hoc pares sunt, quod qualiscunq; sensus, quo tanguntur, in terrorem tandem exit & consternationem.

Acto. 8

Luc. 8

Iacob. 2

E conuerso uera & christiana fides, quę sola demum haberi fides meretur, neq; simplici contenta est historiæ cognitione, & cor hominis, absterso inde fictionis simulationisq; fuco, penitius insidet atq; occupat, quàm ut temere euanescat. Principio admonendi sumus, quò uis eius & natura bene eluceścat, ad uerbum Dei esse referendam: cum quo tantam habet propinquitatem & correlationem, ut non aliunde melius æstimari queat. Est enim uerbum obiectum eius & scopus, in quem perpetuo collimare debet: à quo si minimum deflectit, non iam fides, sed incerta est credulitas, & uagus mentis error. Idem uerbum basis est, qua fulcitur & sustinetur: unde si declinat, corruit. Tolle igitur uerbum, & nulla iam-restabit fides. Non hic disputamus, an ad seminandum Dei sermonem, unde fides concipiatur, necessarium sit hominis ministerium, quod alibi tractabimus sed uerbum ipsum, utcunq; ad nos deferatur, instar speculi esse dicimus, in quo Deum intueatur & contempletur fides. Siue igitur hominis operam in hoc

Deus

Deus adhibeat, siue sola sua uirtute operetur, semper tamen ijs, quos ad se trahere uult, per uerbum suum se repræsentat. Neque enim unum id in fidei intelligentia agitur, ut Deum esse nouerimus: sed etiam, imo hoc præcipue, ut qualis erga nos uoluntate, intelligamus. Neq; enim scire qualis sit tantum, nostra refert: sed qualis esse nobis uelit. iam ergo habemus, fidem esse diuinæ erga nos uoluntatis notitiã, ex eius uerbo perceptam. Huius autem fundamentũ est, præsumpta de ueritate Dei persuasio. De cuius certitudine, quamdiu secum animus tutus disceptabit, dubiæ & infirmæ, uel potius nullius authoritatis erit uerbum. Neque etiam sufficit Deum credere ueracem, qui nec fallere nec mentiri possit: nisi constituas proculdubio, quidquid ab ipso prodit, sacrosanctam esse & inuiolabilem ueritatem. Sed quoniam nec ad uocem Dei quamlibet, cor hominis in fidem erigitur: inquirendum adhuc est, quid proprie fides in uerbo respiciat. Vox Dei erat ad Adam, morte morieris: Vox Dei ad Cain, sanguis fratris tui clamat ad me de terra. Sed quæ nihil per se nisi fidem quatefacere queant. Tantum abest ut stabiliendæ sint idoneæ. Non negamus interim, quin fidei officium sit, ueritati Dei subscribere, quoties, & quicquid, & quocunque modo loquitur: sed quærimus modo, quid in uerbo Domini reperiat fides, quo nitatur & recumbat. Vbi solam indignationem & uindictam conscientia nostra conspicit, quomodo non trepidabit & exhorrescet? Deum autem quem exhorrescit, quomodo non refugeret? Atqui Deum quærere fides debet, non refugere. Constat ergo nondum plenam haberi à nobis fidei definitionem: quando uoluntatem Dei qualemcunq; nosse, pro fide censendum non est. Quid si in locum uoluntatis beneuolentiam seu misericordiam substituamus? Ita certe ad fidei ingenium propius accesserimus. Tum enim ad Deum quærendum allicimur, postquam didicimus nostrum in eo bonum esse: quod ipsum nobis confirmatur, ubi sibi curæ studioq; nostrã salutẽ esse declarat. Proinde gratiæ promissione opus est, qua nobis testificetur se propitium esse patrem: quando in eam solam reclinare cor hominis potest. Iam cum non multum habitura sit momenti diuinæ bonitatis notitia, nisi in ea nos acquiescere faciat: excludenda est dubitatione mixta intelligentia: quæ non solide sibi constet, sed ipsa secum disceptet. At uero plurimum abest, quin mens hominis, ut cæca est & obtenebrata, ad percipiendam usque Dei uoluntatem penetret ac conscendat: quin cor, ut perpetua hæsitatione ne fluctuatur, securum in ea persuasione resideat. Itaque aliunde & mentem illuminari, & cor obfirmari conuenit, quò Dei uerbum plenam apud nos fidem obtineat. Nunc iusta fidei definitio nobis constabit, si dicamus, esse Diuinæ erga nos beneuolentiæ firmam certamq; cognitionem: quæ gratuitæ, in Christo, promissionis ueritate fundata, per Spiritum sanctum & reuelatur mentibus nostris, & cordibus obsignatur.

Nunc singulas partes de integro persequamur: quibus diligenter excussis, nihil, ut opinor, dubium restabit. Cognitionem diuinæ uoluntatis dum uocamus, non intelligimus comprehensionem, qualis esse solet earum rerum, quæ sub humanum sensum cadunt. Adeo enim superior est, ut mentem hominis seipsam excedere & superare oporteat, quò ad illam pertingat. Neq; etiam ubi pertigit, quod sentit assequitur: sed dum persuasum habet quod non capit, plus ipsa persuasionis certitudine intelligit, quàm si humanum aliquid sua capacitate perspiceret. Quare eleganter Paulus, qui id uocat comprehendere, quæ sit longitudo, latitudo, profunditas & sublimitas: & cognoscere supereminentem cognitioni dilectionem Christi. Voluit enim significare, modis omnibus infinitum esse, q̃d mens nostra fide cõplectitur, & genus hoc cognitionis esse omni intelligentia longe sublimius. Quia tamen arcanum uoluntatis suæ, quòd à sæculis & generationibus absconditum erat, Dominus sanctis patefecit: optima ratione fides subinde in scripturis agnitio uocatur: ab Ioannne uero, scientia, cum fideles testatur, scire se esse filios Dei. Et sane certo sciunt: sed diuinæ ueritatis persuasione confirmati magis, quam rationali demonstratione edocti.

Ephe. 3

1. Ioan. 3

Id indi-

Id indicant & Pauli uerba, nos in hoc corpore habitantes, à Domino peregrinari: quia per fidem ambulamus, non per aſpectum. Quibus oſtendit, ea, quæ per fidem intelligimus, nobis tamen abeſſe, & aſpectum noſtrum latere. Vnde ſtatuimus, fidei notitiam certitudine magis, quam apprehenſione, contineri. Addimus certam ac firmam, quò ſolidior perſuaſionis conſtantia exprimatur. Nam ut dubia & uerſatili opinione non eſt contenta fides, ita nec obſcura perplexaque conceptione: ſed plenam & fixam, qualis de rebus compertis, & probatis eſſe ſolet, certitudinem requirit. Sunt enim permulti, qui Dei miſericordiam ſic concipiunt, ut quam minimum conſolationis inde recipiant. Simul enim miſera anxietate conſtringuntur: dum dubitant, an miſericors ſibi ſit futurus, quia illam ipſam, de qua perſuaſiſſimi ſibi uidentur, clementiam nimium exiguis finibus terminant. Siquidem ita ſecum reputant: magnam quidem eam eſſe & copioſam, effuſam in multos, obuiam omnibus & paratam: ſed incertum eſſe, an ad ſe quoq; peruentura ſit, uel potius an ſint ad eam peruenturi. Hæc cogitatio, cum in medio curſu reſiſtat, dimidia tantum eſt. Itaq; non tam ſecura ſpiritum tranquillitate confirmat, quàm irrequieta hæſitatione ſollicitat. Longe eſt alius ſenſus πληροφορίας, quæ fidei ſemper in ſcripturis tribuitur. Nempe qui Dei bonitatem perſpicue nobis propoſitam extra dubium ponat. Id autem fieri nequit, quin eius ſuauitatem uere ſentiamus, & experiamur in nobis ipſis. Quare Apoſtolus ex fide deducit fiduciam, & ex hac rurſum audaciam. Sic enim loquitur, per Chriſtum nos habere audaciam & aditum in fiducia, quę eſt per fidem illius. Quibus ſane uerbis oſtendit, non eſſe rectam fidem, niſi cum tranquillis animis audemus nos in conſpectũ Dei ſiſtere. Quæ audacia non niſi ex diuinæ beneuolentiæ ſalutiſq; certa fiducia naſcitur. Quod adeo uerum eſt, ut ſæpiuſcule pro fiducia nomen fidei uſurpetur. Hic præcipuus fidei cardo uertitur, ne, quas Dominus offert miſericordiæ promiſsiones, extra nos tantum ueras eſſe arbitremur, in nobis minime: ſed potius eas intus complectendo, noſtras faciamus. Hinc demum naſcitur fiducia illa, quam alibi pacem idem uocat, niſi quis pacem deriuare inde malit. Eſt autem ſecuritas, quæ conſcientiam coram Dei iudicio ſedat & ſerenat: ſine qua tumultuoſa trepidatione ipſam uexari, & pene dilaniari neceſſe eſt: niſi forte, Dei & ſui oblita, ad momentum obdormiſcat. Et uere ad momentum. Neq; enim diu fruitur miſera illa obliuione: quin, memoria diuini iudicij ſubinde recurrente, acerrime lancinetur. In ſumma, uere fidelis non eſt, niſi qui ſolida perſuaſione Deum ſibi propitium beneuolumq; patrem eſſe perſuaſus, de eius benignitate omnia ſibi pollicetur: niſi diuinæ erga ſe beneuolentiæ promiſsionibus fretus, indubitatam ſalutis expectationem præſumit, ut Apoſtolus his uerbis demonſtrat. Si fiduciam & gloriationem ſpei ad finem uſque firmam tenuerimus. Sic enim non bene ſperare in Domino exiſtimatur, niſi qui confidenter ſe regni cœleſtis hæredem glorietur. Fidelis, inquam, non eſt, niſi qui ſuæ ſalutis ſecuritati innixus, diabolo & morti confidenter inſultet, quomodo ex præclaro illo Pauli epiphonemate docemur. Confiſus ſum, inquit, quod neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque poteſtates, neque præſentia, neque futura poterunt nos à charitate Dei diuellere, qua nos complectitur in Chriſto Ieſu. Sic idem Apoſtolus non aliter exiſtimat bene illuminari oculos mentis noſtræ, niſi cernamus quæ ſit ſpes æternæ hæreditatis, ad quam uocati ſumus. Et ubique ſic docet, ut innuat non bene aliter Dei bonitatem à nobis comprehendi, niſi magnæ ſecuritatis fructum inde colligamus.

2. Corin. 5

Ephes. 3

Roma. 5

Hebræ. 3

Rom. 8

Ephe. 1

Atqui, dicet quiſpiam, longe aliud experiuntur fideles: qui in recognoſcenda erga ſe Dei gratia, non modo inquietudine tentantur, q̃d ſæpe illis contingit: ſed grauiſſimis etiã terroribus interdũ quatefiunt. Tanta eſt ad deturbandas eorum mentes tentationum uehementia. Id quod non ſatis uidetur cum illa fidei certitudine cohærere. Proinde nodus hic ſoluendus eſt, ſi ſuperiorem illam doctrinam ſtare uolumus. Nos certe, dum fidem docemus eſſe debere certam ac ſecuram,

non

non certitudinem aliquam imaginamur, quę nulla tangatur dubitatione, nec ſecuritatem, quę nulla ſolicitudine impetatur. Quin potius dicimus, perpetuum eſſe fidelibus certamen cum ſua ipſorum diffidentia. Tantum abeſt, ut eorum cõſcientias in placida aliqua quiete collocemus, quę nullis omnino turbis interpelletur. Rurſum tamen qualemcunq; in modum afflictentur, decidere ac deſciſcere negamus, à certa illa, quam de miſericordia Dei conceperunt, fiducia. Id quò intelligatur, neceſſe eſt redire ad illam carnis & Spiritus diuiſionem, cuius alibi meminimus, quę in hac parte lucidiſsime ſe profert. Sentit ergo hanc in ſe diuiſionem pium pectus: quod partim, ob diuinę bonitatis agnitionem, ſuauitate perfunditur, partim, ob ſuæ calamitatis ſenſum, amaritudine angitur: partim in Euangelij promiſsionem recumbit, partim ſuæ iniquitatis teſtimonio trepidat: partim uitę apprehenſione exultat, partim mortem exhorreſcit. Quæ uariatio ex fidei imperfectione contingit: quando nunquam tam bene, in præſentis uitæ curſu, nobiſcum agitur, ut omni diffidentiæ morbo curati, fide toti repleamur & occupemur. Hinc conflictus illi: ubi, quę in reliquijs carnis hęret diffidentia, ad oppugnandam, quę intus concepta eſt, fidem inſurgit. Verum ſi permixta eſt in fideli mente dubitatione certitudo, an non eò ſemper recidimus, ut fides non certa & liquida, ſed obſcura modo & perplexa diuinæ erga nos uoluntatis notitia conſtet? Minime uerò. Neq; enim, ſi uarijs cogitationibus diſtrahimur, ideo protinus à fide diuellimur. Nec ſi ſurſum, deorſum, diffidentię agitatione, uexamur, ideo in eius abyſſum demergimur. Neq; ſi concutimur, ideo de gradu deturbamur. Siquidem iſtius certaminis ſemper hic finis eſt, quod fides eas difficultates, quibus ita circumſeſſa, uidetur periclitari, tandem eluctatur.

Summa hæc ſit. Vbi primum uel minima fidei gutta mentibus noſtris inſtillata eſt, iam faciem Dei placidam & ſerenam, nobiſq; propitiam, contemplari incipimus. Procul id quidem & eminus: ſed ita certo intuitu, ut ſciamus nos minime hallucinari. Quantum deinde proficimus, ut nos aſsidue proficere decet, quaſi progreſſu facto, in propiorem eius conſpectum, eoq; certiorem, uenimus. Et ipſa etiam continuatione familiarior nobis redditur. Ita mentem, Dei cognitione illuminatam, initio multa ignorantia uidemus inuolutam teneri, quæ paulatim abſtergitur. Non tamen quædam ignorando, aut obſcurius, id quod cernit, cernendo, impeditur, quin diuinę erga ſe uoluntatis perſpicua notitia fruat. Quod in fide primas ac potiſſimas partes tenet. Quemadmodum enim ſi quis carcere inclusus, ex anguſtiore feneſtra oblique tantum & quaſi dimidiatim emicantes habeat ſolis radios, libero quidem priuatur ſolis aſpectu, ſplendorem tamen non ambiguum oculis haurit, eiuſq; uſum recipit: ſic terrei corporis compedibus uincti, utcunq; multa obſcuritate undiq; obumbremur, luce tamen Dei, uel puſillum, ad exerendam eius miſericordiam irradiante, quantum ſatis eſt ad ſolidam ſecuritatem, illuminamur. Vtrunq; diuerſis locis Apoſtolus eleganter docet. Cum enim ex parte nos cognoſcere, & ex parte prophetare, uidereq; in ænigmate per ſpeculum tradit, quàm tenuis in præſenti uita illius uere diuinæ ſapientiæ portiuncula nobis detur, indicat. At quàm certo & minime fallaci ſui guſtu nos afficiat uel exigua fidei guttula, idem alibi oſtendit, cum affirmat, nos per Euangelium, reuelata facie, nulloq; obiecto uelamine, gloriam Dei tanta efficacia comtemplari, ut in eandem imaginem transformemur. In talibus ignorantiæ inuolucris plurimum ſimul dubitationis & trepidationis implicari neceſſe eſt: cum præſertim cor noſtrum ſuo quodam naturali inſtinctu ad incredulitatem propendeat. Huc accedunt tentationes, quæ & infinitæ numero, & genere uariæ, magno identidẽ impetu inſiliunt. Ipſa præcipue conſcientia, incumbente peccatorum mole oppreſſa, nunc ſecum querulatur ac gemit, nunc ſe arguit, nunc tacite fremit, nunc aperte tumultuatur. Siue ergo res aduerſæ iram Dei præ ſe ferunt, ſiue eius argumentum & materiam conſcientia in ſe reperit: inde tela & machinas ad profligandam fidem incredulitas arripit: quæ tamen ad hunc ſcopum perpetuo deſtinantur, ut Deum nobis aduerſum & infenſum eſſe putantes, nec opis ab ipſo quidquam

1. Conri. 13

2. Corin. 3.

quam ſperemus, & timeamus, ceu ab hoſte capitali. Ad hos impetus ſuſtinendos, fides ſe verbo Domini armat & munit, atq; ubi inſultat huiuſmodi tentatio: Deũ eſſe inimicum, quia ſit infeſtus: contra excipit, eſſe quoq;, dum affligit, miſericordem: quia caſtigatio à dilectione potius, quàm ira, proueniat. Vbi hac cogitatione feritur: Deum eſſe iniquitatum uindicem, opponit ueniam delictis omnibus paratam, quoties ad Domini clementiam peccator ſe confert. Ita pia mẽs, utcunq; miris modis exagitetur ac diuexetur, ſupra omnes tamen difficultates tandẽ emergit, nec ſibi diuinæ miſericordiæ fiduciam excuti unquã patitur. Quin potius quę cunq; diſceptationes eam exercent & fatigant, in iſtius fiduciæ certitudinem exeunt. Huius rei argumento eſt, quod ſancti, dum ultione Dei maxime urgeri ſibi uidentur, apud ipſum tamen querimonias ſuas deponunt: & dum minime exauditum iri apparet, eum nihilominus inuocant. Quorſum enim attineret apud eũ deplorare, à quo ſolatium nullum ſperarent? Eum uero inuocare nunquam inducerent in animum, niſi aliquid ſibi opis ab eo paratũ crederent. Sic diſcipuli, in qui bus fidei puſillitatem Chriſtus reprehendit, ſe quidem perire querebantur, eius tamen auxilium implorabant. Ergo, quod iam ſuperius dictum eſt, rurſum aſſerimus: fidei radicem nunquam è pio pectore auelli: quin ima in parte defixa hæreat, utcunq; decuſſa, huc aut illuc inclinare uideatur: eius lumen ita nunquam extingui ac præfocari, quin ſaltem, uelut ſub fauilla, deliteſcat. Siquidem cum hæc ſit ſanctis extrema deſperationis materia: manum Dei in ſuum exitium, ſecundum præſentium rerum ęſtimationem, ſentire, eo uſq; tamen progreſſuram ſpem ſuam Iob affirmat: ut ſi ab eo occidatur, non ſit propterea deſiturus in eum ſperare. Ita eſt ſane. Non intus in cordibus piorum regnat incredulitas: ſed foris oppugnat. Nec ęqualiter uulnerat ſuis telis ſed infeſtat, aut certe ſic lædit, ut uulnus ſit ſanabile. Fides enim, ut Paulus docet nobis pro ſcuto eſt. Ea telis oppoſita, eorum uim ſic excipit, ut prorſus depellat, uel ſaltem frangat, ne ad uitalia penetret. Cum ergo concutitur fides, perinde eſt, ac ſi uiolento ictu iaculi miles alioqui firmus pedem mouere cogatur, & paulum cedere. Cum autem ſauciatur fides ipſa, perinde eſt ac ſi clypeus fractionem aliquã ex impreſſione recipiat: ſic tamen ut non perfore tur. Semper enim eo pia mens emerget, ut cum Dauide dicat: ſi ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es. Ambulare certe in caligine mortis eſt terrificum: nec fieri poteſt, quin fideles, quantumuis firmitudinis habeant, id perhorreſcant. ſed quoniã illa cogitatio ſuperat, q Deum habent præſentem, & ſuæ ſaluti conſulentem: ſimul uincitur timor ſecuritate. Quan taſlibet autem machinas, ut Auguſtinus ait, aduerſum nos erigat Diabolus: quando non tenet locum cordis ubi fides habitat, eiectus eſt foras.

Matth. 8.

Iob. 13.

Homil. in Ioan. 52.

Altera eſt timoris ac trepidationis ſpecies, ex qua tamen adeo nihil decedit fidei ſecuritati, ut ſolidius inde ſtabiliatur. Nempe, dum fideles, uel exempla diuinę ultionis aduerſus impios edita documentorum uice ſibi eſſe cogitantes, ne iiſdem flagitijs iram Dei in ſe prouocare ſibi contingat, ſolicite cauent: uel cum miſeriam ſuam ſecum recognoſcentes, à Domino toti pendere diſcunt: ſine quo ſe quolibet uento fluxos magis & euanidos eſſe uident. Nam Apoſtolus, dum propoſitis flagellis, quibus in Iſraeliticum populum olim Dominus uindicarat, terrorem Corinthijs incutit, ne ſimilibus malis ſeipſos obſtringant, eo fiduciam ipſorum nihil labefactat, ſed torporem carnis modo excutit, quo fides obrui magis quàm confirmari ſolet. Nec, dum à Iudęorum caſu argumentum exhortandi ſumit, ut qui ſtat, uideat ne cadat, nos uacillare iubet, ac ſi noſtræ ſtabilitatis parum certi eſſemus: ſed arrogantiam duntaxat & temeritatem propriæ uirtutis præfidentiam adimit: ne depulſis Iudæis, gentes, in eorum locum receptæ, ferocius inſultent. Quanquàm non fideles tantum illic alloquitur: ſed oratione ſua hypocritas etiam comprehendit, qui externa duntaxat ſpecie gloriarentur. Neq; enim ſingulos homines admonet: ſed comparatione inter Iudæos & Gentes poſita, poſtquàm illos oſtenderat iuſtas incredulitatis & ingratitudinis ſuæ in eo pœnas dare, quòd reiecti eſſent, has etiam hortatur, ne ſuperbiendo ac ſeſe efferendo gratiã adoptio-

2. Corin. 10

Roma. 11.

nis nuper ad se translatam amittant. Quemadmodum autem in illa Iudæorum reiectione supererant aliq ex ipsis, qui ab adoptionis fœdere minime exciderant: ita poterant aliqui ex gentibus emergere, qui sine uera fide, tantum stulta carnis confidentia inflarentur, atque ita abuterentur in suam pernitiem Dei benignitate Verum etiamsi electis ac fidelibus hoc dictum accipias, nihil ex eo sequetur incommodi. Aliud enim est temeritatem, quæ ex carnis reliquijs interdum sanctis obrepit, reprimere, ne inani confidentia lasciuiat: aliud conscientiam timore percellere, ne plena securitate in Dei misericordia acquiescat. Deinde ubi docet, ut cum timore & tremore operemur salutem nostram: non aliud exigit, nisi ut in Domini uirtutem, cum multa nostri deiectione, suspicere assuescamus. Enimuero nihil tam nos ad fiduciam certitudinemque animi in Dominum reijciendam expergefacit, quàm nostri diffidentia, & concepta ex conscientia nostræ calamitatis anxietas. in quem sensum accipiendum est, quod est apud Prophetã. In multitudine bonitatis tuæ ingrediar templum tuum, adorabo in timore. Vbi decenter fidei audaciam, quæ Dei misericordiæ innititur, cum religioso timore coniungit, quo nos affici necesse est, quoties in conspectum diuinæ maiestatis prodeuntes, ex eius splendore, quanta sit nostra obscœnitas, intelligimus. Vere etiam Solomo, dum beatum hominem pronunciat, qui terret assidue cor suum, quoniam indurationem in malum corruatur. At terrorem intelligit, qui nos cautiores reddat: non autem, quo afflicti concidamus. dum scilicet animus in se confusus, in Deo se recollegit: in illo erigitur, apud seipsum deiectus: diffisus sibi, illius fiducia respirat. Proinde nihil obstat, quin simul & terreantur fideles, & securissima cõsolatione potiantur: prout nunc in suam vanitatem oculos conuertunt, nũc in Dei ueritatem, animi cogitationem referunt.

Philip. 2.

Psalm. 5.

Prouer. 28

Neque tamen sic locum facimus pestilentissimæ Philosophiæ, quam nonnulli semipapistæ cudere hodie in angulis incipiunt. Quia enim crassam illam dubitationem, quæ in scholis tradita fuit, tueri nequeunt: confugiunt ad aliud commentum, ut fiduciam incredulitate mixtam faciant. Quoties in Christum respicimus, fatentur illic nos inuenire plenam bene sperandi materiam. sed quia semper indigni sumus illis omnibus bonis, quæ in Christo nobis offeruntur, uolunt, indignitatis nostræ intuitu, nos fluctuari & hæsitare. In summa conscientiam sic statuunt inter spem & metum, ut per interualla & uices huc atque illuc alternet. spem uero & metum sic inter se conferunt, ut illa exoriente, hic opprimatur: hoc resurgente, illa rursum extinguat. Ita Sathan, ubi iã uidet apertas illas machinas, qbus fidei certitudinem destruere antea solitus erat, nunc nihil ualere, obliquis cuniculis eam labefacere conatur. Qualis autem erit illa fiducia, quæ subinde desperationi cedet? Si Christum, inquiunt, consideras, certa salus: si ad teipsum reuerteris, certa damnatio. Ergo alternis diffidentiam & bonam spem in animo tuo regnare necesse est. Quasi uero Christum ueluti procul stantem, & non potius in nobis habitantem debeamus cogitare. Ideo enim ab ipso salutem expectamus, non quia eminus nobis appareat: sed quia nos corpori suo insitos non modo suorum omnium bonorum participes faciat: sed sui quoque ipsius. Proinde hoc ipsorum argumentum sic retorqueo. Si teipsum consideras, certa damnatio. Sed quoniam Christus tibi cum omnibus suis bonis sic communicatus est, ut omnia eius tua fiant, ut fias eius membrum, adeoq; unum cum ipso: iustitia eius tua peccata obruit, salus eius tuam damnationem abolet, ipse sua dignitate intercedit, ne in conspectum Dei ueniat tua indignitas. sic est sane. Christum à nobis separare, aut nos ab ipso, minime conuenit: sed utraque manu fortiter retinere oportet eam, qua se nobis agglutinauit, societatem. Ita nos Apostolus instituit. Corpus quidem, inquit, mortuum est propter peccatum: sed spiritus Christi, qui in uobis habitat, uita est propter iustitiam. secundum istorum nugamentum dicere debuerat. Christus quidem uitam apud se habet: sed uos, ut estis peccatores, manetis morti & damnationi obnoxij. Atqui longe aliter loquitur. Docet enim eam, quam à nobis meremur, damnationem Christi salute absorbtam esse: atq; ad id confirmandum ea,

Roma. 8.

dum ea, quam attuli ratione utitur: quia Christus non extra nos est, sed in nobis habitat: nec solum indiuiduo societatis nexu nobis adhæret, sed mirabili quadam communione in vnum corpus nobiscum coalescit indies magis ac magis, donec unum penitus nobiscum fiat. Nec aliter disserit Bernardus, cum hoc argumentum ex professo tractat Homilia in dedicatione Templi quinta. Dei, inquàm, beneficio nonnunquàm de anima cogitans, videor mihi in ea ueluti duo quędam contraria inuenire, si ipsam, prout in se est, & ex se, intueor: de ea nihil uerius dicere possum, quàm ad nihilum esse redactam. Quid modo necesse est, singulas eius miserias numerare? quàm sit onerata peccatis, obfusa tenebris, irretita illecebris, pruriens concupiscentijs, obnoxia passionibus, impleta illusionibus, prona semper ad malum, in uitium omne procliuis, postremo ignominiæ & confusionis plena. Nimirum si ipsæ quoq; iustitiæ omnes, ad lumẽ ueritatis inspectę, uelut pannus menstruatæ inueniuntur: iniustitię deinceps quales reputabuntur? Si lumen, quod in nobis est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt? Quid igitur? sine dubio uanitati similis factus est homo: in nihilum redactus est homo: nihil est homo. Quomodo tamen penitus nihil est, quem magnificat Deus? Quo modo nihil, erga quem appositum est cor diuinum? Respiremus fratres. Etsi nihil sumus in cordibus nostris: forte in corde Dei potest aliquid latere de nobis. O Pater misericordiarum, O Pater miserorum, quomodo apponis erga nos cor tuum? Cor enim tuum, ubi est thesaurus tuus. Quomodo autem thesaurus tuus sumus, si nihil sumus? Omnes gentes quasi non sint, sic sunt ante te: in nihilum reputabuntur. Nimirum ante te: non intra te. Sic in iudicio ueritatis tuę: sed non sic in affectu pietatis tuæ. Nimirum uocas ea quæ non sunt, tanquàm sint. Et nõ sunt ergo; quæ quę non sunt uocas: & sunt quia uocas. Licet enim non sint, quantum ad se; apud te tamen sunt, iuxta illud Pauli. Non ex operibus iustitiæ: sed ex uocante. Deinde mirificam esse hanc connexionem dicit utriusq; considerationis. Certe quæ inter se connexa sunt, se inuicem non destruunt. Quod etiam in conclusione apertius declarat his uerbis. Iam si utraq; consideratione diligenter inspexerimus nos, quid simus: imo in una quàm nihil, in altera quã magnificati: puto temperata uidetur gloriatio nostra: sed forsan magis aucta est: solidata tamen, ut non in nobis, sed in Domino gloriemur. Nimirum si cogitamus. si decreuerit saluare nos: statim liberabimur: iam in hoc respirare licet. Sed in altiorem speculam ascendentes, quæramus ciuitatem Dei, quæramus Templum, quæramus Domum, quæramus Sponsam. Non oblitus sum. sed cum metu & reuerentia dico. Nos, inquàm sumus: sed in corde Dei. Nos sumus: sed illius dignatione: non nostra dignitate.

Porrò timor Domini, cuius testimonium passim defertur sanctis omnibus, & qui aliàs initium sapientiæ, aliàs sapientia ipsa nuncupatur, tametsi vnus est, gemino tamen ex sensu emanat. Habet enim in se Deus patris reuerentiam, & Domini. Itaque qui illum rite uolet colere, & obedientem illi filium se præstare, & obsequentem seruum, studebit. Obedientiam, quæ sibi ut patri redditur, Dominus, per Prophetam, honorem uocat: obsequium, quod ut Domino exhibetur, timorem. Filius, inquit, honorat Patrem, & seruus Dominum. Si ergo Pater, ubi honor? Si Dominus, ubi timor? Vtcunque autem distinguat, uides ut confundat utrumque simul. Timor ergo Domini, sit nobis reuerentia honore illo & timore mixta. Nec mirum, si utrumque affectum idem animus recipiat. Nam qui se cum reputat, qualis sit nobis Pater Deus, satis habet causę, etiamsi nulli sint inferi, cur eius offensionem qualibet morte grauius perhorrescat. Sed etiam, quæ est ad peccandi licentiam carnis nostræ lasciuia, quo eam modis omnibus cohibeamus, arripienda simul est hęc cogitatio, Domino, sub cuius potestate degimus, esse abominationi omnem iniquitatem: cuius ultionem non euadent, qui flagitiose uiuendo, eius iram aduersum se prouocarint. Quod autem Ioannes dicit timorem non esse in charitate: sed perfectam charitatem expellere foras timorem, quoniam timor pœnam habet: nihil istis repugnat. De terrore enim incredulitatis lo-

Prouer. 1. 9
Psal. 110.
Prouer. 15.
Iob. 28.
Malach. 1.
1. Ioan. 4

quitur, à q̃ longe differt iſte fidelium timor. Neq; enim Deum timent impij, quod in eius offenſionem incurrere videantur, ſiquidem impune id poſſent: ſed quia uindictæ potentia eſſe armatum ſciunt, ad auditum iræ eius horrore concutiuntur. Ac iram quoq; ſic timent, quia ſibi imminere arbitrantur, qa ſingulis momentis expectant, dum in caput ſuum corruat. fideles autẽ, ut dictum eſt, & offenſam priuſquàm pœnam timent: nec timore pœnæ perturbantur, ac ſi ceruicibus ſuis
Epheſ. impenderet: ſed cautiores redduntur, ne ipſam accerſant. Sic Apoſtolus, dum
Coloſ. 3. fideles alloquitur. Nolite falli, inquit, propter hoc venit ira Dei in filios diffidentiæ. Non minatur in ipſos deſcenſuram: ſed admonet, ut impijs, ob ea, quæ recenſuerat, flagitia, irã Domini pręparatam cogitent: ne & ipſi eam experiri uelint.

Iam in diuina beneuolentia, quam reſpicere dicitur fides, intelligimus ſalutis ac uitæ æternæ poſſeſsionem obtineri. Nam ſi, Deo propitio, nihil boni deeſſe poteſt: abunde nobis ſufficit ad ſalutis certitudinem, ubi ſuæ dilectionis ipſe nos certiores facit. Oſtendat faciem ſuam, inquit Propheta, & ſalui erimus. Vnde hanc
Pſalm. 80. ſalutis noſtræ ſummam ſtatuunt ſcripturæ, quòd abolitis inimicitijs omnibus, in
Ephe. 2. gratiam nos recepit. Quo ſcilicet innuunt, Deo nobis reconciliato, nihil manere periculi, quin omnia nobis bene ſuccedant. Quare fides, dilectiõe Dei apprehenſa, promiſſiones habet uitæ præſentis & futuræ, ſolidamque bonorum omnium ſecuritatem, ſed qualis è uerbo percipi poteſt. Neq; enim uitæ huius aut longitudinem, aut honorem, aut opes, ſibi certo fides promittit: quando nihil horum nobis eſſe conſtitutum uoluit Dominus: ſed hac certitudine contenta eſt, utcumque nos multa deficiant, quæ ad uitæ huius ſubſidium pertinent, Deum tamen nunquàm defuturum. Præcipua autem eius ſecuritas in futuræ uitæ expectatione reſidet, quæ extra dubium, per Dei uerbum, poſita eſt. Quæcunq; tamen in terra miſeriæ & calamitates eos maneant, quos ſua dilectione complexus eſt Deus: impedire nequeunt, quin eius beneuolentia, plena ſit fœlicitas. Proinde, cum ſummam beatitudinis uellemus exprimere, Dei gratiam poſuimus: è qua ſcaturigine, uniuerſæ bonorum ſpecies nobis profluunt. Atq; id paſſim obſeruare in ſcripturis licet, nos ad Domini charitatem reuocari, quoties non de æterna modo ſalute, ſed
Pſal. 83. quolibet bono noſtro agitur. Qua ratione Dauid canit, diuinam bonitatem, dum in pio corde ſentitur, uita ipſa eſſe ſuauiorem & optabiliorem.

Fidei fundamentum facimus, gratuitam promiſſionem: quòd in ipſa proprie fides conſiſtat. Tametſi enim Deum per omnia ueracem eſſe ſtatuat: ſiue iubeat, ſiue prohibeat, ſiue promittat, ſiue minetur: iuſſa etiam eius obedienter excipiat, interdicta obſeruet, ad minas animaduertat: proprie tamen à promiſſione incipit, in ipſa conſtat, in ipſam deſinit. Vitam enim in Deo quærit: quæ non in mandatis, aut pœnarum edictis: ſed in miſericordiæ promiſſione reperitur: eaq; non niſi gratuita. Quoniam conditionalis, qua ad opera noſtra remittimur, non aliter uitam promittit, quàm ſi perſpiciamus eſſe in nobis ſitam. Ergo, niſi fidem tremere ac uacillare uolumus, illam ſalutis promiſſione fulciamus oportet: quæ à Do-
mino ultro ac liberaliter, potiuſq; miſeriæ noſtræ, quàm dignitatis reſpectu, offe-
Roma. 10. ratur. Quare Apoſtolus hoc Euangelio teſtimoniũ defert, quòd ſit uerbum fidei: legis tum præceptis, tum promiſſionibus adimit: qnando nihil eſt quod fidem ſtabilire queat, niſi liberalis illa legatio, qua ſibi Deus mundum reconciliat. Inde &
Roma. 1. apud eundem crebra fidei & Euangelij correlatio: dum Euangelij miniſterium ſibi commiſſum docet, in fidei obedientiam: illud eſſe uirtutem Dei in ſalutẽ om-
2. Corin. 5. ni credenti: in illo reuelari Dei iuſtitiam ex fide in fidem. Nec mirum, ſiquidem, cum Euangelium ſit reconciliationis miniſterium, nullum aliud ſatis firmum diuinæ erga nos beneuolentiæ teſtimonium extat, cuius agnitionem fides requirit. Cum ergo fidem gratuitę promiſſioni inniti oportere dicimus, nõ negamus quin Dei verbum omni ex parte amplectantur & ſuſcipiant fideles: ſed miſericordiæ promiſſionem fidei, in proprium ſcopum, deſtinamus. Quemadmodum iudi-
Pſal. 85. cem & vltorem ſcelerum Deum debent quidem agnoſcere fideles: & tamen in
103. 145. eius clementiam proprie intuentur: quando talis conſiderandus illis deſcribitur, qui

qui beneuolus sit & misericors, procul ira, multus bonitate, suauis vniuersis, super omnia opera sua misericordiam suam effundens.

Rursum non sine caussa in Christo promissiones omnes concludimus: quando & eius agnitione totũ Euangelium Apostolus concludit, & alibi docet, quot quot sunt Dei promissiones, in ipso esse etiam & Amen. Cuius rei in promptu est ratio. Si quid enim pollicetur Deus, eo beneuolentiam suam testatur. Vt nulla sit eius promissio, quæ non sit dilectionis testimonium. Nec refert, quòd ingentibus atq; assiduis diuinæ largitatis beneficijs dum impij cumulantur, eo grauiori iudicio sese induunt. Cum enim ea sibi è Domini manu prouenire, nec cogitent, nec agnoscant: aut si quando agnoscant, eius tamen bonitatem nequaquam apud se reputent: non possunt inde magis de eius misericordia edoceri, quàm brutę pecudes, quæ pro conditionis suæ modo, eundem liberalitatis fructũ recipiunt, neq; tamen prospiciunt. Nihilo magis obstat, quod destinatas plęrumq; sibi promissiones respuendo, ultionem hac occasione maiorẽ sibi accersunt. Quanquàm enim tum se demum profert promissionum efficacia, ubi fidem apud nos inuenerunt: vis tamen ac proprietas earum nostra infidelitate aut ingratitudine nunquam extinguitur. Ergo cum Dominus, suis promissionibus, non ad percipiendos modo suæ benignitatis fructus, sed etiam cogitandos, hominem inuitet, suam illi dilectionem simul declarat. Vnde huc redeundum est: Promissionem quamlibet, esse diuinæ erga nos dilectionis testificationem. Atqui extra controuersiam est, neminem à Deo extra Christum diligi. Ille est filius dilectus, in quo residet & acquiescit amor Patris. Ipso igitur intercedente ad nos deriuetur ac perueniat oportet. Proinde Apostolus alibi, pacem nostram, ipsum uocat: alibi ceu uinculum proponit, quo paterna pietate Deus nobiscum deuinciatur. Consequitur in illum conijciendos esse oculos, quoties ulla promissio nobis offertur: nec absurde à Paulo doceri, in ipso confirmari & adimpleri, quæcunq; sunt Dei promissiones.

Roma. 1. 2. Cori. 1. Matth. 17. Ephe. 2. Roma. 8.

Atq; hæc quidem nuda externaque uerbi Dei demonstratio abunde ad fidem faciendam sufficere debebat, nisi cæcitas peruicaciaq; nostra impediret. Verum, quæ mentis nostræ ad uanitatem est propensio, Dei ueritati nunquam adhærere potest. Quæ hebetudo est, ad eius lucẽ semper cæcutit. Proinde sine Spiritus sancti illuminatione, uerbo nihil agitur. Vnde etiam liquet, fidem humana intelligentia multo superiorem esse. Nec satis fuerit, mentem esse Dei spiritu illuminatam, nisi & eius uirtute cor offirmetur ac fulciat. In quo, tota terra, scholastici aberrant: qui in fidei consideratione nudum ac simplicem ex notitia assensum arripiunt: præterita cordis fiducia & securitate. Ergo singulare Dei donum, utroq; modo, est fides: & quod mens hominis, ad degustandam Dei ueritatem, purgatur: & quod animus in ea stabilitur. Habetur id quidem paradoxotaton, cum dicit, neminem, nisi cui donatum sit, posse in Christum credere. Sed ideo partim, quòd non animaduertunt, uel quàm recondita sit ac sublimis cœlestis sapientia, uel quanta sit in percipiendis Dei mysterijs humana hebetudo: partim quod ad firmam illam stabilemque cordis constantiam, hoc est, præcipuam fidei partem, non respiciunt. Atqui si humanæ uoluntatis, ut Paulus concionatur, nemo est testis, nisi spiritus hominis qui in ipso est: diuinæ uoluntatis qui certus esset homo? Et si Dei ueritas apud nos in ijs quoque rebus vacillat, quas oculo præsenti intuemur: qui firma stabilisque foret, ubi Dominus ea pollicetur, quæ nec oculus uidet, nec ingenium capit: adeo autem hic consternatur & deficit humana perspicacia, ut primus in Domini schola proficiendi gradus sit, ab ea deficere. Nam ea, ceu obiecto velamine, impedimur, quo minus assequamur Dei mysteria, quæ non reuelantur nisi paruulis. Neque enim caro & sanguis reuelat, nec animalis homo percipit ea quæ sunt spiritus: quin potius stultitia est illi Dei doctrina, quia spiritualiter dijudicanda est. Necessariæ ergo sunt Spiritus sancti suppetię: uel potius uis eius sola hic uiget. Nemo est hominum qui sensum Dei nouerit, aut consiliarius eius fuerit: Sed spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei: per quem

1. Corin. 2. Matth. 11. Lucæ. 11. Matth. 16. 1. Corin. 2. Ibidem.

Ioan.6 sit, ut mentem Christi teneamus. Nemo potest uenire ad me, inqt, nisi Pater, qui misit me, traxerit eũ. Omnis ergo q audiuit à Patre & didicit, uenit ad me. Non quòd Patrem uiderit quisquam, nisi is qui est à Deo missus. Quemadmodum ergo, nisi Spiritu Dei tracti, accedere ad Christum nequaquam possumus: ita ubi trahimur, mente & animo euehimur supra nostram ipsorum intelligentiã. Nam ab eo illustrata anima, nouam quasi aciem sumit, qua cœlestia mysteria contempletur, quorum splendore ante in se ipsa perstringebatur. Atq; ita quidem Spiritus sancti lumine irradiatus hominis intellectus, tum uere demum ea, quæ ad regnum Dei pertinent, gustare incipit: antea prorsus ad ea delibanda fatuus & insipidus. Quamobrem Christus regni sui mysteria duobus discipulis præclare edisserens, nihil tamen proficit, donec sensum illis aperit, ut intelligant scripturas. Sic, edoctis diuino eius ore Apostolis, Spiritus tamen ueritatis mittendus est, q ipsorum mentibus eandem instillet doctrinam, quam auribus usurparant. Verbum quidem Dei instar solis est, omnibus affulgentis, quibus prædicatur: sed nullo cum fructu inter cæcos. Nos autem natura cæci sumus omnes, hac in parte. Proinde in mentẽ penetrare nequit, nisi interiore illo magistro Spiritu, per suam illuminationem, aditum faciente.

Lucæ. 24.

Ioan. 16.

Restat deinde, ut quod mens hausit, in cor ipsum transfundatur. Neq; enim si in summo cerebro uolutatur Dei uerbum, fide perceptum est: sed ubi in imo corde radices egit, ut ad sustinendas repellendasq; omnes tentationũ machinas, inuictum sit propugnaculum. Quod si ueram mentis intelligentiam, eius illuminationem esse, uerum est: in tali cordis confirmatione multo euidentius eius uirtus apparet. Quo scilicet & maior est cordis diffidentia, quàm mentis cæcitas: & animum securitate imbui, quàm mentem cogitatione imbui, difficilius est. Proinde Spiritus sigilli uice fungitur, ad eas ipsas promissiones in cordibus nostris obsignandas, quarum certitudinem prius mentibus impressit: atq; ad confirmandas & constituendas arræ locum tenet. Postquã credidistis, inquit Apostolus, obsignati estis Spiritu promissionis sancto, q est arrabo hæreditatis nostræ. Vides ut Spíritu, uelut sigillo, corda fidelium insculpi doceat? Vt hac ratione appellet promissionis Spiritum, quia ratũ apud nos Euangelium facit? Similiter ad Corinthios. Qui unxit nos Deus, ait, qui & signauit nos, & dedit arram Spiritus in cordibus nostris. Et alibi, cum de fiducia audaciaq; sperandi loquitur, eius fundamentum facit Spiritus arram.

Ephe. 1.

2. Corin. 1.

2. Corin. 5

Hinc iudicare licet, quàm pernitiosum sit scholasticũ illud dogma, nos de gratia Dei erga nos non aliter statuere posse, q̃ ex coniectura morali: prout seunusquisq; non indignum ea reputat. Equidem si ab operibus æstimandum sit, qualiter affectus sit erga nos Dominus: id ne tenui quidem coniectura posse nos assequi fateor. Sed cum simplici & gratuitæ promissioni respondere fides debeat, nullus ambigendi locus relinquitur. Nam quali, obsecro, fiducia armabimur, si hac conditione ratiocinemur Deum esse nobis propitium, modo ita uitæ puritate promeamur? Sed quoniam his tractandis suum locum destinauimus, longius nõ prosequemur in præsens: cum præsertim abunde liqueat, fidei nihil esse magis aduersum, quàm uel coniecturam, uel aliud quidpiam dubitationi affine. Ac pessime huc detorquent Ecclesiastæ testimoniũ, quod identidem in ore habent. Nemo scit, utrum odio dignus sit an amore. Nam ut præteream hunc locũ in uulgari interpretatione mendose redditũ: latere tamen uel pueros ipsos non potest, quid eiusmodi uerbis sibi uelit Solomo. Nempe si quis à præsenti rerũ statu censere uelit, quos odio prosequatur Deus, quos amore complectat, eum frustra laborare ac nullo operę precio torqueri: cũ omnia pariter eueniant iusto & impio: immolanti uictimas & nõ immolanti. Vnde sequit, Deũ non testari perpetuo amorem suũ, quibus omnia succedere prospere facit, neq; odiũ suum in eos semper prodere, q̃s affligit. Id q̃ facit ad uanitatem humani ingenij arguendam: cũ in rebus scitu maxime necessarijs tanta hebetudine teneat. Quemadmodũ paulo ante scripserat, non

Ecclesi. 9.

posse

posse discerni quid hominis anima differat ab anima pecudis, q eodem modo uidetur interire. Si quis inde inferre uelit, sola coniectura niti quam de animorũ immortalitate sententiam tenemus, an non insanus meritò habeatur? An igitur sani sunt isti, qui nullam esse gratiæ Dei certitudinem colligunt, quoniam nulla ex carnali rerum præsentium aspectu comprehendi possit? Sap. 3

Atqui temerariæ præsumptionis esse causantur: indubitatam uoluntatis diuinę notitiã sibi arrogare. Id quidẽ illis concederem, si tantum nobis sumeremus, ut ingenij nostri tenuitati subijcere uellemus incomprehensibile Dei consiliũ. Sed ubi simpliciter cũ Paulo dicimus, nos accepisse non Spiritũ huius mundi, sed Spiritum qui ex Deo est, quo docente sciamus quę à Deo donata sunt nobis: quid cõtra obgannire possunt, quin Spiritũ Dei contumeliose incessant? Quod si ab ipso profectã reuelationẽ uel mendacij, uel incertitudinis, uel ambiguitatis insimulare, horrendũ est sacrilegium: in asserẽda certitudine, quid delinquimus? Verum hoc quoq; non uacare magna temeritate exclamãt, quod de Christi Spiritu sic audemus gloriari. Quis credat tantum esse istorũ stuporẽ, qui orbis magistri haberi uolunt, ut in primis religionis elementis adeo turpiter impingant? Mihi certe credibile non esset, nisi testarentur quæ extant eorum scripta. Paulus eos demum filios Dei esse pronunciat, q eius Spiritu aguntur. Hi agi proprio Spiritu, diuino autem uacuos esse uolunt, qui sint filij Dei. Ille Deum à nobis patrem appellari docet, Spiritu talem uocem dictante: qui solus testimonium reddere potest Spiritui nostro quòd filij Dei sumus. Hi tametsi à Dei inuocatione non arcent: Spiritum tamẽ abstrahunt, cuius ductu rite inuocandus erat. Ille Christi seruos esse negat, qui non agantur Spiritu Christi: hi Christianismum confingunt Spiritu Christi non indigentem. Ille nullam beatæ resurrectionis spem facit, nisi Spiritum in nobis residentem sentiamus. Hi spem tali sensu uacuam confingunt. Sed respondebunt forsan, non se inficiari, quin illo præditos esse oporteat: sed modestię & humilitatis esse, non agnoscere. Quid ergo sibi uult, cum iubet Corinthios tentare an sint in fide, semet probare an Christum habeant, quem nisi quis in se habitantem cognoscat, reprobus est? Ex Spiritu autem quem dedit nobis, inquit Ioannes, scimus quòd in nobis manet. Et quid aliud quàm Christi promissiones in dubium reuocamus, dum serui Dei sine ipsius Spiritu haberi uolumus, quem super suos omnes effusurum se denunciauit? Quid, quòd Spiritui sancto iniurij sumus, qui fidem, opus eius peculiare, ab ipso separamus? Hæc cum prima sint pietatis tyrocinia, miserrimæ est cæcitatis, arrogantiæ notari Christianos, qui Spiritus sancti præsentia gloriari ausint: sine qua gloriatione, Christianismus ipse non constat. Sed enim exemplo suo declarant, quàm uere dixerit Christus, Spiritum suum mundo incognitum esse: ab ipsis modo cognosci, apud quos manet. Rom. 8 Ibidem. 2. Cor. 13 1. Ioan. 3. Ioel. 2 Ioan. 14

Ac ne uno duntaxat acto cuniculo fidei firmitudinem diruere tentent, aliunde ipsam adoriuntur. Nempe, etiamsi, secundum præsentẽ iustitiæ statũ, de gratia Dei iudicium sumere liceat: manere tamen in suspenso finalis perseuerantiæ notitiam. Egregia uero salutis fiducia nobis relinquitur, si ad præsens momentum nos esse in gratia, coniectura morali, æstimamus: quid in crastinum sit futurum, nescimus. Longe aliter Apostolus. Certo, inquit, persuasus sum, quod neq; angeli, nec potestates, nec principatus, neq; mors, neq; uita, neq; præsentia, neq; futura, diriment nos à dilectione, qua nos Dominus in Christo complectitur. Euadere conantur friuola solutione, id habuisse Apostolum ex speciali reuelatione garrientes. sed pressius constringuntur, q̃ ut effugiant. Siquidem illic, quæ in commune uniuersis fidelibus ex fide proueniant bona, tractat: non quæ specialiter ipse experiatur. Atqui idem nos alibi nostræ imbecillitatis & inconstantiæ mentione deterret. Qui bene stat, inquit, uideat ne cadat. Verum est: at non terrore quo consternemur, sed quo discamus nos sub potenti manu Dei humiliare: quemadmodum Petrus explicat. Deinde quàm præposterum est, ad punctum temporis limitare fidei certitudinem: cuius proprium est, superaRoma. 8 1. Cor. 10 1. Petri. 5

tis huius uitæ ſpacijs, ad futuram immortalitatem protendi? Cum ergo id gratiæ Dei fideles acceptum ferant, quod Spiritu eius illuminati, cœleſtis uitæ contemplatione per fidem fruuntur: adeo procul abeſt ab arrogantia talis gloriatio, ut ſi quem confiteri pudet, eo extremam ingratitudinem prodat magis, diuinam bonitatem maligne ſupprimendo, q̃ modeſtiam aut ſubmiſsionem teſtetur.

Simul & alia duo concidunt ſophiſtarum commenta. Prius, quòd fidem formari nugantur, accedente ad aſſenſum pia affectione. Alterum, quòd craſsiſsimam ignorantiam fidei nomine prætexentes, quam ipſi implicitam appellant, miſeræ plebeculæ ſic illudunt. Quòd enim ad illud attinet, in eo ſatis declarant, ſe neſcire qualis ſit fidei aſſenſio in comprobanda Dei ueritate, cum ex nuda inanique aſſenſione, fidem informem conficiunt. Siquidem aſſenſionem ipſam cordis eſſe magis quàm cerebri, & affectus magis quam intelligentiæ, iam expoſitum eſt. Qua ratione obedientia uocatur fidei, cui nullum aliud obſequium præfert Dominus. Et merito, quando illi ſua ueritate nihil eſt precioſius: quam à credentibus, quaſi ſubſcriptione facta, obſignari, Chriſtus eſt teſtis. Quoniam res minime dubia eſt, uno uerbo ſtatuimus, eos inepte loqui, cum fidem formari dicunt, acceſsione piæ affectionis ad aſſenſum facta: cum aſſenſus quoque pia affectione conſtet. qualis ſaltem in ſcripturis demonſtratur. Sed alterum multo clariùs argumentum ſe etiamnum offert. Cum enim fides Chriſtum amplectatur, ut nobis offertur à Patre: ille uero non in iuſtitiam modo, peccatorum remiſsionem, & pacem offeratur: ſed in ſanctificationem quoque, & fontem aquæ uiuæ: eum haud dubie rite cognoſcere non poſsit, quin ſanctificationem Spiritus ſimul apprehendat. Aut, ſi quis apertius id dictum cupiat. Fides in Chriſti notitia ſita eſt. Chriſtus niſi cum Spiritus ſui ſanctificatione cognoſci nequit. Conſequitur, fidem à pio affectu nullo modo eſſe diſtrahendam. Qui ſolent obtrudere quod ait Paulus: Si quis ſcilicet omnem fidem habeat, ut montes transferat: charitatem uero non habeat, eum nihil eſſe: quò fidem charitate ſpoliatam deformant: non animaduertunt, quid eo loco ſit Apoſtolo fides. Cum enim proximo capite diſſeruiſſet de uarijs donis Spiritus, in quibus repoſuerat genera linguarum, uirtutes, prophetiam, & hortatus eſſet Corinthios ad ſectanda ex ijs meliora, hoc eſt, unde plus fructus & emolumenti rediret ad totum Eccleſiæ corpus: ſubijcit excellentiorem adhuc ſe uiam demonſtraturum. Eiuſmodi dona omnia, utcunq; per ſe excellentia ſint, nihili tamen æſtimanda eſſe, niſi charitati ſeruiant. Eſſe enim in Eccleſiæ ædificationem data: in eam niſi conferantur, perdere ſuam gratiam. Ad id probandum, diſtributione utitur, repetens eadẽ illa, quę ſuperius recenſuerat, dona: ſed alijs nominibus. Pro eodẽ autem uſurpat uirtutes, & fidẽ. Nempe pro edendorum miraculorũ facultate. Cũ ergo hęc, ſiue uirtus, ſiue fides, particulare ſit donũ Dei, quo impius quiſpiam & pollere queat & abuti, ut dono linguarum, ut prophetia, ut alijs chariſmatibus, non mirũ ſi à charitate ſeparetur. Totus autẽ iſtorum error in eo eſt, quod cũ uocabulum fidei ſit πολύσημον, ſignificati diuerſitate non obſeruata, perinde pugnant, ac ſi eadem ubiq; foret acceptio. Locus Iacobi, quem in eiuſdem erroris patrocinium accerſunt, alibi diſcutietur.

Figmentum autem de fide implicita, ueram fidem non modo ſepelit, ſed penitus deſtruit. Hoccine credere eſt, nihil intelligere, modo ſenſum tuum obediẽter Eccleſiæ ſubmittas? Non in ignoratione, ſed in cognitione ſita eſt fides: nec Dei modo, ſed diuinæ uoluntatis. Nec enim ex eo ſalutem conſequimur, uel quod parati ſumus pro uero amplecti, quicquid Eccleſia præſcripſerit: uel q̃d inquirendi cognoſcendiq; prouinciam ad ipſam relegamus: ſed quando Deum agnoſcimus nobis eſſe propitiũ patrem reconciliatione per Chriſtum facta: Chriſtum uero in iuſtitiã, ſanctificationẽ, & uitam nobis eſſe datum. Hac, inquam, cognitione, nõ ſenſus noſtri ſubmiſsione, ingreſſum in regnum cœlorum obtinemus. Nam cum dicit Apoſtolus, corde credi ad iuſtitiam, ore confeſsionem fieri ad ſalutem: non ſatis eſſe indicat, ſi quis implicite credat, quod nõ intelligat, nec etiã inquirat: ſed explicitam requirit diuinę bonitatis agnitionem: in qua conſiſtit noſtra iuſtitia.

Rom. 1

Ioan. 6

Ioan. 5.

1. Corin. 13

1. Corin. 12

Rom. 10

Equidem

Equidē nō inficior, qua ſumus ignorātia circumſepti, quin plurima nobis impli
cita nūc ſint, & etiā ſint futura, donec, depoſita carnis mole, propius ad Dei preſen
tiā acceſſerimus: in quibus ipſis nihil magis expediat quā iudiciū ſuſpendere, ani
mū autē offirmare ad tenendā cum Eccleſia unitatē. Verū hoc prętextu ignoran=
tiam humilitate temperatam fidei nomine inſiguire, abſurdiſsimum eſt. Fides
enim in Dei & Chriſti cognitione, non in Eccleſiæ reuerentia, iacet. Et uidemus
qualem labyrinthum iſta ſua implicatiōe ſint fabricati: ut quiduis, nullo cum de
lectu, dum ſub Eccleſiæ obtruditur titulo, ab imperitis inſtar oraculi arripiatur.
Interdum etiam prodigioſiſsimi errores. Quæ inconſiderata facilitas, cum certiſ=
ſimum ſit in ruinam præcipitium, ab iis tamen excuſatur: quia definite nihil cre=
dat, ſed appoſita conditione, ſi talis Eccleſię ſit fides. Ita in errore ueritatē, in cæci=
tate lucem, in ignorantia rectam ſcientiam teneri fingunt. Quibus refutandis ne
longius immoremur, tantum admonemus lectorem, ut ipſa cum noſtris conferat.
Ipſa enim ueritatis perſpicuitas ſatis expeditam per ſe refutationem ſuggeret.

Quoniā nō aliunde melius aut magis perſpicue fidei natura declarari poſſe ui=
debatē, q̄ à promiſsionis ſubſtātia, qua uelut proprio fundamēto ſic nititē, ut ea ſub
lata, protinus corruat, uel potius euaneſcat: ideo noſtrā definitionē inde petimus. Heb. 11
Quę tamē ab illa Apoſtoli miniме aliena eſt, ubi docet eſſe rerū ſperandarū ſub=
ſiſtentiā, indicē nō apparentiū. Nā per ὑποστάσιν, quo uocabulo utitur, quaſi ful=
crum intelligit, cui pia mens innitatur & incumbat. Ac ſi diceret, fidē ipſam certā
quandam eſſe ac ſecuram poſſeſsionē eorū, quę nobis à Deo promiſſa ſunt. Rur=
ſum, ut ſignificaret, ad ſupremū uſq; diē, quo libri aperientē, ſublimiora eſſe, q̄ quę
ſenſu noſtro percipi, aut oculis ſpectari, manuue contrectari poſsint. ea q; non ali=
ter interim poſsideri à nobis, q̄ ſi captum omnē ingenij noſtri excedamus, ac ſupra
omnia quę in mundo ſunt aciē noſtrā intendamus, nos deniq; ipſos ſuperemus:
addidit, ſecuritatē hanc poſsidendi eſſe rerum quę in ſpe iacent, ideoq; nō uiden
tur. Siquidē euidentia, ut Paulus ſcribit, ſpes non eſt: nec ea quæ uidemus, ſpera= Roma. 8
mus. dū uerò indicē, aut probationē, aut ut ſępe reddidit Auguſtinus, conuictio=
nē appellat rerū præſentiū: (nā Græce eſt ἔλεγχος) perinde loquitē, ac ſi diceret eui Auguſt. Ho
dentiā non apparentium rerum: uiſionē earum quę non uidentur: perſpicuitatem mil. in 1oā.
obſcurarum: preſentiā abſentium: demonſtrationē occultarum. Myſteria Dei, n. 79. 95. de
cuiuſmodi ſunt, quę ad ſalutē noſtrā pertinent, in ſe ſuaq;, ut dicitur, natura cerni pctō. meri.
non poſſunt. Verū ipſa in eius uerbo duntaxat intuemur: cuius ueritas ſic perſua & remiſſi.
ſa eſſe nobis debet, ut pro facto impletoq; habendū ſit, quidquid loquitē. Ad talē lib. 2. ca. 32
uero diuinę bonitatis guſtum percipiendum quō ſe attollat animus, quin ſimul
ad redamandum Deum totus accēdatur? Vere enim cognoſci illa ſuauitatis aſſlu
entia non poteſt, quam Deus timentibus ſe recondidit, ut non ſimul uehementer
afficiat. Quem autem ſemel affecit, penitus ad ſe rapit & effert. Proinde mirum
non eſt, ſi peruerſum cor & obliquum nunq̄ ſubit hic affectus: quō in cœlū ipſum
traducti, ad reconditiſsimos Dei theſauros admittimur, & ad ſacratiſsima regni Li. 3. ſent.
eius adyta, quæ profanari impuri cordis ingreſſu non decet. Quod eīm tradunt diſt. 25. &
ſcholaſtici, charitatem fide ac ſpe priorē eſſe, merū eſt deliramentū, quandoqui= ſæpius.
dem ſola eſt fides, quę in nobis charitatem primum generat. Verum hæc & alia
ſuis locis tranctanda erunt, nunc tantum quid fides ipſa ſit, habere ſufficiat.

Iā uerò ubicunq; uiua erit hæc fides, fieri nō poterit, quin ſpem æternæ ſalutis
ſecum habeat indiuiduā, uel potius ex ſe gignat & exerat: qua ſublata, q̄libet di=
ſerte atq; ornate de fide diſſeramus, nullam habere conuincimur. Nam ſi fides ut
auditum eſt, certa eſt de ueritate Dei perſuaſio, quod nec mentiri nobis, nec fal
lere, nec irrita eſſe queat: qui hanc certitudinem conceperunt, ſimul profecto
expectant fore, ut promiſsiones ſuas Deus preſtet, quę eorum perſuaſione nō ni=
ſi uerę eſſe poſſunt: ut in ſumma nihil aliud ſit ſpes, q̄ eorum expectatio, quę uere
à Deo promiſſa fides credidit. Ita fides Deum ueracē credit: ſpes expectat ut in tē
poris occaſione ueritatē ſuam exhibeat. fides credit nobis eſſe Patrē: ſpes expectat
ut ſe talem erga nos ſemper gerat. fides datā nobis uitam ęternā credit: ſpes expe=

ctat ut

ctat ut aliquando reueletur. fides fundamentũ est cui spes incũbit: spes fidẽ alit ac sustinet. ut em̃ expectare à Deo nemo q̃d q̃ potest, nisi q̃ prius eius promissis credideritita rursus fidei nostrę imbecillitatẽ, ne uelut fessa concidat, sustineri ac fo-
Roma. 8 ueri patiẽter sperando & expectando oportet. Qua ratione Paulus rite salutẽ nostrã in spe collocat. Nam ea dum in silẽtio Dn̄m expectat, fidẽ continet, ne nimis festinando præcipitet: confirmat, ne uacillet in Dei promissionibus, aut de earum ueritate dubitare incipiat: recreat, ne fatigetur. extendit ad ultimã illam metam, ne in medio cursu, aut etiã in carceribus deficiat. Denicp̃, assidue renouãdo & instaurando, facit, ut seipsa subinde ad perseuerantiã uegetior emergat. Atcp̃ omnino, quòt nominibus necessaria sint spei subsidia, ad fidẽ stabiliẽdam, melius patebit: si cogitemus, quòt tentationum formis impetantur & concutiant̃, qui uerbũ Dei amplexi sunt. Primum Dn̄s, promissiones suas differendo, diutius sepe, q̃ pro uotis nostris, suspensos animi nos tenet. hic officium est spei, præstare q̃d iubet Pro-
Habac. 2 pheta. Vt si morã ille fecerit, expectemus tamen. Interdum non modo languere nos sinit: sed apertam indignationem præ se fert. Hic spem multo magis succurrere necesse est: quò secundum alterius Prophetę dictum, possimus expecta-
Iesai. 8
2. Pet. 3 re Dn̄m, qui absconderit faciẽ suã à Iacob. Insurgũt etiã illusores, quẽadmodum ait Petrus, qui rogant, ubi est promissio uel aduentus eius? quando, ex quo patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creationis. Imo eadẽ hæc nobis insurrãt caro & mundus, hic fidẽ, spei tolerantia suffultã, in ęternitatis contẽplatione defixam retineri oportet. quo mille annos, instar diei unius reputet.

Propter hãc tum coniunctionẽ, tum affinitatẽ, scriptura interdum fidei, & spei uocabula confundit. Nã cum Petrus docet, uirtuti Dei nos per fidẽ custodiri, usq̃ ad salutis reuelationẽ. quod spei magis quadrabat fidei tribuit. Necp̃ immerito: quando iã docuimus, nihil aliud spẽ esse, q̃ fidei alimentũ & robur. Necp̃ iã obscurum est, q̃ insulse Petrus Lõbardus duplex spei fundamentum iaciat: Dei gratiã, & operum meritum. Non huic alius scopus q̃ fidei, esse potest. Fidei autẽ iam clarissime exposuimus unicum esse scopũ, Dei misericordiã: in quam utroq̃, ut ita loquar, oculo respicere debeat. Sed operępereciũ est auscultare, q̃ inuidam afferat rationẽ. Si q̃dpiã, inquit, sine meritis sperare audeas: nõ spes illa: sed præsumptio dicenda erit. Quis non merito, amice lector, tales bestias execreẽ quę temere & præsumptuose fieri pronunciant, si quis Deũ ueracẽ esse cõfidat? Nam cũ Dn̄s nihil non à sua bonitate expectari uelit: præsumptionẽ esse dicunt, in ea recumbere, & acquiescere. O magistrũ talibus dignũ discipulis, quales in insanis rabularũ scholis nactus est. Nosu erò, quando uidemus, Dei oraculis, iuberi peccatores, spem salutis concipere: libenter tantum præsumamus de ueritate Dei, ut sola eius misericordia freti, abiecta operum fiducia, bene sperare audeamus.

EXPLICATIO PRIMAE PARTIS SYMBOLI, VBI DE FIDEI MATERIA, DE TRINITATE, DE OMNIpotentia Dei, & rerum creatione tractatur.

Caput VI.

TAMetsi autẽ uerum est, lucidissime uim fidei effulgere, cum ad Euangelium ceu scopum, dirigit̃ eius explicatio: est tamẽ & in ipso Euãgelio quęrẽdum q̃d fidei proprie collimandũ proponat. Atcp̃ id iã obiter delibauimus, cum doceremus Euãgelij̃ summã in Christo recolligi. Ita. n. indicare uoluimus, in ipso nõ modo contineri, sed etiam repręsentari, quæcunq̃ extant promissiones. Sed quia res est multò luculentiori expositione digna, nunc eam persequamur. Hæc est

Hæc est uita æterna, nosse unum uerum Deum, & quem ipse misit, Iesum Chri- Ioan.17
stum. sed magni interest, qualis habeatur & Patris & Christi notitia. de Patre
quod est intelligendum, nisi in filio, rite non cognoscitur. Habitat enim lu-
cem inaccessam. at expressum lucis suæ splendorem per filium ad nos trans-
fundit. est non humano tantum oculo, sed menti etiam inuisibilis. sed uiuam su-
am effigiem in filio contemplandam nobis exhibet. Quare Apostolus illu- 2.Corint.4
minationem cognitionis gloriæ Dei in facie Iesu Christi reponit. Neque ue- Ioann.8.12
ro lucem mundi iure se appellaret Christus, nisi paternæ gloriæ fulgor, per Hebræ.1
ipsum, orbem irradiaret. Ergo non modo uerum est quod Apostolus do- Ioann.15
cet, Christum esse paternæ gloriæ splendorem, & expressam substantiæ eius
imaginem: sed hoc quoque addendum est, in ipso nobis relucere patris glo- Ioann.5
riam, & substantiæ eius imaginem apparere. Quia quidquid habebat pater Ioan.10
in ipso repositum esse uoluit: ut per ipsum & se nobis totum cõmunicaret, & no
mẽ suum illustraret.

Proinde si accessum ad Patrem quærimus, ad ipsum nos conferamus, qui
solus eum manifestare nobis potest. Cum se uiam appellat, suum esse osten-
dit, nos dirigere: dum ostium, sui muneris esse pronunciat, aditum patefa- Matthæ.11
cere. Atq; ut alibi dicitur, nemo nouit Filium nisi Pater, neque Patrem nisi Fi- Luc.10
lius, & cui uoluerit Filius reuelare. Siquidem ut Spiritu Patris dictum est tra-
hi nos oportere quo ad Christum quærendum & amplexandum excitemur:
ita uicissim intelligendum est, inuisibilem Patrem non alibi quàm in Christo, sua
imagine, quærendum esse.

Porrò hæc uera est Christi cognitio, si eum, qualis à Patre offerrur, suscipi-
mus. Nempe cum inexhausta cælestium diuitiarum plenitudine: ut sit nobis
unicus beatitudinis ac bonorum omnium thesaurus. Sed enim ut in possessio-
nem tantarum opum ueniamus, tenenda est ratio, qua nobis acquisitæ fue-
runt. Est autem obedientia Christi, in ijs omnibus præstandis & adimplen-
dis, quæ secundum æternum Dei consilium, in salutem nostram erant necessa-
ria. Vt ergo Euangelium fidei nostræ in scopum destinatur, & in Euangelio
Christus: sic in Christo ipso quidquid in salutem nostram aut fecit, aut passus
est. Quare id ad fidei explicationem plene absoluendam restat, ut quidquid
in Christo ad eius confirmationem spectat, ob oculos statuatur. Sic enim ex-
plicata eius materia, uelut in iconica tabula, germana eius proprietas ad liqui-
dum se proferet. Eiusmodi autem tabulæ uice, symbolum Apostolicum no-
bis erit, in quo paucis uerbis sigillatim totam salutis nostræ œconomiam sic
expositam habemus, ut nulla particula prętermissa sit.

Apostolicum autem nuncupo, de autore interim minime solicitus. Apo-
stolis certe magno ueterum scriptorum consensu adscribitur. Siue quòd ab il-
lis in commune conscriptum ac editum existimabant: siue quòd compendium
istud ex doctrina per eorum manus tradita bona fide collectum, tali elogio
confirmandum censuerunt. Neque uerò mihi dubium est, quin à prima statim
Ecclesiæ origine, adeoque ab ipso Apostolorum sęculo, instar publicæ & omni-
um calculis receptæ cõfessionis obtinuerit, undecunq; tandẽ initio fuerit pro-
fectum. nec ab uno aliquo priuatim fuisse conscriptum ueri simile est, cum ab ul-
tima usque memoria, sacrosanctæ inter pios omnes autoritatis fuisse constet.
Quod unice curandum est, id extra controuersiam positum habemus: totam fi-
dei nostræ historiam succincte distinctoque ordine hic recenseri: nihil autem
contineri, quod solidis scripturæ testimonijs non sit consignatum. Quo intel-
lecto, de autore, uel anxie laborare, uel cum aliquo digladiari, nihil attinet: ni-
si cui forte non sufficiat, certam habere Spiritus sancti ueritatem, nisi simul intel-
ligat, aut cuius ore enunciata, aut cuius manu descripta fuerit.

Prius tamen quàm ad symboli ipsius enarrationem ingrediamur, duo
sunt

sunt nobis animaduertenda. Primum,historiã in eo proponi,nõ in cuius simplici cognitione defigamur:sed cuius intuitu,ad sublimiorũ rerũ intelligentiã eueha-mur.duplici enim cum narrationis genere constet,rerum uisibilium,& inuisibili-um: in utroq; id uidere est.Omnipotentia Dei, Spiritus sanctus, peccatorum re-missio,& similia,res sunt Spirituales & oculis minime expositæ. Cum nobis re-feruntur,earum uel certissimam induere persuasionem quam minimum prosue-rit,nisi inde fiduciæ materiam nobis comparemus. Vt non simpliciter omnipo-tens habeatur Deus,sed qui nos sua potentia conseruet: non ociosa imaginatio-ne apprehendatur Spiritus sanctus,sed cum efficaci uirtutis suæ fiducia.Quæ re-gula in reliquis ualere debet:quæ quoniã particulatim suo loco explicanda erũt, gustum duntaxat in præsentia præbere uoluimus. Christi natiuitas,mors,resurre-ctio,ascensio in cœlum,res sunt sub oculis hominum gestæ: quæ dum exponunt, pia mens non in externo earum spectaculo hæret:sed quia operibus Dei sapien-tiam subesse nouit,causam expẽdit ac æstimat.Ita illi obiectus scopus est, res ge-sta,finis & ratio, res inuisibilis & incomprehensibilis:in cuius contemplationem inde erigitur.Quemadmodum ex Christi morte,satisfactionis:ex resurrectione, immortalitatis fiduciam concipit. Alterum eorum quæ nobis obseruanda dixi-mus,est symboli partitio:cuius tria membra, Patris, Filij, & Spiritus descriptio-nem, unde totum redemptionis nostræ mysterium dependet, comprehendunt: quartum quibus in rebus sita sit nostra salus, commemorat: id quidem non ne-gligenda dispositione. Siquidem ut in salutis notitiam ueniamus, hæc primum tria,in quibus totum negocium uertitur,consideranda sunt.Patris indulgentissi-ma bonitas,& effusissima in humanum genus dilectio,quę in hoc apparuit,dum proprio filio nõ pepercit,quin pro nobis omnibus illum traderet in mortem, quò
Ioannis.3 nos in uitam restitueret.Filij obedientia,quæ est diuinę misericordiæ,in peragen da nostra salute,complementum.Spiritus potentia,per quam fructus diuinæ in Christo bonitatis nobis communicatur. Atq; huc respicit illud Pauli, dum Co-
2.Cor.13. rinthijs Dei charitatem, Christi gratiam, & Spiritus communionem compreca-tur.Nam à Dei charitate quidquid boni est nobis profluit:in Christo, ceu uniuer sæ gratiæ fonte,exhibetur:per Spiritus uirtutem eorum quæ à Dei clementia no-bis offeruntur simus participes. Hinc illa de Ecclesia, peccatorum remissione, mortuorum resurrectione, uita æterna, sequitur fides, quibus quarta pars sym-boli destinata est.

Quoniam autem Sathan,ut fidem nostram ab ipsis radicibus conuelleret,par-tim de diuina Christi & Spiritus essentia, partim de personali distinctione ingen tes controuersias semper mouit,atq; omnibus prope sęculis impios spiritus excí-tauit,qui Orthodoxos ac pios uiros hac in parte uexarent, adeoq; ipsis scripturæ oraculis obstreperent:auspicatissime,puto,symboli explicationem ab isto argu-mento exordiemur.Enimuero quia dociles manu ducere,non cum pugnacibus & rebellibus manum conserere hic maxime propositum est: cum illis forte non tam instructis copijs nunc congrediar,q̃ rei dignitas postularet.sed quid sequen-dum sit aut cauendum,non contentiosis indicare potissimum conabor.Sic tamẽ, ut ab omnibus improborum calumnijs ueritas asseratur.Etsi præcipuũ studium in hoc incumbet,ut habeãt qui faciles apertasq; Dei uerbo aures dederint,in quo certo pede consistant.Equidem hic,si quando aliàs in reconditis scripturæ myste-rijs,sobrie multaq; cum moderatione philosophandũ: adhibita etiam multa cau-tione,ne aut cogitatio, aut lingua ultra procedat, quàm uerbi Dei fines proten-duntur.Quomodo enim immensam Dei essentiam ad suum modulum mens hu mana definiat? quæ nondum statuere certò potuit,quale sit solis corpus,quod ta-mẽ oculis quotidie conspicitur. Imò uero,quomodo proprio ductu ad Dei usq;
Li.1.de tri. substantiam excutiendam penetret, quæ suam ipsius minime assequitur? Quare Deo libenter permittamus sui cognitionem.Ipse enim demum unus,ut inquit Hi larius, idoneus sibi testis est, qui nisi per se cognitus non est. Permittemus autem, si & talem concipiemus ipsum, qualẽ se nobis patefacit: nec de ipso aliunde scisci-

tabimur,

tabimur, quam ex eius verbo. Extant in hoc argumentum homiliæ Chrysostomi quinq; aduersus Anomœos, quibus tamen cohiberi sophistarum audacia nõ potuit, quin frena garrulitati laxarent. Nihilo enim modestius hic se gesserunt, quã ubiq; solent. Cuius temeritatis infœlicissimo successu admoneri nos decet, ut docilitate magis quã acumine in istam inquisitionem incumbamus. Nec in animũ inducamus, aut Deum usquam quærere, nisi in eius uerbo: aut de ipso quidpiam cogitare, nisi cum eius uerbo: aut loqui, nisi per illud idem uerbum.

Deum esse unum æternæ, infinitæ, spiritualis essentiæ, apertius scriptura passim pronunciat, quam ut in probatione diutius sit laborandum. Nam quòd abuti testimoniijs quibusdam Manichæi ad statuenda duo principia ausi sunt, meræ fuit insaniæ. Anthropomorphitę quoq;, qui Deum corporeum ex eo sunt imaginati, quod os, aures, oculi, manus, pedes, illi sæpe adscribuntur, nimia imperitia & ruditate impegerunt. Quis enim, uel parum ingenioſus, non intelligit Deum ita nobiscum, ceu cum infantibus consueuerunt nutrices, quodammodo balbutire? Proinde tales loquendi formæ, non tam ad liquidum exprimunt qualis sit Deus, quàm eius notitiam tenuitati nostræ accommodant. Quod ut fiat, longe infra eius maiestatem descendatur necesse est. Vnde apparet eos uehementer delirare, qui Dei essentiam eiusmodi descriptionibus metiuntur. Pro confesso igitur, citra longiorem disceptationem, assumimus, quod de uno Deo, essentiaq; eius infinita, æterna, spirituali dictum est. At uero quæ in una diuinitate subest Patris, Filij, & Spiritus distinctio, nec adeo est cognitu facilis, & ingenijs quibusdam plurimum negocij molestiæq; facessit. Hanc ergo quæstionem partiamur in duo capita: & primo quidem suam Filio & Spiritui diuinitatem asseramus: deinde modum distinctionis breuiter expendamus. Neq; uero ad utrumq; confirmandum desunt solida scripturæ testimonia. Nam cum Dei uerbum illic audimus nominari, absurdissimum fuerit imaginari fluxam duntaxat & euanidam uocem, quæ in aerẽ emittatur: cuiusmodi & oracula Patribus edita, & prophetiæ omnes fuerunt: cum perpetua magis sapientia indicetur apud Deum residens, unde & oracula & prophetiæ omnes prodierunt. Non enim minus, teste Petro, locuti sunt spiritu Christi ueteres Prophetæ, quàm Apostoli, & quicunq; postea Dei ueritatem hominibus administrarunt. Etsi enim Moses satis declarat, non fuisse temporarium quendam Dei nutum, quo condita sunt uniuersa, sed fixum æternumq; consilium: &, si loqui liceat, pectus ipsum Dei perpetuo sibi constans & immutabile: si cui tamen id dubium uel obscurum adhuc foret, multò explicatius à Solomone exprimitur: dum sapientiam inducit, à Deo ante sæcula genitam, & rerum creationi, & omnibus Dei operibus præsidentem. Multo autem omnium clarissime Ioannes, cum sermonem illum, qui ab initio apud Deum erat, Deum quoq; esse testatur. Vtraq; enim particula solidam permanentemq; uerbo essentiam attribuit. Ergo ut omnes diuinitus profectæ reuelationes uerbi Dei titulo rite insigniuntur: ita uerbũ illud substantiale cogitare conuenit oraculorũ omniũ scaturiginẽ: q̃d nulli uariationi obnoxiũ, perpetuo unũ manet apud Deum, & Deus ipse est. Prouer. 8. Ioan. 1.

Non desunt tamen q cum suam illi diuinitatẽ palàm eripere nõ ausint, æternitatẽ clanculum suffurantur. Dicunt enim tum demũ sermonem esse cœpisse, cum Deus in mundi creatione sacrũ suum os aperuit. Sed nimis inconsiderate in Dei maiestatem impingunt, eius substantiæ nouationem quandam affingendo. Nam ut quæ externum opus respiciunt Dei nomina, illi attribui cœpta sunt ab operis ipsius existentia (quale est, quòd cœli & terræ creator uocatur) ita nullum nomen agnoscit pietas, quod Deo aliquid nouum in seipso accidisse significet. Sed argunti, scilicet, homines ratiocinantur. Cum Moses narrat tunc primum locutum Deum fuisse, simul innuere nullum ante in ipso fuisse sermonem. Quid audio? An quia manifestari aliquid certo tempore incipit, colligendum propterea erat, nunquam prius fuisse? Ego uero longe secus concludo: cum in ipso momento, quo dixit Deus, fiat lux, sermonis uirtus emerserit & extiterit, ipsum multò ante fuisse. Quam dudum autem si quis inquiret, nullum exordium reperiet. Neq; enim cer-

Ioan. 17. tum temporis spaciũ terminat cum dicit ipse. Pater illustra Filium gloria, quàm apud te initio possedi, antequam iacerentur fundamenta mundi: sed ultra omne tempus nos reuocat. Constituimus ergo rursum, sermonem extra temporis initium à Deo conceptum, apud ipsum perpetuo resedisse. Vnde & æternitas & uera essentia, & diuinitas eius comprobatur. Sed quoniam ex diuinitatis probatione reliqua consequuntur, in eam asserendam potissimum insistemus: si modo prius de appellatione Filij nonnihil dictum fuerit. Veteres, qui æterna Filium generatione à Patre extitisse sentiebant, eam ostendere ex Iesaiæ testimonio conabantur. Iesai. 53. Generationem eius quis enarrabit? In quo citando hallucinatos fuisse palàm est. Non enim illic quomodo Pater Filium genuerit, sed quàm numerosa posteritate regnum eius aucturus esset, tractat Propheta. Nec ualde etiam firmum est, Psal. 110. quod subinde assumunt ex Psalmis. Ex utero ante luciferum genui te: cum uersio ista nequaquam Hebraicæ ueritati consentiat, quæ sic habet. Ab utero auroræ tibi ros natiuitatis tuæ. Quod ergo præcipuam speciem habere videtur argumentũ, est ex uerbis Apostoli: quibus docetur per Filium condita fuisse vniuersa. Nisi enim iam tum fuisset Filius, uirtutem suam non protulisset. Sed huic quoq; rationi parum inesse ponderis, ex similibus formulis liquet. Nemo certe nostrum mouebitur, si quis uocabulum Christi ad id tempus trahere uelit, quo Christum à Iu- 1. Cori. 10. dæis tentatum fuisse dicit Paulus. Notationem enim habet, quę ad humanitatem Hebræ. 13. propriè pertinet. Similiter cum dicitur Iesum Christum fuisse heri, esse hodie, & futurum in sæcula: si quis ex eo contendat, nomen Christi semper ei conuenisse, nihil efficiet. Quid aliud quam hæreticorum cauillis sancta & orthodoxa religionis dogmata exponuntur, dum ita contorquemus testimonia, quæ germano sensu accepta, causſæ nostræ uel nihil uel certe parum seruiunt? Mihi uero unum hoc argumentum, ad confirmandam de filij Dei æternitate conscientiam, instar mille semper erit. Certum enim est, Deum non esse hominibus Patrem, nisi intercedente illo unigenito Filio, qui sibi hanc prærogatiuam iure solus uendicat, & cuius beneficio ad nos deriuatur. Atqui Deus semper à populo suo Patris nomine uoluit inuocari: Vnde sequitur iam tum fuisse Filium, per quem ista propinquitas conciliaretur. Nunc ad diuinitatem eius affirmandam descendamus: quæ duplici probationis genere confirmanda est. Siquidem & disertis scripturæ elogijs euidenter Deus esse asseritur, Filius Dei: & talis operum uirtute declaratur.

Vide Cyrillũ de rect. fide ad theodos.

Psal. 45. Principio sic illum alloquitur Psalmographus. Thronus tuus Deus in sæculũ sæculi, uirga directionis uirga regni tui. Tergiuersabitur hic forte impius, q̃d nomen Elohim angelis quoq; & potestatibus attribuitur. At certe nullus in scriptura locus extat, ubi thronus ęternus creaturæ sic erigatur. Neq; enim simpliciter Deus uocat̃: sed æternus quoq; dominator. Deinde uni alicui titulus hic nunquam defert̃, nisi cum adiectione: qualiter Moses dicitur Pharaoni in Deum fore. Vt piæ aures hic nisi uerũ Deum concipere nequeant. Porro de Filio intelligendum esse, palàm fit ex sequentibus. Propterea unxit te Deus deus tuus oleo lætitię. Deus est ergo q Deum habeat: quoniam hic in sua humanitate describit nobis Chri- Iesaiæ. 9. stus, in qua formam serui præ se fert. Ab altero aũt Propheta, & Deus, & potentia ornatus, q̃d unius Dei propriũ est, inducitur. Hoc est, inquit, nomen quod uocabunt eũ, Deus fortis, Pater futuri sæculi. Nec est quod oblatrẽt Iudęi, & sic lectionem inuertant: hoc est nomẽ quod uocabũt eum: Deus fortis, Pater futuri sæculi. ac demũ hoc unum Filio reliquũ faciant, ut sit Princeps pacis. Quorsum enim tot epitheta in Deũ hoc loco congesta forent? cũ Prophetæ potius sit propositũ, insignibus notis Christũ ornare? Nihil aũt dilucidius esse poterat, q̃ illud Ieremię. hoc Ierem. 25. fore nomen quo uocabitur germen illud Dauid, in populi salutem excitatum, Iehouah, iustitia nostra. Nam cum Iudæi ipsi ultro deprædicent, alia omnia Dei nomina nihil q̃ epitheta esse, hoc solũ, quod ineffabile dicunt, substantiuũ esse nomẽ Iesaiæ. 41. doceãt, ad exprimendã eius essentiam: habemus Filiũ esse Deum vnicũ & æternũ, q alibi pronunciat, se gloriã suam alteri non daturũ. Latebras quidẽ hic captat Iudęorũ uersutia: quando & altari à se extructo nomẽ istud imposuerit Moses: et

Iehezechiel

Iehezechiel ciuitati nouę Hierusalē. Sed qs nō videt altare extrui in monumētū, q̄ Deus sit exaltatio Mosæ? nec ciuitatē insigniri Dei nomine, sed inscriptione diuinæ præsentiæ? Sic enim Propheta loquitur. Nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibi. Moses uerò in hunc modum habet, ædificauit altare Domino, & uocauit eius nomen Iehouah exaltatio mea. Ille verò quid sibi vult, nisi Hierusalem esse locum ubi Dominus habitet? Huius autem uerba quid sonant, nisi Dominū esse exaltationem suam, cuius rei testem aram ædificauit? Sed maius scilicet certamen restat, ex capite. 33. eiusdem Prophetæ, ubi hoc ipsum elogiū ad Hierusalem refertur his uerbis. hoc est nomen quo nominabunt eam, Iehouah iustitia nostra. Tantum abest quin hoc testimonium officiat causæ ueritatis quam agimus, ut magis suffragetur. Cum enim antea Christum esse uerum Iehouah testatus esset, unde fluat iustitia nostra, nunc pronunciat Ecclesiam Dei hoc uere adeò sensuram, ut nomine ipso gloriari queat.

Nouum autem testamentum innumeris testimonijs scatet. Ideo danda est opera, ut breuiter potius seligamus pauca, quàm omnia congeramus. In primis istud est singulari animaduerlione dignum, quod Apostoli, quæ de æterno Deo prædicta erant, in Christo uel iam exhibita, uel olim repræsentanda docent. Nam ubi Iesaias Dominum exercituum Iudæis & Israelitis in petram scandali & lapidem offensionis fore uaticinatur, id Paulus asserit in Christo esse impletum. Dominū ergo illum exercituum Christum esse, declarat. Similiter alibi. Oportet, inquit, nos omnes semel sisti ad tribunal Christi. Scriptum est enim. Mihi flectetur omne genu, & omnis lingua iurabit mihi. Id cum apud Iesaiam de se Deus prædicet: Christus reipsa in se exhibeat: consequitur illum ipsum Deum esse, cuius gloria traduci alio non potest. Quod etiam ad Ephesios ex Psalmis citat, in Deum unice competere liquet. Ascendens in altum duxit captiuitatem. Tum ascensionem eiusmodi adumbratam fuisse intelligens, cum, insigni aduersus Allophylos uictoria, potentiam suam exeruit Deus, in Christo plenius exhibitam significat. Sic Ioannes gloriam Filij fuisse testatur, quæ Iesaiæ per uisionem reuelata fuit: cum tamen Propheta ipse Dei maiestatem sibi uisam scribat. Illa uero quæ Apostolus ad Hebræos in Filium confert, non obscurum est esse clarissima Dei elogia. Tu in principio Domine fundasti cœlum & terram & cæte. Item. Adorate eum omnes Angeli eius. Neq; tamen illis abutitur, cum ad Christū trahit. Siquidem quę cunq; in Psalmis illis canuntur, solus ipse impleuit. Ille enim fuit, qui exurgens misertus est Syon: ille, qui omnium gentium & Insularum regnum sibi asseruit. Et cur dubitasset Ioannes, Dei maiestatem ad Christum referre? qui præfatus fuerat, uerbum semper fuisse Deum. Quid formidasset Paulus Christum in Dei tribunali collocare, tam aperto præconio eius diuinitatem ante persecutus? ubi dixerat esse Deum in sæcula benedictum. atq; ut appareat, quam sibi bene in hac parte consentiat, alibi etiam Deum in carne manifestatum esse scribit. Si Deus est in sæcula laudandus, ille est igitur cui soli omnem gloriam & honorem deberi alio loco idem affirmat. Neque uero id dissimulat: quin palàm clamat, cum in forma Dei esset, non fuisse ducturum rapinæ loco, si æqualem Deo se præbuisset: sed ultro seipsum exinaniuisse. Ac ne factitium quempiam Deum esse impij obstreperent, ultra progeditur Ioannes. Ipse, inquit, est uerus Deus, & uita æterna. Quamquam satis superque nobis esse debet, Deum nominari: præsertim ab eo teste, qui diserte nobis non plures esse Deos asseuerat, sed unum. Ille autem, Paulus est, qui sic loquitur. Vtcumque multi nominentur Dij, siue in cœlo, siue in terra: nobis tamen unus est Deus, ex quo omnia. Ex eodem ore cum audiamus Deum in carne manifestatum, Deum suo sanguine acquisiuisse sibi Ecclesiam: quid secundum Deum imaginamur? quem ille nequaquam agnoscit? Si minime dubium est, quin idem pijs omnibus fuerit sensus. Thomas certe similiter Dominū & Deum suum aperte prædicando, unicum illum esse Deum profitetur, quem semper adorauerat.

Iesai. 8. Roma. 9. Roma. 14. Iesa. 45. Ephe. 4. Iesa. 6. Hebr. 1. Ephe. 1. Ioan. 12. Roma. 9. 1. Timo. 3. Philip. 2. 1. Ioan. 5. 1. Cori. 8. Ioan. 20.

Iam si ab operibus eius diuinitatem censemus, quæ illi in scripturis adscribun-

tur, euidentius inde adhuc eluceſcet. Cum enim ſe ab initio, vnà cum Patre hactenus operari diceret, Iudæi ad alia eius dicta ſtupidiſſimi, ſenſerunt tamen eum ſibi diuinam potentiam vſurpare. Ac propterea, ut Ioannes refert, magis eum quærebant interficere, quod non Sabbathum modo ſoluebat, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. Qualis ergo erit ſtupor noſter, niſi hinc eius diuinitatem planè adſtrui ſentiamus? Et ſane prouidentia & uirtute mundum adminiſtrare, nutuq; propriæ uirtutis omnia moderari, quod illi dat Apoſtolus, non eſt niſi creatoris. Neq; ſolam gubernandi orbis prouinciam cum Patre participat: ſed alia quoq; ſingula officia, quę creaturis communicari nequeant. Clamat Dominus per Prophetam. Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Secundum hanc ſententiam cum iniuriam irrogari Deo Iudæi exiſtimarent, eo quod peccata Chriſtus remittebat: hanc poteſtatem ſibi competere non tantũ uerbis aſſeruit, ſed miraculo etiam comprobauit, Diſpenſandæ ergo peccatorum remiſſionis non miniſterium, ſed poteſtatem penes ipſum eſſe conſpicimus, quam à ſe ad alium tranſituram Dominus negat. Quid? tacitas cordium cogitationes percontari & penetrare, an non ſolius Dei eſt? At eam quoq; habuit Chriſtus: unde arguitur eius diuinitas. In miraculis autem quum perſpicue luculenteq; apparet? Quibus etſi paria & ſimilia tum Prophetas, tum Apoſtolos edidiſſe fateor: in hoc tamen plurimum eſt diſcriminis, quod hi dona Dei ſuo miniſterio diſpenſarunt, ille ſuam ipſius uirtutem exeruit. Vſus eſt quidem interdum precatione, quo gloriam ad Patrem referret: ſed uidemus ut plurimum propriam eius uirtutem nobis declaratam. Et quomodo non eſſet uerus autor miraculorũ, qui diſpenſationem aliis ſua authoritate committit? Narrat enim Euangeliſta, illum dediſſe Apoſtolis poteſtatem mortuos ſuſcitandi, leproſos curandi, eiiciendi demones & cæt. Illi autem ſic miniſterio eiuſmodi defuncti ſunt, ut ſatis oſtenderent uirtutem nõ aliunde eſſe quàm à Chriſto. In nomine Ieſu Chriſti, inquit Petrus, ſurge & ambula. Non mirum ergo, ſi miracula ſua obiecerit Chriſtus, ad reuincendam Iudæorũ incredulitatem. Vtpote quæ uirtute eius edita ampliſſimũ diuinitatis teſtimonium reddebant. Præterea ſi extra Deum nulla eſt ſalus, nulla iuſtitia, nulla uita: Chriſtus autem in ſe hæc omnia continet: Deus certe oſtenditur. Neq; mihi quiſpiam obiiciat, diffuſam à Deo in ipſum uitam aut ſalutem. Nõ enim ſalutem accepiſſe; ſed ipſe ſalus eſſe dicitur. Et ſi nemo bonus niſi ſolus Deus: quomodo eſſet purus homo, nõ dico bonus ac iuſtus: ſed ipſa bonitas & iuſtitia? Quid? quòd à primo creationis exordio, teſte Euangeliſta, in ipſo uita erat? & ipſe uita iã tum exiſtens erat lux hominum? Proinde talibus documẽtis diuinæ eius maieſtatis freti, confidenter fidem in ipſo noſtram & ſpem reponere audemus: cum ſciamus tamen ſacrilegã eſſe impietatẽ, ſi cuius fiducia in creaturis hęreat. Neq; id temere facimus: ſed ita eius mandato inſtituti. Creditis in Deũ, inquit, & in me credite. Paulus autẽ. Nos in Ieſum Chriſtũ credimus, ut iuſtificemur ex fide Ieſu. Atq; ita duos Ieſaię locos interpretatur. Quicunq; credit in eo, non pudefiet. Item alterũ. Erit radix Ieſſe, & q conſurget ad regendos populos: in ipſo gentes ſperabũt. Et, quid de hac re plura teſtimonia perſequamur, cum toties aſſeratur hæc ſententia? Qui credit in me, habet uitam æternam. Vt credamus in nomine unigeniti Filij eius: & ſimilibus locis. Iam quæ ex fide pendet inuocatio, illi etiam competit: quæ tamen diuinę maieſtatis propria eſt, ſi quid aliud proprium habet. Dicit enim Propheta Quicunq; inuocauerit nomen Iehouah, ſaluus erit. Alter uerò. Turris fortiſſima nomen Iehouah, ad ipſam confugiet iuſtus & ſeruabitur. Atqui in ſalutem inuocatur nomen Chriſti. Sequitur ergo ipſum eſſe Iehouah. Porro inuocationis exemplum habemus in Stephano, cum dicit. Domine Ieſu ſuſcipe Spiritum meum; deinde in uniuerſa Eccleſia, quemadmodum Ananias teſtatur eodem libro. Domine, inquit, ſcis quanta hic intulerit mala ſanctis omnibus, qui inuocant nomen tuum. Ac quò apertius intelligatur, totam diuinitatis plenitudinem in Chriſto corporaliter habitare: fatetur Apoſtolus, nullam inter Corinthios aliam doctrinam præ ſe tuliſſe, quàm eius cognitionem, nec aliud quam ipſum prædicaſſe.

Ioan. 5.
Hebræ. 1.
Ieſai. 43.
Matth. 9.
Ioan. 2.
Marci. 6.
Acto. 3.
Ioann. 5. 10 14.
Ioan. 1.
Ioan. 14.
Galat. 2.
Roma. 10.
Roma. 15.
In Euan. et Epiſt. Ioã.
Ioel. 2.
Acto. 7.
Acto. 9.
1. Corin. 2.

Quale

Quale iſtud, queſo, & quantum eſt? filij duntaxat nomen annunciari Chriſtianis: quos Dominus iubet in ſui ſolius cognitione gloriari? Quis puram creaturam ipſum iactare auſit, cuius notitia, unica eſt noſtra gloriatio? Huc accedit quod in ſalutationibus, quas ſolenni quodam ritu Epiſtolis ſuis prefigere ſolent Apoſtoli, eadem à Filio beneficia comprecantur quæ à Patre. Vnde non modo declarant ipſo intercedente & mediante ad nos peruenire, quę largitur nobis Pater cœleſtis ſed etiam potentiæ communionem indicant. Quæ practica notitia certior haud dubie ſolidiorq; eſt qualibet ociosa ſpeculatione. Illic enim pius animus Deum præſentiſſimum conſpicit & pene attrectat, ubi ſe uiuificari, illuminari, ſeruari, iuſtificari ac ſanctificari ſentit. *Ieremi. 9.*

Quare ijſdem etiam è fontibus præcipue, ad confirmandam Spiritus ſancti diuinitatẽ, probatio petenda eſt. Longe enim à creaturis alienum eſt, quod illi ſcriptura tribuũt: & nos ipſi certa pietatis experientia diſcimus. Ille enim eſt q ubiq; diffuſus omnia ſuſtinet, uegetat, & uiuificat in cœlo & in terra. Iam, hoc ipſo, creaturarũ numero eximitur, quod nullis circumſcribitur finibus, ſed ſuum in omnia uigorẽ transfundendo, eſſentiam, uitã & motionem illis adſpirare, id uero plane diuinũ eſt. Deinde, ſi regeneratio in uitam incorruptibilem quauis preſenti uegetatione ſuperior eſt & multò excellentior, quid de eo cenſendũ eſt, cuius ex uirtute procedit? Ipſum autẽ non mutuatitio, ſed proprio uigore, regenerationis eſſe authorẽ, ſcriptura multis locis docet. Neq; eius modo, ſed futuræ quoq; immortalitatis. Deniq; in ipſum omnia, ut in Filium, conferunt, quæ maxime propria ſunt diuinitatis officia. Siquidẽ etiam profunda Dei ſcrutatur, cui nullus eſt inter creaturas conſiliarius. Sapientiã & eloquendi facultatem largitur: cum tamen Dominus Moyſi pronunciet, id facere, ſuũ eſſe ſolius. Sic per ipſum in Dei participationem uenimus: ut eius uirtutẽ ſentiamus erga nos quodammodo uiuificã. Iuſtificatio noſtra, eius opus eſt. Ab ipſo eſt potentia, ſanctificatio, ueritas, gratia, & q̃d quid boni cogitari poteſt: quoniã unus eſt Spiritus, à q̃ profluit omne donorũ genus. Nec uero cũ de ipſo ſcriptura loquit, à Dei appellatiõe abſtinet. Paulus enim nos eſſe templũ Dei ex eo colligit, q̃a Spiritus eius habitat in nobis. Quod non eſt leuiter prætereundũ. Siquidem cum toties recipiat Dominus ſe electurũ nos ſibi in templum ac tabernaculum, non aliter impletur ea promiſſio, q̃ eius Spiritu in nobis habitante. Certe, ut pręclare dicit Auguſtinus, ſi ex lignis & lapidibus templũ Spiritui facere iuberemur: q̃a hic cultus eſt ſoli Deo debitus: clarũ eſſet diuinitatis eius argumentũ. Nunc ergo quanto clarius iſtud eſt, q̃ non templum illi facere: ſed nos ipſi eſſe debemus? Et Apoſtolus ipſe nũc tẽplũ nos Dei eſſe, nũc Spiritus ſancti eodẽ ſignificatu ſcribit. Petrus uero Ananiã reprehendens, q̃d Spiritui ſancto mentitus eſſet, non hominibus mentitũ eſſe dicebat, ſed Deo. Atq; ubi Ieſaias Dñm exercituum loquentẽ inducit, Paulus Spiritum ſanctum eſſe docet, qui loquit. Vbi Dñs ſe ad iram, populi contumacia, prouocatũ conqueritur, pro eo Ieſaias Spiritum eius ſanctũ contriſtatum ſcribit. Porro, ut aliquãdo finiamus, ad confirmandã & Filij & Spiritus diuinitatẽ, unum quod ſubijciemus argumentum ſatis ſuperq; erit. Etenim ſi in unius Dei fidem ac religionem per Baptiſmum initiamur: eum nos profitemur habere Deum, in cuius nomen baptiſamur. Ex quo Patrem, Filium, & Spiritum in una Dei eſſentia cõtineri planè conſtat: quãdo in nomine Patris & filij & Spiritus ſancti baptiſamur. Nam Paulus hæc tria ſic connectit, Deum, Fidem, & Baptiſmum, ut ab uno ad alterum ratiocinetur. Vt, quia una eſt fides, ex eo unum eſſe Deum demonſtret: quia unus eſt Baptiſmus, inde quoq; unam eſſe fidem oſtendat. Cum enim fides non huc atq; illuc circumſpicere neq; per uaria diſcurrere debeat: ſed in unum Deum ſpectare, in eum conferri, in eo hærere: ex eo facile conſtituitur, quod ſi uaria ſint fidei genera, plures etiam eſſe Deos oporteat. Iam quia ſacramentum eſt fidei Baptiſmus, ipſius unitatem nobis confirmat ex eo, quòd unus eſt. Hinc etiam conficitur, ut non niſi in unum Deum baptiſari liceat: quia eius amplectimur fidem, in cuius nomen baptiſamur. Quid ergo ſibi vult Chriſtus, cum in nomine Patris & Filij & Spiri- *Iere. 9.* *1. Cori. 2.* *Exodi. 4.* *1. Cori. 12.* *1. Corin. 3.* *2. Cor. 6.* *Acto. 5.* *Auguſti. in Epiſt. ad maxi. cõc.* *Ieſa. 5.* *Acto. ulti.* *Ieſa. 63.*

tus ſancti baptiſari præcipit, niſi una fide in Patrem, Filium, & Spiritum credendum eſſe? Id uero quid aliud eſt, quàm clare teſtari, Patrem, Filium, & Spiritum vnum eſſe Deum? Itaq; cum fixum illud maneat, Deum unum eſſe, non plures: verbum & ſpiritum non aliud eſſe, quam ipſam Dei eſſentiam, conſtituimus. Et vero ſtolidiſſime ineptiebant Arriani, qui Filij diuinitatem confitentes, Dei ſubſtantiam illi adimebant. Nec abſimilis Macedonianos rabies uexabat, qui, per Spiritum, dona gratiæ duntaxat in homines effuſa intelligi uolebant. Nam ut ſapientia, intelligentia, prudentia, fortitudo, timor Domini, ab ipſo proficiſcuntur: ita unus ipſe eſt ſapientię, prudentiæ, fortitudinis, pietatis ſpiritus. Nec ſecundum gratiarum diſtributionem ipſe diuiditur; ſed utcunq; illæ uarie diuidantur, idem tamen & unus manet, inquit Apoſtolus.

Arriani. Macedoniani:

1. Cori. 12.

Rurſum & quædam Patris à uerbo, uerbi à Spiritu diſtinctio ſcripturis demonſtratur. In qua tamen excutienda, quanta religione ac ſobrietate uerſandum ſit, ipſa myſterij magnitudo nos admonet. Ac mihi ſane uehementer iſtud Gregorij Nazanzeni arridet, ὁ φθάνω τὸ φῶ νοῆσαι, καὶ τοῖς τρισὶ περιλάμπομαι. οὐ φθάνω τὰ τρία φῶτα, καὶ εἰς τὸ φῶ ἀναφέρομαι. Non poſſum unum cogitare, quin trium fulgore mox circundar: nec tria poſſum diſcernere, quin ſubito ad unum referar. Proinde & nos eam perſonarum trinitatem, ne imaginari in animum inducamus: quę cogitationem ſeorſum diſtractam detineat, ac non ad illam mox unitatem reducat. Veram certe diſtinctionem inſinuant Patris, Filij, & Spiritus uocabula: ne quis nuda epitheta eſſe putet, quibus à ſuis operibus uarie deſignetur Deus, ſed diſtinctionem, non diuiſionem. Proprietatem ſibi à Filio diſtinctam oſtendit Pater, dum per Zachariam ſocium uel propinquum uocat. Vt enim nulla eſt creaturis cum Deo cognatio, ita ſocius aut cognatus ſibi ipſi non diceretur: niſi quadam diſtinctionis notatione. uiciſſim Filius Patrem à ſe diſtinguit, cum alium eſſe dicit qui teſtimonium ſibi perhibet. Atq; huc tendit quod dicitur, Patrem per uerbum omnia creaſſe: quod non poterat, niſi ab ipſo quodammodo diſtinctus. Præterea non deſcendit Pater in terram, ſed is qui à Patre exijt; non mortuus eſt, nec reſurrexit, ſed qui ab eo miſſus fuerat. Neq; ab aſſumpta carne exordium habuit hæc diſtinctio: ſed antea quoq; unigenitum in ſinu Patris fuiſſe manifeſtum eſt. Quis enim aſſerere ſuſtineat, tum demum ſinum Patris ingreſſum Filium, cum è cœlo deſcendit ad ſuſcipiendã humanitatẽ? Erat ergo ante in ſinu Patris, & ſuam apud Patrem gloriam obtinebat. Spiritus ſancti à Patre diſtinctionẽ Chriſtus innuit, cum dicit eum à Patre procedere: à ſeipſo autem, quoties alium uocat? Vt cum alium conſolatorem abs ſe mittendum denunciat, & alibi ſæpius. Enim uero ad uim diſtinctionis exprimendam, ſimilitudines à rebus humanis mutuarí, neſcio an expediat. Solent id quidem interdum facere ueteres: ſed ſimul fatentur plurimum differre, quidquid pro ſimili in mediũ afferunt. Quo fit ut omnem audaciam hic reformidem: ne ſi quid intempeſtiue productum fuerit, aut malignis calumniæ, aut rudibus hallucinationis anſam præbeat. Quã tamen ſcripturis notatam diſtinctionem animaduertimus, ſubticeri non conuenit. Ea autem eſt, quod Patri principium agendi, rerumq; omnium fons & ſcaturigo attribuitur: Filio ſapientia, conſilium, ipſaq; in rebus agendis diſpenſatio. At Spiritui uirtus & efficacia aſſignatur actionis. Porro quanq; Patris æternitas, Filij quoq; & Spiritus æternitas eſt: quando nunquam Deus ſine ſapientia uirtuteq; ſua eſſe potuit: in æternitate autem non eſt quærendum prius aut poſterius: non eſt tamen inanis aut ſuperuacua ordinis obſeruatio: dum primus recenſetur Pater, deinde ex eo Filius, poſtea ex utroq; Spiritus. Nam & mens uniuſcuiuſq; eò ſponte inclinat, ut primo Deũ conſideret, deinde emergentẽ ex eo ſapientiã, tũ poſtremo uirtutẽ, qua conſilij ſui decreta exequit. Qua ratione à Patre duntaxat exiſtere dicit Filius a Patre ſimul & Filio Spiritus. Multis id quidẽ locis: ſed nuſquã clarius quã. 8. cap. ad Romanos, Vbi ſcilicet idem Spiritus nunc Chriſti, nunc eius q ſuſcitauit Chriſtũ à mortuis, promiſcue uocat. Neq; iniuria. Nã et Petrus, Spiritũ Chriſti fuiſſe teſtat, q uaticinati ſunt Prophetę: cum toties ſcriptura doceat Spiritũ fuiſſe

In ſermone de ſacro Baptiſmate.

Zacha. 13.

Ioan. 8. & alibi.

Ioan. 1.

Ioan. 15.

Dei

Dei Patris. Porro ſimpliciſsimã Dei unitatẽ adeo nõ impedit iſta diſtinctio, ut Filiũ inde probare liceat, unũ eſſe cum Patre Deum, quia uno ſimul cum eo Spiritu conſtet: Spiritum autẽ non aliud eſſe à Patre & Filio diuerſum, quia Patris & Filij ſit Spiritus. Siquidẽ in unaquaq; hypoſtaſi tota intelligitur natura, cũ hoc q̃d ſubeſt ſua unicuiq; proprietas. Pater totus in Filio eſt, totus in Patre Filius, quẽadmodum ipſe quoq; aſſerit. Ego in Patre, & Pater in me, nec ulla eſſentiæ differentia ſeiungi alterum ab altero ſcriptores Eccleſiaſtici cõcedunt. His appellationibus, quæ diſtinctionem denotant, inquit Auguſtinus, hoc ſignificatur, quod ad ſe inuicem referuntur: non ipſa ſubſtantia qua unum ſunt. Quo ſenſu concilíandæ ſunt inter ſe ueterum ſententiæ quæ pugnare alioqui nonnihil uiderẽtur. Nunc eñ Patrẽ Filij principium eſſe tradunt, nunc Filium à ſeipſo & diuinitatẽ & eſſentiam habere aſſeuerant, adeoq; unum eſſe cum Patre principium. Eius diuerſitatis cauſam bene ac perſpicue explicat Auguſtinus alibi, cum ita loquitur. Chriſtus ad ſe Deus dicitur, ad Patrem Filius dicitur. Rurſuſq; Pater ad ſe Deus dicitur, ad Filium dicitur pater. Quòd dicitur ad Filium Pater, non eſt Filius. Quòd dicitur Filius ad Patrẽ, nõ eſt Pater. Quòd dicitur ad ſe Pater, & Filius ad ſe, eſt idẽ Deus. Ergo cũ de Filio ſine Patris repectu ſimpliciter loquimur bene & proprie ipſum à ſe eſſe aſſerimus, & ideo unicũ uocamus principiũ: cũ uerò relationẽ, quę illi cũ Patre eſt, notamus, Patrẽ Filij principiũ merito facimus. Quod autẽ Sabelliani cauillant, nõ alia ratione Deum nunc Patrẽ, nunc Filium, nũc Spiritũ appellari, q̃ qua & fortis, & bonus, & ſapiens, & miſericors nominat: Inde facile reuincuntur, q̃ hęc epitheta eſſe apparet, quæ oſtendunt qualis erga nos ſit Deus: illa, nomina quę declarant, qualis apud ſemetipſum uere ſit. Nec moueri quiſpiã debet, ut ſpũm cũ patre ac filio cõfundat, qm̃ Deus ipſe totus ſpũs nuncupetur. Nihil. n. obſtat, q̃minus tota ſpũalis ſit Dei eſſentia: & in illa eſſentia pater, filius, & Spiritus cõprehendatur. Quod ipſum ex ſcriptura planum fit. Nam ut illic Deũ audimus nominari Spm̃: ita & Spm̃ ſanctũ audimus dici, & Dei eſſe, & à Deo. Vidẽt nõ contẽtioſi, nec peruicaces, cõtumaciſſimi etiã quiq; inficiari nequeũt, in ſimpliciſſima Dei eſſentia, patrẽ cũ ῦ bo ſuo ſeu filio & ſpiritu cõprehẽdi, Deus. n. pater, & filius, & Spiritus: nec poteſt niſi unus eſſe Deus. Rurſum, tres nominantur, tres deſcribuntur, tres diſtinguuntur. Vnus itaq;, & tres: unus Deus, una eſſentia. Qui tres? Non tres Dij, non tres eſſentiæ.

Vtrunq; ut ſignificarent Orthodoxi ueteres, dixerunt unam eſſe οὐσίαν, tres ὑποστάσεις: id eſt, ſubſtantiam unam, tres in una ſubſtantia ſubſiſtentias. Latini cum per omnia ſenſu conuenirent, alterum tantum nomen reddiderunt, in altero quiddam aliud expreſſerunt. Dixerunt enim unam eſſentiam (quod nomen Græco illi reſpondet) tres uero perſonas. Quo relationem quandam indicare uoluerunt. Oblatrant hęretici, fremunt etiam non mali quidam uiri, ſed impendio ſimpliciores: quod οὐσία ὑπόστασις, eſſentia, perſonæ, conficta ſunt hominum arbitrio nomina, nuſquã in ſcripturis lecta aut uiſa. Sed cum hoc nobis excutere non poſſint, tres dici, qui unus Deus ſunt: qualis eſt iſtę moroſitas, improbare uerba, quę non aliud explicant, quam quod ſcripturis teſtatum conſignatumq; eſt? Satius foret, inquiunt, non modo ſenſa noſtra, ſed uerba etiam intra ſcripturæ fines continere: quã exotica uerba ſpargere, quæ diſſenſionũ ac iurgiorũ ſeminaria futura ſint. Sic enim languetur circa uerborum pugnas, ſic ueritas altercando amittit, ſic charitas odioſe rixando diſſoluitur. Si uerbum exoticum appellãt, quod totidem ſyllabis compoſitum in ſcriptura oſtendi non poſſit, iniquã ſane legem nobis imponunt: qua damnantur omnes conciones, quæ ſcripturæ contextu non conſarcinantur. Sin exoticum illis eſt, quod curioſe excogitatum, ſuperſtitioſe, defendiatur: quod ad contentionem magis quàm ad ędificationem ualet: quod uel impotune, uel nullo fructu uſurpatur: quod ſua aſperitate pias aures offendit: quod à uerbi Dei ſimplicitate abſtrahit: eorum ſobrietatem toto animo amplector. Non enim minori religione de Deo nobis loquendũ, quàm cogitandum ſentio, quando, & quidquid de eo à nobis cogitamus, ſtultum eſt: & quidquid loquimur, in-

Vide Aug. Homil. de tem. 38. de Trinit. & columb. ad Paſcentiũ epiſtol. 174. Cyrillus. li. 7. de Trin. Idem li. 3. dialogo. Auguſti. in Pſal. 109 & tract. in Ioan. 39 Auguſt. in Pſalm. 68

Ioannis 4.

sulsum. Est autem modus aliquis seruandus. petenda certe ex scripturis & cogitandi & loquendi regula, ad hãc amussim, & mentis cogitationes omnes, & oris uerba exigenda sunt. Sed quid uetat, quominus quæ captui nostro perplexa in scripturis impeditaq; sunt, ea uerbis planioribus edisseramus: quę tamẽ religiose & fideliter ipsius scripturę ueritati seruiant, & parce modesteq;, nec citra occasionẽ usurpatur. Cuius rei non desunt nobis quotidiana exempla. Quid autem, ubi Ecclesiã multa necessitate urgeri, ad usurpãda Trinitatis et personarũ uocabula, comprobatum fuerit: si quis uerborum nouitatem tum reprehendat, nonne merito iudicetur lucem ueritatis indigne ferre? Vt qui tantum hoc reprehenderet, ueritatẽ planã ac dilucidã reddi. Huiusmodi aũt uerborũ nouitas (si ita appellãda est) tũ potissimũ usu uenit, dum aduersus calumniatores asserenda est ueritas, qui tergiuersando ipsam eludũt. Quod hodie plus satis experimur, quibus plurimũ est negotij in expugnandis ueritatis hostibus: adeo obliquo & uolubili flexu lubrici isti angues effugiunt: nisi fortiter premantur, & deprehensi urgeantur. Sic ueteres uarijs prauorũ dogmatum certaminibus exagitati, coacti sunt exquisita perspicuitate edisserere, quid sentirẽt, ne obliqua subterfugia impijs relinquerẽt: quibus uerborum inuolucra, errorum erant latebræ. Arrius fatebatur Christum Deum, & filium Dei: quia euidentibus scripturis reluctari nõ poterat. & quasi probe defunctus, consensum aliquem cum alijs simulabat. At interim non desinebat iactare, Christum creatum esse, & initium habuisse, ut reliquas creaturas. Quò flexilẽ hominis uafritiem è latebris extraherent ueteres, ultra progressi sunt, & declararunt Christum, æternum patris filium, patrique consubstantialem esse. Hic efferbuit Arrianorum impietas, dum nomen ὁμοουσίου pessime odisse, & execrari cœperunt. Quòd si principio, Christum confessi essent syncere, & ex animo, Deum: non inficiati essent, Patri esse consubstantialem. Quis probos illos uiros insectari audeat, quasi rixatores & contentiosos, quòd ob uoculam unam tanto disceptandi feruore incaluerint, & Ecclesiæ quietem turbauerint? At uocula illa distinguebat inter puræ fidei Christianos, & sacrilegos Arrianos. Surrexit postea Sabellius, qui Patris, Filij, & Spiritus sancti nomina uana esse disputabat: nec distinctionis alicuius causa posita, sed diuersa esse Dei attributa, cuiusmodi plurima habentur. Si in certamen uentum esset, fatebatur se credere Patrem Deum, Filium Deum, Spiritum Deum. Sed postea elabebat, nihil se aliud dixisse, quàm si Deum, fortem, & iustum, & sapientem, uocasset. Itaq; recinebat aliam cantilenam: Patrem esse Filium, & Spiritum sanctum esse Patrem, nullo ordine, nulla distinctione. Ii, quibus tum pietas cordi erat, ut hominis improbitatem frangerent, contra reclamabant, uerè agnoscendas esse in Deo uno tres proprietates. Et, ut se simplici ueritate aduersus tortuosas uersutias munirent, affirmarunt uerè in uno Deo tres personas subsistere, seu (quod idem erat) in Dei unitate, subsistere personarum trinitatem.

Arrius.

Sabellius.

Si ergo temere non sunt inuenta nomina: cauendum est ne temeritatis arguamur, ea repudiando. Vtinam quidem sepulta essent, constaret modò hæc inter omnes fides: Patrem & Filium & Spiritum, unum esse Deum: nec tamen aut Filium esse Patrem: aut Spiritum Filium: sed proprietate quadam esse distinctos. Etsi nomen hypostaseos extat apud Apostolum, eodem nisi fallor significatu, quo ueteres usurparunt, ubi Filium uocat characterem hypostaseos Dei Patris. Neq; enim ijs assentior, qui eo loco hypostasin, essentiam, interpretantur: ac si Christus. uelut sigillo impressa cæra, Patris substantiam in se repræsentaret: sed potius id uoluisse dicere epistolæ authorem existimo, Patrem, quamuis sua proprietate distinctum: sic tñ se totũ in Filio expressisse, ut ipsa quoq; illius hypostasis in hoc refulgeret. Siquidem & improprie diceretur essentię paternę character, qui totam Dei essentiam in se continet: non portione aut defluxu, sed integra perfectiõe. Neq; uerò tã præcisa sum austeritate, ut ob nudas uoculas digladiari sustineam. Animaduerto enim ueteres, multa alioqui religione de ijs rebus loquentes, nec inter se, nec singulos etiam secum ubique consentire. Quas enim

Hebr. 1.

Hilarius

Hilarius formulas à concilijs usurpatas excusat? Quò licentiæ interdum profi-
lit Augustinus? Quàm absimiles sunt Græci Latinis? Sed huius uariationis ex-
emplum unum sufficiat. Nomen ὁμοούσιον cum reddere Latini uellent, dixerunt cō-
substantialem, unam esse Patris & Filij substantiam indicantes: atque ita sub-
stantiam usurpantes pro essentia. Vnde & Hieronymus ad Damasum, sacrile-
gium esse dicit, tres in Deo substantias prædicare. Atqui plus centies apud Hi-
larium reperies, tres esse in Deo substantias. In uocabulo autem hypostaseos cp̃ perplexus est Hieronymus? Venenum enim subesse suspicatur, cum nominan-
tur tres in Deo hypostaseis. Et si quis pio sensu hac uoce utatur, impropriam ta-
men locutionem esse, non dissimulat. Et quod etiam à Socrate de ipsa scribitur li-
bro sexto historiæ tripertitæ, eò tendit, quasi ab imperitis hominibus sit perpera
ad hanc rem accommodata. Quin idem Hilarius, magno crimini ducit hæreti-
cis, quod eorum improbitate cogatur subijcere periculo humani eloquij, quæ
mentium religione contineri oportuerat: non dissimulans, quin id sit agere il-
licita, ineffabilia loqui, inconcessa præsumere. Paulo post multis adhuc excu-
sat, cp audet proferre noua nomina. Nã ubi posuit naturę nomina, Patrẽ, Filium,
& Spiritum: subnectit, extra significantiam sermonis esse, extra sensus intentio-
nem, extra intelligentiæ conceptionem, quidquid ultra quæritur. Ac alibi fœ-
lices Galliæ Episcopos prædicat, qui aliam nec excudissent, nec recepissent,
nec omnino nouissent confessionem, quam ueterem illam & simplicissimam,
quæ ab ætate Apostolorum apud omnes Ecclesias recepta fuerat. Hæc sancti
uiri modestia monere nos debet, ne confidenter, ueluti censorio stylo, protinus
notemus eos, qui in uerba à nobis concepta iurare nolint. Sed docendi sunt, quan
ta necessitate adacti sic loquamur: ac paulatim tandem assuefaciendi: comiter
etiam admonendi, ne ubi occurrendum est ex una parte Arrianis, ex altera Sa-
bellianis, utrisq; tergiuersandi ansam præcidi stomachantes, nonnullam suspi-
cionem inijciant, uel Arrij se esse discipulos, uel Sabellij. Dicit Arrius Christum
esse Deum: sed mussitat factum esse, & initium habuisse. Dicit unum cum Pa-
tre: sed clam in suorum aures insusurrat, unitum ut cæteros fideles: quanquam
singulari prærogatiua. Dic consubstantialem, detraxeris uersipelli laruam, & ta-
men nihil addis scripturis. Dicit Sabellius Patrem, Filium, & Spiritum sanctum
nihil in Deo distinctum sonare. Dic tres esse: uociferabitur te nominare tres
Deos. Dic in una Dei essentia personarum Trinitatem, dixeris uno uerbo quod
scripturæ loquuntur: & inanem loquacitatem compresseris. Quòd si q tã anxia
constringuntur superstitione, ut hæc nomina non ferant: nemo tamen iam, uel si
rumpatur, inficiari poterit, cum unum audimus, intelligendam esse substantię u-
nitatem: cum tres audimus, in una hac essentia, Trinitatem proprietatum esse con
siderandam. Quo non fraudulenter confesso, uerbo nihil moramur. Nunc ad
simplicem symboli enarrationem ueniendum.

Lib. 2. de Trinit.

De concil.

PARS SYMBOLI PRIMA.

Credo in Deum patrem omnipotentem.

Vbi primum adnotanda est loquendi forma. Nam in Deum, seu in Deo cre-
dere, perinde ualet, ac ipsum pro Deo nostro amplecti & agnoscere, ut ei ac uer-
bo eius adhæreamus. Est enim ex Hebraica phrasi sumpta locutio: quæ credere
in Deum seu in Deo usurpat, pro eo quod Latini dicunt, Deo credere seu fidem
habere. Nisi quod plus quiddam habere energiæ uidetur. Hic ergo pij Deum se
agnoscere & amplecti in Deum suum profitentur, ut uicissim ab ipso coopten-
tur in populum: quò gloriari cum sanctis omnibus possint. Nonne tu à princi-
pio Deus noster? Non moriemur. Siquidem ubi eum habemus Deum simul
in eo repositam habemus uitam & salutem. In cuius fiduciæ confirmationem,

Habacuc. 1

subnecti-

Ephe. 3. subnectitur Patris epitheton. Per dilectum enim Filium, in quo acquieſcit anima eius, ſe nobis patrem manifeſtauit. Ita nos in ipſo complectit, ut inde omnis nominetur cognatio in cœlo & in terra: Simul ergo in Deum ſe attollit fides, patris loco illum tenet. Non enim illum apprehendere poteſt ſine filio, per quem tanti Roma. 8. boni communicatio ad nos deriuatur. Quod ſi ille nobis in patrem, nos illi filio- 2. Corin. 6. rum loco: ſi filij, ergo hæredes. Omnipotentiam illi deferimus, non qualem ſophiſtæ fingunt, inanem, ſopitam, ocioſam: ſed uigilem, efficacem, operoſam. Ideo enim omnipotens eſt Deus, non ꝙ poſsit quidem facere, ceſſet tamen interim & deſideat: ſed quia eius manu omnia continentur, eius prouidentia cœlum & terra gubernantur, eius conſilio & nutu res omnes geruntur & diſpenſantur. Nam ſi omnia quæcunꝙ uoluerit facit, curam autem & prouidentiam eius Pſal. 115 nihil effugit: ſequitur, nihil niſi eius uoluntate uirtuteque fieri. Sed hæc leuiter attigimus duntaxat, quoniam fuſiorem eorum tractationem in aliũ locum differimus. Duplici autem conſolatione ſe fides armat ex Dei omnipotentia. Quòd ſatis amplam benefaciendi facultatem penes eum eſſe intelligit, cuius brachium ad omnia regenda, gerenda, diſpẽſanda extendat̃: cuius in poſſeſsione cœlum ſit & terra: cuius nutum omnes creaturæ reſpiciant, ad ſalutem piorum promouendam. Quòd ſatis ſecuritatis in eius eſſe protectione uidet, cuius uoluntati omnia ſubiacent, quæ alicunde timeri poſſunt nocumenta, cuius imperio, ceu freno, coercetur Sathan, cum ſuis omnibus machinamentis & quidquid uſpiam ſaluti noſtræ aduerſatur.

Creatorem cœli & terræ.

Sub cœli & terræ nominibus cœleſtia omnia & terrena hic cõprehenduntur, acſi Deus ſine exceptione diceret̃ rerum omniũ creator. Quod explicatius in ſymbolo Niceno habet̃, ubi omniũ uiſibiliũ & inuiſibilium uocat̃ conditor. Idꝙ factũ eſſe propter Manichæos ueriſimile eſt: qui duo principia ſomniabant, Deũ & diabolum: ac Deo quidem tribuebant bonarum rerum creationem: malas aũt naturas ad diabolum authorem referebant. Hunc errorẽ, cũ & ubiꝙ in ſcriptura damnetur, & Dei gloriæ palam deroget, oportuit in communi confeſsionis formula repudiari ac confutari. Nam quod unicum habent fundamentum Manichei, nefas eſſe adſcribi Deo ullius rei malæ creationem, id cum orthodoxa religione nimiũ pugnat: quæ non admittit aliquã eſſe in mundi uniuerſitate malã naturam. Nã nec malitia tum hominis tum diaboli, aut quæ inde naſcuntur peccata, ex natura ſunt, ſed ex naturæ corruptiõe: nec ulla omnino creatura ab initio extitit, in qua nõ & ſapientiæ & iuſtitiæ ſuæ ſpecimen ediderit Deus. Iam uero cum nihil magis proprium Dei ſit, q̃ æternitas & αὐτοσία, id eſt, à ſeipſo exiſtentia, ut ita loquar: qui diabolo hoc tribuũt, nonne quodammodo eum diuinitatis ornãt titulo? Deinde ubi erit omnipotẽtia Dei, ſi diabolo tale conceditur imperium, ut illo inuito ac repugnante, quidquid uoluerit exequatur? Merito igitur ea inſania, à qua pij omnes abhorrere debent, ſtatim in principio ſymboli refellitur.

Primum ergo dicitur Deus cœlum & quæ in cœlo continentur, creaſſe. In eo autem ordine ſunt Spiritus cœleſtes, tam ij qui per obedientiã in ſua integritate perſtiterunt, quã qui defectione in ruinã collapſi ſunt. Neque obſtat ꝙ inter Dei opera nihil de ijs nominatim habetur apud Moyſen. Videmus enim ut ijs omnibus, quæ captu noſtro altiora erant, prætermiſſis, ea tantum cõmemorando quæ ſub oculis ſunt, idꝙ, quoad poteſt fieri, populariter, ruditati ſe noſtrę accõmodet. Deinde id in uniuerſum obſeruare licet, Spiritum ſanctum in ſacris ſuis oraculis potiſsimum ac fere perpetuo ijs docendis inſiſtere, quæ uere ſint fructuoſa, id eſt, ad pietatem, fidem, charitatem uel gignendam uel augendam uel confirmandam faciant: in quibus uero parum eſt momenti ad ædificationem, ea uel ſubticere prorſus, uel certe leuiter & curſim attingere. Proinde officij quoque noſtri eſt, in exigendis talium rerum teſtimonijs non nimis moroſos nos exhibere, ac

re, ac pertinaciter negare, quidquid in illa creationis historia non syllabatim enumeratur. Angelos sane, cum Dei sint ministri, ad iussa eius exequenda ordinati, esse quoq; illius creaturas extra controuersiam esse debet. De tempore uel ordine, quo creati fuerint, contentionem mouere, nonne peruicaciæ magis quàm diligentiæ est? Terram esse perfectam & cœlos perfectos cum omni exercitu eorum narrat Moyses. Quid attinet anxie percontari, quoto die illi cœlestes exercitus esse cœperint? Ne lõgior sim, meminerimus hic ut in tota religionis doctrina, tenendam esse unam modestiæ & sobrietatis regulam, ne de rebus obscuris aliud uel loquamur, uel sentiamus, uel scire etiã appetamus, quàm quod Dei uerbo fuerit nobis traditum. Alteram, ut lectione scripturæ, ijs continenter quærendis ac meditandis immoremur, quæ ad ædificationem pertinent: non curiositati aut rerum inutilium studio indulgeamus. Et quia Dominus non in friuolis quæstionibus, sed in solida pietate, timore nominis sui, uera fiducia, sanctitatis officijs erudire nos uoluit, in ea scientia acquiescamus. Quamobrẽ si rite sapere uolumus: relinquenda sunt nobis illa ματαιώματα, quæ ab ociosis hominibus de angelorum natura, ordinibus, multitudine, absq; Dei uerbo traduntur. scio hæc cupidius à multis arripi, & maiori uoluptati esse, quàm quæ in usu quotidiano sunt posita. Verũ nisi Christi discipulos esse nos piget, eam, quam ipse methodum præscripsit, sequi ne pigeat. Ita fiet, ut eius magisterio contenti, à superuacuis speculationibus, à quibus nos reuocat, non tantum abstineamus: sed etiam abhorreamus. Dionysium illum, quicunq; fuerit, nemo negauerit multa subtiliter & argute in cœlesti Hierarchia disputasse. Verum si quis propius excutiat, deprehendet maxima ex parte meram esse garrulitatem. Theologo autem, non garriendo aures oblectare: sed uera, certa, utilia docendo conscientias confirmare propositum est. si librum illum legas: putes hominem de cœlo delapsum referre, non quę didicit, sed quæ oculis uidit. Atqui Paulus, qui extra tertium cœlum raptus fuerat, non modo nihil tale prodidit: sed testatus quoq; est, nefas esse homini loqui quæ uiderat arcana. Illa ergo nugatoria sapientia ualere iussa, ex simplici scripturæ doctrina consideremus, quod de Angelis suis scire nos Dñs uoluit.

Angelos esse cœlestes Spiritus, quorum ministerio & obsequio utitur Deus ad exequenda omnia quæ decreuit, passim in scriptura legitur: unde & hoc illis nomen attributum est, quòd illos ueluti internuncios adhibeat Deus ad se hominibus manifestandum. Aliæ etiam, quibus insigniuntur, appellationes ex simili ratione sumptæ sunt. Exercitus uocant, quia, ut satellites, principẽ suũ circũdant, eius maiestatẽ exornant & conspicuã reddunt: & instar militum ad signum ducis sui semper intẽti sunt, & ita parati sunt ac expediti ad capessenda illius iussa, ut simul ac annuerit, operi se accingant, uel potius sint in opere. Talem imaginẽ throni Dei, ad declarandam eius magnificentiam, cum alij Prophetę describunt: tum precipue Daniel, ubi mille milia & decies mille myriadas adstitisse dicit, cũ Deus tribunal conscendisset. Qm uero uim ac fortitudinem manus suæ Dominus per ipsos mirabiliter exerit ac declarat, inde uirtutes nominantur. Quia uero imperium suum in mundo per eos exercet ac administrat: ideo dicuntur nunc principatus, nunc potestates, nunc dominationes. Postremo quia in illis quodãmodo residet gloria Dei, throni quoq; hac ratiõe appellant. Istis nominibus sæpe utitur Spiritus sanctus, ad cõmendandam angelici ministerij dignitatẽ. Neq; em æquũ est, sine honore prętereri ea instrumenta, quibus numinis sui præsentiã specialiter Deus exhibet. Quinetiã ob id nõ semel Dij nuncupant, q in suo ministerio, uelut in speculo, diuinitatẽ aliqua ex parte nobis repręsentãt. Tametsi em mihi non displicet, q ueteres scriptores, ubi scriptura Angelũ Dei Abrahę, Iacob, Moysi, & alijs apparuisse cõmemorat, Christũ fuisse Angelũ illũ interpretant: sępius tamẽ, ubi de Angelis omnibus fit mẽtio, hoc nomẽ illis tribuit. Neq; id mirũ uideri debet. Nã si principibus ac prefectis id honoris datur, q Dei, qui summus est Rex & Iudex, uices gerunt in sua functione: longe maior causa est, cur deferatur Angelis, in quibus diuinæ gloriæ claritas multo abundantius elucet.

Cap. 1

Quod

Quod aũt ad cõsolationẽ nostrã fideiq; cõfirmationẽ facere maxime poterat, in eo docẽdo plurimũ insistit scriptura. Nẽpe Angelos diuinę erga nos beneficẽtię dispẽsatores esse & administros. Ideoq; cõmemorat pro salute nostra ipsos excubare, suscipere defensionẽ nostri, uias nostras dirigere, solicitudinẽ gerere, ne qd aduersi nobis accidat. Vniuersales sunt sentẽtię, quę in primis ad Christũ Ecclesięq; caput, deinde ad oẽs fideles pertinẽt. Angelis suis mãdauit de te, ut custodiãt te in omnibus uijs tuis. In manibus portabũt te, ne forte offendas ad lapidẽ pedes tuos. Item, Manet angelus Dñi per circuitũ eorum qui timent eum, & eruit eos. Quibus ostendit Deus, sese eorum, quos custodiendos suscepit, tutelam Angelis suis delegare. Secundum hanc rationem Angelus Domini consolaẽ Agar fugitiuam, & Dñæ suæ reconciliari iubet, pollicetur Abraham seruo suo Angelum fore ducem itineris ipsius. Iacob in benedictione Ephraim & Manasse, precatur ut Angelus Domini, per quẽ liberatus fuerat ab omni malo, prosperari eos faciat. sic Angelus protegendis Israelitici populi castris præfectus fuit: & quoties uoluit Israelem Deus redimere è manu hostium, Angelorum ministerio, uindices excitauit. Sic deniq;, ne plura commemorare necesse sit, Angeli Christo ministrarunt, & ei adfuerunt in omnibus angustijs. Eius resurrectionem mulieribus, discipulis glorioſum aduentum nunciarunt. Itaq; quò istud protectionis nostræ munus impleant, contra diabolum omnesq; hostes nostros depugnant, & uindictam Dei aduersus eos, qui nobis infesti sunt, exequuntur. Quemadmodum legimus angelum Dei, ut Ierusalem obsidione liberaret, centum octoginta quinq; milia in castris Regis Assirij una nocte confecisse.

Psal. 91
Psalm. 34
Gen. 16
Gen. 24. 48
Exo. 14. 23
Iud. 2. & 13
Matth. 4
Luc. 22
2. Regũ. 19
Iesa. 37

Cæterum an singulis fidelibus singuli Angeli sint attributi ad eorum defensionem, pro certo asserere non ausim. Certe cũ Daniel Angelum Persarum & Græcorum Angelum inducit, significat certos Angelos regnis ac prouincijs quasi præsides destinari. Christus etiam, cum dicit Angelos puerorum semper uidere faciem Patris, certos esse Angelos, quibus commendata sit eorum salus, innuit, sed ex eo nescio an colligi debeat, unicuiq; præesse suum Angelum. Nam de omnibus Angelis simul dicitur, q; plus gaudeant super uno peccatore ad resipiscentiam conuerso, quàm super nonaginta nouem iustis, qui in iustitia perstiterint. De pluribus etiam Angelis dicitur, q; Lazari animam in sinum Abrahæ detulerint. Vnus est locus, qui uidetur ad id confirmandum alijs paulò clarior. Nam cum Petrus è carcere eductus pulsasset ad fores domus in qua congregati erant fratres, cum suspicari non possent eum esse, dicebant esse Angelum ipsius. Videtur hoc illis in mentem ueniſse ex communi conceptione, q; singulis fidelibus præsides assignati sint sui Angeli. Quanquam hic quoq; responderi potest nihil obstare, quo minus unumquemlibet ex Angelis intelligamus, cui Dominus tunc Petri curam mandasset: qui tamen non propterea esset perpetuus eius custos. Quemadmodum uulgo imaginantur, duos Angelos, bonum & malum, tanquã diuersos genios, singulis esse attributos. Neq; tamen operæprecium est anxie inuestigare, quod scire nostra non multum refert. Nam si cui hoc non satisfaciet, omnes cœlestis militiæ ordines pro salute sua excubias agere, non uideo quid proficere ex eo possit, si intelligat Angelum unum peculiariter custodem sibi datum. De multitudine uero & ordinibus qui definire audent, uiderint quale habeant fundamentum. Michael, fateor, princeps magnus uocatur apud Danielẽ: & Archangelus apud Iudam. Et Archangelum fore docet Paulus, qui tuba cita bit homines ad iudicium. sed quis inde poterit honorum gradus inter Angelos statuere, distinguere singulos suis insignibus, locum & stationem cuiq; assignare? Nam & duo nomina quę in scripturis extant, Michael & Gabriel, & tertium si addere uelis ex historia Tobiæ, ex significatu uideri possunt pro infirmitatis nostræ captu Angelis indita. Et si id in medio malo relinquere. Quantum ad numerũ, audimus ex ore Christi multas legiones, à Daniele multas myriadas. Quid quid præterea de utroq; quæri potest, credamus ex eo esse genere mysteriorum, quorũ plena reuelatio in ultimũ diẽ differtur. Proinde à nimia uel in quærendo curio-

Daniel. 10. & 11.
Matth. 18
Luc. 15.
Luc. 16
Acto. 12
Daniel. 12
1. Thessa. 4

curiositate, vel in loquendo audacia cauendum meminerimus.

Hoc tamen, quod nonnulli inquieti homines in dubium vocant, pro certo est habendum: Angelos spiritus esse ministratorios, quorum obsequio vtitur Deus ad suorum protectionem, & per quos tum sua beneficia inter homines dispensat, tum reliqua etiam opera exequitur. Fuit illa quidem olim Saducæorum opinio, per Angelos nihil designari, quàm uel motus, quos Deus hominibus adspirat, vel ea quę edit uirtutis suę specimina. Sed huic deliramẽto tot reclamãt scripturę testimonia, ut mirũ sit tam crassam ignorationẽ in illo populo ferri potuisse. Vt enim omittã q̃s superius locos citaui: ubi referunt̃ milia & legiones Angeloũ, ubi gaudiũ illis tribuit̃, ubi narrant̃ fideles manibus sustinere, eorũ animas deferre in quietem, videre faciem Patris & similia: sunt alij ex quibus clarissime euincitur reuera esse spiritus naturæ subsistentis. Nam quod Stephanus dicit, legem esse latam in manu Angelorum, & Christus, electos fore post resurrectionem angelis similes, Diem iudicij ne angelis quidẽ esse cognitum, se tunc uenturum cum sanctis angelis, ut maxime torqueat̃, necesse erit ita intelligi. Similiter cum Paulus Timotheũ coram Christo & electis ipsius angelis attestatur ut præcepta sua custodiat, non qualitates aut inspirationes sine substantia, sed ueros Spiritus denotat. Nec aliter subsistit quod in Epistola ad Hebręos legitur, Christum excellentiorem Angelis effectum, illis non esse subiectum orbem terrarum, Christum nõ ipsorum sed hominum naturam assumpsisse, nisi beatos esse Spiritus intelligamus, in quos cadant istæ comparationes. Et ipse author Epistolæ seipsum declarat, ubi in regno Dei fidelium animas & sanctos angelos simul collocat. Hoc obiter attingere libuit, ad simplices præmunien dos aduersus illas stultas & absurdas cogitationes, quæ ante multa sæcula à Sathana excitate subinde repullulant.

Acto. 7. *Matth. 22.* *24.* *Matth. 25.* *Lucæ. 9.* *1. Timo. 5.* *Hebr. 1. 2* *Hebræ. 12.*

Restat ut superstitioni occurramus, quæ obrepere plęrumq; solet, ubi dicitur, Angelos nobis omnium bonorum ministros esse ac præbitores. Eo enim protinus delabitur hominis ratio, ut nihil non honoris deferendum illis putet. Ita fit, ut quæ solius Dei & Christi sunt, ad ipsos transferantur. Ita uidemus Christi gloriã superioribus aliquot sæculis fuisse multis modis obscuratam, cum immodicis elogijs angeli præter Dei uerbum cumularentur. Neq; ullũ fere antiquius est uitium ex ijs quę hodie impugnamus. Siquidem Paulo etiam fuisse magnum certamen cum nonnullis apparet, qui sic angelos euehebant, ut Christum propemodum in ordinem redigerent. Hinc tanta solicitudine urget in Epistola ad Colossenses, Christum non modo Angelis omnibus esse anteferendum: sed ipsis quoque bonorum omnium esse authorem: ne eo derelicto ad illos conuertamur, qui nec sibi sufficere possunt, sed ex eodem, quo nos, fonte hauriunt. Certe cum in eis fulgor diuini numinis refulgeat: nihil est magis procliue, q̃ in eorum adorationẽ stupore quodam nos prosterni: & omnia deinde illis tribuere, quæ non nisi Deo debentur. Quod etiã Ioannes in Apocalypsi fatetur sibi accidisse. Sed simul addit fuisse sibi responsum, Vide ne feceris: conseruus tuus sum: Deũ adora. Atqui hoc periculum bene cauebimus, si expendamus cur per eos potius q̃ per se sine ipsorum opera potentiam suam declarare, fidelium salutem curare, suæq; beneficentiæ dona ipsis communicare soleat. Non facit hoc certe necessitate: quasi carere illis nequeat. Nam quoties libet, ipsis præteritis, opus suum uel solo nutu peragit. Tantum abest ut ad leuandam difficultatem sint illi subsidio. Hoc ergo ad solatium nostræ imbecillitatis facit, ne quid omnino, qnod animis nostris uel in bonam spem erigendis, uel in securitate confirmandis ualeat, desideremus. Illud quidem unum satis superq; esse deberet, q; Dominus asserit se nostrum esse protectorem. Sed dum tot periculis, tot noxis, tot hostiũ generibus uidemus circumsideri, quæ nostra est mollities ac fragilitas, fieri interdum poterit, ut trepidatione impleamur, uel desperatione concidamus, nisi pro modulo nostro gratiæ suæ præsentiam apprehendere nos Dominus faciat. Hac ratione non modo nos sibi curæ fore promittit: sed se innumeros habere satellites, quibus procurandam salutem nostram mandauerit. Horum præsidio ac tutela quamdiu sepți sumus, quidquid

Apocal. 19.

periculi immineat, nos extra omnem mali aleam esse positos. Perperam id quidem fieri à nobis fateor, quòd post illam simplicem promissionem de unius Dei protectione adhuc circumspectamus, unde ueniat nobis auxilium. Sed quia Dominus pro immensa sua benignitate vult huic nostro vitio subuenire, non est cur tantũ eius beneficiũ negligamus. Eius rei exemplũ in puero Elisæi habemus, q cum montẽ obsidione cingi uideret ab exercitu Syrorum, nec ullum effugium patere, pauore consternabatur, quasi actum de se ac Domino suo esset. Hic Elisæus Deũ precatus est, ut illius aperiret oculos. Ille protinus montem equis ac curribus igneis refertum conspicit, multitudine scilicet angelorum, à quibus custodiendus erat cum Propheta. Hac uisione confirmatus se recepit, & hostes potuit intrepido animo despicere, quorum aspectu fuerat prope exanimatus. Proinde quidquid de Angelorum ministerio dicitur, ad hunc finem dirigamus, ut expugnata omni diffidentia spes in Deo nostra fortius stabiliatur. Siquidem hæc præsidia ideo nobis à Domino sunt comparata, ne hostium multitudine terreamur, quasi aduersus opem eius præualeret: sed ad illam Elisæi sententiam confugiamus, plures esse pro nobis quàm contra nos. Quã igitur prepposterum est, ut nos abducant Angeli à Deo? qui in hoc sunt constituti, ut præsentiorem eius opem nobis testentur. Abducunt autem, si non recta ad ipsum manu ducunt, ut solum auxiliatorem spectemus, inuocemus, ac prædicemus: si non ut eius manus à nobis considerantur, quæ nullum ad opus, nisi ipso dirigente, se moueant: si non in uno mediatore Christo nos retinent, ut ab eo prorsus pendeamus, in eo recumbamus, ad eum feramur, & ipso acquiescamus. Quod enim in uisione Iacob describitur, hærere ac penitus infixum esse animis nostris debet: Angelos in terram ad homines descendere, & ab hominibus in cœlum ascendere per scalam, cui insidet Dominus exercituum. Quo indicatur, sola Christi intercessione fieri, ut Angelorum ministeria ad nos perueniãt. Itaq; seruus Abrahæ, Angeli custodię commendatus, non propterea ipsum inuocat ut sibi adsit: sed ea commendatione fretus preces fundit coram Domino, petitq; ut misericordiam suam erga Abrahamum exerat. Quemadmodum enim non ideo potentiæ bonitatisq; suæ ministros faciteos Deus, ut suam cum illis gloriam partiatur: ita non opem suam ideo in ipsorum ministerio nobis promittit, ut nostram inter ipsos & eum fiduciam diuidamus. Valeat ergo Platonica illa Philosophia, de quærendo per Angelos ad Deum aditu, & ipsis in hunc finem colendis, quò Deum faciliorem nobis reddant: quam superstitiosi curiosique homines conati sunt in religionem nostram ab initio inuehere & ad hunc usq; diem perseuerarunt.

2. Reg. 6.

Gene. 28.

Gene. 24

Vide Plat. in epinomide & Cratyl.

Quę de Diabolis scriptura tradit eò ferè tendunt omnia, ut soliciti simus ad prę cauendas eorum insidias & molitiones, tum ijs armis nos instruamus, quę ad propulsandos potentissimos hostes satis firma sint ac ualida. Nam cum Deus ac Princeps huius sæculi uocatur Sathan, cum fortis armatus, spiritus cui potestas est aëris, leo rugiens dicitur: non aliò respiciunt istæ descriptiones, nisi ut cautiores simus & uigilantiores tum ad pugnam capessendam paratiores. Quod etiam expressis uerbis interdum notatur. Nam Petrus postquàm Diabolũ dixit circuire instar leonis rugientis quærentem quos deuoret: mox adhortationem subiungit, ut fide fortiter resistamus. Et Paulus ubi monuit luctam nõ cum carne & sanguine nobis esse: sed cum principibus aëris, potestatibus tenebrarum, & nequitijs spiritualibus, continuo arma induere iubet, quæ ad tantum tamq; periculosum certamẽ sustinendũ paria sint. Quare nos quoq; ad hunc finẽ omnia conferamus, ut hostẽ, & hostẽ audacia promptissimũ, viribus robustissimũ, artibus callidissimũ, diligentia et celeritate infatigabilẽ, machinis omnibus refertissimũ, pugnandi scientia expeditissimũ nobis assidue imminere pręmoniti, non socordia uel ignauia opprimi nos sinamus: sed ex aduerso, erectis excitatisque animis, pedem figamus ad resistendum: & quia hæc militia non nisi morte finitur, ad perseuerantiam nos hortemur. Pręcipue uero imbecillitatis & ruditatis nostræ nobis conscij

1. Petri. 5. Ephe. 6.

Dei

Dei opem inuocemus, nec quicquàm tentemus nisi ipso freti: quàndo ipsius est solius & consilium, & robur, & animos, & arma subministrare.

Quo autem ad id agendum magis excitemur ac vrgeamur, non unum aut alterum aut paucos hostes: sed magnas esse copias denunciat scriptura, quæ nobiscũ bellũ gerunt. Nam & Maria Magdalena dicit liberata fuisse à septem Dæmonijs quibus occupabatur: & illud esse ordinarium testatur Christus quòd si eiecto semel Dæmonio locum iterum patefacias, septem spiritus nequiores secũ assumit ac redit in possessionem uacuam. Imo legio tota dicit hominẽ unũ obsedisse. His ergo docemur, cum infinita hostiũ multitudine bellandum nobis esse: ne paucitate contempta simus ad prælium remissiores, uel intermissionẽ aliquam dari nobis interdum putantes desidiæ indulgeamus. Quod autẽ singulari numero sæpe unus Sathan & diabolus nobis proponitur, in eo denotat Principatus ille iniquitatis, q aduersatur regno iustitiæ. Quemadmodũ enim Ecclesia & sanctorum societas Christum habet caput: ita impiorum factio & ipsa impietas cum suo principe nobis depingitur, qui summum imperium illic obtineat. Qua ratione dictum est illud. Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est Diabolo & angelis eius. Hoc quoq; ad perpetuum cum diabolo certamen accendere nos debet, q aduersarius Dei & noster ubiq; dicitur. Nam si cordi nobis est Dei gloria, ut par est: totis uiribus aduersus eum enitendum est, qui illius extinctionem molitur. Si ad regnum Christi asserendum animati sumus ut oportet: necesse est nobis irrecõciliabile cũ eo bellũ esse, q in illius ruinã cõspirat. Rursus si qua salutis nostræ cura nos tangit, nec pax nec inducię cum eo nobis esse debent, qui in eius perniciẽ assidue insidias tendit. Talis autem describitur Geneseos tertio: Vbi hominẽ ab obedientia quam Deo debebat abducit: ut simul & Deum iusto honore spoliet: & hominẽ ipsum in ruinam præcipitet. Talis etiam in Euangelistis: ubi inimicus uocatur, & spargere Zizania ad corrumpendum uitæ æternę semen dicit. In summa, quod de ipso testatur Christus, ab initio fuisse homicidam & mendacẽ, in omnibus eius factis experimur. Mendacijs enim ueritatem Dei oppugnat, lucem tenebris obscurat, hominum mentes implicat erroribus, odia suscitat, contentiones ac pugnas accendit, omnia in eum finem, ut Dei regnum euertat, homines in æternum interitum secum demergat. Vnde constat, ipsum natura prauum, malignũ, ac malitiosum esse, Nam in eo ingenio quod ad gloriam Dei & hominum salutẽ impetendam factum est, summam prauitatem esse oportet. Hoc etiam significat Ioannes in sua Epistola, cum scribit eum ab initio peccare. Siquidem intelligit, ipsum omnis malitiæ & iniquitatis authorem, ducem, architectum.

Marc. 16.
Matth. 12.
Lucæ. 8.
Matth. 25.
Matth. 13.
Ioan. 8.
1 Ioan. 3.
Ioan. 8.

Atqui cum à Deo conditus sit Diabolus, hanc malitiam, quam eius naturę tribuimus, nõ ex creatiõe, sed ex deprauatione esse meminerimus. Quidquid enim damnabile habet, defectione & lapsu sibi accersiuit. Quod ideo nos admonet scriptura, ne talem credentes à Deo prodijsse, Deo ipsi adscribamus, quod est ab eo alienissimum. Hac ratione denunciat Christus, Sathanam ex propijs loqui, cum mendacium loquitur: & rationem ponit, quia non stetit in ueritate. Certe cum in ueritate perstitisse negat, innuit aliquando in ea fuisse. Et cum patrem facit mendacij, hoc illi adimit, ne Deo uitiũ imputet, cuius ipse sibi caussa fuit. Quanquàm autem hæc breuiter sunt & minus clare dicta: ad id tamen abunde sufficiunt, ut Dei maiestas ab omni calumnia uindicetur. Et quid nostra refert, uel plura uel in alium finem de Diabolis scire? fremunt nonnulli, quòd non ordine & distincte lapsum illum, eiusq; caussam, modum, tempus, speciem pluribus locis in scriptura sit expositum. Sed qa hæc nihil ad nos: melius fuit, si non subticeri in totũ, at certe leuiter attingi: quia nec Spiritu sancto dignum fuit, inanibus historijs, sine fructu, curiositatem pascere: & uidemus hoc fuisse Domino propositum, nihil in sacris suis oraculis tradere, quod non ad ędificationem disceremus. Ergo ne superuacuis ipsi immoremur, contenti simus hoc breuiter habere de diabolorum natura. Fuisse prima creatione Angelos Dei: sed degenerando se perdidisse, & alijs factos esse instrumenta perditionis. Hoc quia utile cognitu erat, clare apud Pe-

trum & Iudam docetur. Angelis, inquiunt, qui peccauerant, nec seruarant suã ori-
2. Pet. 2: ginem, sed reliquerant suum domicilium, non pepercit Deus. Quantum uero ad
discordiam & pugnam attinet, quam Sathanæ, esse cum Deo diximus, sic accipe-
Iob. 1. re oportet, ut fixum interim illud maneat, illum nisi volente & annuente Deo, ni-
hil facere posse. Legimus enim in Historia Iob, illum se sistere coram Deo ad exci-
pienda mandata, nec pergere audere ad facinus aliquod obeundum, nisi impetra-
ta facultate. Sic & cum decipiendus est Achab, recipit se fore spiritum mendacij
in ore omnium Prophetarum, & à Domino amandatus id præstat. Hac ratione
& Spiritus Domini malus dicitur, qui torquebat Saul, q̃ eo velut flagello punie-
Psalm. 78. bantur impij Regis peccata. Et alibi scribitur plagas Aegyptijs fuisse à Deo inflic-
tas per angelos malos, secundum hæc particularia exempla, Paulus generaliter
2 Thes. 2. testatur excæcationem incredulorum opus esse Dei: cum antea vocasset operatio-
nem Sathanæ. Constat ergo sub Dei potestate esse Sathanam: & sic ipsius nutu re-
gi, ut obsequium reddere ei cogatur. Porro cum dicimus Sathanam Deo resiste-
re, & illius opera cum huius operibus dissidere: hanc repugnantiam & hoc certa-
men à Dei permissione pendere simul asserimus. De uoluntate iam non loquor:
nec etiam de conatu: sed de effectu tantũ. Quando enim improbus est natura Dia-
bolus, minime ad obedientiam diuinæ uoluntatis propensus est, sed totus ad con-
tumaciam & rebellionem fertur. Hoc igitur à seipso suaq̃ nequitia habet, ut cupi-
ditate & proposito Deo aduersetur. Hac improbitate extimulatur ad conatum ea-
rum rerum, quas maxime aduersarias esse Deo putat. Sed quia Deus illum poten-
tiæ suæ freno uinctum constrictumq̃ tenet, ea modo exequitur, quę sibi diuinitus
concessa fuerint: atq̃ ita creatori suo uelit nolit obsequitur: quia cogitur ministeri-
um præbere, quocunq̃ ille impulerit.

Iam uero quia Deus immundos spiritus, prout libitum est, huc illuc inflectit:
hoc regimẽ ita temperat, ut fideles pugnando exerceant, adoriantur insidijs, incur-
sionibus solicitent, pugnando urgeant, fatigent etiam sæpe, conturbẽt, pauefaci-
ant, ac interdũ uulnerent, sed nunquàm uincant nec opprimant: impios autẽ sub
actos trahant, in eorum animis & corporibus imperium exerceant, ad omnia fla-
gitia uelut mancipijs abutantur. Quantum ad fideles attinet, quia ab eiusmodi ho-
Ephe. 4. stibus inquietantur, ideo has exhortationes audiũt. Nolite locum dare Diabolo.
1. Pet. 5. Diabolus hostis uester ut leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite
fortes fide. Et similiter. Ab hoc genere certaminis se non fuisse immunem fatetur
2. Corin. 12 Paulus, cum scribit ad remedium domandæ superbiæ sibi datum Sathanæ ange-
lum, à quo humiliaretur. Omnibus ergo Filijs Dei commune est id exercitium.
Genesis. 3. Quia autem promissio illa de conterendo Sathanæ capite ad Christum & omnia
eius membra communiter pertinet: ideo nego uinci unquàm uel opprimi ab eo fi-
deles posse. Consternantur quidẽ sæpe: sed non exanimantur, quin se recolligant:
Concidunt uiolentia ictuum, sed postea eriguntur: uulnerantur: sed non lętaliter.
Deniq̃ sic laborant toto uitæ curriculo, ut in fine uictoriam obtineant. Ideo Pau-
lus promissionem superius citatam inchoari in hac uita ubi luctandum est ostẽ-
Roma. 16. dit: post luctã adimpleri, cum dicit. Deus autẽ pacis breui Sathanam conteret sub
pedibus uestris. In capite quidem nostro semper ad plenũ extitit hæc uictoria: qa
nihil in eo habuit Princeps mundi. In nobis aũt, qui membra eius sumus, ex parte
nunc apparet: perficiet autẽ, cum carne nostra exuti, secundũ quam infirmitati ob-
noxij adhuc sumus, Spiritus sancti uirtute pleni erimus. In hũc modũ ubi suscitat
Lucæ. 10. erigiturq̃ regnũ Christi, Sathã cum sua potestate cõcidit. Quẽadmodũ ait Domi-
nus ipse. Videbã sathanã quasi fulgur de cœlo cadentẽ. Hoc enim responso cõfir-
mat, q̃d de prędicationis suę potẽtia retulerãt Apostoli. Nõ ergo in animas fide-
Lucæ. 11. lium permittit Deus regnũ Sathanę: sed impios dũtaxat & incredulos illi gubernã-
2. Cori. 4. dos tradit, q̃s in suo grege censere nõ dignat. Nã dicit hunc mundũ sine contro-
Ephe. 2. uersia occupare, donec à Christo exturbet: item excęcare oẽs qui nõ credũt Euan-
Ioan. 8. gelio: itẽ peragere opus suũ in filijs contumacibus. Et merito, sunt enim impij oẽs
1. Ioan. 3. vasa irę. Ideo cui potius q̃ diuinę vltionis ministro subijcerentur? Deniq̃ ex patre

Diabolo

Diabolo esse dicunt, qa ut in eo Filij Dei agnoscuntur fideles, q imagine eius gerunt: ita illi ex Sathanę imagine, in quā degenerarunt, eius Filij proprie censent.

Quemadmodum autem superius refutauimus nugatoriam illam de sanctis angelis Philosophiam, quę docet nihil esse quàm inspirationes vel motiones bonas, quas in mentibus hominum Deus excitat: sic & hoc loco refellendi sunt, qui Diabolos nihil quàm malos affectus aut perturbationes esse nugantur, quæ nobis ingeruntur à carne nostra. Id autem breuiter facere licebit, quia extant non pauca in hanc rem, & satis aperta scripturæ testimonia. Primum cum immundi Spiritus uocantur, & angeli apostatæ, qui ab origine sua degenerarunt, ipsa nomina satis exprimunt, non motiones aut affectiones mentium: sed magis reuera quod dicuntur, mentes vel Spiritus sensu & intelligentia præditos. Similiter ubi Filij Dei cum Diaboli filijs tam à Christo quàm ab Iohanne conferuntur, nonne inepta esset comparatio, si nomen Diaboli nihil q malas inspirationes designaret? Et Iohannes aliquid etiamnum apertius addit: Diabolum ab initio peccare. Similiter cum Michaelem Archangelum inducit Iudas pugnantem cum Diabolo: certe angelo bono opponit malum & defectorem. Cui respondet id quod legitur in Historia Iob, comparuisse Sathanam cum sanctis Angelis coram Deo. Clarissimi autem omnium sunt illi loci, qui mentionem pœnæ faciunt, quam sentire incipiunt à Dei iudicio, & præcipue sensuri sunt, in resurrectione. Fili David, cur ueneisti ante tempus ad torquendum nos? Item. Ite maledicti in ignem æternū, qui pręparatus est Diabolo & angelis eius. Item. Si proprijs angelis nō pepercit, sed cathenis detractos proiecit in caliginem ad æternam damnationem seruandos & cætera. Quam inepte locutiones forent, destinatos æterno iudicio Diabolos, ignem illis esse præparatum, iam torqueri ipsos & cruciari à Christi gloria, si nulli essent omnino Diaboli? Sed quoniam hæc res disputatione non eget apud eos, qui uerbo Domini fidem habent: apud istos uero inanes speculatores, quibus nihil placet nisi nouum, scripturæ testimonijs parum proficitur: uideor mihi fecisse quod uolui: ut scilicet instructæ sint piæ mentes aduersus eiusmodi delíria, quibus inquieti homines se & alios simpliciores turbant. Fuit autem operæ precium hoc quoq attingere: ne qui illo errore impliciti, dum putant nullum se habere hostem, fiant ad resistendum segniores & incautiores.

Ioan. 8.
1. Ioan. 3
Iob. 1.
Matth. 8.
Matth. 25.
2. Pet. 2

Sequuntur deinde uisibilia Dei opera, in quibus opificem ipsum recognoscere hic iubemur, ad fidei ędificationem: cœlum, terra, mare, & quidquid in illis continetur. Est enim hoc, ut alibi diximus, etsi non præciputum, naturæ tamen ordine primum fidei documentū: quaquauersum oculos conijciamus, omnia, quæ occurrunt, meminisse Dei esse opera: & simul quem in finem à Deo condita sint, pia cogitatione reputare. Ergo ut uera fide apprehendamus quod de Deo scire refert, historiā creationis mundi operę precium est imprimis tenere: qualiter à Mose breuiter exposita, & à sanctis deinde uiris, Basilio præsertim & Ambrosio, copiosius illustrata est. Ex ea discemus Deum uerbi ac Spiritus sui potentia ex nihilo creasse cœlum & terram, hinc omne genus animalia resque inanimatas produxisse, mirabili serie distinxisse innumeram rerum uarietatem, suam unicuiq generi naturā indidisse, assignasse officia, loca attribuisse & stationes, & cum omnia sint corruptioni obnoxia, prouidisse tamen ut singulæ species ad Diem extremum saluæ conseruentur: Proinde alias fouere arcanis modis, & nouū subinde uigorē illis quasi instillare: alijs uim propagandi contulisse, ne suo interitu prorsus intereant. Itaq cœlum & terram quàm fieri potuit absolutissima rerum omnium copia uarietate, pulchritudine nō secus atq amplam ac splendidam domum exquisitissima simul & copiosissima suppellectile instructam ac refertam, mirabiliter exornasse. Demum hominem formando, eumq tam speciosо decore totq ac tantis dotibus insigniendo præclarissimum in eo suorum operum specimen edidisse. Verū quoniam mundi creationem enarrare mihi non est propositum: satis sit hæc paucula in transitu libenter attigisse. Melius enim est, ut iam monui, lectores ex Moyse & alijs, qui mundi historiam fideliter ac diligenter memoriæ commendarunt, plenioremhuius loci intelligentiam petere.

Ac ne de consideratione quidem, qualis esse, & quem in scopũ referri debeat, necessaria est longior disputatio: cum & primo capite ex parte fuerit expedita hæc quæstio: & quantũ præsentis instituti interest, paucis verbis absolui queat. Sane si pro dignitate explicare libeat, q̃ inæstimabilis Dei sapientia, potentia, iustitia, bonitas in mundi cõpositione reluceat: nullus orationis splendor, nullus ornatus tantæ rei magnitudini par erit. Nec dubiũ quin velit nos Dñs in hac sancta meditatione continenter occupari: ut dum illas immensas sapientię, iustitię, bonitatis, potentię suę diuitias in omnibus creaturis, velut in speculis, contemplamur, nõ tantum eas fugiente oculo percurramus, & euanido, ut sic loquar, intuitu: sed in ea cogitatione diu immoremur, eam serio ac fideliter animis reuoluamus, memoriaq; identidẽ repetamus. Verũ quia nũc in didactico uersamur genere: ab ijs supersedere nos cõuenit, quę longas declamationes requrunt. Ergo ut cõpendio studeamus tũc sciamus nos uera fide apprehendisse, q d sit Deũ cœli & terrę esse creatorẽ, si illam primũ uniuersalẽ regulam seq meminerimus, ut quas in suis creaturis Deus exhibet cõspicuas uirtutes, non ingrata uel incogitãtia uel obliuione transeamus: deinde sic ad nos applicare didicerimus, quò nos penitius afficiãt. Prioris exemplũ est, dum reputamus quanti fuerit artificis, hãc stellarũ multitudinem, quę in cœlo est, tã disposita serie ordinare et aptare, ut nihil excogitari possit aspectu speciosius: aliàs ita inserere & affigere suis stationibus ut moueri nequeãt: alijs liberiorẽ cursum cõcedere: sed ita, ut errãdo nõ ultra spaciũ uagenẽ: omnium motũ ita temperare, ut dies & noctes, menses, annos & anni tempora metiat: & hanc quoq;, quã quotidie cernimus inęqualitatẽ dierum ad tale temperamentũ redigere, ut nihil cõfusionis habeat. sic dum potentiã obseruamus, in sustinenda tanta mole in tam celeri cœlestis machinę uolutatiõe gubernanda, & similibus. Hæc enim paucula exẽpla satis declarãt, quid sit Dei uirtutes in mundi creatiõe recognoscere. Alioq; si totã rem, ut dixi, oratione perseq libeat, nullus erit modus. Quando tot sunt diuinę potẽtię miracula, tot insignia bonitatis, tot sapientię documẽta q; sunt in mundo rerũ species, imo q̃t sunt res uel magnę uel exiguę. Restat altera pars, quę fidei magis peculiaris est & ꝓpria, ut dũ animaduertimus in bonũ ac salutem nostrã Deum omnia destinasse, simul in nobis ipsis, & tantis quę in nos cõtulit bonis, contẽplamur ipsius potentiã & gratiã: inde nos ad ipsius fiduciã, inuocationẽ, laudem, amorẽ, excitemus. Porro omnia se hominis causa cõdere, ipso creãdi ordine demõstrauit ipse Dñs. Non enim abs re est, q; mundi fabricã in sex dies distribuit: cũ nihilo difficilius esset uno momento totũ opus simul omnibus numeris cõplere: q̃ eiusmodi progressione sensim ad complementũ peruenire. Verum in eo suã erga nos prouidentiã paternamq; solicitudinẽ cõmendare uoluit, q; anteq; hominẽ fingeret, quidq d utile illi ac salutare prouidebat fore, id totũ pręparauit. Quantę nũc ingratitudinis foret, dubitare an huic optimo Patri curę simus, quẽ uidemus de nobis, priusq̃ nasceremur, fuisse solicitũ? Quam impiũ esset, diffidentia trepidare, ne aliquando nos in necessitate destituat eius benignitas, quã uidemus nondum natis cum summa bonorũ omnium affluentia fuisse expositam? Adhæc audimus ex Mose, nobis, eius beneficentia, subiectum, quidquid omnino rerum est in toto orbe. Certum est, nõ ideo fecisse, quò nos luderet inani titulo donationis. Ergo nihil unq̃ nobis defuturũ est, quoàd salutis nostrę referet. Deniq;, ut semel finiã, q̃ties Deũ nominamus cœli & terrę creatorẽ, simul in mentẽ nobis ueniat, eorũ omniũ, quę cõdidit, dispensationẽ in manu ac potestate ipsius esse, nos uero esse ipsius filios q̃s alendos & educandos in suã fidẽ custodiamq; receperit. ut bonorũ omniũ summã ab eo uno expectemus, ac certo sperem illũ nunq̃ passurũ nos reb ad salutẽ necessarijs indigere, nec aliũde spes nostra pendeat, ut quidq d desideramus, ad eum uota nostra respiciãt, cuiuscunq; rei fructũ percipimus, eius esse beneficiũ agnoscamus, & cum gratiarũ actione profiteamur, ut tanta bonitatis ac benignitatis suauitate illecti ipsum toto pectore amare & colere studeamus. Neq; hoc prętere undum est, quod creaturis adscribere homines uulgo solent, isto elogio unius Dei uirtuti tribui. Nam cum omnia ab ipso sint: tantum habent uigoris & efficaciæ, quantum ille subministrat: & ad eas demum actiones, uim suam exerunt,

ad quas eius manu diriguntur. Vtrumq; diligenter notandum: ex se nihil habere uirtutis ullam creaturam: & quæ singulis indita est uirtus ex naturæ proprietate, eam gubernari Dei nutu & arbitrio, & in quem uisum est usum huc illuc flecti. Sunt igitur creaturæ nihil aliud quàm instrumenta, quibus Deus naturalem potentiã pro arbitrij sui modo instillat, & eam ipsam regit & conuertit ad eas actiones ad quas destinauit. Nullius creaturę mirabilior uel illustrior uis est, quàm solis. Præterq; enim q̃ totum orbem illuminat suo fulgore, q̃tum illud est, q̃ animalia omnia suo calore fouet ac uegetat: terræ fœcunditatem suis radijs inspirat: seminibus in eius gremio tepefactis, herbescentem inde uiriditatem elicit, quã nouis alimẽtis suffultã auget ac cõfirmat, donec in culmos assurgat: q̃ perpetuo uapore pascit, donec in florẽ et ex flore in frugẽ adolescat: q̃ tũc etiã excoquẽdo ad maturitatẽ producit: q̃ arbores similiter & uites ab eo tepefactæ frondescũt primũ, deinde florẽ emittũt, & ex flore fructũ generant: At Dñs ut solidã horũ omniũ laudẽ sibi uindicaret, ante & lucẽ extare uoluit, & terrã omni herbarũ & fructuũ genere refertã esse, q̃ solẽ crearet. Nõ ergo solẽ faciet pius homo uel principalẽ uel necessariã eorũ causam, quę ante solis creationẽ extiterũt: sed instrumentũ dumtaxat, quo utitur Deus quia ita uult: cũ possit eo prętermisso per seipsum nihilo difficilius agere. Hęc sola cogitatio liberare nos potest à superstitiosa formidine, quę nobis ingerit ex creaturis, quas aduersas nobis putamus: quẽadmodum econuerso è prępostera earũ, quę utiles uidentur ac salutares admiratione abstrahit, ut ad unũ Deũ authorẽ reuocet. superstitiosum timorẽ uoco, cũ eas perinde expauescimus, ac si uel aliquã à se nocẽdi potestatẽ haberẽt, uel temere læderent ac fortuito, uel aduersus earũ noxã nõ esset in Deo satis auxilij. Exẽpli gratia, uetat Propheta ne à stellis et signis cœli metuãt filij Dei, quẽadmodum increduli solẽt. Nõ quẽlibet certe timorẽ dãnat. sed cũ mundi gubernationẽ à Deo ad astra trãsferant infideles, suam uel fœlicitatẽ uel miseriã ab astrorũ decretis & prędagijs nõ aũt à Dei uoluntate pendere fingũt. Ita fit, ut timor eorũ ab uno illo quẽ respicere debebat, ad stellas & cometas abstrahat. Ab hac igitur infidelitate qui cauere uolet, memoria semper teneat, nõ aliã esse aut potentiã, aut actionẽ, aut motionem in creaturis, q̃ quę à Deo emanat et ab eo gubernat. Ergo hoc epitheto, creator cœli & terrę, uel interpretatio uel probatio est superioris sententię de ipsius Dei oĩpotẽtia.

Tametsi uero impiorũ quoq; animi, solo mundi huius aspectu, ad creatorẽ recognoscendum coguntur: suum tamen peculiarem modum habet fides, quo Deum cœli ac terræ creatorem contempletur. Vnde Apostolus tradit fide nos intelligere concinnatũ esse sęculum uerbo Dei: quia non aliter rite perspicimus qd hocualeat, Deum esse omnium creatorem, utcunq; & mente comprehendere, & lingua fateri uideamur. Carnis em̃ cogitatio, ubi Dei uirtutem semel in ipsa creatione sibi proposuit, illic subsistit: & cum longissime procedit, nihil aliud quàm in edendo tali opificio, authoris sapientiam & potentiam, quæ sponte sese proferunt, & nolentibus etiam ingerunt, expendit & considerat. In conseruando autem & moderando, generalem quãdam actionem, unde uis motionis dependeat. At uerò fides altius penetrat: & quem omnium creatorem esse didicit, statim perpetuum quoq; moderatorẽ & conseruatorem cogitat. Neq; id, uniuersali quadã motione tam orbis machinã, quàm singulas eius partes agitando: sed singulari quadã prerogatiua, unũq̃dq; eorũ que condidit, ad minimũ usq; passerem, sustinendo, fouendo, curando. Et quanq̃ parum discriminis apparet, nunq; tamẽ ad istam meditationẽ ptingit humana prudentia, in quam Dauid euehitur toto Psalmo 104. præsertim uero in cõclusione eius, ubi ait. oĩa ad te respiciunt, ut des illis escam in tẽpore. Dante te colligũt: te manum aperiente satiant bonis. Simul atq; faciem auerteris consternant: ubi reduxeris spiritum, intereunt, & in terrã reuertunt. Si emittis rursus spm̃, creant, & renouas faciẽ terrę. Et quæ passim in scripturis occurrunt: q̃ in ipso sumus, mouemur & uiuimus: q̃ eius manu ad irrigandas terras ros & pluuia distillantur: quòd eius imperio cœlum instar ferri obdurescit: quod ab eo pax & bellum, uita & mors, lux & tenebræ, pestilentia &

Heb. 11.

Acto. 17. Passim in lege et prophetis.

sanitas, abundantia & fames: aliaque eiusmodi, prout, aut beneficentia declarare suam bonitatem uoluerit, aut seueritate iustam iudiciorum suorum ultionem. Inde uerò pia conscientia ingentem consolationis materiam desumit. Si pullis coruorum opem suam implorantibus cibum suppeditat, multò magis nobis, qui populus eius sumus, & oues pascuorum eius. Si passerculus in terram non cadit, nisi eo sciente & ita dispensante, multo magis in curam nostri excubabit, quos uult tueri, ut pupillam oculi. Si non in pane solo uiuit homo, sed potius uerbi eius uigore, satis est nobis, quod suam nobis uirtutem nunquam defuturam promittit: quando ea sola sufficit ad nos alendos & uegetandos. Contra uerò ex sterilitate, fame, pestilentia, Dei indignationem æstimabit potius, quàm fortunam arguet. Postremo ex quo creatorem nostrum, tutorẽ, & nutritium esse intelligit, inde colliget, nos illius esse, non nostros: nos illi oportere uiuere, non nobis: uitam nostram, quæ eius beneficio incolumis perstat, cum omnibus suis actionibus ad illum esse referendam. Sed enim ne quem perturbet, quòd creati cœli & terræ gloria patri particulariter hic assignatur, ac si ab ea sic excluderentur Filius & Spiritus: id accipiendum meminerimus, secundum eam, quam exposuimus, proprietatum distinctionem. Quoniam enim ad Patrem refertur omnium principium, agere ipse proprie dicitur: sed in sapientia, & per Spiritum.

Gene. 1. Quò mihi pertinere uox illa Patris uidetur (utcunq; nasutiores quidam reclament) faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinẽ nostram: quia nec cum Angelis deliberat: nec cœlum aut terrã ad ferẽdas sibi suppetias accersit (ut Iudæi quidam somniant) nec seipsum alloquitur (ut absurde interpretantur alij) sed sapientiæ suæ consilium, & suam uirtutem in operis consortium aduocat. Ergo si cum profectu fructuque aliquo Deum agnoscere cœli ac terræ creatorem libet, patremque omnipotentem: danda est opera, ut ab eius prouidentia tota expectatione pendeamus, ut paternam benignitatem ac clementiam gratitudine saltem prosequamur, eam cum animis nostris reputando, eam lingua deprædicando, eam, quibus poterimus, laudibus tollendo: talem patrem ardenti amore ac pietate sic colamus, ut nos obsequio illius penitus deuoueamus: illum in omnibus honoremus: omnia, uel aduersissima, nostra opinione, æquis placidisque animis, quasi ex eius manu, suscipiamus, cogitantes, eius prouidentiam sic quoque nobis prospicere, dum afflictionum asperitate exercet. Itaq; quidquid tandem accidat, nunquam ambigendum aut diffidendum fuerit, eum nos habere propitium, ac beneuolentem, salutiq; nostræ promouendæ intentum. Ad hanc enim fiduciam prima hac symboli parte instituimur.

EXPLICATIO SE=
CVNDAE PARTIS SYMBOLI, VBI
DE INCARNATIONE, MORTE, RESVRRECTIONE
Christi, ac de toto mysterio. Item tertio: ubi de Spiritu sancto agitur.

Caput VII.

Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum.

QVOD ante docuimus, Christum fidei nostræ proprium esse scopum, ex eo facile apparet: quód omnes salutis nostræ numeri in ipso hic recensentur, Egressus est enim Dominus, ut inquit Propheta, in salutem populi sui, in salutem cũ Messiah suo: quãdo per eius manum opus suæ misericordiæ, nempe populi electi redemptionem, peregit. Principio Iesus uocatur, quo titulo cœleste oraculum ipsum insigniuit: quia missus est ut populum suũ à peccatis suis saluum faciat. In ipso ergo, nec alibi usquam, reperitur salus. Quia non fortuito casu, aut humana temeritate hoc illi nomen impositum est. Nec frustra Dei decreto per Angelum Iesus pronunciatur: sed quò ab omni alia salutis opinione auocati, hunc teneamus unum pro saluatore. Vnde & scriptura clamat, nõ aliud esse datum nomen sub cœlo hominibus, in quo saluos fieri oporteat. Hoc itaq; nomine fidelibus indicatur, ut sibi in eo salutem quærant, & paratam conspiciant. Christi elogium adnectitur: quod tametsi aliis non absurde attribuitur, illi tamen peculiari quodam iure competit. Vngit enim omnes Dominus, quibus Spiritus sui gratias instillat. Atqui nemo est fidelium, nec unquã fuit, quem non eiusmodi unctione irrigauerit. Omnes igit̃ fideles unctos esse conficitur. Habent suam quoque unctionem Prophetæ: habent & suam tum Reges, tum Sacerdotes: non illam modo cęremonialem & externam: sed Spiritualem. Siquidem Prophetam, qui interpres est Dei apud homines, peculiari Spiritus dono prædítum instructumq; esse, cõuenit. Similiter & Sacerdotẽ, qui Angelus Domini esse debet. Postremo etiam regẽ, qui diuinæ maiestatis imaginem in terris gerit. Quare oleum illud, quo tã Prophetæ quàm Sacerdotes & Reges inaugurabantur, non inane erat symbolum: sed ueræ illius & unicæ unctionis Sacramentum. Sed omnia unctionis genera nihil ad hanc Saluatoris unctionem. Aliis enim pro dispensationis suæ modo uarias gratiæ portiones impartitur: ut nemo sibi per se sufficiat: at hic tota plenitudine perfunditur. Siquidem quod de eo prædictum fuerat: unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ prę consortibus tuis: Ioannes clarius explicans, dicit, Patrem non dedisse illi Spiritum ad mensuram. Nec rationem subtilem. Nempe, ut de plenitudine eius oẽs acciperemus, & gratiã pro gratia. ideoq; & alter Propheta eum fore prædixerat, super quẽ requieſceret Spiritus Dñi: neq; id ad speciem unam gratiæ illi conferendam: sed qui eum sapientiæ, intelligentiæ, consilij, & fortitudinis, scientiæ, & pietatis donis ornaret. Et uaticinium illud euidenti spectaculo fuit confirmatum, cum Ioanni uisus est Spiritus in eum descendens, & apud eum manens. Proinde merito Christi epitheton, per Antonomasiam, Saluatori nostro defertur. Principio, & Spiritus sanctus, unctionis: & eius dona, olei nomine optima ratione designantur: quòd nisi ab eo irrigati, tabescimus, aridi in nobis prorsus & steriles, & quasi uitæ humore destituti. Porrò hic plena omnigenaq; ubertate in Iesum effusus, eius animam propriam

Habacuc. 3

Mathæi. 1

Actor. 4

Psal. 44

Ioann. 3

Iesa. 11

Ioan. 1

sibi

sibi delegit sedem: ut inde, uelut è fonte unico, ad nos scaturiret. Proinde quòd Spiritus sancti oleo irrigantur pij omnes, id fit sola eius participatione: ac tantum dem quisq; accipit, quantum illi communicat. Paucis uerbis notatum habemus discrimẽ, inter unctionem Saluatoris & nostram. quod illum Dominus toto Spiritualiũ opũ thesauro citra mensurã locupletauit, cuius suam unicuiq; nostrum portionem demetitur: quòd Spiritum quãtus quantus est, in illo residere uoluit, ut ex illo, uelut ex scaturigine quadam, ad nos exuberaret: ut ita de eius plenitudine hauriamus omnes: & illius cõsortes facti, Spiritus sancti gratias in illo participemus. Huiusmodi pręterea unctiõe constitutus à patre rex fuit, qui omnẽ sibi in cœlo & in terra potestatẽ subiiceret, ut Psalmus secundus docet. Deinde & sacerdos consecratus, qui intercessionis munus apud patrem obiret. Quorum utrumq; in magnum fidei adiumentum præsidiumque cedit. Nam quantum ad regnum attinet, non terrenum est aut carnale, quod corruptioni subiaceat: sed spirituale, quod in cœlum magis futuramq; & æternam uitam respiciat. Deinde talis illi est regnandi ratio, ut non tam sibi regnet, quàm nobis. Potentia enim sua nos armat & instruit, decore & magnificentia ornat, opibus locupletat. Denique in regni participationem exaltat & euehit. Siquidem eius communionis, qua se nobis illigauit, beneficio, reges & ipsi constituimur, robore eius ad certamen cum diabolo, peccato, & morte depugnandum armati, iustitiæ eius ornamentis ad spem immortalitatis uestiti, diuitijs sanctitatis eius ad fructificandum Deo per bona opera locupletati. At Sacerdotis functionem nihilo minore nostro bono sustinet: non ideo tantum, quòd sua intercessione placatum Patrem nobis, æternæ reconciliationis lege, propitium reddit: sed quod nos quoque in sacerdotij consortium adsciscit, ut ipso freti intercessore ac mediatore, patri preces, gratiarum actiones, nosmetipsos, & nostra omnia offeramus. Itaque
Exod. 10 quod olim Dominus populo suo promittebat, illum sibi fore in sacerdotale regnum: in Saluatore nostro demum obtinetur, per quem solum fit, ut in regnum iustitiæ, & ad sacrosanctum Dei tabernaculum accessus nobis pateat. Summa hæc sit. Nos Iesu quidem nomine, in redemptionis & salutis fiduciam confirmari: Christi uero cognomine, ad percipiendam Spiritus communionem atq; ex ea emanantem sanctificationis fructum nos præsertim inuitari: quando eius ore
Ioan. 17 audimus, quod propter nos seipsum sanctificauerit. Iam & filius Dei prædicatur: non, ut fideles, adoptione dumtaxat & gratia: sed uerus & naturalis, ideoq; unicus, quò à cæteris discernat. Nos enim omnes, qui in nouã uitã regenerati sumus, filiorum nomine dignatur Spiritus in scripturis: & tamen hoc uni defert, ut uerus & unigenitus filius habeatur. Quomodo uerus & unigenitus in tanto fratrum numero; nisi quia solus natura possidet, quod alij dono acceperunt. Neq; uero ijs assentiendum, qui filium Dei unicũ ita fatentur: ut si propius instes, animaduertas id concedi ab illis non alia ratione, nisi quia conceptus est in utero uirginis ex Spiritu sancto. Qualiter olim Manichæi nugabantur, hominem ex traManichæi. duce Dei animam habere: quia legebant Deum illi inspirasse uitę spiraculum. Filium enim scriptura ostendit, uerbum illud æternum ante sæcula omnia ex Patre genitum. Tumultuose quidem illi in erroris sui patrocinium urgent, quòd dicitur Deus proprio filio non pepercisse, quod illud ipsum, qui è uirgine nascereturfilium altissimi uocari angelus præcepit. Verum, ne tam futili obiectione superbiant, expendant paulisper nobiscum quàm ualide ratiocinentur. Si enim ri-
1. Ioan. 1. te concluditur, à conceptione cœpisse Dei filium, quia qui conceptus est, filius uocatur: sequetur esse cœpisse uerbum à sua manifestatione in carne: quia Ioannes tradit se de uerbo uitæ annunciare, quod manus suæ contrectauerunt. Simi-
Mich. 5. liter quod apud Prophetam legitur: Tu Bethlehem terra Iehudah, paruula es in milibus Iehudah, ex te mihi nascetur dux, qui regat populum meum Israel, &
Roma. 1 egressus eius ab initio, à diebus ęternitatis: quomodo cogentur interpretari, si talem argumentandi modum sequi uolent? Sed has ineptias pulchre discutiet unus Pauli locus: Dum se ait segregatum in Euangelium Dei, quod ante promiserat per

ferat per Prophetas, de Filio suo, qui factus fuit ex semine Dauid secundum carnem, declaratus Filius Dei in uirtute. Cur secundum carnẽ distincte notaret esse Filium Dauid, seorsum esse diceret declaratum, esse Dei Filium, nisi uellet innuere, hanc declarationem esse ultra rationem carnis? Adeò sane aperta sententia, ut iam refragari, non modo cęcitatis, sed obstinationis fuerit. Sed enim neq; rursum negandum est, in assumpta etiam carne esse Dei filium. Quin eiusmodi appellatione, si quidem fructuosam esse fidei uolumus, non est intelligendum sermonem illum æternum Dei per se designari, sed humanitate nostra uestitum: quemadmodum mox suo loco plenius explicabitur. Postremo illi, Domini elogium adscribitur: quoniam hac lege mundo præfectus est à Patre, ut eius dominationem hic exerceat. Vt enim sæpe apud Prophetas, se unum esse Dominum nostrũ regem ac legislatorem pronunciat Deus: ita cum Filium suum in carne exhibuit, eum esse declarauit, in quo regere & imperare uellet. Quare unus est, inquit Apostolus, nobis Deus, ex quo omnia, & nos in ipso. & unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Sic autem significatur, non tantum præceptorem esse & magistrum, cui auscultandum sit docenti: sed caput ac principem, cuius imperio parendum sit, cuius nutui obtemperandum, cuius ad uoluntatem obsequia nostra sint dirigenda. Ei enim primogenituram attribuit pater in sua familia: ut & fratribus suis præsit cum potestate, & facultates hæreditatis administret atq; dispenset. 1. Corin. 8

Qui conceptus est è Spiritu sancto, natus è Maria uirgine.

Quoniam incarnationis mysteriũ, ut simpliciorum mentes suo fulgore perstringit, ita & animos uehementer conturbat, & discruciat, nisi rite intelligatur: necessariò pauca in eius explicationem nobis præfanda sunt. Principio, magnopere nostra referebat, Deum esse uerum & hominem, qui mediator noster futurus esset. Cum enim iniquitates nostræ, interiecta inter nos & Deum nube, nos à regno cœlorum prorsus alienassent, atq; illum à nobis auertissent: nemo, nisi qui ad eum pertingeret, pacis restituendæ interpres esse poterat. Quis autem pertigisset? Quispiam ne ex filijs Adam? Atqui omnes cum parente suo ad conspectum Dei horrebant. Angelorum aliquis? sed enim illi quoque opus habebant capite, per cuius nexum solide & indistracte Deo suo cohærerent. Quid igitur? Deplorata res erat, nisi maiestas ipsa Dei ad nos descenderet: quando ascendere nostrum non erat. Ita Filium Dei fieri nobis Immanuelem oportuit, id est nobiscum Deum. Ac ea quidem conditione: ut quemadmodum suam nobis diuinitatem adiungebat, ita nostram quoque humanitatem suæ diuinitati copularet. Alioqui nec satis propinqua uicinitas, nec satis firma affinitas, quæ spem faceret, Deum nobiscum habitare ac nobis adesse. Adeo modis omnibus nostra humilitas cum Dei maiestate dissidebat. Ita Paulus, cum eum nobis mediatorẽ proponeret, nominatim dixit hominẽ. Vnus enim, inqt, mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Poterat Deum dicere, poterat saltẽ & hoc nomen, ut Dei nomen, omittere. sed infirmitatẽ nostrã nouerat. Ne qs igitur se torqueret, ubi nam ille quærendus mediator, aut qua uia ad ipsum perueniendum: continuo addidit, homo est, ac si diceret, uobis propinquus est, imò contiguus, quandoquidem caro uestra est. Id scilicet designare uolens, quod alibi significantius explicatur. Non esse nobis pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, quando more nostro sit, sola peccati exceptione, per omnia tentatus. Id etiam clarius fiet, si reputemus, quam non uulgare fuerit, quòd mediatori præstandum erat. Nempe sic in Dei gratiam nos restituere, ut ex Filijs hominum, Filios Dei faceret. Ex hæredibus gehennæ regni cœlestis hæredes. Quis hoc poterat, nisi Filius Dei, Filius hominis fieret? & sic nostrum acciperet, ut transferret ad nos suum? quod suum erat natura, nostrum faceret gratia? hac ergo arra freti, nos esse Filios Dei confidimus: quia naturalis Dei Filius sibi corpus de corpore nostro, carnem de carne 1. Timo. 2 Hebr. 4

nostra

noſtra, oſſa ex oſſibus compoſuit: ut idem nobiſcum eſſet. Quod nobis proprium erat, ad ſe pertinere uoluit: ut uiciſſim ad nos pertineret, quod proprium ipſe habebat. Atq; ita in commune ipſe nobiſcum & Filius Dei eſſet, & Filius hominis. Hac ratione hæreditatē regni cœleſtis noſtram eſſe ſperamus, quia unicus Dei Filius, cuius ſolida erat hæreditas, nos ſibi fratres adoptauit. Quod ſi fratres, ergo & hæreditatis conſortes. Pręterea ſic noſtra referebat, uerum eſſe Deum & hominem, qui redemptor noſter futurus eſſet. Eius erat mortem abſorbere, quis hoc poterat niſi uita? Eius erat peccatum uincere, quis hoc poterat niſi ipſa iuſtitia? Eius erat mundi & aeris poteſtates ſubigere, quis hoc poterat niſi uirtus & mundo & aere ſuperior? Porrò penes quem uita eſt, aut iuſtitia, aut cœli poteſtas, niſi penes ſolum Deum? Seſe ergo clementiſsimus Dominus redemptorem
Rom.5. noſtrum fecit, dum nos redēptos uoluit. Alterum hoc redemptionis noſtræ caput erat: ut homo, qui ſua ſe inobedientia perdiderat, ſuam confuſionem obedientia tolleret, iudicio Dei ſatisfaceret, pœnas peccati perſolueret. Prodijt ergo uerus homo Dominus noſter, Adæ perſonam induit, nomen aſſumpſit, ut patri ſe obedientem pro eo exhiberet, ut carnem noſtram in ſatisfactionem iuſto Dei iudicio ſtatueret ac ſiſteret, ut in eadem carne peccati pœnam perſolueret. Cum deniq; mortem nec ſolus Deus ſentire, nec ſolus homo ſuperare poſſet: humanitatem cum diuinitate ſociauit, ut alterius imbecillitatem morti in pœnam ſubijceret: alterius uirtute aduerſus mortem in uictoriam luctaretur. Qui ergo Chriſtum ſua aut diuinitate aut humanitate ſpoliant, illius quidem uel blaſphemant maieſtatem, uel bonitatem obſcurant: ſed non minus altera ex parte hominibus ſunt iniurij, quorum fidem ita labefactant & euertunt, quæ niſi hoc fundamento ſtare non poteſt.

Diuinitatem pluribus demonſtrare, ſuperuacuum, niſi fallor, iam eſſet. humanitatis ueritas partim à Manicheis, partim à Marcionitis impugnata eſt. Quorum
Manichæi Marcionitæ hi quidem ſpectrum Chriſto pro corpore affingebant: illi autem cœleſti carne prædituin ſomniabant. Sed utriſq; ſcripturæ teſtimonia & multa & ualida reſtunt. Non enim uel in cœleſti ſemine, uel in hominis larua benedictio promittitur: ſed in ſemine Abrahæ & Iacob. Neq; homini aerio promittitur thronus æter
Gene.17 Pſalm.132 nus: ſed Dauidis filio, & fructui uentris eius. Vnde & in carne exhibitus, filius
Matth.1 uocatur Dauidis & Abrahæ: non ideo tantum quòd ex uirginis utero natus ſit, in aere autem creatus: ſed quia ſecundum carnem factus ſit ex Dauidis ſemine,
Roma.1 quemadmodum interpretatur Paulus: qui etiam alibi docet eum ex Iudæis deRoma.9 ſcendiſſe. Quamobrem Dominus ipſe non contentus hominis nomine, hominis filium ſubinde ſe appellat. Indicare uolens, ſe hominem eſſe ex hominis ſemine progenitum. Cum Spiritus ſanctus toties, per tot organa, tantaq; diligentia & ſimplicitate, rem per ſe non multum abſtruſam enarraſſet: quis cogitaſſet tanta ullos homines impudentia fore, qui offucias adhuc ſpargere auderent? Et tamen alia etiamnum ad manū teſtimonia ſe offerunt, ſi congerere plura libeat. Quale
Galat.4 eſt illud Pauli: Deum miſiſſe Filium ſuum, factum ex muliere: & innumera: quibus fami, ſiti, frigori, alijſq; naturæ noſtræ infirmitatibus obnoxium fuiſſe conſtat. At ex multis deligenda ſunt ea potiſsime, quæ animis in uera fiducia ædificandis conducere queant. Vt cum dicitur, Angelis nequaquam tantum honoris
Heb.2 detuliſſe, ut eorum naturam aſſumeret: ſed noſtram aſſumpſiſſe, ut in carne & ſanguine deſtrueret per mortem eum qui habebat mortis imperium. Item, eius communicationis beneficio, nos fratres eius cenſeri. Item, debuiſſe fratribus ſimilem fieri, ut miſericors eſſet & fidelis interceſſor. Nos pontificem non habere, qui non
Hebr.4 poſsit cōpati noſtris infirmitatibus: & ſimilia. Quos uero in erroris ſui cōfirmationem locos proferunt, nimis inepte contorquēt. Marcion phantaſma pro cor-
Marcion. Philip.2 pore Chriſtum induiſſe imaginatur, quia dicatur alicubi in ſimilitudinem hominis factus, & figura compertus ut homo. Sed ita minimè expendit, quid illic agat Paulus. Non enim quale ſibi corpus ſumpſerit Chriſtus, uult explicare: ſed cum iure diuinā ſuā maieſtatē exercere poſſet, nihil prę ſe tuliſſe, niſi q̄d erat hominis.

Nam

Nam ut eius exemplo nos ad submissionem instituat, ostendit, cum Deus esset, potuisse hominibus gloriam suam conspicuam exhibere, cessisse tamen iure suo, sponte seipsum exinanijsse. Induisse enim imaginem serui, & ea humilitate contẽtum, carnis uelamine diuinitatem abscondisse. Deinde nec crucis ignominiam refugisse, ut se Patri obsequentem redderet. Hic certe non docet quid fuerit Christus: sed qualiter se gesserit. Manicheus aerium fabricatur corpus: quia uocetur Christus secundus Adam, de cœlo cœlestis. At neq; illic essentiam corporis cœlestem inducit Apostolus: sed uim spiritualem, quæ à Christo diffusa, nos uiuificat. Quin potius ex eo loco egregie stabilitur quæ ab orthodoxis de Christi carne sententia tenetur. Nisi enim unam haberet nobiscum corporis naturam Christus: inanis esset ratiocinatio, quam tanta uehementia Paulus prosequitur. Si Christus resurrexit, nos quoque resurrecturos: si non resurgamus, neque Christum resurrexisse. *Manichæ.* *1. Cori. 15.*

Porrò quòd dicitur verbum carnem esse factum, non sic intelligendũ est quasi uel in carnem uersum, uel carni confuse permixtum fuerit: sed quia è uirginis utero templum sibi delegit in quo habitaret: & qui Filius erat Dei, Filius hominis factus est: non confusione substantiæ, sed unitate personæ. Siquidem ita coniunctam unitamq; humanitati diuinitatem asserimus: ut sua utriq; naturæ solida proprietas maneat: & tamen ex duabus illis unus Christus constituatur. Si quid in rebus humanis tanto mysterio simile potest reperiri, hominis similitudo appositissima uidetur: quem ex duabus substantijs conspicimus constare: quarum neutra tamen sic alteri permixta est, ut non retineat naturæ suæ proprietatem. Neq; enim aut anima corpus, aut corpus anima est. Quare & de anima seorsum dicitur, quod in corpus nullo modo cadere potest, & de corpore rursus, quod nulla ratione animæ conueniat. De toto homine, quod nec de anima seorsum, nec de corpore, nisi inepte, accipi possit. Postremo animi propria transferuntur ad corpus, & propria corporis ad animam. Qui tamen ijs constat, unus homo est, non plures. Huiusmodi uero loquendi formulæ, & unam esse in homine naturam ex duabus connexis compositam significãt: & duas subesse diuersas naturas, quæ hanc constituant. Ita & de Christo scripturæ loquuntur. Attribuunt illi interdum, quæ ad humanitatem singulariter referri oporteat, interdum quæ diuinitati peculiariter cõpetant, nonnunquam quæ utramq; naturam complectantur, neutri seorsum satis conueniant. Atq; istam quidem duplicis naturæ coniunctionem, quæ in Christo subest, tanta religione exprimunt, ut eas quandoq; inter se communicent. Qui tropus ueteribus ἰδιωμάτων κοινωνία, dictus est. Horum nihil meum esse constabit, ubi firmis scripturæ testimonijs comprobata singula fuerint. Quod de se ipse dicebat Christus, Antequam Abraham fieret, ego sum: longe ab humanitate alienũ erat. Non enim homo factus est, nisi multis post Abrahamum sæculis. Quòd primogenitus esse uniuersæ creaturæ dicitur, qui ante omnia extiterit, & per quem omnia consistant, nihilo magis homini competit. Hæc ergo & similia, peculiaria sunt diuinitatis. Quòd seruus Patris uocatur, quòd creuisse narratur ætate & sapientia apud Deum & homines, quòd minor esse Patre, quòd gloriam suam non quærere, quòd nescire diem ultimum, quòd à seipso non loqui, quòd non facere uoluntatem suam, quòd uideri palpariq; dicitur, id solius est humanitatis. Siquidem quatenus Deus est, æqualis est Patri, nec augeri ulla re potest, & omnia propter seipsum operatur, nec de re quapiam cælatur, & agit omnia pro suæ uoluntatis arbitrio, & inuisibilis est ac impalpabilis. Communicatio aũt idiomatum sic proprietatum est, quod Paulus dicit, Deum suo sanguine acquisiuisse sibi Ecclesiam, & Dominum gloriæ crucifixum. Deus certe nec sanguinem habet, nec patitur. Sed quoniam is, qui uerus erat Deus & homo, Christus sanguinem suum crucifixus pro nobis fudit: quæ in eius humanitate peracta sunt, ad diuinitatem improprie, licet non sine ratione, transferuntur. Simile est exemplum, ubi Iohannes docet Deum posuisse animam suam pro nobis. Ergo & illic diuinitatis proprietas cum humanitate communicatur. Rursum cum diceret Christus, neminem *Ioan. 8.* *Colos. 1.* *Iesaiæ. 45.* *Lucæ. 2.* *Ioan. 14.* *Matth. 24.* *Lucæ. 24.* *Acto. 10.* *1. Corin. 2.* *1. Ioan. 3* *Ioan. 3.*

Ioan. 3. in cœlum aſcendiſſe, niſi Filium hominis qui in cœlo eſſet: certe tum in cœlo non erat corpore quod aſſumpſerat: ſed quia ipſe idem erat Deus & homo, propter naturarum vnitatem, alteri dabat, quod erat: alterius. Sed omnium clariſſime ueram Chriſti ſubſtantiam enarrant loci, qui vtramque ſimul naturam comprehendunt: quales in Euangelio Ioannis extant quam plurimi. Siquidem nec diuinitatis ſingulare nec humanitatis fuit, ſed vtriuſq; ſimul, quod illic habetur: Poteſtatem eum à Patre accepiſſe remittendi peccata, ſuſcitandi quos velit, iuſtitiam, ſanctitatem, ſalutem largiendi: quòd iudex conſtitutus eſt viuorum & mortuorum, ut honoretur quemadmodum & Pater: quòd lux mundi, paſtor bonus, unicum oſtium, uitis uera nuncupatur. huiuſmodi enim prærogatiuis prædituſ fuit Dei Filius, cum in carne manifeſtatus eſt, quas & ipſe unà cum Patre, ante mundi conſtitutionem, poſſidebat: & quæ homini, qui nihil quàm homo eſſet, dari non poterant. In eundem quoque ſenſum accipiendum eſt, quod apud Paulum habe-

1. Corin. 15. tur: Chriſtum, peracto iudicio, redditurum eſſe regnum Deo & Patri. Regnum ſane Filij Dei quod initium nullum habuit, neq; finem habiturum eſt. Sed quo-

Philip. 2. modo ſub carnis humilitate delituit ac ſeipſum exinaniuit, forma ſeruí aſſumpta, & depoſita maieſtatis ſpecie, Patri ſe obedientem præſtitit: ac poſt eiuſmodi ſubiectionem, gloria & honore coronatus eſt, ac exaltatus nomen accepit, omni nomine ſuperius, in quo genu omne flectatur: ita tum & nomen ipſum, & coronam gloriæ, & quicquid à Patre accepit, Patri ſubijciet, ut ſit Deus omnia in omnibus. Hæc obſeruatio ad ſoluendos quam plurimos nodos uſui non paruo futura eſt. Mirum enim quantum rudiores nonnulli torqueantur, quoties incidunt in eiuſmodi formulas, quę Chriſto attribuuntur, nec humanitati eius, nec diuinitati ſatis bene conuenientes: quia non conſiderant, eius perſonæ, in qua Deus & homo manifeſtatus eſt, optime congruere. Ac omnino uidere eſt, quàm pulchre inter ſe hæreant ſingula, ſi modo ſobrium habeant interpretem, qui tanta myſteria qua decet religione examinet. Verum nihil eſt quod furioſi & phrenetici ſpiritus nõ perturbent. Arripiunt attributa humanitatis, ad tollendam diuinitatem: diuinitatis rurſum, ad tollendam humanitatem. Quæ uero de utraq; natura ſic coniuncte dicta ſunt, ut neutri conueniant, ad tollendam utramque. Id uero quid aliud eſt quàm contendere Chriſtum non eſſe hominem, quia Deus eſt, non eſſe Deum, quia homo eſt, nec hominem, nec Deum eſſe, quia & homo ſimul & Deus eſt? Chriſtum ergo, ut Deus eſt, & homo, unitis, licet non confuſis naturis conſtans:

Auguſti. in Enchir. ad Laurent. cap. 35. Dominum noſtrum uerumque Dei Filium eſſe conſtituimus, etiam ſecundum humanitatem: & ſi non ratione humanitatis. Procul enim abigendus eſt à nobis

Neſtorius. Neſtorij error, qui dum naturam diſtrahere potius, quàm diſtinguere uolebat, duplicem Chriſtum ita comminiſcebatur: quando ſcripturam uidemus clara uoce reclamare, ubi & Filij Dei nomen inditur ei qui de uirgine naſcitur, & uirgo

Lucæ. 1. ipſa mater Domini noſtri appellatur. Cauendum & ab Eutychiana inſania:

Ibidem. ne dum uolumus perſonæ unitatem demonſtrare, utramque naturam deſtruamus. Tot enim iam citauimus teſtimonia, ubi ab humanitate diſtinguitur diuinitas, & totalia paſſim extant, ut uel contentioſiſſimis poſſint os obſtruere. Quare ut merito in Epheſina ſynodo damnatus fuerat Neſtorius: ita & poſtea in Conſtantinopolitana ac Chalcedonenſi Eutyches: quando nõ magis confundere duas in Chriſto naturas licet, quàm diſtrahere.

Natum ergo ex uirgine confitemur, quo ſcilicet uerus ille Abrahæ Dauidiſque Filius agnoſceretur, q in lege ac Prophetis promiſſus erat. Vnde geminum fructum colligit fides. Quoniam Filium Dei, ad ſalutem hominũ peragendam, aſſumpta carne, iam comparatum uidet, ut ſupra expoſuimus: tum quòd naturæ communione nobiſcum inita, in ſocietatem ſui ipſius ſuorumque bonorũ omnium nos recepit: tum quod Diabolum & mortem debellaturus, perſonam noſtrã induit, in qua uinceret ac triumpharet: q noſtra eſſet uictoria, triumphus noſter. Et ipſa originis ſerie ad Dauidẽ Abrahamũq; ducta, inde magis confirmat,

hunc

hunc esse Christum, quem ex Abrahæ Dauidisq; lumbis oracula legis & prophetarum tanto ante promiserant. Simul autem conceptus è Spiritu sancto dicitur, quia non decebat eum, qui ad alios purificandos mittebatur, ex immunda nasci origine: deinde consentaneum non erat, quam sibi in templum essentia Dei peculiariter delegerat carnem, eam ex communi immunditia emergere. Hic ergo Spiritus sanctus intercessit, & ordinariam naturæ rationem, mirabili nobisq; inenarrabili uirtute, superauit. Effecit enim, ne qua carnali corruptione inquinatus, sed summa puritate sanctificatus Christus nasceretur. Hinc docetur fides, confidenter à Christo petendam esse sanctitatem. & ab eo quidem uno: quia solus humanæ corruptionis lege per conceptionem eximitur.

Sequitur postea, quomodo nostram redemptionem, cuius gratia natus homo mortalis erat, peregerit. Nam quia hominis inobedientia prouocatus erat ad iram Deus, eam ipse sua obedientia deleuit, Patri se obedientem præbens usq; ad mortem. Ideo in salutis instauratione obedientiam hanc primo loco æstimandam esse indicat Paulus. Quemadmodum, inquit, unius transgressione peccatores multi sunt constituti: ita unius obedientia multi iusti constituuntur. Hæc igitur salutis nostræ summa: quòd Filius Dei noster factus, sua voluntate ualere iussa, non modo vitam Patris uoluntati & arbitrio consecrauit, sed neque ad eius nutum mortis horrores subire recusauit, quo eius maiestatem nostra rebellione concitatam pacaret. Huius obedientiæ merito factum est, ut reconciliaretur generi humano cœlestis Pater, quod ante toto animo auersabatur. Nam morte sua Christus sacrificium bonæ fragrantiæ Patri obtulit: quo & iusto eius iudicio ad plenum satisfaceret, & æternam suis sanctificationem acquireret. Sacrum suum sanguinem in precium redemptionis effudit: quo & Dei furor extingueretur, aduersum nos accensus, & nostra iniquitas purgaretur. Cum ergo salutis quæritur securitas, ad istam redemptionem est ueniendum: per quam & Deus nobis est propitius redditus, & aditus in cœlum patefactus, & puritas iustitiæ comparata. Nam Dei beneuolentiam, in qua potissima uitæ arra fiduciaque consistit, Christum sacrificij sui uirtute nobis esse promeritum toties scriptura docet, ut nihil frequentius. Sordes peccatorum & maculas, quibus auertitur & alienatur Dei uoluntas à nobis, lauacro sanguinis eius absersas & ablutas, cum sæpe aliàs, tum in hac Iohannis sententia. Sanguis eius emundat nos à peccatis omnibus. Hæc sit igitur ut dictũ est, redẽptionis summa. Quod Christi satisfactione à peccatorũ uinculis liberati, quòd sanguine eius ab omni inquinamento emundati & repurgati, eo modo in iustitiam ac sanctitatem restituti simus, Deoque reconciliati, qui nihil in nobis nisi nostras iniquitates odit. In hunc ferè modum Spiritus in scripturis loquitur, Deum fuisse hominibus inimicum, donec in gratiam Christi morte sunt restituti: fuisse maledictos, donec illius sacrificio expiata est eorum iniquitas: fuisse à Deo seperatos, donec per ipsius corpus fuerunt in coniunctionem recepti. Huius generis locutiones ad sensum nostrum sunt accommodatę: ut melius intelligamus, quàm misera sit & calamitosa extra Christum nostra conditio. Nisi enim claris uerbis diceretur, iram ac uindictam Dei mortemq; æternam nobis incubuisse: minus agnosceremus, quàm miseri essemus sine Dei misericordia: & beneficium liberationis minoris æstimaremus. Exempli gratia, audiat aliquis. Si te quo tempore adhuc peccator eras, odisset Deus, & te abijceret, ut eras meritus, horribile exitium te manebat. Sed quia sponte ac gratuita sua indulgentia te in gratia retinuit, nec alienari à se passus est, eo periculo sic te liberauit. Afficietur quidem, & sentiet aliqua ex parte quantum debeat misericordiæ Dei. Verum audiat rursum quod scriptura docet, se alienatum fuisse à Deo per peccatum, hæredem iræ, mortis æternæ maledictioni obnoxium, excluſum ab omni spe salutis, extraneum ab omni benedictione Dei, Sathanæ mancipium, sub peccati iugo captiuum, horribili denique exitio destinatum & iam implicitum. Hic Christum deprecatorem intercessisse, pœnam in se recepisse ac luisse, quæ ex iusto Dei iudicio peccatoribus omnibus imminebat, mala, quæ Deo exosos illos reddebant, sanguine suo expi-

Roma. 6.

asse: hoc piaculo satisfactum ac rite litatum Deo Patri esse, hoc intercessore iram eius fuisse placatam. Hoc fundamento pacem Dei cum hominibus esse subnixã, hoc vinculo beneuolentiam illius erga ipsos contineri. His nonne eo magis permouebitur, quo melius ad uiuum repræsentatur, quanta è calamitate ereptus fuerit? In summa, quoniam non potest animus noster vitam in Dei misericordia vel satis cupide apprehendere, uel qua decet gratitudine excipere, nisi formidine iræ Dei & æternæ mortis horrore ante perculsus & consternatus, sic instituimur sacra doctrina, ut sine Christo Deum nobis quodammodo infestum cernamus, & eius manum in exitium nostrum armatam, beneuolentiam eius, paternamq; charitatẽ nõ nisi in Christo amplexemur. Atq; hoc tametsi pro captus nostri infirmitate dicitur: non tamen falso. Deus enim, qui summa iustitia est, iniquitatem, quã in omnibus nobis conspicit, amare non potest. Habemus ergo omnes in nobis, q̃d Dei odio dignum sit. Proinde secundum corruptæ nostræ naturæ & deinde accedentis praua uitæ consideratione in offensione Dei reuera sumus omnes, in conspectu eius rei, & ad gehennæ damnationem nati. Verum quia Dominus quod suũ est in nobis perdere non uult, adhuc aliquid inuenit q̃d pro sua benignitate amet. Vtcunq; enim peccatores uitio nostro simus: manemus tamen eius creaturæ. Vtcunq; mortem nobis asciuerimus: ipse tamen nos ad uitam condiderat. sic mera & gratuita nostri dilectione excitatur ad nos in gratiam recipiendos. Atqui si perpetuũ & irreconciliabile dissidium est inter iustitiam & iniquitatem, quàmdiu peccatores manemus, suscipere nos totos non potest. Itaq; ut sublata omnis simultatis materia, nos sibi prorsus reconciliet, opposita in morte Christi expiatione, quid quid in nobis mali est, abolet & iusti in eius conspectu & sancti appareamus, qui antea immundi eramus ac impuri. Proinde sua dilectione præuenit ac anteuertit Deus Pater nostrã in Christo reconciliationẽ. Imo quia prius diligit, postea nos sibi reconciliat. Sed quia in nobis, donec sua morte succurrit Christus, manet iniquitas, quæ Dei indignationẽ meretur, & est coram eo maledicta ac damnata, nõ ante plenã habemus firmamq; cum Deo coniunctionem, q̃ ubi Christus nos coniungit. Adeoq; si Deũ nobis pacatum ac propitiũ uolumus polliceri, in Christum solum oculos mentesq; defigere conuenit: ut reuera per ipsum solũ consequimur, ne imputent nobis peccata: quorũ imputatio iram Dei secum trahit. Atq; hac ratione dicit Paulus eam dilectionẽ, qua nos ante mundi creationem complexus est Deus in Christo, cõstitisse ac fuisse fundatã. Hęc perspicua sunt & scripturę cõsentanea, locosq; illos optime inter se cõciliant, ubi dicit Deum suã erga nos dilectionem in eo declarasse, q; unigenitum Filium in mortẽ dederit: & tamen fuisse inimicũ, anteq̃ morte Christi in gratiã reductus esset. Verum quò firmiora sint apud eos, q ueteris Ecclesiæ testimoniũ semper requirunt, citabo locũ unum Augustini, ubi idipsum docet. Incõprehensibilis, inquit, ac immutabilis est Dei dilectio. Non enim ex quo ei reconciliati sumus per sanguinem Filij eius, cœpit nos diligere: sed ante mundi constitutionẽ dilexit nos, ut cum eius unigenito etiam nos filij eius essemus, anteq̃ omnino aliquid essemus. Quod ergo recõciliati sumus p mortem Christi, non sic accipiat, quasi ideo nos reconciliauerit ei Filius, ut iam amare inciperet quos oderat: sed iã nos diligenti reconciliati sumus, cum q̃ propter peccatũ inimicitias habebamus. Quod utrum uerũ dicam, attestet Apostolus. Commendat, inquit, dilectionẽ suam Deus erga nos, quoniã cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Habebat itaq; ille erga nos charitatẽ etiã cũ inimicitias aduersus eum exercentes operaremur iniquitatẽ. Proinde miro & diuino modo, & quando nos oderat, diligebat. Oderat enim nos quales ipse nõ fecerat: & quia iniqtas nostra opus eius nõ omni ex parte cõsumpserat, nouerat simul in unoquoq; nostrum & odisse quod feceramus, & amare quod fecerat.

Ephe. 1.

Ioan. 3.

Roma. 5.

Tracta. in Euan. Ioan 110.

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus.

Hic & præfecti nomen, à quo damnatus fuit, & genus mortis, non tantum ad adstruendam historiæ fidem exprimitur: sed quia ad redemptionis mysteriũ hoc quoq;

quoq; pertinebat. Cum enim Christi morte oportuerit, & peccata expiari, & quæ inde impendebat, damnationem tolli ac induci: non satis erat ipsum quamlibet obire mortem: sed quo rite omnibus redemptionis nostræ partibus defungeretur, genus mortis deligendum fuit, per quod, & condemnatione ad se traducta, & piaculo in se recepto, utroq; nos liberaret. Primum ergo sub præside prouinciæ damnatus est, iudicis scilicet sententia damnatus, quo eius damnatiõe apud summi iudicis tribunal absolueremur. Si à latronibus iugulatus fuisset, si tumultuarie priuatorum manibus per seditionem trucidatus, in eiusmodi morte nulla satisfactionis species extitisset. Verum ubi reus ad tribunal sistitur, testimonijs arguitur & premitur, ipsius iudicis ore morti adiudicatur, ijs documentis intelligimus, ipsum miseri peccatoris personam sustinere. Ac duo quidem hic sunt obseruanda: quæ & Prophetarum uaticinijs prædicta erant, & eximiam fidei consolationem & confirmationem addunt. Cum enim Christum audimus, à iudicis solio ad mortem dimissum, inter latrones esse suspensum: habemus complementum eius prophetiæ, quæ ab Euangelista citatur. Inter iniquos reputatus est. Cur istud? Nempe ut peccatoris: non iusti aut insontis uices obiret, Vt non innocentiæ, sed peccati caussa mortem oppetebat. Contra, ubi audimus eodem, quo damnabatur, ore absolutum (nam eius innocentiæ non semel testimonium palàm reddere coactus est Pilatus) in mentem ueniat, quod est apud alterum Prophetam. Quæ non ra- puerat, exoluisse. Atq; ita & peccatoris sceleratiq; personam in Christo repræsentatam contemplabimur: & relucente innocentia, alieno potius, quàm proprio scelere grauatum perspiciemus. Passus ergo est sub Pontio Pilato, solemni præsidis sententia in sceleratorum numerum ita relatus: neq; sic tamen, quin iustus ab ipso simul pronuncietur: dum affirmat nullam se inuenire in eo caussam. Iam & ipsa mortis species insigni mysterio non caret. Maledicta crux erat, non humana tantum opinione, sed diuinæ legis decreto. In eam ergo dum tollitur Christus, maledictioni se obnoxium facit. Atq; ita factum oportuit, ut omni execratione, quæ propter iniquitates nostras nos manebat, uel potius nobis incumbebat, eximeremur, dum in eum traducitur. Quod etiam in lege adumbratum fuit.

Isaiæ 53

Psal. 69.

Deut. 21.

Siquidem אשמות quo uocabulo peccatum ipsum proprie designatur, uocabantur oblatæ pro peccatis uictimæ & expiatrices. Qua nominis translatione inuuere Spiritus uoluit, instar καθαρμάτων ipsas esse: quæ debitam sceleribus execrationem susciperent ac sustinerent. Quod autem in Mosaicis sacrificijs figurate repræsentatum fuit, id in Christo figurarum typo exhibetur. Quare ut iusta expiatione defungatur, animam suam אשם impendit, hoc est, satisfactoriam peccati hostiam, ut inquit Prophieta: in quam reiecta quodammodo macula & pœna, nobis desinat imputari. Apertius id ipsum testatur Apostolus, cum docet, eum qui peccatum non nouerat, peccatum pro nobis à Patre factum, quo iustitia Dei efficeremur in illo. Nam Filius Dei, omni uitio purissimus, iniquitatum tamen nostrarum confusionem ac ignominiam induit, ac sua uicissim puritatem nos operuit. Eodem uidetur respexisse, cum tradit de peccato damnatum fuisse peccatũ in eius carne. Siquidem peccati uim aboleuit Pater, cum in Christi carnem translata fuit eius maledictio. Indicatur itaq; hac uoce, Christum Patri fuisse in morte pro uictima satisfactoria immolatum: ut peracta per eius sacrificium litatione, iram Dei iam horrere desinamus. Iam liquidum est, quid sibi uelit illud Prophetæ, positas fuisse in eo nostras omnium iniquitates. Nempe quòd sordes earum absterrus, ijsdem per translatitiam imputationem obtectus fuit. Eius rei symbolum fuit crux, cui affixus est: teste Apostolo. Christus, inquit, redemit nos ab execratione legis, dum pro nobis factus est execratio. Scriptum est enim. Execrabilis omnis qui pendet in ligno: Vt in Gentes benedictio Abrahæ in Christo perueniret. Neque tamen eam subijsse maledictionem intelligendus est, qua obrutus aut oppressus fuerit: quin subeundo potius uim eius uniuersam depressit, infregit, dissipauit. Proinde fides in Christi damnatione absolutionem, benedictionem in maledictione apprehendit.

2. Corin. 5.

Roma. 8.

Isa. 53.

Galat. 3.

Mortuus & sepultus.

Hic uidere est, quomodo in vicem nostram vbicq; se suppoſuerit, ad ſoluendum noſtræ redemptionis precium. Mors iugo ſuo nos obligatos tenebat, in illius ſe poteſtatem loco noſtro tradidit, quò nos inde eximeret. Hoc intelligit Apoſtolus, cum ſcribit eum mortem guſtaſſe pro omnibus. Moriendo enim effecit, ne moriamur: uel, quod idem eſt, morte ſua vitam nobis redemit. hoc autem à nobis diuerſum habuit, quòd morti ſe uelut deglutiendum permiſit, non ut eius gurgitibus abſorberetur: ſed magis ut eam abſorberet, à qua mox, eramus abſorbendi; quòd ſubigendum ſe permiſit, non ut eius poteſtate opprimeretur, ſed magis ut eam conſterneret, quæ nobis imminebat, ac iam depreſſis inſultabat. Denicq; ut p mortẽ deſtrueret eũ, qui habebat mortis imperiũ, id eſt, Diabolũ, & liberaret eos q timore mortis per totã uitam obnoxij erant ſeruituti. Hũc primũ fructũ mors eius nobis protulit. Alterũ uero, quod partticipatiõe ſui, membra noſtra terrena mortificat, ne ſuas in poſterũ actiones exerceant; veteremq; noſtrũ hominem enecat, ne poſthac vigeat ac fructificet. Quo etiã ſepultura eius ptinet. Nẽpe cuius cõſortes, peccato & ipſi ſepeliamur. Nõ enim dum nos in ſimilitudinem mortis Chriſti in ſitos eſſe Apoſtolus docet, & cum eo ſepultos in peccati mortem, per eius crucem nobis crucifixum eſſe mundum, & nos mundo, nos illi commortuos eſſe: ad exprimendum mortis eius exemplum duntaxat nos adhortatur: ſed hanc illi ineſſe efficaciã declarat, quæ in Chriſtianis omnibus apparere debeat, niſi uelint mortem ipſam inutilẽ reddere & infructuoſam. Proinde duplex in morte ſepulturaq; Chriſti beneficium nobis fruendum proponitur, liberatio à mortis ſeruitute, & carnis noſtræ mortificatio.

Hebræ. 2.
Hebræ. 2.
Roma. 6.
Galat. 2. 6
Coloſ. 3.

Deſcendit ad inferos.

Quanquam ex ueterum ſcriptis, qui Symbolum enarrarunt, hanc particulam non adeo fuiſſe olim Eccleſijs uſitatam apparet: ego tamen omittendam non cenſeo: utpote quæ rei maximæ non contemnendum myſterium continet. Sunt quidem & ex ueteribus nonnulli, qui eam non prætermittant. Vnde conijcere licet, poſt aliquantum temporis inſertam, non protinus, ſed ſenſim Eccleſijs inſuere uiſſe. Id certe extra controuerſiam eſt, ex communi piorum omnium ſenſu fuiſſe deſumptam. Quando nemo eſt Patrum, qui nõ in ſuis ſcriptis deſcenſum Chriſti ad inferos commemoret, tametſi interpretatione diuerſa. Verum aut à quibus, aut quo primum tempore inſerta fuerit, parum ad rem attinet. Potius hoc in ſymbolo animaduertendum, ut plena & numeris omnibus abſoluta fidei ſumma nobis proponatur: in quam nihil ingeratur, niſi ex puriſſimo Dei uerbo petitum. Tanti autem hoc membrum intereſſe, ad redemptionis noſtræ complementum, poſthac conſtabit, ut prætermitti nulla ratione debeat. Sunt etiam rurſum, qui opinentur, non aliquid nouum hic dici: ſed alijs uerbis repeti, quod prius de ſepultura dictum fuerat. Quandoquidem inferni uocabulum ſæpius in ſcripturis pro ſepulchro uſurpatur. Quod de uerbi ſignificatione obtendunt, uerum eſſe concedo, non raro pro ſepulchro accipi infernum: ſed eorum opinioni rationes duæ repugnant: quibus ego facile adducor, ut ab illis diſſentiam. Quantæ enim oſcitantiæ fuiſſet, rem minime difficilem uerbis expeditis & claris demonſtratam, obſcuriore deinde uerborum complexu indicare magis quàm declarare? Nam quoties locutiones duæ rem eandem exprimentes ſimul connectuntur, poſteriorem eſſe prioris exegeſin conuenit. At uero qualis iſta erit exegeſis, ſi quis ita loquatur. Quòd Chriſtus ſepultus eſſe dicitur, ſignificat ad inferos deſcendiſſe. Deinde non eſt ueriſimile, irrepere potuiſſe ſuperfluam eiuſmodi battologiam in compendium hoc, ubi ſummatim quàm fieri poteſt pauciſſimis uerbis præcipua fidei capita notantur.

Nec

Nec dubito quin mihi acceſſuri ſint, quicunq; rem ipſam paulo diligentius expenderint. Alij per infernum, locum aliquem ſubterraneum intelligunt, cui affingunt limbi nomen: quo patres qui ſub ueteri teſtamento uixerant, ueluti carcere clauſi tenerentur. Ad quos liberandos Chriſtum eò deſcendiſſe narrant, portasq; æreas & uectes ferreos ui perfregiſſe. Sed hæc fabula, tametſi magnos autores habet, & hodie quoq; à multis ſerio pro ueritate defenditur, nihil tamen q̃ fabula eſt. Neq; in eum ſenſum accipi debet, aut quod ex Zacharia, aut quod ex Petro ſolent obtrudere, qui eam tueri uolunt. Ille enim cum dicit Dominum per ſanguinem teſtamenti, quod cum Zion pepigerat, eruiſſe uinctos è lacu, in quo non eſt aqua: nec de mortuis, nec de limbo loquitur, ſed per lacum aqua defectum, profundiſsimam miſeriæ uoraginem: per uinctos populum extrema calamitatis anguſtia conſtrictum deſignat. Petrus autem, dum Chriſtum in Spiritu ueniſſe ac prædicaſſe ijs qui in carcere erant, ſpiritibus, docet: nihil aliud uult, quàm uirtutem redemptionis per Chriſtum partæ exhibitam & planè manifeſtatam eorum ſpiritibus, qui ante id tempus defuncti fuerant. Fideles enim, qui ſuam ab illo ſalutem ſemper expectauerant, tunc plane, & præſenti aſpectu, perſpexerunt eius uiſitationem. Contra reprobi, in ipſo unicam eſſe ſalutem ſero percipientes, à qua excluſi iam eſſent, nullam ſibi ſpem reſiduam tunc planius agnouerunt. Quod autem Petrus nullo diſcrimine pios ſimul & impios carcere concludit, non ita accipiendum, quaſi pij anguſtijs quibuſdam uincti premerentur: uerum quia obſcure & quaſi ſub umbroſis nubibus Chriſtum eminus conſpicabantur nondum exhibitum, hanc eorum anxiam & ſuſpenſam expectationem non ineleganter carcerem appellat. Certior ergo expoſitio quærenda eſt. Et nobis ex Dei uerbo conſtat non modo ſancta & pia: ſed plena quoque eximiæ conſolationis. Nihil actum erat, ſi corporea tantum morte defunctus fuiſſet Chriſtus: ſed operæ ſimul precium erat, ut diuinæ ultionis ſeueritatem ſentiret: quo & iræ ipſius intercederet, & ſatisfaceret iuſto iudicio. Vt cum inferorum copijs æternæque mortis horrore, quaſi conſertis manibus, luctaretur. Correctionem pacis noſtræ illi impoſitam fuiſſe, Propheta docet: fuiſſe propter ſcelera noſtra à Patre percuſſum, attritum propter noſtras infirmitates. Quibus ſignificat, in locum peccatorum, ſponſorem, uadem adeoq; inſtar rei ſubmiſſum ad dependendas perſoluendasq; omnes, quæ ab illis expetendæ erant, pœnas: uno hoc duntaxat excepto, quòd doloribus mortis non poterat detineri. Ergo ſi ad inferos deſcendiſſe dicitur, nihil mirum eſt: cum eam mortem pertulerit, quæ ſceleratis ab irato Deo infligitur. Quo autem id uerius agnoſcatur, hæc uale eſt terribilis longeq; miſerrima inferorum abyſſus, ſentire te à Deo derelictum & alienatum: & cum inuocaueris, non exaudiri. perinde ac ſi in tuam pernitiem ipſe conſpiraſſet. Eo Chriſtum uidemus fuiſſe deiectum, ut coactus fuerit, urgente anguſtia, exclamare. Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquiſti? Quod enim nonnulli uolunt, ex aliorum potius opinione, quam ex ſuo ſenſu, ſic locutum fuiſſe, nequaquàm probabile eſt: cum ex intimi animi amore deductam fuiſſe uocem conſtat. Neque tamen innuimus, Deum fuiſſe unquam illi uel aduerſarium, uel iratum. Quomodo enim dilecto filio, in quo animus eius acquieuit, iraſceretur? aut quomodo Chriſtus Patrem alijs, ſua interceſsione, placaret: quem infenſum haberet ipſe ſibi? Sed hoc nos dicimus, diuinæ ſeueritatis grauitatem eum ſuſtinuiſſe: quoniam manu Dei percuſſus & afflictus, omnia irati & punientis Dei ſigna expertus eſt. Proinde Hilarius eo deſcenſu hoc nos eſſe conſecutos ratiocinatur, ut mors perempta ſit. Nec alijs locis à noſtra ſententia abludit. Vt cum ait. Crux, mors, inferi, noſtra uita ſunt. Item alibi. Filius Dei in infernis eſt: ſed homo refertur ad cœlum. Ita cum Diaboli poteſtate, cum mortis horrore, cum inferorum doloribus manum conſerendo, factum eſt, ut & referret de illis uictoriam, & triumphum ageret: ne iam in morte ea formidemus, quæ princeps noſter deglutiuit.

Zacha. 9

1. Petr. 3

Iesa. 53

Acto. 2

Vide Cy. l. alter de re. fide ad Reg in.

Libr. 4. de tri. lib. & libr. 2.

Resurrexit tertia die a mortuis.

Quando in cruce, morte, & sepultura Christi non nisi infirmitas appareat, transilienda sunt illa omnia fidei, ut pleno robore instruatur. Proinde tametsi in
1.Petr.1 eius morte habemus solidum salutis complementum: quia per eam & Deo reconciliati sumus, & iusto eius iudicio satisfactum, & maledictio sublata, & persoluta est pœna: dicimur tamen non per mortem, sed per resurrectionem regenerati in spem uiuam, quia ut ille resurgendo uictor mortis emersit: ita fidei nostræ victoria in ipsa demum consistit resurrectione. Quale hoc sit, melius Pauli
Rom.4 uerbis exprimitur. Mortuum enim dicit propter peccata nostra: suscitatum propter nostram iustificationem. ac si diceret. Morte eius sublatum peccatum, resurrectione instauratam restitutamq; iustitiam. Quomodo enim, moriendo, liberare nos à morte poterat: si morti ipse succubuisset? Quomodo comparasset nobis uictoriam: si in certamine defecisset? Quare sic salutis nostræ materiam inter Christi mortẽ, & resurrectionem partimur: quòd per illam, peccatum abolitum, & mors extincta: per hanc iustitia reparata, & erecta uita. Sic tamen, ut huius beneficio, uim efficaciamq; suam illa nobis proferat. Deinde quemadmodum antea exposuimus, ex communicatione crucis pendere carnis nostræ mortificationem: sic & alterum ex eius resurrectione fructum nos obtinere, illi respondentem, intelligendum est. Ideo enim, inquit Apostolus, similitudini mortis eius
Rom.6 insiti sumus: ut participes resurrectionis, in uitæ nouitate ambulemus. Itaque alibi, ut argumentum ex eo, quòd Christo sumus commortui, deducit: mortificandа esse membra nostra super terram: ita etiam, quia cum Christo surreximus, ex eo infert, quæ sursum sunt, nobis esse quærenda: non quæ super terram. Quibus uerbis non inuitamur duntaxat, exemplo suscitati Christi, ad sectandam uitæ nouitatem: sed eius fieri uirtute docemur, ut regeneremur in iustitiam. Tertium quoque ex ea fructum consequimur: quòd ueluti accepta arra, securi reddimur de nostra ipsorum resurrectione: cuius illam esse certissimam hypostasin constat. Obiter autem adnotandum est, quod dicitur ex mortuis resurrexisse. qua uoce, & mortis, & resurrectionis ueritas exprimitur. ac si diceretur, & eadem, qua cæteri homines naturæ lege defunguntur, mortem obijsse: & in eadem, quam mortalem susceperat, carne immortalitatem recepisse.

Ascendit in cœlum: sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.

Quanquam gloriam uirtutemq; suam Christus, resurgendo, plenius illustrare cœpit, deposita iam scilicet, & mortalitatis humilitate, & crucis ignominia: sua
Eph.4. tamen demũ in cœlum ascensione regnũ suum uere auspicatus est. Quod Apostolus ostendit, cum docet, illum ascendisse, ut impleret omnia. Videmus enim quanto maiorem Spiritus sui abundantiam tum effuderit, quanto magnificentius regnum suum promouerit, quanto maiorem potentiam, tum in adiuuandis suis, tum in hostibus deijciendis, extulerit. In cœlum ergo sublatus corporis sui præsentiam è conspectu nostro sustulit: non ut adesse fidelibus desineret: qui adhuc in terris peregrinarentur: sed ut præsentiore uirtute, & cœlum & terram regeret. Quin potius quod pollicitus est, se futurum nobiscum usque ad consummationem sæculi, id sua hac ascensione præstitit: qua ut corpus supra omnes cœlos eleuatum est, ita uirtus & efficacia ultra omnes cœli ac terræ fines diffusa propagataque est. Hoc Augustini uerbis malo quam meis explicare. Iturus, inquit, per mortem erat Christus ad dexteram Patris, unde uenturus est ad
Tract.in Euãg.109. Tract.50 uiuos & mortuos iudicandos, præsentia itidem corporali secundum sanam doctrinam fideique regulam. Nam præsentia spirituali cũ eis erat uenturus post ascensionem suam. Et alibi fusius ac clarius. secundum ineffabilem & inuisibilem gra-

lem gratiam impletur quod ab eo dictum est. Ecce uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. secundum carnem uero, quam uerbum assumpsit, secundum id quod de uirgine natus est, secundum id quod à Iudæis comprehensus est, quod ligno confixus, quod de cruce depositus, quod linteis inuolutus, quod in sepulchro conditus, quod in resurrectione manifestatus: non semper habebitis me uobiscum. Quare? Quoniam conuersatus est secundum corporis præsentiã quadraginta diebus cum discipulis suis, & eis deducentibus uidendo, non sequendo, ascendit in cœlum, & non est hic. ibi enim sedet ad dexteram Patris, & hic est, non enim recessit præsentia maiestatis. Ergo secundum præsentiam maiestatis semper habemus Christum: secundum præsentiam carnis recte dictum est discipulis, me autem non semper habebitis. Habuit enim illum Ecclesia secundum præsentiam carnis paucis diebus: modo fide tenet, oculis non uidet. Quare mox subijcitur. consedisse ad Patris dexteram: similitudine scilicet à principibus sumpta: qui suos habent assessores, quibus regendi imperandiq; uices demandant. Ita Christus, in quo exaltari, & per cuius manũ regnare uult Pater, in eius dexteram receptus dicitur, ac si diceretur cœli ac terræ dominio inauguratus, commissæ sibi administrationis possessionem solemniter adijsse. Nec semel adijsse tantum: sed in ea perstare, donec ad iudicium descendat. Sic. n. Apostolus interpretatur, cum ita loquitur. Constituit illum Pater ad dexteram suam, supra omnẽ principatum, & potestatem, & uirtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed in futuro. Et omnia subiecit sub pedes eius: & ipsum dedit caput Ecclesiæ supra omnia &c. Vides, quorsum pertineat illa sessio. Nempe ut eius maiestatem tum cœlestes, tũ terrenæ creaturæ suspiciant, manu eius regantur, nutum intueantur, uirtuti subiectæ sint. Neque aliud uolunt Apostoli, cum illã toties commemorant, q̃ ut eius arbitrio permissa esse uniuersa doceant. Quare non recte illi, qui beatitudinem simpliciter de signari putant. Porrò nihil refert, quod in actis Stephanus eum stantem se uidere testatur, quia non de corporis constitutione, sed imperij maiestate, hic agitur. ut sedere nihil aliud sit, quàm cœlesti tribunali præsidere. Hinc multiplicem fructũ colligit fides. Siquidem intelligit, Dominum suo in cœlum ascensu, aditum regni cœlestis, qui per Adam præclusus fuerat, aperuisse. Quando enim in carne nostra, quasi nostro nomine, eo ingressus est: inde sequitur quod ait Apostolus, nos quodammodo in cœlestibus iam in ipso considere, utpote qui cœlum non spe nuda expectemus, sed in capite nostro possideamus. Deinde agnoscit illum non sine magno nostro bono apud Patrem residere. Sanctuarium enim non manufactũ ingressus, coram facie Patris assiduus pro nobis aduocatus & intercessor apparet: eius oculos in suam iustitiam ita conuertit, ut à peccatis nostris auertat. Eius animum ita nobis reconciliat, ut uiam & accessum nobis sternat ad eius thronum, sua intercessione, ipsum gratia & clementia replens, qui alioqui miseris peccatoribus plenus horroris futurus erat. Tertio potentiam eius apprehendit: in qua situm est nostrum robur, uirtus, opes, & aduersus inferos gloriatio. Nam ascendens in cœlum, captiuam duxit captiuitatem: & spoliatis hostibus, locupletauit populum suum, ac quotidie spiritualibus diuitijs cumulat. In excelsis ergo sedet, ut transfusa inde ad nos sua uirtute, in uitam spiritualem nos uiuificet, ut spiritu suo sanctificet, ut uarijs gratiarum dotibus Ecclesiam suam exornet, ut protectione sua tutam aduersus omnes noxas conseruet, ut ferocientes crucis suæ ac nostræ salutis hostes manus suæ fortitudine coerceat. denicq; ut omnem teneat potestatem in cœlo & in terra: donec inimicos omnes suos, qui etiam nostri sunt, prostrauerit, ac Ecclesiæ suæ ædificationem consummarit.

Ephe. 1

Act. 2. 3 4
Heb. 1
Vt Augu. de fide. & sym. cap. 7
Act. 7
Ioan. 14.
Ephe. 2.
Heb. 7. 9
Rom. 8

Ephe. 4

Inde uenturus ad iudicandos uiuos & mortuos.

Nõ obscura quidẽ præsentissimæ uirtutis documẽta præbet suis Christus. sed quia sub carnis humilitate quodammodo in terris delitescit eius regnum: optimo iure

iure uocatur fides ad cogitandam uisibilem illam præsentiam, quam supremo
Act.1 die manifestabit. Visibili enim forma è cœlo descendet, qualis ascendere uisus est: ac omnibus apparebit, cum ineffabili regni sui maiestate, cum immortalitatis fulgore, cum immensa diuinitatis potentia, cum Angelorum satellitio. Inde igitur illum iubemur redemptorem expectare ad diem illum, quo agnos segregabit ab hœdis, electos à reprobis: nec erit quisq; aut uiuorum aut mortuorum, qui iudicium eius effugiat. ab extremis enim orbis angulis exaudietur tubæ clangor, quo ad ipsius tribunal accersentur omnes, quos dies ille superstites deprehendet: tum quos iam antea è uiuorum consortio mors sustulerit. Sunt qui secus uiuorum & mortuorum uocabula hic accipiant. Et sane uidemus quosdam ueterum in particulæ istius expositione hæsitasse. Sed ille sensus, ut planus est & dilucidus, ita symbolo longe conuenientior est, quod populariter scri-
Hebr.8 ptũ esse constat. Nec; repugnat, q̃d Apostolus asserit, omnibus hominibus constitutũ semel mori. Nam & si non morient naturali modo & ordine, qui ad iudicium ultimum in uita mortali supererunt: mutatio tamen illa, quam patientur, quia instar mortis erit, non improprie mors appellatur. Non omnes quidem dormituros certum est, sed immutabuntur omnes. Quid istud est? Interibit & absorbebitur uno momento mortalis eorum uita, & in nouam penitus naturam transformabitur. Interitum istum carnis, nemo negauerit mortem esse. Manet tamen interim uerum, quod uiui & mortui ad iudicium citabuntur, quia mor-
1.The.5 tui, quin in Christo sunt, resurgent primi: deinde qui reliqui erunt & superstites, obuiam Domino cum illis rapientur in aera. Et certe uerisimile est, hanc particu-
Pet.Act.10 lam ex concione Petri desumptam fuisse & solenni Pauli ad Timotheum obte-
Paul.2 statione. hinc egregia exoritur consolatio: quòd penes eum iudicium audimus
Timoth.4 esse, qui nos sibi in iudicando honoris consortes iam destinauit. tantum abest ut in condemnationem nostram tribunal sit conscensurus. Quomodo enim perderet populum suum clementissimus princeps? quomodo membra sua caput dissiparet? quomodo suos clientes aduocatus condemnaret? Nam si audet exRoma.8 clamare Apostolus, Christo intercedente, nullum prodire posse, qui condemnet: multò uerius est, Christum ipsum intercessorem non condemnaturum eos,
Vide Ambro.li.1.de quos in fidem clientelamque suam recepit. Non modica certe securitas, quod
Iaco.cap.5 non ad aliud tribunal sistemur, quàm redemptoris nostri: à quo salus sit expectanda. Præterea quod ille qui per Euangelium nunc æternam beatitudinem promittit, tunc ratam promissionem iudicando facturus est. Sic ergo Pater Fi-
Ioann.5 lium honorauit omne iudicium illi deferendo: ut ita conscientijs suorum, terrore iudicij trepidis, consuluerit.

Quando autem totam salutis nostræ summam, ac singulas etiam partes uidemus in Christo comprehensas: cauendum, ne uel minimam portiunculam alio deriuemus. Si salus quæritur: ipso nomine docemur penes eum esse. Si Spiritus alia quælibet dona: in eius unctione reperientur. Si fortitudo, in eius dominio. Si puritas, in eius conceptione: si indulgentia, in eius natiuitate se profert, qua factus est nobis per omnia similis, ut condolescere disceret. Si redemptio, in eius passione: si absolutio, in eius damnatione. Si maledictionis remissio, in eius cruce. Si satisfactio, in eius sacrificio: si purgatio, in eius sanguine: si reconciliatio, in descẽsu ad inferos: si mortificatio carnis, in eius sepulchro: si uitæ nouitas, in eius resurrectione: si immortalitas, in eadem: si hæreditas regni cœlestis, in cœli ingressu: si præsidium, si securitas, si bonorum omnium copia & facultas, in eius regno: si secura iudicij expectatio, in potestate iudicandi illi tradita. Denicq; in ipso thesauri omne genus bonorum cum sint, inde ad satietatem hauriantur, non aliunde. Nam qui uno ipso non contenti, feruntur huc atque illuc in spes uarias: etiam si in illum præcipue respiciunt, eo tamen ipso rectam uiam non tenent, quòd aliquam suæ cogitationis partem alio deflectunt. Quanquam irrepere diffidentia ista non potest, ubi semel abundantia bonorum eius probe cognita fuerit.

Tertia

TERTIA PARS.

Credo in Spiritum sanctum.

Iam sequitur in Spiritum sanctum fides: quæ in salutis nostræ complemento ualde necessarium locum obtinet. Quod enim dictum est de ablutione & sanctificatione à Christo petenda, ita demum consequimur, si per Spiritum sanctum communicentur nobis. Quod innuit Apostolus, ubi docet. Nos ablutos esse & sanctificatos per nomen Domini Iesu, & per Spiritum Dei nostri, ac si diceret, illas ipsas Christi gratias per Spiritum sanctum conscientijs nostris imprimi & insculpi. Proinde fidei in Patrem & Filium rite fides in Spiritum subnectitur: per quem & diuinæ misericordiæ, & salutis in Filio completæ fructus nobis obsignatur. Vbi autem Spiritus nomen audimus: in memoriam reuocare conuenit, quæcunq; illi in scripturis tribuuntur officia: atq; expectare, quæ inde beneficia ad nos emanare dicuntur. Nam quidquid est gratiæ Dei, uirtus est Spiritus atq; actio: quemadmodum scriptura docet. Quando Deus Pater per ipsum, in Filio, omnia operatur. per ipsum creat, sustinet, mouet, uiuificat, uegetat, conseruat omnia. per ipsum fideles suos uocat ad sese actrahit, regenerat, in nouam uitam iustificat, sanctificat, uarijs gratiarum formis locupletat, cœlesti robore fortificat: donec ad ultimam salutis metam pertingant. Itaq; Spiritus sanctus, dum in nobis ad hunc modum habitat, is est qui nobis suo lumine illucet: quò discamus ac plane agnoscamus, quàm ingentem diuinæ bonitatis opulentiã in Christo possideamus. Vt ritè clauẽ uocare queas, qua cœlestis regni thesauri nobis reserantur: eius illuminationem, mentis nostræ, ad eos contemplandos, aciem. Atq; hac ratione dicitur nunc ἀῤῥαβὼν καὶ σφραγὶς, quòd promissionum certitudinem mentibus nostris obsignat: nunc magister ueritatis, & autor lucis: nunc fons sapientiæ, scientiæ, & intelligentiæ. Is est, qui prophanis sordibus repurgatos, in sancta Deo templa nos consecrat: sua scilicet sanctitate nos ita aspergẽs, ut dignaſiamus Deo habitacula. Is est, qui sua nos irrigatione ad germina iustitiæ proferenda fœcundat: qua ratione uocatur sæpius aqua. ut in istis Prophetæ locis. omnes sitientes uenite ad aquas. Item, effundam aquam super sitientem, & flumina super aridam &c. Quibus & sententia Christi respondet, ubi sitientes oẽs, ad hauriendas aquas uiuas inuitat. Quanq̃ interdũ à purgandi mundãdiq; energia sic nuncupatur. ut apud Ezechielem: ubi Dñs aquas mundas promittit, q̃bus mundatur populus suus. Is est, qui gratiæ suæ liquore perfusos, in uerum uitæ uigorẽ fouet. Vnde nomen obtinet olei & unctionis. Is est, qui cõcupiscentiæ nostræ uitia assidue excoquendo & exurendo, corda nostra incendit amore sanctæ charitatis, à quo effectu merito ignis appellatur. Is est deniq;, qui afflatus sui uirtute, diuinam nobis uitam sic inspirat, ut iam non agamur ipsi aut moueamur à nobis: sed ipsius actionem & motum sequamur. Proinde si qua sunt in nobis bona, fructus sunt gratiæ ipsius & uirtutis. Nostræ uerò sine ipso dotes, mentis sunt tenebræ, cordisq; peruersitas. Nunc liquet, q̃ fructuosum necessariũq; sit, fidem nostram in Spiritum sanctum directam ac intentã esse.

Iesa. 55.
Iesa. 44.
Ioan. 7.
Ezech. 36.

Nempe in quo & illuminatio animæ & regeneratio, & omnium gratiarum communicatio, adeoq; eorum, quæ à Christo nobis emanant, bonorum efficacia reperiatur.

Quartæ

QVARTAE PARTIS SYMBOLI EXPOSITIO: VBI DE ECCLESIA, EIVSQVE GVBERNATIONE, ORDIne, potestate, ac disciplina agitur: item de clauibus, peccatorum remissione, & ultima resurrectione.

Caput VIII.

Credo sanctam Ecclesiam Catholicam: sanctorum communionem.

PRIMVM ea breuiter dicemus, quæ ad simplicem uerborum enarrationem facere uidebuntur, quæ scilicet fides in consolationis nostræ fructum proprie speculari debet, deinde pleniorem de Ecclesia disputationem ordiemur. Quod ergo Ecclesiam credere potius, quàm in Ecclesiam, docemur, id non est sine probabili ratione. Equidem uideo alterum prope usitatius hodie esse: & uetustatis etiam suffragio non destitui. Nam symbolum Nicenum, qualiter in Ecclesiastica historia recitatur, præpositionem addit. Simul tamen ex scriptis ueterum animaduertere licet, fuisse olim citra controuersiam receptum, ut dicerent, se Ecclesiam credere: non in Ecclesiam. Non enim sic modo loquuntur, Augustinus, & quisquis ille est uetustus scriptor, cuius opusculum exstat sub nomine Cypriani, de symboli expositione: sed diserte quoq; adnotant, locutionem fore impropriam, si præpositio attexatur: ac suam sententiam ratione non friuola confirmant. Ideo enim credere in Deum nos testamur; quod & in ipsum ut ueracem, animus noster se reclinat, & fiducia nostra in ipso acquiescit: quod in Ecclesiam non ita conueniret: quemadmodum nec in remissionem peccatorum, aut carnis resurrectionẽ. Itaq;, tametsi nolim de uerbis litigare, malim tamen loquendi proprietatem sequi, quæ aptior sit rei exprimendæ: quàm formulas affectare, quibus res sine causa obscuretur. Iam memoria repetendum est, quod superius præmonuimus, hactenus materiam salutis, causamque efficientem demonstratam esse: nunc effectũ ordine suo recensere. Nã qui Dei omnipotentiã, paternãq; clementiam, Christi iustitiam, Spiritus sancti energiã, intelligit: causam salutis tenet. Sed nondum assequitur quomodo salus inde in hominibus impleatur, nisi ad Ecclesiam, peccatorum remissionem, & uitam æternam, descendat. Ergo postquam edocti sumus, Deum esse uitæ nobis authorem, rite ab authore ipso progressum ad opus facimus, quod in nobis est. Ecclesia nobis primo loco credenda proponitur, in hunc finem, ut confidamus uniuersum electorum numerum, per fidei uinculum, in unam coire societatem, atq; in unum Dei populum: cuius Christus Dominus noster dux sit & princeps: adeoq; in unum corpus coalescere, cuius ipse sit caput, prout in ipso ante mundi constitutionem sunt electi, ut in Dei regnũ omnes aggregarentur. Quàm autem necessaria Ecclesiæ fides, hinc constat, quòd ut in uitam immortalem renascamur, illius utero nos concipi: ut conseruemur, illius gremio foueri oportet. Est enim nostra omnium mater: penes quam gratiæ suæ thesauros depositos esse uoluit Dominus, quò & eius fide conseruentur, & per eius ministerium dispensentur. Proinde si in regnum Dei ingressum nobis patefieri uolumus, Ecclesiam fide apprehendere opus est. Id autem est, nõ modo electorum multitudinem cogitatione animoq; amplecti: sed talem Ecclesiæ unitatem cogitare, in quam nos esse insitos uere persuasi simus. Nam nisi Christo capiti nostro, per hanc cum omnibus eius membris coniũctionem, compacti, nullã cœlestis

cœlestis hæreditatis spem cernere possumus, quando extra Ecclesiæ vnitatem nullam esse salutem scriptura pronunciat. sic enim intelligendæ sunt istæ propheticę locutiones. In Zion & in Hierusalem erit saluatio. Ideo Dominus, quibus extremum exitium minari vult, eos in arcano populi sui futuros negat, aut in catalogo domus Israel scribendos. Porro hæc societas, catholica dicitur, seu uniuersalis: quia non duas aut tres inuenire liceat. Quin sic electi Dei omnes in Christo uniuntur & coadunantur: ut quemadmodum ab uno capite pendent, ita in unum uelut corpus coalescant: ea inter se compositione compagecp cohærentes, qua eiusdem corporis membra. Vere unum facti, qui una fide, spe, charitate, eodem Dei Spiritu, simul uiuunt, non in eandem modo uitæ æternæ hęreditatem, sed in unius Dei ac Christi participationem etiam uocati. Sancta præterea est: qa quotquot æterna Dei prouidentia electi sunt, ut in Ecclesiæ cooptarentur corpus, spirituali regeneratione omnes à Domino sanctificantur. Siquidē hic ordo misericordiæ Dei nobis à Paulo describitur: ut quos elegit eos uocet, qs uocauit, iustificet, quos iustificauit, glorificet. Itacp uocatio & iustificatio nihil aliud est, quàm diuinæ electionis declaratio, qua scilicet accensentur in Ecclesiæ communionem, qui eo destinati fuerant, antequam nascerentur. hac ratione, scripturæ elogijs, in Ecclesia ut plurimum non censentur, nisi in quibus electionē suam Dominus, eiusmodi uocatione, comprobarit. Quoniā tales scilicet Filij Dei nobis describendi erant: quales agnosci nostra intelligentia possent. Nempe qui Spiritu Dei agunt, sed enim rite perpendendum est, qua excellat sanctitate Ecclesia: ne si Ecclesiam nolimus admittere, nisi numeris omnibus absolutam, nullam relinquamus. Verum quidem est quod ait Paulus: Christum seipsum tradidisse pro Ecclesia, ut illam sanctificaret: mundasse lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut sibi exhiberet gloriosam sponsam, non habentem maculam aut rugam, & cæt. Nihilo tamē & istud uerius est: Dominum quotidie operari in rugis eius expoliendis, maculisque abstergendis. Vnde sequitur, nondum peractam esse eius sanctitatem. Sic ergo sancta est Ecclesia: ut quotidie proficiat, nondum perfecta sit, quotidie procedat, nondum peruenerit ad sanctitatis metam. Quemadmodum alibi quoq; fusius explicabit. Quod ergo sanctam fore Hierusalem uaticinantur Prophetæ, per quam alieni non sint transituri: sacrosanctum Templū, quo impuri nō sint ingressuri: non accipiamus perinde, ac si nullus in Ecclesiæ membris næuus resideret. Sed quia toto studio, ad sanctimoniam & solidam puritatem adspirant, mundities illis, quam nondum plene consecuti sunt, Dei benignitate tribuitur. Et quanquam rara sæpius indicia eiusmodi sanctificationis extant inter homines: statuendum tamē est, nullum fuisse ab orbe condito tempus, quo Ecclesiam suam Dominus non habuerit: nullū etiam fore, ad consummationem usq; sæculi, quo non sit habiturus. Nam etsi statim à principio uniuersum genus hominū: Adę peccato corruptum ac uitiatū est: ex hac tamē, ceu polluta massa, semper uasa aliqua in honorē sanctificat, ne ulla sit ętas, quæ non suam misericordiam experiatur. Quod certis promissionibus testatum fecit. Quales sunt istæ. ordinaui testamentum electis meis, iuraui Dauid seruo meo: usq; in æternum propagabo semen tuum. in generatione & generatione ędificabo sedem tuam. Item. Elegit Dominus Syon, elegit eam in habitationem sibi, hæc requies mea in sæculum sæculi & cæt. Item. Hæc dicit Dominus, qui dat solem in lumen diei, lunam & stellas in lumen noctis, si defecerint leges istæ coram me, tunc & semen Israel deficiet.

Isa. 2. Ioel. 2. Ezech. 13

Psal. 89. Psal. 132. Ierem. 31.

Proximam particulam, de sanctorū communicatione, à ueteribus ferè prætermissam animaduerto: quæ tamen non negligenda est. siquidē ut necesse est nobis Ecclesiam credere: ita nec superuacuum est testari, qualem ipsam credamus. Itacp hic clariorem Ecclesiæ demonstrationem subijci puto, ab annexis sumptā. Nempe tantum ualere illam, qua fideles omnes in se Christus recolligit, copulā, ut quadam inter se bonorum omnium communione cohæresc ant. Quo non negatur, quin diuersæ sint singulis gratiæ: ut Paulus diuisa esse dona Spiritus, & uarie distributa docet: nec politicus ordo conturbatur, quo suas unicuicp facultates pri-

1. Cori. 12. Ephe 4.

uatim possidere permittitur. ut necesse est sub elementis huius mundi, ad retinendam publicam pacem, ac humanitatem conseruandam, propria esse distinctaq; rerum dominia. sed eam communitatem asserimus, quæ tali distinctione minime impeditur. Quidquid enim donorum Dei vni obtigit, eius omnes fieri quodammodo participes conuenit: tametsi Dei dispensatione id uni sit peculiariter datum, non alijs. Quemadmodum unius corporis membra quadam inter se communitate participant: sunt nihilominus suæ singulis peculiares dotes, distinctaq; ministeria. Nam ut ab isto simili colligit ad Corinthios & Ephesios Paulus, in totius Ecclesiæ commune bonum oportere conferri, quod singuli receperunt: qa simul cum dono dispensatio sit commissa: ita alibi ratiocinatur, uarias esse debere uocationes: quia ordinatam & distinctam esse communicationẽ oporteat.

1. Corin. 12
Ephe. 4.
Roma. 12.

Iam quoniam ea lege sanctam Ecclesiam eiusdemq; communionem credimus: ut solida in Christum fide freti, eius nos quoq; confidamus esse membra: nostra interest considerare, quis inde fructus ad nos redeat. Non parum est autem, nos in eius Ecclesiæ unitatem ascitos scire: quæ à Domino Deo electa segregataq;, corpus est & plenitudo Christi, columna & firmamentum ueritatis, perpetuum habitaculum Dei uiui. Hæc enim dum habemus, nititur salus nostra tam certis solidisq; fulcris: ut etiam si tota orbis machina labefactetur, corruere ipsa & concidere nequeat. Primum stat cum Dei electione: nec, nisi cum æterna illius prouidentia, uariare aut deficere potest. Deinde quodammodo coniuncta est cum firmitudine Christi: qui non magis patietur à se diuelli suos fideles, quàm membra sua discerpi ac dilaniari. Accedit, quòd ueritatem, dum in Ecclesiæ sinu continemur, semper nobis constaturam securi sumus. Postremo, quòd promissiones istas sentimus ad nos pertinere: quod Deus in æternum commorabitur in Hierusalẽ, nec in medio eius commouebitur. Tantum potest Ecclesiæ participatio, ut nos in Dei societate contineat. In ipso quoq; nomine communionis plurimum est consolationis: quòd dum ad nos pertinere fixum est, quidquid membris suis ac nostris largitur Dominus, omnibus eorum bonis spes nostra confirmatur. Cęterum, ad amplexandam eo modo Ecclesiæ unitatẽ, nihil opus est, Ecclesiam ipsam oculis cernere, uel manibus palpare. quin potius eo, qd in fide sita est, admonemur, nihilominus cogitandam esse, dum intelligentiam nostram præterit, quàm si palam appareret. Neq; ideo deterior est fides nostra, quòd incognitam apprehendit: quando hic non iubemur reprobos ab electis discernere: (quod Dei est solius, non nostrum) sed certo statuere in animis nostris, omnes eos, qui Dei Patris clementia, per Spiritus sancti efficaciam, in Christi participationem uenerunt, in Dei peculium, ac propriam possessionem segregatos: ac cum simus in eorum numero, tantæ gratiæ nos esse consortes.

Ephe. 1. 2.
1. Timo. 3.
Psal. 45. 87
Ioel. 3. & alibi.

Enimuero de Ecclesia uisibili, & quæ sub cognitionem nostram cadit, quale iudicium esse debeat, nunc est dicendi locus. Dominus enim certis notis: Bifariam enim de Ecclesia sacræ literę loquuntur. Interdum enim cum Ecclesiam nominãt, eam intelligunt quæ reuera est coram Deo, in quam nulli recipiuntur, nisi qui & adoptionis gratia Filij Dei sunt, & Spiritus sanctificatione uera Christi membra. Ac tunc quidem non tantum sanctos, qui in terra habitant, comprehendit: sed electos omnes, qui ab origine mundi fuerunt. Sæpe autem Ecclesiæ nomine uniuersam hominum multitudinem in orbe diffusam designat, quæ unum se Deum & Christum colere profitetur, Baptismo initiatur in eius fidem, cœnæ participatione unitatem in uera doctrina & charitate testatur, consentionem habet in uerbo Domini, atq; ad eius prædicationem ministerium conseruat à Christo institutum. In hac autem plurimi sunt permixti hypocritæ, qui nihil Christi habent, præter titulum & speciem: plurimi ambitiosi, auari, inuidi, maledici, aliqui impuritatis uitæ, qui ad tempus tolerantur, uel quia legitmo iudicio conuinci nequeunt: uel qa non semper ea uiget disciplinæ seueritas quę debebat. Quemadmodũ ergo nobis inuisibilem, solius Dei oculis conspicuam, Ecclesiam credere necesse est: ita hanc, quę respectu hominũ Ecclesia dicitur, obseruare, eiusq; communionẽ colere iubemur.

mur. Proinde quatenus eam agnoscere, nostra intererat. Dominus certis notis, & quasi symbolis, nobis designauit. hęc quidem singularis est Dei ipsius prerogatiua, nosse qui sui sint, ut teitatur Paulus. Et certe, ne hominũ temeritas eo se proriperet, prouisum est: ipso quotidie euentu admonente, quam longe sensum nostrũ superent arcana illius iudicia. Nam & qui perditissimi videbantur, planeq; deplorati fuerant, eius bonitate in vitam reuocantur: & qui præ alijs stare uidebantur, sæpe corruunt. Itaq; secundum occultã Dei prædestinationem, ut inquit Augustinus, plurimæ sunt foris oues, plurimi lupi intus. Nouit enim ac signatos habet, q nec eum, nec se norunt. Ex ijs autem, qui palàm eius ferunt signũ, ipsius unius oculi vident, qui & sine fictione sancti sint, & in finem usq; perseueraturi, quod demũ est salutis caput. Rursum tamẽ, qa aliquatenus expedire prouidebat, ut sciremus, qui nobis habendi pro ipsius filijs essent: hac in parte se captui nostro accommodauit. Et quoniam fidei certitudo necessaria non erat: quoddam charitatis iudicium, eius loco, substituit: quo pro Ecclesiæ membris agnoscamus, qui & fidei confessione, & uitæ exemplo, & sacramentorum participatione, eundem nobiscũ Deum, ac Christum profitentur. Ipsius autem corporis notitiã, quo magis saluti nostræ necessariam esse nouerat, eo certioribus notis commendauit. Hinc nascitur nobis, & emergit conspicua oculis nostris Ecclesiæ facies. Vbi enim cumq; uerbũ Dei syncere prædicari atq; audiri, ubi sacramenta, ex Christi instituto, administrari uidemus: illic aliquam esse Dei Ecclesiam nullo modo ambigendum est, quando eius promissio fallere non potest. Vbicunq; duo aut tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum sum. Sed ut summam huius rei liquido teneamus: his ueluti gradibus progrediendum est. Ecclesiam uniuersalem, esse collectam ex quibuscunq; gentibus multitudinem: quæ interuallis locorum dissita & dispersa, in unam tamen diuinæ doctrinæ ueritatem consentit, & eiusdem religionis uinculo colligatur. sub hac ita comprehendi singulas Ecclesias, quæ oppidatim & uicatim, pro necessitatis humanæ ratione, dispositæ sunt: ut unaquæq; nomen & authoritatem Ecclesię, iure obtineat. singulos homines, qui pietatis professione, inter Ecclesias eiusmodi censentur, etiam si ab Ecclesia sint reuera extranei, ad ipsam tamen quodammodo pertinere, donec publico iudicio exterminati fuerint. Quanquam paulò diuersa est in priuatis hominibus atq; in Ecclesijs ęstimandis ratio. usu enim uenire potest, ut quos non omnino putabimus dignos esse piorum consortio, tractare tamen instar fratrum, & fidelium loco habere debeamus: propter communẽ Ecclesiæ consensum, quo feruntur, & tolerantur in Christi corpore. Tales, suffragio nostro, non approbamus esse Ecclesiæ membra: sed quem in populo Dei locum tenent, illis relinquimus: donec legitimo iure adimatur. At de ipsa multitudine aliter sentiendum est. Quasi ministerium habet uerbi, & honorati si sacramentorum administrationem: Ecclesia procul dubio haberi & censeri meretur. quia sine fructu illa non esse certum est. Ita & Ecclesiæ uniuersali suã seruamus unitatem, quam dissecare semper studuerunt diabolici spiritus: nec contentus legitimos, qui pro locorum opportunitate distributi sunt, sua authoritate fraudamus. *Matth.*

Symbola Ecclesiæ dignoscendæ, uerbi prædicationem, sacramentorumq; obseruationem, posuimus. Nam hæc nusquam esse possunt, quin fructificent, & Domini benedictione prosperentur. Non dico, ubicunq; prædicatur uerbũ, illic fructum mox exoriri: sed nullibi recipi, & statam habere sedem, nisi ut suam efficaciã proferat. Vtcunq;, ubi reuerenter auditur Euangelij prædicatio, neq; sacramenta negliguntur: illic, pro eo tempore, neq; fallax, neq; ambigua Ecclesiæ apparet facies, cuius uel authoritatem spernere, uel monita respuere, uel consilijs refragari, uel castigationes ludere, nemini impune licet. Multo minus ab ea deficere, ac eius abrumpere unitatem. Tanti enim Ecclesiæ suæ communionem facit Dominus: ut pro transfuga & desertore religionis habeat, quicunq; se à qualibet Christiana societate, quæ modo uerum uerbi ac sacramentorum ministerium colat, contumaciter alienarit, sic eius authoritatem commendat: ut dum illa uiolatur, suam ipsius

imminutam censeat. Quare notas illas diligenter animis impressas teneamus, & pro Domini arbitrio, æstimemus. Nihil est enim, quod magis Sathan moliatur, quã istorum alterutrũ, uel utrumq; Nunc ut, notis istis abolitis et deletis, verã germanamq; tollat Ecclesiæ distinctionem: nunc ut, iniecto earũ contemptu, manifesta defectione, nos ab Ecclesia abripiat. Eius arte factum est, ut pura verbi prædicatio aliquot sæculis euanuerit. Et nunc eadem improbitate incumbit, ad labefactandũ ministerium: quod tamẽ sic in Ecclesia Christus ordinauit, ut, illo sublato, huius edificatio pereat. Iam uero, quam periculosa, imo quã exitialis tentatio est? ubi uel in mentẽ uenit, discessionem facere ab ea congregatione, in qua signa cõspiciuntur ac tesserę, quibus sufficienter Ecclesiam descriptam Dominus putauit. Videmus quãta utrinq; adhibenda sit cautio. Nam ne, sub Ecclesiæ titulo, impostura nobis fiat, ad illã probationem, ceu ad lydium lapidẽ, exigenda est omnis cõgregatio, quæ Ecclesiæ nomen obtendit. si ordinem habet, in verbo & sacramentis, à Domino commendatum, non fallet: secure illi honorem Ecclesijs debitũ deferamus. Rursum uero si absq; uerbo & sacramentis se uendităt, à talibus præstigijs nõ minus religiose cauendum, q̃ in altera parte temeritas superbiaq; fugiẽda.

Ephe. 4.

Quod dicimus, purum uerbi ministeriũ, & purum in celebrandis sacramentis ritum, idoneũ esse pignus & arrabonem, ut tuto possimus societatẽ, in qua utrumque extiterit, pro Ecclesia amplexari: usq; eo ualet, ut nusquam abijcienda sit, quã diu in illis perstiterit: etiã si multis alioqui uitijs scateat. Quin etiam poterit, uel in doctrinæ, uel in sacramentorum administratione uitij quidpiam obrepere, quod alienare nos ab eius communione non debeat. Non enim unius sunt formæ omnia ueræ doctrinæ capita, sunt quædam ita necessaria cognitu, ut fixa esse & inuabitata omnibus oporteat, ceu propria religionis placita. Qualia sunt, unũ esse Deum: Christum Deum esse, ac Dei Filium: In Dei misericordia salutem nobis consistere, & similia. Sunt alia, quæ inter Ecclesias controuersia, fidei tamen unitatem non dirimant. Quæ enim ob hoc unũ Ecclesiæ dissidiant? si altera citra contentionis libidinẽ, citra peruicaciam asserendi, animas à corporibus demigrantes, in cœlum conuolare putet: altera nihil ausit definire de loco, cæterum uiuere tamẽ Domino certo statuat: uerba sunt Apostoli. Quicunq; perfecti simus, idem sentiamus. si quid aliter sapitis: hoc quoq; Dominus reuelabit. An non satis indicat, dissensionem de rebus istis non ita necessarijs, dissidij materiam esse nõ debere inter Christianos? Primum quidem est, ut per omnia consentiamus, sed quoniã nemo est, qui nõ aliqua ignorantiæ nubecula obuolutus sit: aut nullam relinquamus Ecclesiam oportet, aut hallucinationem condonemus in ijs rebus, quæ, & inuiolata religionis summa, & citra salutis iacturam, ignorari possint. Hic autem patrocinari erroribus uel minutissimis nolim, ut blandiendo & conniuendo censeam fouendos: sed dico, non temere, ob quaslibet dissensiunculas, deserendã nobis Ecclesiam, in qua duntaxat ea salua & illa illibata doctrina retineatur, qua constat in columitas pietatis: & sacramentorũ usus, à Domino institutus, custodiatur. Interim si nitimur emendare quod displicet: facimus id ex officio nostro. Et huc pertinet illud Pauli. si melius quid sedenti reuelatũ fuerit, prior taceat. Vnde constat, singulis Ecclesiæ membris demandatum publicæ ædificationis studiũ, pro mensura gratiæ suæ: modo docenter & secundum ordinem, hoc est: ne uel Ecclesiæ communionem renunciemus, uel in ea permanentes, politiam, & disciplinę compositionem conturbemus.

Philp. 4.

1. Cor. 14.

In uitæ autem imperfectione toleranda, multo longius procedere indulgentia nostra debet. Hic enim ualde lubricus est lapsus. Neq; uulgaribus machinamentis hic Sathan nobis insidiatur. Fuerunt enim semper, qui falsa absolutæ sanctimoniæ persuasione imbuti, tanq; aërei quidem dæmones iam facti essent, omnium hominum consortium aspernarentur, in quibus humanum adhuc aliquid subesse cernerẽt. Tales olim erant Cathari: & qui ad eorum uesaniam accedebãt, Donatistæ. Tales hodie sunt ex Anabaptistis nonnulli, qui supra alios uoluntuideri profecisse. Alij sunt, qui inconsiderato magis iustitiæ zælo, quàm insana illa superbia,

ſuperbia, peccant. Dum enim apud eos, quibus Euangelium annunciat, eius doctrinæ non reſpondere vitæ fructum vident: nullam illic eſſe Eccleſiam, ſtatim iudicant. Iuſtiſſima quidem eſt offenſio, & cui plus ſatis occaſionis hoc miſerimo ſæculo præbemus. Nec excuſare licet maledictam noſtram ignauiam: quam Dominus impunitam non ſinet. Vt iam grauibus flagellis caſtigare incipit. Væ ergo nobis, qui tam diſſoluta flagitiorum licentia committimus, ut propter nos vulnerentur imbecilles conſcientiæ, ſed in hoc uiciſsim peccant illi, quos diximus: q̃ offenſioni ſuæ modum ſtatuere neſciunt. Nam vbi Dominus clementiam exigit: omiſſa illa, totos ſe immoderatæ ſeueritati tradunt. Quia enim non putant eſſe Eccleſiam, ubi non eſt ſolida vitæ puritas & integritas: ſcelerum odio, à legitima Eccleſia diſcedunt, dum à factione improborum declinare ſe putãt. Allegant, Eccleſiam Chriſti ſanctam eſſe. Verum ut ſimul intelligant eſſe ex bonis & malis permixtam illam ex ore Chriſti parabolam audiãt, in qua rete comparatur, quo piſces omne genus colliguntur: neq̃ ſeliguntur, donec in littore ſint expoſiti. Audiant agri eſſe ſimilem: q̃ bona fruge cõſitus, zizanijs, inimici fraude, inficitur: quibus non expurgatur, donec in areã aduecta fuerit meſsis. Audiant deniq̃ aream eſſe, in qua ſic collectum eſt triticum, ut ſub palea deliteſcat, donec uanno & cribro repurgatum, in horreum tandem reconditur. Quod ſi hoc malo ad diem uſq̃ iudicij laboraturam Eccleſiam pronunciat Dominus, ut improborum permixtione oneretur: fruſtra nullo næuo inſperſam quærant. Sed enim rem intolerabilẽ eſſe clamant, quod uitiorum peſtis ita paſsim graſſatur. Quid ſi Apoſtoli ſententia hic quoq̃ occurit? Inter Corinthios non pauculi errauerant: ſed totum prope corpus labes occuparat. Non una erat peccati ſpecies, ſed plurimæ. Neq̃ leuia erant errata, ſed horrenda quædam flagitia. Non ſola erat morum corruptio, ſed doctrinæ. Quid hic ſanctus Apoſtolus? hoc eſt, cœleſtis Spiritus organum: cuius teſtimonio ſtat & cadit Eccleſia? An diuiſionem ab illis quærit? An eos à Chriſti regno abdicat? An ultimo anathematis fulmine ferit? Non modo nihil horum agit: ſed Eccleſiam Chriſti, ſanctorumq̃ ſocietatem, & agnoſcit & prædicat. ſi inter Corinthios manet Eccleſia: ubi feruent contentiones, ſectæ, æmulationes: ubi lites uigẽt & iurgia, cum habendi cupiditate: ubi palàm approbatur ſcelus, quod gentibus ipſis foret execrabile: ubi petulanter proſcinditur Pauli nomen, quem ceu patrem colere debuerant: ubi quidam mortuorum reſurrectionem ludibrio habent, cum cuius ruina totum corruit Euangelium: ubi Dei gratiæ ambitioni, non charitati, ſeruiunt: ubi permulta indecenter & inordinate geruntur: & ideo manet, quòd miniſterium uerbi & ſacramentorum illic non repudiatur: quis audeat Eccleſiæ titulum eripere ijs, quibus decima pars iſtorum criminũ impingi nequeat? Qui tanta moroſitate ſæuiunt in præſentes Eccleſias, quid quæſo Galatis feciſſent, tantũ non Euangelij deſertoribus? apud quos tamen idem Apoſtolus Eccleſias reperiebat. Obijciunt etiã, q̃ Paulus grauiter Corinthios obiurgat, qa flagitioſum hominẽ in ſuo contubernio ferant: deinde generalẽ ſententiã ponit, qua nefas omne pronunciat, cũ homine probroſæ uitæ uel panẽ commedere. Hic exclamãt, ſi vulgarem panẽ commedere non licet: panem Domini commedere qui liceat? Fateor certe magnum probrum eſſe, ſi inter Filios Dei locũ habeant porci & canes: multo etiam maius, ſi illis proſtituatur ſacroſanctum Chriſti corpus. Neq̃ vero, ſi bene moratę erunt Eccleſię, ſceleratos in ſinu ſuo ferent: nec ad ſacrum illud epulum dignos ſimul ac indignos promiſcue admittent. Verum quia non ita ſedulo ſemper aduigilant paſtores: interdum etiam indulgentiores ſunt, quàm oporteat: uel impediuntur, quominus eam, quã uellent, ſeueritatem exercere poſsint: Fit ut non ſemper ſubmoueantur etiã palàm mali à ſanctorum contubernio. Hoc uitiũ eſſe fateor. Neq̃ extenuare uolo: cum Paulus acriter in Corinthijs reprehendat. Verum etiam ſi Eccleſia in officio ceſſet: non ideo protinus uniuſcuiuſq̃ priuati erit, iudicium ſeparationis ſibi ſumere. Non equidem nego, quin pij hominis ſit, ab omni priuata improborum conſuetudine ſe ſubducere, nulla ſe uoluntaria cum ipſis neceſsitudine implicare. Sed aliud eſt, malorum fugere cõtubernium: aliud,

Matth. 13.

ipsorum odio Ecclesiæ communionem renunciare. Quod autem sacrilegiũ esse putãt, participare cum illis panem Dñi: in eo rigidiores multo sunt q̃ Paulus. Nã cum ad sanctam & puram participationem nos hortatur: nõ exigit ut vnus alium examinet, aut unusquisq; totam Ecclesiã: sed ut singuli se probẽt. Si cum indigno communicare nefas esset: iuberet certe Paulus nos circumspicere, an non aliquis in multitudine esset, cuius immunditia polluueremur. Nunc cum probationem sui ipsorum solum à singulis requirit, ostendit minime nobis obesse, si qui indigni se nobiscum ingerant. Nec alio spectat, quod postea subijcit. Qui indigne manducat, iudicium sibi manducat et bibit. Non dicit alijs: sed sibi. Et merito. Neq; enim in singulorum arbitrio situm esse debet, qui recipiendi, & qui repellendi sint. Totius Ecclesiæ hæc cognitio est, quæ exerceri sine legitimo ordine non potest, ut fusius postea dicetur. Iniquum ergo erit, ut priuatus aliquis alterius indignitate polluatur, quẽ arcere ab accessu nec potest, nec debet. Quanq̃ autem ex inconsiderato iustitiæ zelo hæc tentatio bonis etiam interdum oboritur: hoc tamen reperiamus: nimiam morositatem ex superbia magis & fastu, falsaq; sanctitatis opinione, quàm ex uera sanctitate, ueroq; eius studio nasci. Itaque qui ad faciendam ab Ecclesia defectionem sunt alijs audaciores, & quasi antesignani, ij ut plurimum nihil aliud caussæ habent, nisi ut omnium contemptu ostentent se alijs esse melio-

Lib. 3. cõt. Parme. c. 1. res. Bene ergo & prudenter Augustinus. Cum pia, inquit, ratio & modus Ecclesiasticæ disciplinæ unitatẽ spiritus in uinculo pacis maxime debeat intueri: quod Apostolus sufferendo inuicem præcipit custodiri, & quo nõ custodito, medicinæ uindicta non tantum superflua, sed etiam pernicioſa, & propterea iam nec medicina esse conuincitur, illi filij mali, qui non odio iniquitatum alienarum, sed studio contentionum suarum infirmas plebes iactantia sui nominis irretitas, uel totas trahere, uel certe diuidere affectant, superbia tumidi, peruicacia uesani calumnijs insidiosi, seditionibus turbulenti, ne luce ueritatis carere ostendantur, umbram rigidæ seueritatis obtendunt: & quæ in scripturis sanctis, salua dilectionis

Eiusdẽ lib. cap. 2. synceritate, et custodita pacis unitate, ad corrigẽda fraterna vicia, moderatiori curatione fieri præcepta sunt, ad sacrilegium schismatis, & occasionem præcisionis usurpant. Pijs autem & placidis hominibus hoc consilium dat: ut misericorditer corripiant quod possunt: quod non possunt, patienter ferant, & cum dilectione gemant atque lugeant, donec aut emendet Deus ac corrigat, aut in messe eradicet zizania & paleas uentilet. His armis præmunire se pij omnes studeant: ne dum strenui & animosi iustitiæ uindices sibi uidentur, à regno cœlorum, quod est unicum iustitiæ regnum, desciscant. Nam quia in hac externa societate, Ecclesiæ suæ communionem Dominus coli uoluit, qui odio improborum tesseram eius societatis frangit, uiam ingreditur, qua procliuis est à sanctorum communione lapsus. Cogitent, in magna multitudine, complures esse uere sanctos & innocentes coram oculis Domini: qui aspectum suum fugiant. Cogitent & ex ijs, qui morbidi uidentur, multos esse, qui in uitijs suis nequaquam sibi placent aut blandiuntur: sed serio timore Domini identidem expergefacti, ad integritatem maiorem adspirant. Cogitent, non ferendum esse de homine iudicium, ab uno facto: quando sanctissimi interdum grauissimo casu excidunt. Cogitent, plus subesse, ad colligandam Ecclesiam, momenti, tum uerbi ministerio, tum sacrorum mysteriorum participationi: quàm ut, quorundam impiorum culpa, tota vis illa euanescere queat. Postremo reputent, in censenda Ecclesia, pluris esse diuinum, quàm humanum iudicium.

Huius rei Christus ipse, Apostoli, & ferè omnes Prophetę exemplũ nobis præbuerunt. Horrendæ sunt illæ descriptiones, quibus Iesaias, Ieremias, Ioel, Habacuk, & alij Ecclesiæ Hierosolimitanæ morbos deplorant. In plebe, in magistratu, in sacerdotibus omnia usque adeo corrupta erant, ut clamet Iesaias à uertice capitis usq; ad calcem pedis, nihil esse illic sanum. Religio partim contempta, partim cõtaminata. In moribus passim referunt furta, rapinę, perfidię, cędes, & simi-

lia sce-

lia scelera. Neq; tamẽ propterea aut nouas sibi Ecclesias erigebãt, aut noua altaria extruebãt prophetę in qbus separata sacrificia haberẽt, sed qualescunq; essent homines: qa tamẽ reputabãt Dñm apud eos uerbũ suũ deposuisse: & ceremonias instituisse, qbus illic colebaẽ, in medio impiorũ cœtu puras manus ad illũ extẽdebant. Certe si putassent aliquid inde cõtagionis se cõtrahere, cẽties potius mortui fuissent, q̃ passi fuissent illuc se pertrahi. Nihil ergo eos retinebat, quominus dissessionẽ facerẽt, q̃ seruandę unitatis studium. Quod si religio sanctis prophetis fuit, ob plurima & maxima scelera, nõ unius aut alterius hois, sed propemodũ totius populi se ab Ecclesia alienare: nimiũ nobis arrogamus, si protinus audemus ab Ecclesię cõmunione deficere, ubi nõ omniũ mores uel nostro iudicio uel Christianę etiã professioni nõ satisfaciũt. Iã Christi & apostolorũ seculum quale fuit? Neq; tamẽ impedire potuit, desperata illa Phariseorũ impietas, & quę tũc passim regnabat dissoluta uiuẽdi licẽtia, quin ijsdẽ sacris cũ populo uterent, & in unũ cũ reliquis templũ ad publica religionis exercitia cõuenirẽt. Vnde id? Nisi quia scie bãt malorũ societate minime pollui, qui pura cõscientia ijsdẽ sacris cõmunicarẽt, si quẽ parũ mouẽt Prophetæ & Apostoli: ille saltẽ Christi authoritati acquiescat. Bene ergo Cyprianus. Etsi uidenẽ, inquit, in Ecclesia zizania, aut uasa impura, nõ est tamen cur ipsi de Ecclesia recedamus. Nobis modo laborandum, ut frumentũ esse possimus. Nobis dãda opera & q̃tũ licet, innitendũ, ut uas aureũ uel argenteũ simus. Cęterum fictilia uasa cõfringere, solius Dñi est, cui & uirga ferrea data est. Nec quisq̃ sibi, qd soli filio uendicet: ut ad areã uentilandã & purgandã paleã sufficiat zizaniaq; omnia humano iudicio segreganda. superba est ista obstinatio, & sacrilega præsumptio, quam sibi furor prauus assumit &cæ. Fixum igitur utrunq; istorum maneat: nihil excusationis eum habere, qui externam Ecclesiæ communionem sponte deserit, ubi Dei uerbum prædicatur, & sacramẽta administrantur: Deinde nihil obstare uel paucorum uel multorum uitia, quo minus illic rite ceremonijs à Deo institutis fidem nostram profiteamur. quia nec alterius, siue pastoris, siue priuati, indignitate lædítur pia conscientia: nec minus pura sunt ac salutaria Domini mysteria homini sancto & recto, quia simul ab impuris attractentur. Li. 3. Epi. 3

Quanti apud nos ualere uerbi & sacramentorum ministerium, & quousque procedere eius reuerentia debeat, ut sit nobis perpetua tessera dignoscendæ Ecclesiæ, explicatum est. Nempe ubicunque integrum extat & illibatum: nullis morum uitijs aut morbis impediri, quo minus Ecclesiæ nomen sustineat. Deinde, illud ipsum leuiusculis erroribus non uitiari, quominus legitimum æstimetur. Porrò errores, quibus talis debeatur uenia, eos esse indicatum est, quibus præcipua religionis doctrina non lædatur: quibus non opprimantur, quæ inter fideles omnes conuenire debent, religionis capita. In sacramentis uero, quæ legitimam authoris institutionem non aboleant, nec labefactent. Atqui, simul in arcem religionis mendacium irrupit, summa necessariæ doctrinæ inuersa est, sacramentorum usus corruit: certe Ecclesiæ interitus consequitur: perinde atque de uita hominis actum est, iugulo transfixo, uel præcordijs letaliter sauciatis. Atque id ex Pauli uerbis liquido euincitur, cum docet Ecclesiam fundatam esse super doctrinam Apostolorum & Prophetarum, ipso Christo summo angulari lapide Ecclesiæ fundamentum est, Prophetarum & Apostolorum doctrina, qua salutem suam in uno Christo reponere fideles iubentur: illam doctrinam tolle: quomodo amplius ædificium constabit? Corruat ergo Ecclesia necesse est, ubi intercidit illa religionis summa, quæ sola sustinere eam potest. Deinde si uera Ecclesia columna est, ac firmamentum ueritatis: certum est non esse Ecclesiam, ubi regnum occupauit mendacium & falsitas. Ephe. 2

In eũ modũ cũ res habeat sub papismo: intelligere licet, qd Ecclesię illic supsit. Pro uerbi ministerio, puersa et mẽdacijs cõflata illic regnat institutio: in locũ cœnę Dñi fœdissimũ sacrilegiũ subijt, Cultus Dei uaria & nõ ferenda superstitionũ

congerie deformatus. Doctrina, citra quam Christianismus non constat, tota sepulta & exposa. Publici cõuentus, idololatriæ, & impietatis scholæ. Quare nullũ est periculum, ne ab exitiali tot flagitiorũ participatione descisscendo, ab Ecclesia Christi diuellamur. Ecclesiæ communio non ea lege instituta est, ut uinculum sit, quo idololatria, impietate, ignorantia Dei, alijsq; malorum generibus irretiamur, sed potius, quo in timore Dei, & ueritatis obedientia retineamur.

Magnifice illi quidẽ suam nobis Ecclesiam cõmendant: ne qua alia in mundo esse uideat. Postea, quasi re cõfecta, oẽs schismaticos esse cõstituunt qui ab eius, q̃ pingunt, Ecclesię obedientia subducere se oẽs hęreticos, qui contra eius doctrinã mutire audent. sed quibus rationibus uerã se Ecclesiã habere cõfirmant? Allegãt ex uetustis annalibus, quid olim in Italia, in Gallia, in Hispania fuerit à sanctis illis uiris, qui sana doctrina fundarunt excitaruntq; Ecclesias, doctrinãq; ipsam & Ecclesię edificationẽ suo sanguine stabilierũt, se originẽ ducere. Ecclesiã uero sic, & spiritualibus donis, & martyrũ sanguine, apud se consecratã, perpetua episcoporũ successione conseruatã fuisse, ne interciderẽt. Cõmemorant quanti hanc successionẽ fecerint Irenæus, Augustinus, & alij. Quàm friuola sint ista & plane ludicra, faciã ut nullo negocio intelligant ij, qui mecũ ea paululũ expendere uolent. Equidẽ eos quoq; hortarer, ut huc animũ serio aduerterẽt, si quid docendo proficere me apud eos posse confiderẽ. sed quãdo illis omissa ueritatis ratiõe, hoc unũ propositũ est, quacũq; possunt uia rẽ suam agere: pauca tm̃ dicã, quibus sese boni uiri et uiri studiosi ab eorũ captionibus expedire queant. Primũ ab illis quęro, cur nõ Aphricã citant et Aegyptũ, & totã Asiã? Nẽpe quia in omnibus illis regionibus desijt sacra hęc episcoporũ successio, cuius beneficio se Ecclesias retinuisse gloriant. Eo igit̃ recidũt, se ideo uerã habere Ecclesiã, qa ex quo esse cœpit, nõ fuerit episcopis destituta. Perpetua. n. serie alios alijs succesisse, sed quid si Græciã illis regeram? Quęro igit̃ iterũ ab ipsis, cur apud Gręcos, perijsse Ecclesiã dicant? apud quos nunq̃ interrupta fuit illa episcoporũ successio, unica eorũ opinione, Ecclesię custos & cõseruatrix. Gręcos faciũt schismaticos. Quo iure? Quia à sede Apostolica descisscẽdo, priuilegiũ perdiderũt. Quid? an nõ multo magis perdere merent̃, qui à Christo ipso deficiũt? sequit̃ ergo euanidũ esse prętextũ successiõis, nisi Christi ueritatẽ, q̃ à patribus per manũ acceperint, saluã & incorruptã posteri retineãt, ac in ea permaneant. Ergo nõ aliud hodie prętendũt Romanẽses, q̃ Iudæos olim obtẽdisse apparet, cũ cęcitatis, impietatis, idololatrię à Prophetis Dñi arguerent̃. Nã ut illi templũ, ceremonias, sacerdotia gloriose iactabant: qbus rebus Ecclesiã, magno, ut sibi uidebantur, argumento metiebant̃: ita pro Ecclesia externæ quædam laruæ ab his opponuntur, quæ longe sæpe absunt ab Ecclesia: & citra quas Ecclesia optime constare potest. Quare neq; alio argumẽto refutandi nobis sunt, q̃ quo aduersus stultam illã Iudæorũ confidentiã pugnabat Ieremias. Nẽpe ne
Ierem. 7. glorient̃ in uerbis mendacibus, dicẽtes, templũ Dñi, templũ Dñi, templũ Dñi est.
Ezech. 11. Quando nihil Dñs uspiã suũ agnoscit, nisi ubi uerbũ suum audit̃, ac religiose obseruatur. Ita cum gloria Dei inter Cherubim in sanctuario sederet: eamq; sedem sibi statam fore pollicitus esset Dñs: ubi cultum eius prauis superstitionibus corrumpunt sacerdotes, alio transmigrat, & locũ sine ulla sanctitate relinquit. si templũ illud, q̃d uidebat̃ perpetuę Dei habitationi cõsecratum, derelinquit à Deo, ac prophanescere potuit: non est q; nobis isti fingant Deũ ita personis aut locis alligatũ, aut affixum externis obseruationibus, ut manere apud eos oporteat, qui titulum modo & speciem Ecclesiæ habent. Atq; hæc contentio, quam habet Paulus in Epistola ad Romanos, à nono capite usq; ad duodecimũ. Hoc enim uehementer turbabat infirmas cõscientias, q; cũ uiderent̃ esse populus Dei: Euangelij doctrinam non modo respuebant: sed etiam persequebant̃. Post q̃ ergo doctrinã exposuit: hãc difficulter remouet, ac negat Iudęos illos, ueritatis hostes, esse Ecclesiam: utcunq; nihil eis deesset, q̃d posset ad externam Ecclesiæ formam aliàs desiderari. ideoq; negat, quia Christũ nõ amplecterent̃. In huc modum hodie nos uexant Romanẽses, ac imperitos terrefaciunt Ecclesię nomine: cũ capitales sint Christi ad-

sti aduersarij. Quamuis igitur templũ, sacerdotium, & reliquas eiusmodi larvas obtendant: minime permouere nos debet inanis hic fulgor, quo simplicium oculi perstringuntur, ut Ecclesiam esse recipiamus, ubi uerbum Dei non apparet. Hæc enim perpetua est nota, qua signauit suos Dominus noster. Qui est ex veritate, inquit, audit uocem meam. Item, Ego sum pastor ille bonus: & cognosco oues meas, & cognoscor à meis. Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Paulo autem ante dixerat, oues pastorem suum sequi, quia nouerunt uocem eius: alienum autem non sequi, sed effugere ab eo, quia non nouerunt uocem alienorum. Quid igitur sponte in censenda Ecclesia insanimus: cum eam minime dubio symbolo designarit Christus. Quod ubicunque spectat, fallere non potest, quin illic Ecclesiã certo ostendat, ubi uero abest, nihil restat, quod ueram Ecclesiæ significationem dare possit. Non enim super hominum iudicia, non super sacerdotia fundatam esse Ecclesiam, sed super doctrinam Apostolorum & Prophetarum commemorat Paulus. Quin potius Ierusalem à Babylone, Christi Ecclesia à Sathanæ coniuratione hoc discrimine digno scenda est, quo eas inter se Christus distinxit. Qui ex Deo est, inquit, uerba Dei audit. Propterea non auditis, quia ex Deo non estis. In summa, cũ Ecclesia regnũ sit Christi: regnet autem ille non nisi per uerbum suum: an ullis iam obscurum erit, quin illa mendacij uerba sint, quibus Christi regnum absque eius sceptro, id est, sacrosancto ipsius uerbo, esse fingitur.

Ioã. 10 et 18

Eph. 4

Ioan. 8.

Iam uero q̃ reos schismatis & hæreseos nos agunt, quia & dissimilẽ prædicemus doctrinam & suis legibus non pareamus & seorsum conuentus ad preces, ad baptismũ, ad cœnæ administrationẽ, aliasq; sactas actiones habeamus: grauissima quidem est accusatio: sed quæ nequaq̃ longa aut laboriosa defensione opus habet. Hæretici & schismatici uocantur, qui dissidio facto, Ecclesiæ communionem dirimunt. Hæc porrò duobus uinculis continetur: sanæ doctrinæ consensione & fraterna charitate. Vnde inter hæreticos & schismaticos hoc discriminis ponit Augustinus, quòd illi quidem falsis dogmatibus fidei sinceritatem corrumpant: hi autem interdum etiam in fidei similitudine societatis uinculum disrumpant. Verum id quoque notandum est: hanc charitatis coniunctionem sic à fidei unitate pendere, ut hæc illius initium, finis, unica deniq; regula esse debeat. Meminerimus ergo, quoties Ecclesiastica unitas nobis commendatur, hoc quæri, ut dum mentes in Christo consentiunt, uoluntates etiam nostræ mutua in Christo beneuolentia inter se coniunctæ sint. Itaque Paulus, dum ad illam nos hortatur, pro fundamento sumit, unum esse Deum, unam fidem, & unum baptismum. Imo ubicunque nos idem sentire, & idem uelle docet, continuo addit, in Christo, uel secundum Christum, significans impiorum esse factionem, non conspirationem fidelium, quæ fit extra uerbum Domini. Paulum quoque secutus Cyprianus, totius Ecclesiasticæ concordiæ fontem ab unico Christi episcopatu ducit. Postea subijcit, Ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: quomodo solis radij multi: sed lumen unum, & rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum. Et cum de fonte uno riui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa uideatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen manet in origine. Auelle radium solis à corpore: diuisionem unitas non capit. Ab arbore frange ramum fractus germinare nõ poterit. A fonte prȩcide riuũ: prȩcisus aresçit. sic et Ecclesia, Dñi luce perfusa, per totũ orbẽ porrigit, unũ tamẽ lumẽ est q̃d ubiq; diffundit. Nihil elegãtius dici potuit ad exprimendã indiuiduã illã cõnexionẽ, q̃ habent inter se omnia Christi mẽbra uidemus ut ad caput ipsum perpetuo nos reuocet. Proin de hȩreses & schismata, inde oriri pronunciat, quòd ad ueritatis originẽ non redditur, nec caput quæritur, nec cœlestis magistri doctrina seruatur. Eant nunc, & clamitent hæreticos nos esse, qui ab ipsorum Ecclesia recesserimus: cum nulla alienationis causa fuerit, nisi hæc una, quòd puram ueritatis professionem nullo modo ferre possunt. Taceo autem, quòd anathematibus &

Eph. 4.

Lib. quæst. Euang. secundum Matth.

De simplicitat. Prælatorum.

dicis nos

dicis nos expulerunt. Quod tamen ipsum satis superq; nos absoluit, nisi Apostolos quoq; schismatis damnare uelint, quibuscũ similẽ habemus causam. Prædixi, inquã, Christus Apostolis suis fore, ut à synagogis propter nomẽ suũ eijcerent. Illę porro synagogę, de quibus loquitur, tunc habebant legitime Ecclesię. Cum ergo eiectos esse nos constet: idq; propter Christi nomen fuisse factum parati simus ostendere: de causa certe prius quærendum est, q̃ aliquid de nobis in hanc uel illã partẽ definiatur, sed hoc illis si ita uolunt, sponte remitto. Abunde enim mihi est, oportuisse nos ab ipsis recedere, ut ad Christum accederemus.

Sed apparebit etiãnum certius, quo loco nobis esse debeãt Ecclesiæ oẽs, quas Romani illius idoli tyrãnis occupauit, si cũ Israelitico illa ueteri, qualis apud Prophetas delineata est, conferat. Vera tum extabat apud Iudæos & Israelitas Ecclesia, cum in fœderis legibus perstarent. Ea scilicet obtinẽtes Dei beneficio, quibus Ecclesia continetur. Doctrinam ueritatis habebant in lege. Eius ministerium penes sacerdotes erat & Prophetas. Circuncisionis symbolo in religionẽ initiabant. Alijs sacramentis exercebantur ad fidei confirmationẽ. Non dubium, quin cõperterent in eorũ societatẽ elogia, quibus Ecclesiã suã Dñs honorauit. Postq̃, deserta lege Dñi, degenerarunt ad idololatriã & superstitionẽ: illa prærogatiua pro parte exciderũt. Quis. n. ausit Ecclesię titulũ ijs præripere, apud q̃s uerbi sui prædicationẽ, et mysteriorũ obseruationẽ deposuit Deus? Rursum q̃s ausit eũ cœtũ, nulla cũ exceptiõe, Ecclesiã appellare, ubi uerbũ Dñi palã & impune cõculcatur? ubi eius ministerũ, præcipuus neruus, atq; adeo aĩa Ecclesię, dissipat. Quid ergo? dicet q̃spiã. Nullane igitur reliqua erat in Iudęis Ecclesię particula, ex quo ad Idololatriã defecerunt? Facilis est responsio. Primum dico in ipsa defectione fuisse gradus quosdã. Neq; enim dicemus eundẽ fuisse lapsum Iudę & Israelis, primum tempore uterq; à puro Dei cultu deflexit. Iarobeam, cum uitulos fabricaret cõtra apertã Dei prohibitionẽ, & adorationi locum nõ licitum dedicaret, religionẽ prorsus corrupit. Iudęi prius se impijs moribus & superstitiosis opinionibus inquinarũt, q̃ tantum in externa religionis forma perperã mutarent. Quanq̃. n. sub Rechabeã multas iã peruersas cęremonias uulgo sibi asciuerant: quia tamẽ Ierosolymis manebant & legis doctrina, & sacerdotium, & ritus, qualiter Deus instituerat: habebant illic pĩ tolerabilẽ Ecclesiæ statum. Apud Israelitas, usq; ad regnum Achab, res minime in melius restitutę: tũc uero etiã in deterius prolapsę sunt. Qui postea successerũt, usq; ad interitũ regni, partim eius fuerũt similes, partim cũ aliq̃to meliores esse uellẽt, exemplũ Iarobeã secuti sunt. Oẽs autẽ ad unum impij & idolatręs. In Iudęa uarię subinde mutatiões fuerũt, dũ alij reges cultum Dei falsis & cõmentitijs superstitionibus peruertunt: alij dissipatam religionẽ instaurant: donec ipsi quoq; sacerdotes templum Dei profanis abominandisq; ritibus polluerunt.

Age nunc, negẽt papistę si possunt, ut sua uitia maxime extenuẽt, religiõis statũ ita apud se corruptũ uitiatũq; esse, ut fuit in regno Israelitico sub Iarobeã. Atq; idololatriã habẽt crassiorẽ: Neq; in doctrina, guttula una sunt puriores: nisi forte in hac q̃q; ipsa magis sint impuri. Dñs mihi teltis est, & res etiã ipsa declarat, q̃ nihil hic amplificẽ. Iã cum ad Ecclesię suę cõmunionẽ adigere nos uolunt, duo postulãt à nobis. Primũ ut precibus, sacrisq;, & cęremonijs suis omnibus cõmunicemus: deinde ut quidq̃d honoris, potestatis iurisdictionis Ecclesię suę tribuit Christus, id Ecclesię suę deferamus. Quod ad primum attinet: fateor Prophetas oẽs, q̃ Ierosolymis fuerũt, cũ res illic essent admodũ corruptæ, nec seorsum sacrificasse, nec separatos habuisse ab alijs ad orandũ cœtus. Habebãt. n. Dei mãdatũ quo in tẽplum Solomonis cõuenire iubebant, sacerdotes leuiticos, quia sacrorũ antistites ordinati erãt à Dño, necdũ abdicati, utcunq; indigni eo honore essent locũ illũ iure adhuc tenere nouerãt. Quod uero caput est totius quęstionis, ad nullũ superstitiosum cultũ adigebant, imo nihil suscipiebãt, q̃ non esset à Deo institutũ. Apud hos autẽ, papistas dico, quid simile? Vix. n. ullũ cũ ipsis cõuentũ possumus habere, in quo nõ aperta idololatria nos polluamus. Certe præcipuũ cõmunionis uinculum in missa est, q̃ nos ut maximũ sacrilegium abominamur, atq; id merito an

temere

temere à nobis fiat, alibi uidebit. Nunc satis est ostendere, aliã in hac parte causam nostrã esse, q̃ fuerit prophetarũ: q ut impioꝝ sacris interessent, nullas ceremonias uel spectare uel usurpare cogebant, nisi à Deo institutas. Ac si exẽplum omnino simile habere libet: sumamus ex regno Israelitico. secundũ institutum Iarobeã manebat circuncisio, fiebant sacrificia, lex sancta habebat. Inuocabat Deus ille, quẽ à patribus acceperant. sed propter cõmentitios ac uetitos cultus, qd q̃d illic agebat Deus improbabat ac dãnabat. Cedo mihi Prophetã unũ, uel pium aliquẽ uirum, qui semel adorauerit in Bethel, aut sacrũ fecerit. Nouerãt em̃ se id nõ facturos, qn aliquo sacrilegio se cõtaminarent. Habemus ergo, nõ eo usq; ualere apud pios debere Ecclesiæ cõmunionem, ut si illa ad profanos pollutosq; ritus degeneraret, se qui protinus necesse sit. Verũ de altera parte magis etiãnum cõtendimus. Nã si Ecclesia secundũ eũ modũ consideratur, cuius reuereri iudiciũ, cuius authoritati deferre, cuius monitionibus parere, cuius castigatiõibus cõmoueri, cuius cõmunionẽ religiose in oĩbus colere oporteat: Ecclesiã illis cõcedere nõ possumus qn sub iectionis et obediẽtię necessitas nos maneat. Libẽter tñ eis cõcedemus, q̃d Iudeis et Israelitis sui seculi dederũt Prophetę, cũ res aut in pari statu aut etiã meliore illic essent. Videmus aũt, ut passim clamẽt, profana esse cõuenticula, quibus nõ magis cõsentire liceat q̃ Deũ abnegare. Et certè si illę Ecclesię fuerunt: sequit ab Ecclesia Dei alienos fuisse, in Israele quidẽ Heliã, Micheã et similes; in Iehuda autẽ Iesaiã, Ieremiã, Oseã, & reliquos eius notę q̃s peius quibusuis incircuncisis oderãt et execrabant sui ęculi Prophetę, sacerdotes, et populus. si illæ Ecclesiæ: ergo Ecclesia nõ colũna ueritatis, sed firmamentũ mẽdacij: nõ tabernaculũ Dei uiuẽtis, sed idolorũ receptaculũ. Necesse igit habebãt ab eorũ cœtuũ cõsensione descisscere, quę nihil aliud erat, q̃ impia aduersus Deũ cõspiratio. Eadẽ ratione si qs prędentes cœtus idololatria, superstitiõe, impia doctrina cõtaminatos, pro Ecclesijs agnoscat, in quarũ plena cõmunione prędtandũ sit homini Christiano, usq; ad doctrinę cõsensionẽ, ualde errabit. Nã si Ecclesiæ sunt: potestas clauiũ penes ipsas est. Atqui claues indiuiduũ habent nexũ cũ uerbo, q; illinc profligatũ est. Deinde si Ecclesię sunt: ualet apud eas Christi promissio. Quodcũq; ligaueritis &c. Cõtra autẽ abdicant à sua cõmunione, quicũq; se Christi seruos non ficte profitẽtur. Ergo aut euanida est Christi promissio: aut nõ sunt, hoc saltẽ intuitu, Ecclesię. Deniq; pro uerbi ministerio habẽt scholas impietatis, & errorum omne genus sentinam. Proinde aut Ecclesiæ secundum hanc rationem non sunt: aut nullum restabit symbolum, quo legitimi fidelium cœtus à Turcarum conuentibus discernantur.

Vt tñ manebãt olim inter Iudęos peculiares quędã ecclesię prærogatiue: ita nec hodie papistis adimimus, quæ supereſſe ex dissipatiõe uestigia ecclesiæ inter eos Dñs uoluit. Cũ illis fœdus suũ semel pepigerat Deus. Id sua magis ipsius firmitate subnixũ cõtra eorũ impietatẽ eluctãdo persistebat, q̃ ab illis cõseruabat. Quæ ita q; certitudo est constãtia diuinę bonitatis, resi debat illic fœdus Dñi: nec oblitera ri illoꝝ p fidia poterat eius fides. Nec impuris eoꝝ manibus profanari ita circũcisio poterat, qn simul uerũ esset signũ et sacramentũ eius fœderis. Vnde liberos, q illis nascebant, suos Dñs uocabat: q, nisi speciali benedictione, nihil ad eũ pertinẽt. sic cũ fœdus suũ in Gallia, Italia, Germania, Hispania, Anglia deposuerit, ubi illę prouincię antichristi tyrãnide oppressę sunt, quò tamẽ fœdus suũ inuiolabile maneret, Baptismũ primo illic cõseruauit, fœderis testimoniũ: qui eius ore consecratus, inuita humana impietate uim suam retinet. deinde sua prouidentia effecit, ut aliæ quoq; reliquiæ extarent: ne Ecclesia prorsus interiret. Ac quemadmodum ita sæpe diruunt̃ edificia, ut fundamenta & ruinę maneant: ita nõ passus est Deus Ecclesiam suam ab Antichristo uel à fundamento subuerti, uel solo æquari: utcunq; ad puniendam hominum ingratitudinem, q uerbum suũ contempserant, horribilem quassationẽ ac dissectionẽ fieri permiserit: sed ab ipsa quoq; uastatione semirutum edificium superasse uoluit. Cum ergo Ecclesiæ titulum non simpliciter uolumus concedere papistis, non ideo Ecclesias apud eos esse inficiamur: sed tantum litigamus de uera & legitima Ecclesiæ constitutione,

quæ

quæ in communione, cum sacrorum, quæ signa sint professionis, tum uero potissimum doctrinæ requiritur. Antichristum in templo Dei sessurum prædixerunt Daniel & Paulus. Illius scelerati & abominandi regni ducem, & antesignanum apud nos facimus Ro. pontificem. Quod sedes eius in templo Dei collocatur, ita innuitur, tale fore eius regnum, quod nec Christi, nec Ecclesiæ nomen aboleat. Hinc igitur patet, nos minime negare, quin sub eius quoq; tyrannide Ecclesiæ maneant: sed quas sacrilega impietate profanarit, quas immani dominatione afflixerit, quas malis & exitialibus doctrinis, ceu uenenatis potionibus corruperit, & propemodum enecarit: in quibus semisepultus lateat Christus, obrutum Euangelium, profligata pietas, cultus Dei ferè abolitus, in quibus denicq; omnia sic sint conturbata: ut Babilonis potius, quàm ciuitatis Dei sanctæ facies illic appareat. In summa. Ecclesias esse dico, quatenus populi sui reliquias, utcunq; misere dispersas ac dissectas, illic mirabiliter Dominus conseruat, quatenus permanent aliquot Ecclesiæ symbola: atq; ea præsertim, quorum efficaciam nec Diaboli astutia, nec humana prauitas destruere potest. sed quia econuerso deletę sunt illic notæ, quas præcipue in hac disputatione respicere debemus, dico unumquęq; cœtum & totum corpus carere legitima Ecclesię forma.

Iam de ordine dicendum est, quo Ecclesiam suam gubernari uoluit Dominus. Tametsi enim solum ipsum regere ac regnare in Ecclesia, & imperium hoc solo eius uerbo exerceri atq; administrari oportet: quia tamen uisibili præsentia inter nos non habitat, ut uoluntatem nobis suam ore coram declaret, hominum ministerium in hoc adhibet, & quasi uicariam operam: non ad eos ius suum honoremq; transferendo: sed tantum ut per eos suum ipse opus agat: qualiter ad opus quoq; faciendum instrumento utitur artifex. Posset id quidem uel per seipsum, sine alio quouis, aut adminiculo, aut organo, uel etiam per Angelos facere. sed complures sunt causæ, cur per homines malit. Hoc enim modo primũ dignationem erga nos suam declarat, cum ex hominibus sumit, qui pro se in mundo legatione fungantur, qui arcanæ suæ uoluntatis sint interpretes, qui personam denicq; suam repræsentent. sicque experimento comprobat, non uanum esse, quòd passim nos uocat templa sua, dum ex ore hominum, uelut ex sanctuario, responsa hominibus reddit. Deinde hoc optimum ac utilissimũ ad humilitatẽ exercitiũ est, dum nos ad obediendum uerbo suo assuefacit, utcunq; per homines similes nobis, interdum etiam dignitate inferiores prædicetur. Si de cœlo ipse loqueretur, nihil mirum foret, si sacra eius oracula omnium auribus atq; animis reuerenter sine mora exciperentur. Quis enim præsentem eius potestatem non horreret? Quis non ad primum tantæ maiestatis aspectum prosterneretur? Quis non immenso illo fulgore confunderetur? Verum ubi homuncio quispiam ex puluere emersus in nomine Dei loquitur: hic nostram erga Deum ipsum pietatem & obseruantiam optimo testimonio declaramus, si dociles nos exhibemus eius ministro, cum nulla tamen in re nos excellat. Hac igitur etiam causa cœlestis suæ sapientiæ thesaurum in uasis fragilibus ac luteis abscondit, quo certius experimentum capiat, quanti à nobis fiat. Adhęc nihil ad fouendam mutuam charitatem aptius erat, quàm hoc uinculo homines inter se colligari, dum unus constituitur pastor, qui reliquos simul doceat: qui uero discipuli esse iubentur, communem ex uno ore doctrinam excipiunt. si enim sibi quisq; sufficeret, nec indigeret alterius opera, quæ superbia est humani ingenij, contemneret quisq; alios, & ab illis contemneretur. Quem igitur firmissimum retinendæ unitatis nodum fore prouidit Dominus, eo Ecclesiam suam adstrinxit, dum salutis ac uitæ æternæ doctrinam apud homines deposuit, ut per eorum manus reliquis communicaret. Huc respexit Paulus, cum Ephesijs scriberet. Vnum corpus, unus Spiritus, quemadmodum & uocati estis in una spe uocationis uestræ. Vnus Dominus, una fides, unũ baptisma. Vnus Deus & Pater omnium, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus nobis. Verum unicuiq; nostrũm data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Quapropter dicit. Cum ascendisset in altum, captiuam duxit

captiuita-

captiuitatem, dedit dona hominibus. Qui descendit, idem ille est qui ascendit, ut impleret omnia. Et idem dedit alios quidem Apostolos, alios uero Prophetas, alios autem Euangelistas, alios Pastores ac doctores, ad instaurationem sanctorum in opus administrationis, in edificationem corporis Christi, donec peruenia mus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filij Dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenæ adultæ: ut non amplius simus pueri, qui circumferamur omni uento doctrinæ: sed ueritatem sectantes in charitate, adolescamus in illum per omnia, qui est caput: nempe Christus, in quo totum corpus coagmentatum & compactum per omnem commissuram submini strationis iuxta actū in mensura uniuscuiusq; partis incrementū corporis facit, in edificationē sui ipsius per charitatē.

His uerbis cum illud ostendit, hominū ministerium, quo Deus in gubernāda Ecclesia utitur, præcipuū esse neruū, quo fideles in uno corpore cohæreāt: tum uero etiam indicat, non aliter incolumem seruari Ecclesiam posse, quàm si his præsidijs fulciatur, in quibus salutem eius reponere, Domino placuit. Ascendit Christus in altum, inquit, ut omnia impleret. Hæc autem implendi ratio, quòd per ministros, quibus officium hoc mandauit, & muneris obeundi gratiam contulit, sua dona dispensat ac distribuit Ecclesiæ: seque adeo ipsum præsentem quodammodo exhibet, Spiritu sui uirtutem in sua hac institutione exerendo, ne inanis sit uel ociosa. Sic instauratio sanctorum peragitur, sic edificatur corpus Christi sic adolescimus per omnia in eum qui est caput, & inter nos dum coalescimus, redigimur omnes in unitatem Christi, si prophetia inter nos uiget: Si Apostolos recipimus, si doctrinam nobis administratam non aspernamur. Ecclesiæ ergo dissipationem, uel ruinā potius & exitium molitur, quisquis ordinē hunc de q̄ disputamus & hoc genus regiminis uel abolere studet, uel quasi minus necessarium eleuat. Neq; enim uel solis lumen ac calor, uel cibus ac potus tam sunt præsenti uitæ fouendæ ac sustinendæ necessaria, quàm est conseruandæ in terris Ecclesiæ Apostolicum ac pastorale munus. Proinde Dominus quibus potuit elogijs eius dignitatem nobis sæpe commendauit: quo in summo honore ac precio, tanquàm res omnium præstantissima, apud nos esset. Singulare beneficium se hominibus largiri doctores eis excitando testatur, ubi iubet Prophetam exclamare, Isa. 52. pulchros esse pedes & beatū aduentum annunciantium pacem: cum Apostolos lucem mundi, & salem terræ nominat. Nec splendidius ornari poterat hoc officium, quàm cum dixit, Qui uos audit, me audit: qui uos spernit, me spernit. Sed nullus est illustrior locus, quàm apud Paulum in secunda ad Corinthios, ubi hanc 3. & 4. ca. quæstionem uelut ex professo tractat. Contendit ergo, nihil Euangelij ministerio in Ecclesia magis præclarum aut gloriosum esse, cum sit administratio spiritus & iustitiæ, & uitæ æternæ. Hæc & similia eò pertinent, ne illa gubernandæ ac retinendæ per ministros Ecclesiæ, ratio, quam Dominus in perpetuum sanciuit apud nos uilescat, ac ipso tandem contemptu obsolescat. Ac eius quidem necessitas quanta sit, non uerbis modo, sed exemplis quoq; declarauit. Cornelio cum plenius affulgere uellet ueritatis suæ luce: Angelum è cœlo misit, qui eum ad Petrum amandaret. Paulum cum ad notitiam sui uocare, ac in Ecclesiam inserere uellet, eum sua ipsius uoce alloquitur: sed ad hominem remittit, à quo & salutis doctrinam, & baptismi sanctificationem percipiat. Si non temere sit, quòd angelus, qui Dei est interpres, ab enarranda Dei uoluntate ipse abstinet, hominem uero iubet accersiri, qui eam enarret: quòd Christus, unicus fidelium magister, hominis magisterio Paulum committit, & Paulum illum, quem in tertium cœlum rapere, & mirifica rerum ineffabilium reuelatione dignari constituerat: quis nunc cotemnere ministerium illud audeat, uel quasi superuacuum præterire, cuius usum talibus documentis testatum facere Deus uoluit?

Qui Ecclesiæ regimini secundum Christi institutionem præsint, nominantur à Paulo primum Apostoli, deinde Prophetæ, tertio Euangelistæ, quarto Pastores, postremo Doctores. Ex q̄bus duo tantū vltimi ordinariū in Ecclesia munus habent: alios tres initio regni sui Dominus excitauit: & suscitat etiam interdū, prout

temporum neceſſitas poſtulat. Quæ ſit Apoſtolica functio, ex mandato illo conſtat. Ite prædicate Euangelium omni creaturæ. Non attribuuntur illis certi fines: ſed totus orbis aſſignatur redigendus in obedientiam Chriſti, ut Euangeliũ, vbiq́ gentium poterunt, ſpargendo, regnum eius vbiq́ erigant. Proinde Paulus cum ſuum Apoſtolatum approbare vellet, ſe non vnam aliquam urbem Chriſto acquiſiuiſſe, ſed longe lateque propagaſſe Euangelium commemorat: neq́ alienis fundamentis appoſuiſſe manus, ſed ubi inauditum fuerat Domini nomen Ecclesias plantaſſe. Miſſi ergo ſunt Apoſtoli, qui orbem à defectione in ueram Dei obedientiam reducerẽt, regnumq́ eius ubiq́ Euangelij prædicatione conſtituerent: uel ſi mauis, qui tanquàm primi Eccleſiæ architecti eius fundamenta in toto mundo iacerent. Prophetas uocat, non quoſlibet diuinæ uoluntatis interpretes, ſed qui ſingulari reuelatione excellebant: quales nunc uel nulli extant, uel minus ſunt conſpicui. Per Euangeliſtas eos intelligo, qui cum dignitate eſſent Apoſtolis minores, officio tamen proximi erant: adeoq́ uices eorũ gerebant. Quales fuerunt, Lucas, Timotheus, Titus, & reliqui ſimiles. Ac fortaſſis etiã ſeptuaginta diſcipuli quos ſecundo ab Apoſtolis loco Chriſtus deſignauit. Secundum hanc interpretationem, quæ mihi & uerbis & ſententiæ Pauli conſentanea uidetur, tres illæ functiones non ideo inſtitutæ in Eccleſia fuerunt, ut perpetuæ forent: ſed ad id modo tempus, quo erigendæ erant Eccleſiæ, ubi nullæ ante fuerant, uel certe à Moſe ad Chriſtum traducendę. Quanq̃ non nego, quin Apoſtolos poſtea quoq́ uel ſaltem eorum loco Euangeliſtas interdum excitarit Deus, ut noſtro tempore factum eſt. Talibus enim, qui Eccleſiã ab Antichriſti defectione reducerent, opus fuit. Munus tamen ipſum nihilominus extra ordinarium apello, quia in Eccleſijs rite conſtitutis locum non habet. Sequuntur paſtores ac doctores, quibus carere nunq̃ poteſt Eccleſia: inter quos hoc diſcriminis eſſe puto, quód doctores, nec diſciplinæ, nec ſacramentorum adminiſtrationi, nec monitionibus aut exhortationibus præſunt: ſed ſcripturæ tantum interpretationi: ut ſyncera ſanaq́ doctrina inter fideles retineatur: paſtorale autem munus hæc omnia in ſe continet.

Roma. 15.

Habemus quę in Eccleſiæ regimine temporaria miniſteria fuerint, & quę ideo inſtituta ut perpetuo durẽt. Quod ſi Euangeliſtas Apoſtolis iungamus: reſtabũt nobis duo paria, quodammodo inter ſe reſpondentia. Quam enim ſimilitudinẽ habent noſtri doctores cum ueteribus Prophetis, eam habent cum Apoſtolis paſtores. Excellentius fuit propheticum munus, propter ſingulare reuelationis donum quo pollebant. Sed doctorum officium ſimilem ferè rationem & unũ prorſus finem habet. Ita duodecim illi, quos Dominus elegit, ut nouam Euangelij prædicationem orbi promulgarent, ordine & dignitate cæteros anteceſſerunt. Tametſi enim ex ratione & etymo uerbi, rite Apoſtoli poſſunt uocari omnes miniſtri Eccleſiaſtici: quia à Domino omnes mittuntur, eiuſq́ ſunt nuncij: quia tamẽ magni referebat, certam haberi de eorum miſſione notitiam, qui rem nouam & inauditam afferrent: duodecim illos, quorum numero poſtea acceſſit Paulus, peculiari titulo ante alios inſigniri oportuit. Hoc nomen tribuit quidem alicubi Paulus ipſe Andronico & Inniæ, quos dicit fuiſſe inſignes inter Apoſtolos, ſed cum propriè loqui uult, non niſi ad primarium illum ordinem refert. Atq́ hic eſt communis ſcripturæ uſus. Paſtores tamen, excepto, quòd certas ſinguli Eccleſias ſibi attributas agunt, eandem ſuſtinent cum Apoſtolis prouinciam. Porro, quale illuc ſit, clarius adhuc audiamus.

Roma. 19.

Dominus cum Apoſtolos mitteret, mandatũ illis dedit, ſicut dictum nuper, de prędicando Euangelio, & baptizandis credentibus in remiſſionẽ peccatorũ. Antea aũt mandauerat, ut ſacra ſymbola corporis & ſanguinis ſui ad exemplũ ſuum diſtribuerẽt. En ſanctã, inuiolabilem, perpetuamq́ legẽ impoſitam ijs, q̃ in Apoſtolorũ locum ſuccedunt: qua mandatũ accipiũt de Euãgelij prędicatione, & ſacramentorũ adminiſtratiõe. Vnde colligimus, eos, q̃ utrumq́ iſtorum negligunt, falſo prętexere Apoſtolorum perſonã. Quid autẽ paſtores? Paulus nõ de ſeipſo tantum, ſed de omnibus illis loquit̃, cum inquit. Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti,

Christi,& dispensatores mysteriorũ Dei. Item alibi. Oportet Episcopum tenacẽ esse eius qui secundum doctrinam est,fidelis sermonis:ut potens sit exhortari per doctrinã sanam,& contradicentes refellere. Ex his,& similibus locis,q passim occurrunt,colligere licet,in pastorum quoq; functione has esse duas prẽcipuas partes:Euangeliũ annunciare,& sacramenta administrare. Docendi autẽ ratio nõ in publicis tantũ concionibus cõsistit:sed ad priuatas etiã admonitiões pertinet. Ita Paulus testes citat Ephesios,q nihil suffugerit,eorum,quæ in rem ipsorum erant, quin annunciaret ac doceret eos publice & per singulas domos,testificans Iudẽis simul ac Græcis pœnitentiã,& fidem in Christum. Item paulò post,q non destiterit cum lachrymis monere vnumquemq; eorũ. Neq; tamen præsentis instituti est, singulas boni pastoris dotes persequi,sed tantũ indicare,quid profiteantur,qui se pastores appellant. Nempe ita se præesse Ecclesiæ,nõ ut ociosam habeãt dignitatem:sed ut Christi doctrina populũ ad verã pietatem instituant,sacra mysteria administrent,rectã disciplinam conseruent atq; exerceant. Quicunq; enim speculatores positi sunt in Ecclesia, illis Dominus denunciat,si quis,per ignorantiã, eorum negligentia,pereat:sanguinẽ se de ipsorũ manibus requisiturũ. In eos quoq; omnes cõpetit quod de se ait Paulus. Ve mihi,nisi Euangelisem:cum dispensatio mihi sit cõmissa. Deniq; quod orbi vniuerso præstiterunt Apostoli, id gregi suo cui destinatus est,debet pastor unusquisq;. Etsi dum singulis assignamus suas Ecclesias,interim nõ negamus, quin aliàs Ecclesias iuuare is possit,qui uni est alligatus. Siue quid inciderit turbarum,quod eius prẽsentiã requirat:siue ab ipso petatur de re aliqua obscuriore consiliũ. Sed quia ad retinendã Ecclesiæ pacem necessaria est ista politia,unicuiq; esse propositũ quod agat, ne simul omnes tumultuentur,sine uocatione incerti discurrant,in unum omnes locũ temere confluant,& ne uacuas Ecclesias pro libidine deserant,qui de sua cõmoditate magis,q̃ de Ecclesiæ ædificatione sunt solliciti:hæc distributio,quoad licet,obseruari cõmuniter debet,ut suis quisq; finibus cõtentus,in alienã prouinciam nõ irrumpat. Nec humanum est inuentũ:sed Dei ipsius institutum. Legimus enim,Paulum & Barnabam creasse,per singulas Listrensium, Antiochenorum, Iconum Ecclesias præsbyteros:Et Paulus ipse Tito præcipit,ut oppidatim presbyteros constituat. Sic alibi Philippensium Episcopos,& alibi Archippum Colossensium Episcopum cõmemorat. Et extat insignis eius concio apud Lucam, ad presbyteros Ecclesiæ Ephesinẽ. Quisquis ergo Ecclesiæ unius regimen ac curam susceperit, huic,diuinæ uocationis lege,obligatũ se esse sciat,non q̃ ueluti glebæ addictus,ut iurisconsulti dicunt, ideſt loco mancipatus & quasi affixus, pedẽ inde mouere nequeat,si ita publica utilitas postularit,modo id rite & ordine fiat. Sed is qui in unum locũ uocatus est,nõ debet ipse de migratiõe cogitare,nec prout sibi cõmodum putarit,quæ rere liberationẽ. Deinde si quem expediat alio transferri,nõ tamen debet hoc priuato consilio tentare: sed expectare publicam authoritatem.

1. Cori. 4.
Tit. 1.
Acto. 20.
Ezechi. 3.
Corinth.
Acto. 14
Tit. 1.
Philp. 1.
Colos. 4.

Cæterum quod Episcopos,& presbyteros,& pastores,& ministros promiscue uocaui,q Ecclesias regunt: id feci ex scripturæ usu, quæ uocabula ista confundit. Quicunq; enim uerbi ministerio funguntur,ijs titulum Episcoporum tribuit. Sic apud Paulum,ubi iussus est Titus constituere presbyteros oppidatim, continue subijcitur. Qui enim Episcopatum desiderat,bonum opus desiderat. Sic alibi plures in una Ecclesia Episcopos salutat. Et in actis refertur conuocasse presbyteros Ephesinos,quos ipse Episcopos sua oratione nominat. Hic iam obseruandũ est,nos hactenus non nisi ea officia recensuisse,quæ in uerbi ministerio consistũt. Nec de alijs Paulus meminit illo quarto ad Ephesios capite quod citauimus. Verũ in epistola ad Romanos,& priore ad Corinthios alia enumerat, ut potestates, donum sanationum,interpretationem,gubernationẽ,pauperum curationem. Ex quibus quæ temporaria fuerunt omitto: quia nullum operæpreciũ est in ijs immorari. Duo autem sunt,quæ perpetuo manent: Gubernatio,& cura pauperũ. Gubernatores fuisse existimo seniores è plebe delectos, qui censuræ morum & exercendæ disciplinæ unà cum Episcopis præessent. Neq; enim interpretari queas

Tim. 3.
Philip. 1.
Acto. 20.

Roma. 12. quod dicit. Qui præest, id faciat in solicitudine. Habuit igitur ab initio vnaquæq; Ecclesia suum senatum conscriptum ex uiris pijs, grauibus & sanctis: penes quem erat illa, de qua postea loquemur, iurisdictio in corrigendis uitijs. Porro eiusmodi ordinem non unius sæculi fuisse, experientia ipsa declarat. Est igitur & hoc gubernationis munus sæculis omnibus necessariũ. Cura pauperum Diaconis mandata fuit. Quanquàm ad Romanos duo ponuntur ordines. Qui largitur, inquit illic Paulus, id faciat in simplicitate. Qui miseretur, in hilaritate. Cum de publicis Ecclesiæ muneribus eum loqui certum sit: oportet fuisse duos gradus distinctos. Nisi me fallit iudicium, priore membro Diaconos designat, qui eleemosynas administrabant. Altero autem eos qui pauperibus & egrotis curandis sese dedicauerant. Quales erant viduæ, quarum mentionem facit ad Timotheum. Nullũ enim aliud publicum officium obire mulieres poterant, q̃ si in obsequium pauperum se darent. Si hoc recipimus: ut omnino recipiendum est: duo erunt genera Diaconorum: quorum alteri in rebus pauperum administrandis, alteri in pauperibus ipsis curandis Ecclesiæ seruient. Tametsi autem hoc uerum est, nomenq; ipsum διακονίας latius patet: specialiter tamen Diaconos scriptura nuncupat, quos eleemosynis dispensandis præficit Ecclesia: & uelut publici pauperum ærarij œconomos cõstituit. quorum origo, institutio ac functio à Luca in Actis describitur. Cum enim murmur à Græcis excitatum esset, q; in pauperum ministerio eorũ uiduæ negligerentur, Apostoli excusantes, se non posse sufficere utriq; muneri, & prædicationi verbi, & mensarum ministerio, petierunt à multitudine, ut eligerentur uiri probi septem, quibus id operæ demandarent. En quales habuerit Diaconos Apostolica Ecclesia: & quales ad eius exemplum habere nos conueniat.

Iam uero cum ordine omnia & decenter in sacro cœtu gerenda sint: nihil est, in quo id seruari diligentius oporteat, quàm in constituenda gubernatione: quia nusquàm maius periculum est, si quid inordinate geritur. Itaque ne homines inquieti ac turbulenti, quod aliàs futurum erat, temere se ad docendum uel regendum ingererent: nominatim cautum est, ne quis sine uocatione publicum in Ecclesia munus sibi sumat. Ergo ut quis censeatur uerus Ecclesiæ minister, primo rite uocatus sit oportet: deinde ut suæ uocationi respondeat: id est, iniunctas sibi partes suscipiat & exequatur. Hoc apud Paulum animaduertere sæpius licet: qui vbi suum Apostolatum vult approbare, cum sua in munere obeundo fidelitate, uocationem semper ferè allegat. Si tantus Christi minister authoritatem sibi arrogare non audet, ut in Ecclesia audiatur, nisi quia & Domini mandato in hoc est constitutus, & fideliter peragit, quod sibi commissum est: quanta impudentia erit, si quispiam mortalium utroque uel altero istorum destitutus eiusmodi honorem sibi postulet? Verum quia de obeundi muneris necessitate superius attigimus, nunc de uocatione tantum agamus. Eius autem tractatio in quatuor uersatur. Vt sciamus quales, & qualiter, & à quibus instituendi sint ministri: & quo ritu quaue ceremonia initiandi. De solemni uocatione loquor, quæ ad publicum Ecclesiæ ordinem spectat: arcanam uero illam, cuius sibi quisque minister coram Deo conscius est, Ecclesiam testem non habet, omitto. Est autem bonum cordis nostri testimonium, quòd neque ambitione, neque auaritia, neque ulla alia cupiditate: sed syncero Dei timore, & edificandæ Ecclesiæ studio, oblatum munus recipiamus. Id quidem unicuique nostrũm, ut dixi, si uolumus ministerium nostrum Deo approbare, necessarium est. Coram Ecclesia tamen rite nihilominus uocatus est, qui mala conscientia eò accessit, modo non sit aperta eius nequitia. Solent etiam uulgo dicere ad ministerium uocatos etiam priuatos homines, quos aptos & idoneos ad id obeundum uident, quia scilicet eruditio, coniuncta cum pietate & reliquis boni Pastoris dotibus, quædam sit ad ipsum præparatio. Quos enim tanto muneri destinauit Dominus, eos prius ijs armis instruit, quæ ad implendum requiruntur, ne inanes & imparati ueniant. Vnde & Paulus ad Corinthios, cum de ipsis officijs uellet disputare, dona prius recen-

suit,

ſuit, quibus pollere debent, qui officijs funguntur. Sed quia aliud eſt primum ex quatuor capitibus, quę propoſui: ad illud iã pergamus.

Quales eligere Epiſcopos deceat, Paulus duobus locis copioſe exequitur. ſum ma tamen huc redit: non eſſe eligendos, niſi qui ſint ſanæ doctrinæ, & ſanctæ uitæ, nec aliquo uitio notabiles, quod & illis adimat authoritatẽ, & miniſterio ignominiam afferat. De Diaconis & ſenioribus ſimilis prorſus eſt ratio. Videndum ſemper, ne ad onus, quo d illis imponitur, ſuſtinendum impares ſint aut inepti. Hoc eſt, ut inſtructi ſint ijs facultatibus, quæ ad implendũ ſuum munus erunt neceſſariæ. Sic Chriſtus cum Apoſtolos miſſurus eſſet, eos armis & inſtrumentis, quibus carere non poterant, exornauit. Et Paulus, depicta boni ac ueri Epiſcopi imagine, Timotheum admonet, ne quem ab ea alienum eligendo ſeipſum contaminet. Particulam qualiter, non ad ritum eligendi: ſed ad religioſum timorẽ, qui in electione ſeruandus eſt, refero. Hinc ieiunia & orationes, quibus uſos fuiſſe fideles narrat Lucas, cum presbyteros crearent. Nam cum intelligerent, ſe rem agere omnium maxime ſeriam: nihil tentare audebant niſi cum ſumma reuerentia & ſolicitudine. Potiſſimũ uero incubuerunt in preces: quibus Spiritum conſilij diſcretionis à Deo peterent.

1. Timo. 3. Tit. 1.

1. Timot. 5.

Tertium, quod in participatiõe poſuimus, erat, à quibus eligendi ſint miniſtri. Huius autẽ rei certa regula ex Apoſtolorum inſtitutione peti nõ poteſt, quæ non nihil habuit à communi reliquorum uocatione diſſimile. Quia enim extra ordinarium miniſterium erat, ut aliqua inſigniori nota conſpicuum redderetur, ipſius Domini ore uocari & conſtitui oportuit, qui ipſo fungerentur. Illi ergo nulla humana electione, ſed ſolo Domini mandato inſtructi, ſe ad opus accinxerunt. Hinc eſt, quòd cum alium ſuſtinere in locum Iudæ uolunt Apoſtoli, nõ audent unum aliquem certo nominare: ſed duos in medium producunt, ut Dominus ſorte declaret, utrum ex ijs uelit ſuccedere. In hunc quoq; modum accipere conuenit, q; negat Paulus ſe ab hominibus uel per hominem creatum fuiſſe Apoſtolum: ſed per Chriſtũ & Deum Patrẽ. Prius illud, nõnulli ſcilicet ab hominibus, cum pijs omnibus uerbi miniſtris commune habuit. Neq; enim potuit quiſpiam hanc adminiſtrationẽ rite ſuſtinere, niſi qui eſſet à Domino uocatus. Alterum autẽ propriũ & ſingulare illi fuit. Hoc ergo, dum gloriatur, nõ tantũ ſe habere iactat, quod uero ac legitimo paſtori cõueniat: ſed inſignia quoq; ſui Apoſtolatus profert. Cum enim eſſent apud Galatas, q; eius authoritatẽ ſtudentes eleuare, gregarium aliquẽ diſcipulum ipſum facerent, à primarijs Apoſtolis ſubrogatum, quo ſaluam prædicationi ſuæ dignitatem uindicaret, cui inſidias iſtas intentari nouerat: omni ex parte, nihilo ſe reliquis Apoſtolis inferiorem oſtendere neceſſe habuit. Proinde ſe non hominum iudicio, inſtar uulgaris unius Epiſcopi, delectum eſſe affirmat: ſed ipſius Domini ore & manifeſto oraculo.

At uero ut ab hominibus deſignentur Epiſcopi, omnino ex ordine legitimæ uocationis eſſe, nemo ſobrius inficiabitur: quando in hanc rem extant tot ſcripturę teſtimonia. Nec reclamat illud Pauli, ut dictũ eſt, ſe nõ ab hominibus neq; per homines fuiſſe miſſum: cum de ordinaria miniſtrorum electione illic nõ loquatur: ſed quod erat ſpeciale Apoſtolis, ſibi aſſerat. Quanq; ſic Paulum quoq; ſingulari prærogatiua Dominus per ſeipſum deſignauit, ut diſciplina Eccleſiaſticæ uocationis interim uteretur. Sic enim refert Lucas. Ieiunantibus & oranibus Apoſtolis, dicit Spiritus ſanctus, Segregate mihi Paulum & Barnabã in opus, quò ſelegi eos. Quorſũ iſtęc ſegregatio & manuũ impoſitio, poſtq; ſuã electionẽ teſtatus eſt Spiritus ſanctus? Niſi ut Eccleſiaſtica diſciplina, in deſignãdis p homines miniſtris, cõ ſeruaret. Nullo igit illuſtriore documẽto eiuſmodi ordinẽ approbare deo potuit, q; dum Paulũ gentibus Apoſtolum ſe deſtinaſſe prefatus, eum tñ ab Eccleſia uult deſignari. Quod ipſum in Matthię electiõe cernere licet. Nã quia tanti erat munus Apoſtolicũ, ut unum aliquẽ ſuo iudicio in eum gradũ cooptare non auſint, duos in medio conſtituunt: quorũ in alterum ſors caſura ſit. Vt ita & electio cõpertum è cœlo teſtimonium habeat, neq; tamen omnino prætereatur Eccleſiæ polítia.

Act. 13.

Quæritur nunc, à tota ne Ecclesia eligi debeat ministeꝛ, an à collegis tantum & senioribus, qui censuræ præsunt, an uero vnius authoritate constitui ppsit. Qui hoc ius ad vnum hominem deferunt, citant quod ait Paulus ad Titum. Propterea reliqui te in Creta, ut constituas oppidatim presbyteros. Item ad Timotheum. Manus nemini cito imposueris. Sed falluntur, si putant, vel Timotheum Ephesi, uel Titum in Creta regnum exercuisse, ut suo uterq; arbitrio omnia disponeret. Præfuerunt enim, tantum ut bonis & salutaribus consilijs populo præirent, non ut soli, exclusis alijs omnibus, agerent quod placeret. Ac ne quid fingere videar, planum id faciam simili exemplo. Refert etiam Lucas constitutos esse per Ecclesias presbyteros à Paulo & Barnaba. Sed rationem uel modum simul notat, cũ dicit factũ id esse suffragijs χειροτονήσαντες, inquit, αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν. Creabant ergo ipsi duo, sed tota multitudo, ut mos Græcorum in electionibus erat, manibus sublatis declarabat, quem habere uellet. Nempe sic Romani Historici non raro loquuntur: Consulum, qui comitia habuerit creasse nouos magistratus, non aliam ob causam, nisi quia suffragia receperit, & populum moderatus sit in eligendo. Non est certe credibile, Paulum plus concessisse Timotheo & Tito, q̃ sibi ipse sumpserit. Videmus autẽ ipsum ex populi suffragijs Episcopos creare solitum. Sic ergo intelligendi sunt superiores loci, ne quid de communi Ecclesiæ iure ac libertate imminuant. Bene ergo Cyprianus, dum contendit, ex diuina authoritate descendere, ut Sacerdos, plebe præsente, sub omniũ oculis deligat: & dignus atq; idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur. Siquidẽ hoc uidemus iussu Domini in Sacerdotibus Leuiticis fuisse obseruatum, ut ante consecrationem in conspectum populi producerentur. Nõ aliter adscribitur Matthias Apostolorum collegio: nec aliter septẽ Diaconi creantur, q̃ populo uidente & approbante. Hæc exempla, inquit Cyprianus, ostendunt Sacerdotis ordinationi nõ nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere: ut sit ordinatio iusta & legitima, quæ omnium testimonio fuerit examinata. Habemus ergo, esse hanc ex uerbo Dei legitimam ministri uocationem, ubi ex populi consentu & approbatione creantur q uisi fuerint idonei. Præesse aũt electioni debere alios pastores, ne quid uel p lenitatem, uel per mala studia, uel per tumultũ à multitudine peccetur.

Actor. 14

Epist. 3.

Leuit. 8.
Numer. 20.

Superest ritus ordinandi, cui ultimũ locum in uocatione dedimus. Constat aũt Apostolos nõ alia ceremonia usos esse, cum aliquẽ ministerio admouebant, q̃ manuum impositione. Hunc aũt ritum fluxisse arbitror ab Hebræorũ more: q quod benedictũ ac consecratũ uolebant, manuũ impositione Deo quasi repræsentabãt. Sic Iacob benedicturus Ephraim & Manasse eorum capitibus manus imposuit. Quod sequutus est Dominus noster, cum super infantes præcationẽ faceret. Eodem, ut arbitror, significatu Iudæis ex legis præscripto suis sacrificijs manus imponebant. Quare Apostoli per manuũ impositionem eum se Deo offerre significabant, quem initiabant in ministeriũ. Quanq̃ usi sunt etiam super eos, quibus uisibiles Spiritus gratias cõferebant. Vtcunq; sit, fuit hic solennis ritus, q̃ties ad ministeriũ Ecclesiasticum aliquẽ uocabant. Sic pastores & doctores, sic Diaconos cõsecrabant. Licet autem nullũ extet certum præceptũ de manuum impositione: qa tamen fuisse in perpetuo usu Apostolis uidemus: illa tã accurata eorum obseruatio præcepti uice nobis esse debet. Et certe utile est, eiusmodi symbolo cum ministerij dignitatẽ populo cõmendari: tum eum q ordinatur admoneri, ipsum iã non esse sui iuris: sed Deo & Ecclesiæ in seruitutẽ addictũ. Præterea nõ erit inane signũ si in germanã suam originẽ restitutũ fuerit. Nã si nihil frustra Spiritus Dei in Ecclesia instituit: hãc ceremoniã, cum ab eo profecta sit, sentiemus nõ esse inutilẽ, modo in superstitiosum abusum nõ uertatur. Hoc postremo habendũ est: nõ uniuersam multitudinẽ manus imposuisse suis ministris: sed solos pastores. Quanq̃ incertũ est, an plures semp manus imposuerint, nec ne. Illud quidẽ in Diaconis, Paulo, & Barnaba et paucis quibusdã alijs factũ fuisse cõstat. Sed Paulus ipse alibi, se, non alios cõplures, Timotheo manus imposuisse cõmemorat. Admoneo te, inquit, ut gratiã suscites, quæ in te est p impositionẽ manuũ mearũ. Nã q̃d in altera epistola

Gene. 48.
Matth. 19.

epistola de impositione manuū presbyterij dicitur, non ita accipio, quasi Paulus de seniorum collegio loquatur: sed hoc nomine ordinationem ipsam intelligo. Quasi diceret, fac ut gratia, quam per manuum impositionem recepisti, cum te presbyterum crearem, non sit irrita.

Hactenus de ordine gubernandæ Ecclesiæ, ut nobis ex puro Dei uerbo traditus est, & de ministerijs, ut sunt à Christo instituta, disseruimus. Nunc q̄ ista omnia clarius ac familiarius patefiant, ac melius etiam in animis nostris figantur: utile erit nunc in ijs rebus ueteris Ecclesiæ formā recognoscere: quæ nobis diuinę institutionis imaginem quandam oculis repræsentabit. Tametsi enim multos canones ediderunt illorū temporum Episcopi, quibus plus uiderentur exprimere, q̄ sacris literis expressum esset: ea tamen cautione totam suam œconomiā cōposuerunt ad unicam illā uerbi Dei normā: ut facile uideas, nihil ferè hac parte habuisse à uerbo Dei alienū. Verum etiamsi quid possit in ipsorum institutis desiderari: quia tamen syncero studio conati sunt, Domini institutionē conseruare: & ab ea non multum aberrarunt: plurimum conducet, hic breuiter colligere, qualem obseruationem habuerint. Quemadmodum tradidimus, triplices ministros nobis commendari in scriptura: ita quidquid ministrorum habuit uetus Ecclesia, in tres ordines distinxit. Nam ex ordine presbyterorum partim eligebantur pastores ac doctores: reliqua pars censuræ morum & correctionibus præerat. Diaconis commissa erat cura pauperum, & eleemosynarum dispensatio. Lectores autem & acoluthi, nomina non erant certorum munerum. Verum quos clericos uocabant, eos ab adulescentia certis exercitijs assuefaciebant ad seruiendum Ecclesiæ: quo melius intelligerent, quorsum essent destinati, & paratiores in tempore ad officium accederent: ut copiosius mox ostendam. Itaque Hieronymus, *In Iesaiam Cap. 1.* ubi quinque proposuit Ecclesiæ ordines, enumerat Episcopos, presbyteros, Diacones, fideles, cathechumenos, reliquo clero & monachis locum proprium nullum tribuit.

Quibus ergo docendi munus iniunctum erat, eos omnes nominabant presbyteros. Illi ex suo numero in singulis ciuitatibus unum eligebant, cui specialiter dabant titulum Episcopi: ne ex æqualitate, ut fieri solet, dissidia nascerentur. Neque tamen sic honore & dignitate superior erat Episcopus, ut dominium in collegas haberet. Sed quas partes habet consul in senatu, ut referat de negocijs: sententias roget: consulendo, monendo, hortando, alijs præeat: authoritate sua totam actionem regat: & quod decretum communi consilio fuerit, exequatur: id muneris sustinebat Episcopus in presbyterorum cœtu. Atq; id ipsum pro temporum necessitate fuisse humano consensu inductum fatentur ipsi ueteres. Ita Hieronymus in Epistolam ad Titum. Idem, inquit, presbyter qui Episcopus. Et antequam Diaboli instinctu studia religione fierent, & in populis diceretur: Ego Pauli, Ego Cephæ, communi consilio presbyterorum Ecclesiæ gubernabantur. Postea ut dissensionum semina euellerentur, ad unum omnis solicitudo est delata. Sicut ergo presbyteri sciunt se ex Ecclesiæ consuetudine ei, qui præest, subiectos: ita Episcopi nouerint, se magis consuetudine, quam Dominicæ dispositionis ueritate presbyteris esse maiores: & in commune debere Ecclesiam regere. Alibi tamen docet, quàm fuerit antiquum institutum. Dicit enim, Alexandriæ, à Marco Euangelista, usque ad Heraclam & Dionysium, presbyteros semper unum ex se electum in excelsiori gradu collocasse, quem Episcopum nominabant. Habebant ergo singulæ ciuitates presbyterorum collegium, qui pastores erant ac doctores. Nam & apud populum munus docendi, exhortandi, & corrigendi, quod Paulus Episcopis iniungit, omnes obibant: & quo semen post se relinquerent, iunioribus, qui sacræ militiæ nomē dederant, erudiendis nauabāt operā. Vnicuiq; ciuitati erat attributa certa regio, quę presbyteros inde sumeret, & uelut corpori ecclesię illius accenseretur. Singula, ut dixi, collegia politię tantum & pacis conseruandę gratia uni Episcopo suberant: qui sic alios dignitate antecedebat, ut fratrum cœtui subijceretur. *Epistol. ad Euangelium*

Quod si amplior erat ager, q sub eius episcopatu erat, quàm ut sufficere omnibus episcopi munijs ubiq; posset: per ipsum agrum designabantur certis locis presbyteri, qui in minoribus negocijs eius uices obirent. Eos uocabant Chorepiscopos: quòd per ipsam prouinciam episcopum repræsentabant. sed quantum ad officium attinet, de quo nunc agimus, tam episcopum quàm presbyteros, uerbi & sacramentorum dispensationi incumbere oportuit. Nam Alexandriæ tantum, quoniam illic Arrius Ecclesiam turbauerat, institutum fuit, ne presbyter concionem ad populũ haberet, ut ait Socrates libro. 9. tripertit. Ecclesiæ. Quod tamen ipsum Hieronymus sibi displicere nõ dissimulat. Certe instar portenti habitum esset, si quis se pro episcopo uendita sset, qui non etiam reipsa exhibuisset uerum episcopum. Ea igitur fuit temporum illorum seueritas, ut ministri omnes ad implendum munus, quale ab ipsis Dominus requirit, adigerentur. Nec unius tantum ætatis morem refero. siquidem ne Gregorij quidẽ tempore, quo Ecclesia iam ferè collapsa erat, certe multum ab antiqua puritate degenerauerat, tolerabile fuisset, episcopum aliquem à concionibus abstinere. sacerdos, inquit ipse alicubi, moritur, si de eo sonitus non audiatur. quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine sonitu prædicationis incedit. Et alibi. Cum testatur Paulus se mundum esse à sanguine omnium, in hac uoce nos conuenimur, nos constringimur, nos rei esse ostendimur, qui sacerdotes uocamur: qui super ea mala, quæ propria habemus, alienas quoq; mortes addimus: quia tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi & tacentes uidemus. Tacentes se & alios uocat, quia minus assidui essent in opere quàm conueniret. Cum ne ijs quidem parcat, qui officium dimidia ex parte agebant quid factuerum fuisse putas, si quis in totum cessasset? Valuit ergo diu illud in Ecclesia, ut primæ Episcopi partes essent, populum uerbo Dei pascere, seu ædificare Ecclesiam publice ac priuatim sana doctrina. Quod autem singulæ prouinciæ unum habebant inter Episcopos Archiepiscopum, Quod item in Nicena synodo constituti sunt Patriarchæ, qui essent ordine & dignitate Archiepiscopis superiores, id ad disciplinæ conseruationem pertinebat. Quanquam in hac disputatione præteriri non potest.

Hiero. Epist. ad Eustrium.

Epist. 14

Homil. in Ezech. 11

Ob hanc igitur causam potissimum instituti sunt illi gradus, ut si quid in Ecclesia qualibet incideret, quod non posset bene à paucis expediri, ad synodum prouincialem referretur. Si magnitudo aut difficultas causæ maiorem quoque discussionem postularet, adhibentur Patriarchæ unà cum synodis: à quibus non esset prouocatio, nisi ad uniuersale concilium. Gubernationem sic constitutam nonnulli hierarchiam uocarunt, nomine, ut mihi uidetur, improprio, certe scripturis inusitato. Cauere enim uoluit Spiritus sanctus, ne quis principatum aut dominationem somniaret, cum de Ecclesiæ gubernatione agitur. Verum si rem, omisso uocabulo, intuemur: reperiemus ueteres Episcopos non aliam regendæ Ecclesiæ formam uoluisse fingere ab ea, quam Dominus uerbo suo præscripsit.

Nec alia tunc fuit Diaconorum ratio, quàm sub Apostolis. Oblationes enim fidelium quotidianas, & annuos Ecclesiæ, prouentus recipiebant, ut conferrent in ueros usus, id est, partim ministris, partim pauperibus alendis distribuerent: Episcopi tamen arbitrio: cui & œconomiæ suæ rationes quotannis reddebant. Nam quòd canones Episcopum ubique faciunt bonorum Ecclesiæ dispensatorem, non ita intelligendum est, quasi ipsi per se eam solicitudinem gesserint: sed quia ipsius erat præscribere Diacono, qui in publicam Ecclesiæ alimoniam recipiendi essent, de eo quod residuum erat, quibus & quantum cuique erogandum esset: quia inspectionem habebat, an hic fideliter exequeretur quod officij sui esset. sic enim in canonibus, quas Apostolis adscribunt, legitur. Præcipimus, ut in sua potestate res Ecclesiæ habeat Episcopus, si enim animæ hominum preciosiores illi creditæ sunt: multo magis decet eum curã de pecunijs agere; ita ut eius potestate omnia pauperibus dispen-

sentur,

sentur per presbyteros & Diaconos: ut cum timore & omni solicitudine ministrentur. Et in concilio Antiocheno decretum est, ut coerceantur Episcopi, qui sine presbyterorum & Diaconorum conscientia res Ecclesiæ pertractant. sed de eo est longius disputandum: cum ex plurimis Gregorij epistolis constet, illo quoq; tẽpore, quo aliàs Ecclesiasticæ ordinationes multũ uitiatæ erãt, hãc tamen obseruationẽ duraſſe, ut Diaconi sub Episcopo pauperũ essent œconomi. Hypodiaconos uerisimile est fuisse initio Diaconis attributos: ut eorũ opera circa pauperes uterent. sed illud discrimẽ paulatim cõfusum fuit. Archidiaconi autẽ creari tunc cœperunt, cum amplitudo facultatum nouam, & exactiorem administrationem postularet. Quanquam Hieronymus iam ætate sua fuisse commemorat. Erat autem penes eos summa redditũ, possessionum, supellectilis, & quotidianarum oblationum procuratio. Vnde Gregorius salonitano Archidiacono denunciat, reatu constrictum teneri ipsum, si quid ex bonis Ecclesiæ, uel negligentia, uel ullius fraude deperierit. Quod autẽ Euangelij ad populum lectio illis dabatur, & exhortatio ad precandum: q; item ad porrigendum in sacra Cœna calicẽ adhibebant, id muneris ornandi causa fiebat: quo maiori religione ipsum obirent: cum admonerentur talibus symbolis, non esse profanã aliquam uillicationẽ quã gererent: sed spiritualem & Deo dicatam functionem.

Cap. 33

Epistola. ad Nepotianum.

Epi. 10. lib. 2

Hinc etiam iudicare licet, quis bonorum Ecclesiasticorũ usus fuerit, & qualis dispensatio. Passim tum in synodorum decretis, tum apud uetustos scriptores reperias, quidquid possidet Ecclesia, uel in fundis, uel in pecunia, pauperũ esse patrimoniũ. Itaq; subinde illic hęc cantilena Episcopis & Diaconis canit, ut meminerint, se nõ proprias opes, sed pauperũ necessitati destinatas attractare: quas si mala fide supprimant aut dilapidẽt, rei sanguinis futuri sint. Vnde admonent, cũ summo tremore & reuerẽtia, uelut in conspectu Dei, sine personarum acceptione, eas distribuere, quibus debent. Hinc & illæ apud Chrysostomũ, Ambrosiũ, Augustinũ, & alios similes Episcopos, graues obtestationes, q̃bus suã integritatẽ apud populũ asseuerãt. Cũ aũt ęquũ sit, & Dñi etiã lege sancitũ, ut qui suã Ecclesię operã impendũt publicis Ecclesiæ sumptibus alant: & nonnulli etiã eo seculo presbyteri, patrimonijs suis Deo cõsecratis, uoluntarij pauperes facti essent: talis erat distributio, ut nec ministris deessent alimẽta: & pauperes nõ negligerent. Cauebat tamẽ interim, ne ministri ipsi, qui frugalitatis exemplũ dare alijs debent, tantum haberent, unde ad luxum aut delitias abuterentur: sed duntaxat, quo suam inopiam sustinerent. Qui enim bonis parentũ sustentari possunt clerici, inquit Hieronymus, si quid pauperum est, accipiunt, sacrilegium committunt: & per abusionẽ eiusmodi, iudiciũ sibi manducant & bibũt. Principio libera & uoluntaria fuit administratio: cũ sponte fideles essent Episcopi ac Diaconi: & cõscientię integritas uitęq; innocẽtia pro legibus foret. Deinde cũ ex quorundã cupiditate uel prauis studijs nascerent mala exẽpla: ad hęc mala corrigenda cõpositi sunt canones, q̃ Ecclesię reditus in quatuor partes diuiserũt, quarũ unã assignarũ clericis, alterã pauperibus: tertiã sacris ędibus, & alijs ędificijs, sartis tectis tuendis: quartã uero aduenis & extraneis pauperibus. Nã q; hanc postremã Episcopo attribuunt alij canones, id nihil uariat ab ea quã dixi partitione. Neq;, n. propriã eius esse uolũt: ut uel solus ipse ingurgitet, uel q̃ libuerit, profundat: sed ut hospitalitati quã ab ordine illo Paulus exigit, sufficiat. Atq; ita interpretant Gelasius & Gregorius. Nõ. n. aliã rationẽ adducit Gelasius, cur sibi quid q̃ Episcopus uẽdicet, nisi ut captiuis et peregrinis largiri queat. Et clarius etiãnum loquit Gregorius. Mos est, inqt, Apostolicę sedis, ordinato Episcopo pręcepta dare, ut de omni stipendio q̃d prouenit, quatuor fiãt portiones: una uidelicet Episcopo & familię eius, propter hospitalitatẽ atq; susceptionẽ: altera clero: tertia paupibus: quarta reparãdis Ecclesijs. Nihil ergo Episcopo in suũ usum capere licuit, nisi q̃d ad moderatũ frugalẽq; uictũ ac ueſtitũ satis esset. Quod si qs insolescere cœpisset, uel luxu, uel ostẽtatione ac põpa: statim à collegis reprimebat: nisi paruisset, honore abdicabat. Porrò q̃d in ornatum sacrorũ conferebant, perq̃ exiguũ primo erat: deinde cũ paulo ditior

Refert. c. clericos. 21. q. 2.

Cap. presbyterum. 10. q. 2

Refert. ca. Mos est. 12. q. 2

Eccle-

Ecclesia facta esset, seruarunt tamen ea in re mediocritatem. Et tamen quidquid pecuniæ illic collocabatur, saluum pauperibus manebat: si qua maior necessitas incidisset. Ita Cyrillus, cum fames Hierosolymorum prouinciam occupasset, nec posset aliter inopiæ subueniri, uasa & uestes distraxit ac insumpsit in pauperum alimoniam. similiter Acatius Amidæ Episcopus, cum magna Persarum multitudo fame propemodum interiret, conuocatis clericis, & habita præclara illa oratione, Deus noster neque discis neque calicibus opus habet: quia neque comedit neque bibit: uasa conflauit: unde miseris & cibum & redemptionis precium conficeret. Hieronymus quoq; dum in nimium templorum splendorem inuehitur, honoris causa Exuperium Tolosæ Episcopum, sui temporis refert, qui corpus Domini in canistro uimineo portabat, & sanguinem in uitro: nullum uerò pauperem esurire patiebatur. Id quod nuper de Acatio dixi, Ambrosius de seipso recitat. Nam cum illum grauarent Arriani, quum in redemptionem captiuorum sacra uasa confregisset, pulcherrima hac excusatione usus est. Qui sine auro misit Apostolos, & Ecclesias sine auro cõgregauit. Aurũ habet Ecclesia, nõ ut seruet, sed ut eroget, & subueniat in necessitatibus. Quid opus est custodire, q̃d nihil adiuuat? An ignoramus, quantũ auri atque argenti de templo Domini Assirij sustulerint? Nonne melius conflat sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint quam sacrilegus aspiret hostis? Nonne dicturus est Dominus? Cur passus es tot inopes fama emori? Et certe habebas aurum: unde ministrasses alimoniam. Cur tot captiui abducti sunt, nec redempti? Cur tot ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, ut uasa uiuentium seruares, q̃ metallorum. His non poteris responsum dare. Quid enim diceres? Timui ne templo Dei ornatus deesset. Responderet. Aurum sacramenta non quærunt: neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus sacramẽtorum, redemptio captiuorum est. In summa, uidemus uerissimum fuisse, quod idem alibi dicit: quidquid tunc Ecclesia possideret, sumptum fuisse egenorum. Item, nihil episcopum habere, quod pauperum non esset.

Tripartit. histo. lib. 5

Lib. 11. ca. 16.

Ad Nepotian.

L. 2. de off. cap. 28.

Epist. 31. l. 5

Epistol. 33. eodem lib.

Hæc, quæ recensuimus, ueteris Ecclesiæ ministeria fuerunt. Alia enim, de quibus mentionem faciunt Ecclesiastici scriptores, magis exercitia fuerunt, & quædam præparationes fuerunt, quam certa munera. Nam sancti illi uiri, ut Ecclesiæ seminarium post se relinquerent: adulescentes, qui, ex parentum consensu & authoritate, spirituali militiæ nomen dabant, recipiebant in suam fidem ac tutelam, atque etiam disciplinam. Eosq; sic formabant à tenera ætate, ne rudes ac noui ad obeundum munus accederent. Omnes autem, qui eiusmodi tyrocinijs imbuebantur, generali nomine uocabantur clerici. Vellem equidem aliud nomen magis proprium inditum illis fuisse. Hæc enim appellatio ex errore uel certe praua affectatione nata est: cum tota Ecclesia clerus, hoc est hæreditas Domini à Petro dicatur. Ipsum tamen institutum sanctum ac salutare imprimis fuit: ut qui se ac suam operam Ecclesiæ consecrare uellent, ita sub Episcopi custodia educarentur: ne quis nisi bene præformatus, Ecclesiæ ministraret: & qui à prima adulescẽtia, tum sanctam doctrinam imbibisset, tum ex seueriore disciplina grauitatis sanctioris q̃ uitæ habitum quendam induisset, tum à curis profanis fuisset alienus, curisq; ac studijs spiritualibus assuefactus. Quemadmodum autem militiæ tyrones umbratilibus pugnis instituuntur ad uerum seriumque certamen: sic erant certa rudimenta, quibus exercebantur in clericatu, priusquam ad ipsa munia promouerentur. Illis ergo primum aperiendi claudendique templi curam mandabant: ac eos nominabant ostiarios. Postea uocabant acoluthos: qui Episcopo in domesticis obsequijs adessent, eumque perpetuo comitarentur: primum honoris causa, deinde ne qua suspitio nasceretur, si absque teste alio ingrederetur. Præterea ut sensim populo innotescerent, & commendationem sibi acquirerent: simul ut discerent ferre omnium conspectum, & coram omnibus loqui, ne presbyteri facti, cum ad docendum prodirent, confunderentur, locus legendi ipsis dabatur in suggestu. In hunc modum gradatim promoue-

mouebantur, ut suam sedulitatem in singulis exercitijs approbarent donec Hypodiaconi fiebant. Hoc tantum uolo: fuisse hæc tyronum rudimenta magis, q̃ functiones, quæ ueris Ecclesiæ ministerijs accensērentur.

Quod primum & secundum in ministrorum uocatione esse diximus: quales eligere, & quantum religionem in ea re adhibere oporteat: in eo Pauli præscriptū, & Apostolorum exempla uetus Ecclesia secuta est. solebant enim, ad eligendos pastores, cum summa reuerentia, ac solicita nominis Dei inuocatione, conuenire. Ad hæc formulam examinis habebant, qua eligendorum uitam & doctrinam ad illam Pauli amussim exigebant. Tantum peccarunt hic nonnihil immodica seueritate, quòd plus requirere uoluerunt in Episcopo, q̃ Paulus requirat: ac præsertim cœlibatum. Verum in cæteris consentanea fuit ipsorum obseruatio cū Pauli descriptione. In eo autem, quod tertio loco posuimus, quinam scilicet ministros instituere debeant, non unum semper tenuerunt ordinem. Antiquitus ne in clericorum quidem recipiebatur quispiā, sine consensu totius plebis. Vt Cyprianus diligenter excuset, q̃ Aurelium quendam inconsulta Ecclesia lectorem constituerit: quia id præter morem, tametsi non sine ratione factum fuerat. sic autem præfatur. In ordinandis clericis, fratres charissimi, solemus uos ante consulere: & mores ac merita singulorum communi consilio ponderare. Verū quia in minoribus illis exercitijs nō multū erat periculi: q̃ ad diuturnam probationem & nō magnā functionē assumerent: rogari cōsensus plebis desijt. Postea in reliquis quoq; ordinibus, excepto episcopatu, plebs Episcopo ac presbyteris iudiciū delectūq; permisit: ut cognoscerēt, q̃ nā idonei ac digni forēt, nisi forte cū parochijs noui presbyteri destinabantur. Tunc enim loci multitudinē consentire oportuit. Nec mirum est, quòd in retinendo suo iure populus hac parte minus sollicitus fuerit. Nemo enim Hypodiaconus fiebat, qui nō longum sui experimentū in clericatu, sub ea, quæ tūc erat, disciplinę seueritate dedisset. Postq̃ in eo gradu probatus fuerat, Diaconis cōstituebatur. Inde ad presbyterij honorē perueniebat, si fideliter se gessisset. Ita nullus promouebatur, de quo non, reuera, multis annis habitum esset sub populi oculis examen. Et erant multi canones ad punienda eorum uitia: ut Ecclesia malis presbyteris aut Diaconis non grauaretur, nisi remedia negligeret. Quan quā in presbyteris nominatim exigebatur ciuium consensus, quod etiam testatur canon primus distinctio. 67. qui Anacleto tribuitur. Denique omnes ordinationes ideo statis anni temporibus fiebant, ne quis clanculum sine fidelium conensu obreperet: aut nimia facilitate absque testibus promoueretur.

Li. 2. epist. Epist. 9

In eligendis Episcopis diu sua populo libertas fuit conseruata: ne quis obtruderetur, qui non omnibus acceptus esset. Hoc igitur in concilio Antiocheno uetitum est, ne quis inuitus ingerat. Quod & Leo primus diligenter confirmat. Hinc istæ sententiæ. Is eligatur, quem clerus & plebs, aut maior numerus postularint. Item. Qui præfuturus est omnibus, ab omnibus eligatur. Qui enim ignotus & non examinatus præficitur, necesse est, ut per uim intrudatur. Item. Is eligatur, qui à clericis electus, à plebe expetitus fuerit: & à prouincialibus cum Metropolitani iudicio consecretur. Adeo autem cauerunt sancti patres, ne ullo pacto imminueret hæc populi libertas, ut cum synodus uniuersalis Constantinopoli congregata Nectarium ordinaret, id facere noluerit sine totius cleri & populi approbatione. Vt sua ad synodum Romanam Epistola est. Proinde cum Episcopus quispiam successorem sibi designaret, non aliter ratum erat, quam si totus populus scisceret. Cuius rei non modo exemplū, sed formulam quoq; habes in nominatione Erradij. Et Theodorius, cū refert, Petrum ab Athanasio successorem nominatum: cōtinuo adiungit, sacerdotalē ordinē ratū id habuisse: magistratū & primores, populūq; uniuersum sua acclamatione approbasse. Est quidē & illud, fateor, optima ratione sancitū in Laodicēsi cōcilio: ne turbis electio pmittatur. Vix. n. unq̃ euenit, ut tot capita uno sensu rē aliquā bene cōponant. Et fere illud uerū est: incertum scindi studia in cōtraria uulgus. Verū hinc periculo adhibitum

Epist. 9. Cap. 1

Habetur apud Theodorit. lib. 5

Li. 4. ca. 18

Cap. 13.

bitum erat optimum remedium. Primum enim soli clerici eligebant. Quem elegerant, offerebant magistratui uel senatui ac primoribus. Illi, habita deliberatione, electionem, si iusta uidebatur, consignabant: sin minus, eligebant aliũ, quem magis probarent. tum ad multitudinem res deferebatur: quæ tametsi præiudicijs illis non alligaretur, minus tamen tumultuari poterat. Aut si à multitudine incipiebatur: tantum id fiebat, ut sciretur, quem potissimum expeteret. Auditis populariũ uotis, clerici demum eligebant. Ita nec clericis licebat, quem uellent, præficere: nec tamen stultis populi desiderijs obsequi necesse habebant. Hunc ordinem ponit alibi Leo, cum dicit. Expectanda sunt uota ciuium, testimonia po-

Epist. 87. pulorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum. Item, Teneatur honoratorum testimonium, subscriptio clericorum, ordinis consensus ac plebis. Aliter, inquit, fieri, nulla ratio sinit. Nec aliud sibi uult illud decretum synodi Laodicensis, quàm ne ab inconsiderata multitudine patiantur se abripi clerici & primores: sed potius sua prudentia & grauitate stultas eius cupiditates, si quando opus fuerit, reprimant. Hæc eligendi ratio adhuc ætate Grægorij ualebat: & uerisimile est diu postea durasse. Extant apud eum plurimæ Epistolæ, quæ luculentum huius rei testimonium dant. Quoties enim de creando alicubi nouo episcopo agitur, scribere solet ad clerum, ordinem, & plebem, interdum etiam ad ducem pro-

Id quoq; epist. communibus. ut est regimen ciuitatis constitutum. Quod si ob incompositum Ecclesiæ statum uicino alicui episcopo inspectionem in electione mandat, semper tamen requirit solenne decretum, omnium subscriptionibus roboratum. Quinetiam cum creatus Mediolani episcopus esset Constantius quidam: & ob incursiones Bar-

Li. 2. Epist. 69. barorum multi Mediolanensium Genuam confugissent, non aliter legitimam fore electionem putat, quam si ipsi quoq; , in commune conuocati, assensi fuerint. Imo nondum anni quingenti effluxerunt, ex quo Nicolaus papa, de Roma-

Distinc. 23. cap. in nomine. ni pontificis electione in hunc modum statuit: ut præirent cardinales episcopi, deinde reliquum clerum sibi adiungerent, postremo plebis consensu electio firma esset. Et in fine recitat illud quod nuper citaui Leonis decretum: ac imposterum ualere præcipit. Quod si ita inualuerit improborum malitia, ut clerici ad puram electionem faciendam urbe egredi cogantur: aliquos tamen è populo simul adesse iubet. Imperatoris uero suffragium, quantum intelligere licet, in duabus tantum Ecclesijs requirebatur, Romana & Constantinopolitana: quòd illic duæ imperij sedes essent. Nam quòd Mediolanum ad gubernandam noui episcopi electionem missus fuit Ambrosius cum potestate à Valentiniano, id, propter graues factiones, quibus inter se ciues flagrabant, extra ordinarium fuit. Ro-

Epistol. 5. lib. 1 mę autem tantum olim ualuit imperatoris authoritas in episcopo creando, ut Gregorius se ipsius iussu in Ecclesiæ gubernaculis constitutum esse dicat: cum tamẽ solenni ritu à populo fuisset expetitus. Hoc autem moris fuit, ut cum aliquem designassent, ordo, clerus, ac populus, ad imperatorem statim referret ille. uel sciscaret electionem sua approbatione, uel improbando abrogaret. Neq; huic consue-

Distinc. 63 tudini repugnant decreta, quæ à Gratiano colliguntur: ubi nihil aliud dicitur, quàm nullo modo ferendum esse, ut sublata canonica electione, Rex pro sua libidine episcopum constituat: & à Metropolitis non esse consecrandum, qui per uiolenta imperia sic fuerit promotus. Aliud enim est, spoliare Ecclesiam iure suo, ut totum ad unius hominis libidinem transferatur: aliud, hoc honoris Regi aut Imperatoris dare, ut sua authoritate legitimam electionem confirmet.

Sequitur iam ut tractemus, quo ritu post electionem imitarentur ueteris Ecclesiæ ministri in suum officium. Hanc Latini ordinationem uel consecrationem Græci χειροτονίαν, interdum etiam χειροθεσίαν uocarunt. Licet χειροτονία id genus electionis proprie dicatur, ubi declarantur suffragia manuum eleuatione. Extat autem decretum Niceni concilij, ut Metropolites cum omnibus prouinciæ episcopis conueniãt, ad eum qui electus fuerit ordinandum, si aut itineris longitudine, aut ualetudine, aut alia necessitate pars impeditur: ut tamen tres minimum conueniant: qui autem absunt, suam consensionem per literas testentur. Atq; hic

canon

canon cum desuetudine obsolesceret, pluribus deinde Synodis renouatus fuit. Omnes autem, aut saltem quicunq; excusationem non haberent ideo adesse iubebantur, quo grauius de doctrina moribus ordinandi haberetur examen. Neq; enim sine examine res peragebatur. Et apparet ex Cypriani verbis non post electionem vocari, sed electioni interesse olim solitos. Atq; in eũ finem, ut essent quasi moderatores, ne quid in ipsa turba fieret turbulenti. Vbi enim dixit, plebi esse potestatem, uel dignos eligendi Sacerdotes, uel indignos recusandi: aliquanto post subiungit. Propter quod diligenter de traditione diuina atq; Apostolica seruandum est & tenendum, quod apud nos quoq;, & ferè per prouincias uniuersas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem, cui præpositus ordinatur, Episcopi eiusdem prouinciæ proximi quiq; conueniant: & Episcopus deligatur plebe præsente. Sed cum tardius interdum cogerentur: & periculum esset, ne illa mora abuterentur quidam ad ambiendi occasionem: satis fore uisum est, si designatione facta ipsi accederent, ac legitima inquisitione probatum consecrarent. Hoc cum ubiq; sine exceptione fieret; paulatim mos diuersus inoleuit, ut metropolim ad petendam ordinationem electi concederẽt. Quod ambitione magis & ueteris instituti deprauatione factum est, quàm bona aliqua ratione. Nec multo post, aucta iam Romanæ sedis authoritate, obtinuit altera adhuc deterior consuetudo, ut totius ferè Italiæ Episcopi consecrationem inde peterent. Quod animaduertere licet ex Epistolis Gregorij. Paucis tantum ciuitatibus, quæ non ita facile cesserant, antiquum ius seruatum erat. Vt de Mediolano exemplum illic habetur. Fortassis solæ metropoles retinuerunt suum priuilegium. Solebant enim ad Archiepiscopum consecrandum omnes prouinciales Episcopi conuenire in ipsam primariã ciuitatem. Cæterum ritus erat, manuũ impositio. Nihil enim præterea cæremoniarum adhibitum lego: nisi quod aliquem ornatum in solenni cœtu habebant Episcopi, quo à reliquis presbyteris distinguerentur. Presbyteros quoque & Diaconos sola manuum impositione ordinabant. Sed suos presbyteros quisq; Episcopus cum presbyterorũ collegio ordinabat. Quanquàm autẽ idem agebant omnes: quia tamen præibat Episcopus, & quasi eius auspicijs res gerebatur: ideo ipsius dicebatur ordinatio. Vnde ueteres hoc sæpe habent, non differre aliare ab Episcopo presbyterum, nisi quia ordinandi potestatem non habeat.

Epist. 4. li. 1

Li. 2. epist. 69. & 76.

Nunc ordinem gubernandæ Ecclesiæ, quem hodie tenet Romana sedes ac oẽs eius satellites, totamq; Hierarchiæ illius, quam perpetuo in ore habent, imaginem ob oculos ponere operæprecium est, ac cum illo, quem descripsimus, primę ac ueteris Ecclesiæ conferre: quo ex comparatione eluceat, qualem Ecclesiam habeant, qui hoc solo titulo, ad nos grauandos, uel potius obruendos, ferociunt. Prestat autem à uocatione incipere, ut uideamus, qui, & quales, & qua ratione uocentur ad hoc ministerium. Tum deinde considerabimus, quàm fideliter munus suum impleant. Dabimus autem primum locum Episcopis: quibus utinam hoc honori esse posset, in hac disputatione primum tenere ordinem. Sed res ipsa non patitur, me uel leuiter attingere hoc argumentum, sine summo ipsorum dedecore. Et tamen meminero, in quo scripti genere nunc uerser: nec orationem meam, quæ ad simplicem doctrinam composita esse debet, ultra suas metas diffluere patiar. Sed tamen respondeat mihi quispiam eorum qui nõ prorsus frõtem perdiderunt, quales hodie Episcopi passim eligantur: sane examen haberi de doctrina, nimis obsoletum est. Quod si quis habetur doctrinæ respectus, iuriscõsultum aliquem deligunt, qui in foro magis litigare nouerit, quàm in Ecclesia cõcionari. Hoc cõstat, à centum annis uix centesimum quemq; fuisse electum, qui sacræ doctrinæ aliqd teneret. Superioribus sæculis nõ ideo parco, quòd multo meliora fuerint, sed q̃d de præsenti modo Ecclesia nobis quæstio est. Si de moribus fiat censura: paucos aut propemodum nullos fuisse reperiemus, quos nõ indignos ueteres canones iudicassent. Qui nõ fuit ebriosus, fuit scortator: qui ab hoc quoque scelere purus fuit, aut aleo fuit, aut uenator, aut in aliqua parte uitæ dissolutus. Sunt enim leuiora uitia, quæ secundum uetustos canones hominem ab Episcopatu excludunt.

Hoc uero longe absurdissimum, quòd pueri quoq; uix decennes Papæ concessione Episcopi facti, eo impudētię ac stuporis prouecti sunt, ut ne illud quidem extremũ & adeo prodigiosum flagitiũ horrerent, quod ab ipso naturæ sensu penitus abhorret. Hinc apparet, q̃ religiosæ fuerint electiones, ubi tam supina, negligentia fuit. Iam in eligendo totum illud ius populi sublatum est. Vota, assensus, subscriptiones, & omnia eiusmodi euanuerunt. Ad solos canonicos integra potestas translata est. Illi in quem uolunt conferunt Episcopatũ. Eum mox in conspectum plebis producunt: sed adorandum, non examinandum. Atqui reclamat Leo, nullam rationem id sinere: ac uiolentam impositionem esse pronunciat. Cyprianus cum fluere ex iure diuino testatur, ne fiat, nisi ex consensu populi, pugnare diuersum morem cum uerbo Dei ostendit. Tot synodorum decreta, ne secus fiat, seuerissime prohibent: ac si factum sit, iubent esse irritum. Si hæc uera sunt: nulla hodie, neq; Diuino, neq; Ecclesiastico iure, canonica electio in toto papatu supereſt. Verum etiamsi nihil aliud mali foret, qui tamen hoc excusare poterunt, quòd ita spoliauerint suo iure Ecclesiam? Verum ita, inquiunt, exigebat temporum corruptio: ut quoniam apud plebem & magistratus plus ualebant odia & studia in assumendis Episcopis, quàm rectum sanumq; iudicium: eius rei arbitrium paucis deferretur. Fuerit sane hoc extremum mali in rebus deploratis remedium. Verum ubi medicina morbo ipso nocentior apparuit: cur non & nouo huic malo succurritur? Sed est, inquiunt, ipsis canonicis exacte præscriptũ, quid sequi in electione debeãt. Sed an dubitamus, quin sanctissimis legibus olim plebs se adstringi intelligeret? cum uideret sibi regulam è uerbo Dei propositam, dum ad Episcopum eligendum conueniret. Siquidem illa una uox Dei, qua describit ueram Episcopi effigiem, merito pluris esse debebat, quàm infinitæ canonum myriades. Sed nihilominus pessimo affectu corrupta nullam habebat legis aut æquitatis rationem. Sic hodie, etsi optimæ scriptæ sunt leges: manent tamen in chartis sepultæ. Interim pluribus moribus receptum est, & quasi ratione fiat, etiam approbatum, ut ebriosi, scortatores, aleones, passim ad hunc honorem promoueantur. Parum dico. Vt Episcopatus adulteriorum & lenociniorum sint præmia. Nam cum uenatoribus & aucupibus dantur, præclare res cecidisse existimanda est. Tantam indignitatem ullo modo excusare, nimis improbum est. Habebat, inquàm olim optimum canonem populus, cui præscribebat Dei uerbum, oportere Episcopum esse irreprehensibilem, doctorem, non pugnacem & cæt. Cur ergo eligendi prouincia à populo ad istos translata est? Quia scilicet inter populi tumultus & factiones verbum Dei non exaudiebatur. Et cur hodie ab istis rursum non transferatur? qui non modo leges omnes violant: sed abiecto pudore, libidinose, auare, ambitiose, humana diuinis cõmiscent & confundunt. Sed mentiuntur, cum aiunt, hoc remedij loco fuisse inuentum. Sæpe in Episcopis eligendis, tumultuatas olim fuisse urbes legimus. Nemo tamen unquàm de auferendo ciuibus iure cogitare ausus est. Alias enim habebant uias, quibus uel obuiarent his uitijs: uel iam admissa corrigerent. Verum dicam quid sit. Cum populus in delectu habendo negligentior esse cœpisset: & hanc curam quasi minus sibi congruentem in presbyteros reiiceret: illi hac occasione ad tyrannidem sibi usurpandã abusi sunt: quam postea, nouis canonibus editis, stabilierunt. Ordinatio autem nihil aliud est quàm merum ludibrium. Species enim examinis, quam illic ostentant, adeo inanis est & ieiuna, ut omni etiam fuco careat. Itaq; quod alicubi pactione impetrarunt Principes à Romanis Pontificibus, ut nominarent ipsi Episcopos, in eo nihil noui damni fecit Ecclesia, quia canonicis duntaxat electio, quam nullo iure rapuerant, uel certe furati erant, adempta est. Est hoc sane fœdissimum exemplum, q; ex aula mittuntur Episcopi, ad occupandas Ecclesias. Et piorum Principum esset, à tali corruptela abstinere. Est enim impia Ecclesię spoliatio, quoties alicui populo ingeritur Episcopus, quem non petierit, uel saltem libera uoce approbarit. Verum inordinatus ille mos qui in Ecclesijs iampridem fuit, occasionem principibus dedit, ut præsentationem Episcoporum sibi sumerent. Maluerunt,

runt enim ſuum eſſe beneficium, q̃ eorum, in quos nihilo plus id competebat, & qui non minus perperam eo abutebantur.

En præclara vocatio, cuius cauſſa Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores ſe eſſe iactant. Presbyteros autem creandi ius ſibi ſolis competere dicunt. Sed in hoc peſſime corrumpunt vetus inſtitutum, quod nõ presbyteros ſua ordinatione creant, qui populum regant ac paſcant: ſed Sacerdotes qui ſacrificent. Similiter cum Diaconos conſecrant, nihil agunt de uero ac proprio ipſorũ officio: ſed certas modo ceremonias circa calicem & patinam ordinant. At in Synodo Calcedonenſi ſancitum eſt, ne fiant abſolutæ ordinationes, hoc eſt, quin locus ſimul aſſignetur ordinatis, ubi munus ſuum exerceant. Hoc decretum duplici nomine utiliſſimum eſt. Ne onerentur Eccleſiæ ſuperuacuo ſumptu: & in homines ocioſos expendatur, quod erogari pauperibus debet. Deinde ut ij qui ordinantur cogitent nõ ſe ad honorem promoueri: ſed munus ſibi mandari: ad quod obeundum ſolemni teſtificatione obligentur. At Romanenſes magiſtri, qui nihil in religione curandũ putant præter ventrem, primo titulum interpretantur, redditum qui ad alimoniã ſufficiat: ſiue ex patrimonio ſit, ſiue ex Sacerdotio. Itaq; cum Diaconum uel presbyterum ordinant, nihil ſolliciti ubi debeant miniſtrare, ordinẽ illis conferunt, ſi modo ſatis diuites ſint ad ſe alendos. Verum quis hominum hoc recipiat, ut titulus, quem requirit concilij decretum, ſit annuus prouentus ad alimoniam? Iam uero cum recentiores canones Epiſcopos damnant eorum alimonia, quos ſine idoneo titulo ordinaſſent, quó ſic reprimerent nimiam eorum facilitatem: noua etiam cautio excogitata eſt, qua eluderent hanc pœnam. Nam qui ordinatur, nomina-to qualicunq; titulo, promittit eo ſe fore cõtentum. Eo pacto ab alimentorũ actione depellit. Taceo mille fraudes, quæ hic fiunt. Vt cum alij inanes Sacerdotiorũ titulos mentiunt, unde quinq; aſſes annuatim cõficere nequeãt. alij ſub arcana ſtipulatiõe ſacerdotia accõmodato accipiãt, q̃ ſtatim reddituros ſe pollicent. Sed interdũ nõ reddũt. Et alia eius generis myſteria. Verũ etiãſi illi abuſus craſſiores tollerentur: an nõ illud ſemper abſurdũ eſt? Presbyterum cõſtituere, cui locũ nullũ aſſignes. Neminẽ enim ordinãt niſi ad ſacrificandũ. Atqui legitima presbyteri ordinatio eſt, ad Eccleſiæ gubernationẽ: Diaconi, ad eleemoſynæ ꝓcurationẽ uocari. Multis quidem pompis adumbrant id ꝙd agunt: q̃ ſpecie ipſa uenerationem apud ſimplices habeat. Sed apud ſanos quid ualere poſſunt iſtæ laruæ, ubi nihil ſolidi aut ueri ſubeſt? Nam ceremonias adhibent, uel ex Iudaiſmo accerſitas uel ex ſeipſis cõfictas: quibus abſtinere ſatius foret. De uero autẽ examine (umbram enim illam, quã retinent, nihil moror) de populi cõſenſu, de alijs rebus neceſſarijs, nihil moror. Vmbram uoco, ridiculas illas geſticulatiões, ad ineptam ac frigidam uetuſtatis imitationem cõpoſitas. Habent Epiſcopi ſuos uicarios, qui ante ordinationem de doctrina inquirant. Sed quid? An legere ſuas miſſas poſſint, an uulgare aliq̃d nomen, quod in lectiõe occurret, declinare: an cõiugare uerbum: an uocis unius ſignificatiõem nouerint. Neq; enim neceſſe eſt, ut uel unius uerſiculi ſenſum reddere ſciãt. Neq; tamen adhuc a Sacerdotio repelluntur, qui in his q̃q; puerilibus elementis deficiunt, modo aliquam pecuniæ uel gratiæ cõmendationem attulerint. Eiuſdẽ farinæ eſt, ꝙd cum ad altare admouentur ordinandi, quæritur ter uoce nõ intellecta, ſint ne digni honore? Reſpõdet unus, qui eos nunq̃ uidit, ſed ne quid formulæ deſit, has partes habet in fabula: Digni ſunt. Quid in uenerandis iſtis patribus accuſes? niſi quòd in tam apertis ſacrilegijs ludendo, Deũ & homines nullo pudore rident: At quia in diuturna eius rei poſſeſſiõe ſunt: putãt id ſibi iam licere. Quiſquis enim cõtra hæc tam clara tamq; atrocia flagitia hiſcere audet, quaſi qui ſacra Cereris in apertũ olim ꝓtulerat, ad capitale iudicium ab ipſis rapitur. An hoc facerent, ſi quem putarent eſſe Deum? Iam in beneficiorum collationibus, quæ res olim cõiuncta erat cum ordinatiõe, nunc prorſus eſt ſeparata, quanto melius ſe gerunt? Eſt aũt apud eos multiplex ratio. Neq; enim ſoli Epiſcopi conferunt Sacerdotia. Et in his etiam, quorum uocantur collatores, non ſemper plenum ius habent. Sed alij præſentationem habent: ipſi autem col-

Dist. 70. cap. 1.

lationis titulum retinent, honoris cauſſa. Accedunt etiam nominationes ex ſcholis, reſignationes, vel ſimplices, uel permutationis cauſſa factę. reſcripta commendatitia, pręuentiones. Et quidqd tale eſt. Verum ita ſe omnes gerũt, ut nullus eorum poſſit alteri quidpiã exprobrare. Sic cõtendo, uix centeſimum quodcp beneficium hodie in papatu ſine ſimonia cõferri: qualiter ſimoniam ueteres definierũt. Non dico, omnes numerato precio emere. Sed cedo mihi vnũ ex viginti, q nulla obliqua cõmendatione ad Sacerdotiũ perueniat. alios cognatio, uel affinitas promouet. Alios parentũ authoritas. Alij obſequijs fauorẽ ſibi conciliant. Denicp in hũc finẽ cõferunt ſacerdotia, nõ ut Eccleſijs ſit proſpectũ: ſed his q accipiũt. Itacp beneficia appellant, quo nomine ſatis declarant, ſe nõ alio loco ea habere, q̃ principum donatiua, quibus uel cõciliant fauorem militũ, uel eorum labores remunerantur. Omitto, quòd in tonſores, coquos, muliones, atcp eius fecis homines hæc pręmia conferuntur. Iam uero nullis ferè litibus magis hodie perſtrepunt iudicia, quàm ob Sacerdotia. Vt dicas nihil aliud quàm prædam eſſe canibus obiectam ad uenationem. An hoc uel auditu tolerabile eſt, paſtores uocari, qui in Eccleſiæ poſſeſſionem, quaſi in hoſtile prædium irruperint. qui forenſibus iurgijs euicerint, qui precio redemerint, qui ſordidis obſequijs emeruerint. q pueri, uix dum balbutientes, in eã, ceu hæreditariam à patruis & cognatis, interdum etiam à patribus ſpurij creuerint. An unquàm eò progreſſa eſſet populi, quantumuis corrupti & exlegis, licentia? Sed hoc quocp maius portentum eſt, quòd unus homo, nõ dico qualis: certe qui ſeipſum regere non poteſt: quincp aut ſex Eccleſijs gubernandis præficitur. Videre eſt hodie in aulis Principum aduleſcentes, tot abbates, bis Epiſcopos, ſemel Archiepiſcopos. Paſſim uero ſunt canonici quincp, ſex, ſeptem Sacerdotijs onuſti: quorum nullam prorſus, niſi in recipiendo prouentu, curam habent. Non obijciam, uerbum Dei ubicp reclamare: quod iampridem deſijt apud eos habere tantillum momenti. non obijciam multas ſeueriſſimas ſanctiones in pluribus concilijs contra hanc improbitatem eſſe factas. Nam has quoque quoties libet, fortiter contemnunt. Sed dico utrumcp eſſe prodigioſum flagitium, quod Deo, naturæ, & Eccleſiaſtico regimini prorſus aduerſetur: ut unus prædo pluribus ſimul Eccleſijs incubet, ut paſtor nominetur, qui gregi ſuo adeſſe, etiamſi uelit, nequeat. Et tamen, qua ſunt impudentia, tam abominãdas fœditates Eccleſiæ nomine prætexunt, quò ab omni reprehenſione eximant. Quinetiã, ſi Deo placet, in iſtis nequitijs continetur ſacroſancta illa ſucceſſio, cuius merito effectũ eſſe iactant, ne Eccleſia periret.

Nunc, quæ ſecunda nota eſt in æſtimando legitimo paſtore, videamus, quàm fideliter munus ſuum exerceant. Ex ſacerdotibus, qui illic creantur, alij ſunt Monachi: alij, quos uocant ſæculares. Prior ille grex incognitus fuit ueteri Eccleſiæ. Et habere talem in Eccleſia locum, adeo cum monaſtica profeſsione pugnat, ut cũ olim ex monaſterijs in clerũ cooptarentur, monachi eſſe deſinerent. Atcp adeo Gregorius, cuius tempus multũ fecis habuit, hanc tñ confuſionem fieri paſſus nõ eſt. Vult enim clericatu abdicare, q abbates facti fuerint: cp monachus ſimul eſſe et clericus rite nemo queat: cum alterũ alteri ſit impedimento. Nunc ſi interrogem, quomodo munus ſuum bene impleat, quem canones nõ eſſe idoneum declarãt: quid, obſecro, reſpõſuri ſunt: Citabunt mihi, ſcilicet, abortiua illa decreta Innocentij & Bonifacij, qbus monachi ad ſacerdotij honorẽ & poteſtatẽ ſic recipiunt, ut in monaſteriis ſuis maneãt. Sed quę iſta eſt ratio, ut indoctus quiuis aſinus, ſimul ac Romanã ſedem occupauerit, totam antiquitatem verbulo uno euertat? Verũ de hac re poſtea. Iſtud nunc ſufficiat: pro magna abſurditate habitũ eſſe in Eccleſia puriori, ſi monachus Sacerdotio fungaretur. Nã Hieronymus ſe officiũ ſacerdotis agere negat, cũ inter monachos degit: ſecp unũ ex plebe facit, q à Sacerdotibus regatur. Verum, ut hoc illis demus, quid tamẽ officii faciunt. Ex mendicantibus nonnulli concionantur. Reliqui omnes monachi uel cantillãt uel demurmurant miſſas in ſuis latibulis. Quaſi ad hoc fieri presbyteros, aut Chriſtus uoluerit, aut muneris natura patiatur. Cum ſcriptura palàm teſtetur, presbyteri eſſe

Epiſt. 11. lib. 3.

esse proprium Ecclesiam regere: an nõ impia est profanatio, alio transferre, imo penitus immutare sacrum Dei institutum? Nam cum ordinantur, nominatim uetantur facere, quæ Dominus presbyteris omnibus iniungit. Siquidem illis hæc cantilena canitur. Monachus suo claustro contentus, nec docere, nec sacramenta administrare, nec aliud quidpiã publici muneris gerere præsumat. Negant, si potuerunt, apertum esse Dei ludibrium: in hoc aliquem presbyterum fieri, ut à uero & germano officio abstineat: & eum, qui nomen habet, rem non posse habere.

Venio ad seculares: qui partim beneficiarij sunt, ut loquuntur: ideſt, habent Sacerdotia, quibus alantur: partim quotidianas operas locant, missando uel canendo, & quasi collecta inde stipe uictitant. Beneficia, aut curam animarum habent: ut Episcopatus & parrochiæ: aut stipendia sunt hominum delicatorum, qui cantillando uictum acquirunt: ut præbendæ, canonicatus, personatus ac dignitates, capellaniæ: & similia. Quanquàm rebus sursum deorsum iam conuersis Abbatiæ & prioratus nõ tantũ sæcularibus presbyteris: Sed pueris quoq; priuilegio, ideſt, vulgari & usitata consuetudine cõferuntur. Quantum ad mercenarios attinet, qui in diem uictum quærunt, quid aliud facerent, quàm quod faciunt? Nempe ut illiberali ac pudendo modo sese prostituant ad quæstum. Præsertim in tanta multitudine, quanta nunc orbis scatet. Itaq; cum palàm mendicare non audeant, uel hac uia reputent se parum profecturos, uelut canes famelici circumeunt, & sua importunitate, nõ secus ac latratu extorquent ab inuitis hominibus, quod in aridum uentrem ingerant. Hic si uerbis persequi coner, quantum sit dedecus Ecclesiæ, eò redijsse honorem & munus presbyterij, nullus erit finis. Non est igitur, cur à me expectent lectores orationem, quæ tam flagitiosæ indignitati respõdeat. Breuiter dico. Si presbyteri officiũ est, quod & uerbum Dei præscribit, & uetusti canones requirunt, Ecclesiam pascere: & spirituale Christi regnum administrare: tales oẽs sacrifici, qui nullum, nisi in missarum nundinatione, opus aut stipendium habẽt, nõ modo cessant in officio: sed nullum, quod exerceãt, legitimũ habent officium. Locus enim docendi illis nullus datur. nullam plebem habent, quam gubernent. Denique nihil illis reliquum est, præter altare, in quo Christum sacrificent, quod nõ est Deo, sed Dæmonijs litare: ut alibi uidebimus. Non attingo hic extranea uitia: sed duntaxat intestinum malum, quod in ipsorum institutione radicitus hæret. Addam uocem, quæ male sonabit in eorum auribus. Sed quia uera est, dicere oportet: eodem loco habendos esse Canonicos, Decanos, Capellanos, Præpositos, & quicunq; ociosis Sacerdotijs aluntur. Quale enim Ecclesiæ ministeriũ præstare queunt? Nam uerbi prædicationem, curam disciplinæ, & sacramentorum administrationem, tanquàm onera nimis molesta, à se depulerunt. Quid ergo habent reliquum, quo se ueros presbyteros esse iactent? Cantum scilicet, & ceremoniarum pompam: At quid hoc ad rem? si consuetudinem, si usum, si longi temporis præscriptionem allegant: ego ad Christi definitionem; qua & ueros presbyteros nobis expressit, & quid habere debeant, qui tales haberi uolunt. Quod si tã duram legem ferre nequeunt, ut se Christi regulæ subijciant: patiantur saltẽ hanc causſam ex authoritate primę Ecclesiæ decidi. At nihilo melior erit ipsorum conditio, si ex uetustis canonibus de eorum statu iudicetur. Qui in canonicos degenerarunt, presbyteri esse debuerant, ut fuerunt olim, qui Ecclesiam cum Episcopo in commune regerent, & ueluti collegæ eius essent in munere pastorali. Dignitates illæ capitulares, quas uocant, nihil prorsus pectant ad ueram Ecclesiæ gubernationem. Multo minus capellaniæ & reliqua ex talium nominum. Quo igitur loco eos omnes habebimus? Certe & uerbum Christi, & ueteris Ecclesiæ obseruatio eos à presbyterij honore excludit. Presbyteros tamen se esse contendunt. Sed detrahenda est larua. Sic reperiemus, totam eorum professionem alienissimã esse ac remotissimam ab illo munere presbyterorum, quod & Apostoli nobis describunt, & in prima Ecclesia requisitum fuit. Omnes ergo eiusmodi ordines, qui buscunq; titulis insigniantur, nouitij cum sint: certe nec Domini institutione, nec antiqua Ecclesiæ obseruatione suffulti, locum nullum habere debent in descri-

ptione regiminis spiritualis, quod ore Domini consecratũ Ecclesia recepit. Aut, si rudius ac crassius me loqui malunt: quando Capellani, Canonici, Decani, Præpositi, & eius farinæ ocioſi uentres ne minimo quidem digito particulam ullam attingunt eius officij, quod in presbyteris necessario requiritur: non est ferendum ut falso sibi honorem usurpando sanctam Christi institutionem violent.

Supersunt Episcopi & parochiarum rectores: qui utinam de retinendo officio contenderent. Libenter enim illis concederemus, eos habere pium & eximiũ munus, siquidem eo defungerentur. Sed cum Ecclesias sibi commissas deferendo, earumq; curam in alios reijciendo, haberi pastores uolunt, perinde faciunt, ac si munus pastoris esset, nihil agere. Si quis fœnerator, qui nunquàm pedẽ urbe moueret, aratorem se, aut uinitorem esse profiteretur: Si miles qui assiduus fuisset in acie, & castris, forũ, aut libros nunquàm uidisset, pro iurisconsulto se uenditaret: quis ferret tam putidas ineptias. Atqui aliquanto absurdius isti faciunt, qui uideri uolunt & nominari legitimi Ecclesiæ pastores, & tñ esse nolunt. Quotus enim quisq; est, qui, uel in speciem, Ecclesiæ suæ regimen obeat? Plurimi Ecclesiarum redditus tota uita deuorãt, ad quas ne inspiciendi quidem causſa unquàm accedunt. Alij semel quotannis aut ueniunt ipsi, aut œconomum mittunt, ne quid in locatione depereat. Cum hæc corruptela primũ obreperet, priuilegijs se eximebant, qui frui uolebant hoc genere uacationis. Nunc rarum exemplum est, ut quis in Ecclesia sua resideat. Aestimant enim non secus ac uillas: quibus uicarios suos tanquàm uillicos aut colonos, præficiunt. Atqui hoc ipse quoq; naturæ sensus repudiat, pastorem esse gregis, qui ouem ex eo nullam unquàm uiderit. Iam ętate Gregorij apparet quædam huius mali semina extitisse: ut Ecclesiarum rectores negligentiores in docendo esse inciperent: quia id grauiter alicubi con-

Homil. 17. queritur. Mundus, inquit, Sacerdotibus plenus est. Sed tamen in messe rarus inuenitur operator. Quia officium quidem Sacerdotale suscipimus, sed opus officij non implemus. Item. Quia charitatis uiscera non habent, Domini uideri uolunt: patres se minime recognoscunt. Humilitatis locum in elationem Dominationis mutant. Item. Sed nos, o pastores, quid agimus? qui mercedem consequimur, & operarii non sumus. Ad exteriora negocia delapsi sumus: & aliud suscipimus, aliud præstamus. Ministeriũ prædicationis relinquimus: & ad pœnã nostram, ut uideo, Episcopi uocamur, qui honoris nomen, non uirtutis, tenemus. Cũ tanta uerborum ac peritate utatur aduersus eos, qui tantum erant in officio minus assidui uel sedulo, quid, quæso dicturus esset, si uideret ex Episcopis ferè nullum, aut certe paucissimos: reliquis uix centesimum quemq; suggestum semel tota uita conscendere? Nam eò furoris uentum est, ut uulgo existimetur res Episcopali dignitate inferior, concionem ad populũ habere. Tempore Bernardi res aliquanto magis prolapsæ erant. Sed uidemus etiam quàm acerbis obiurgationibus inuehatur in totum ordinem: quem tamen credibile est, fuisse tunc nõ paulò integriorem, quàm nunc sit. Quod si quis totam hanc gubernationis Ecclesiasticæ faciẽ, quæ hodie sub papismo est, rite perpendat ac excutiat, reperiet, nullum esse spolia rium, in quo licentiosius, sine lege & modo, latrones grassentur. Certe omnia illicâ Christi institutione adeo dissimilia sunt, imo aliena: adeo ab antiquis Ecclesiæ institutis ac moribus degenerarunt: adeo cum natura & ratione pugnant: ut nulla maior Christo fieri iniuria possit, quàm dum eius nomen ad defensionem tam inordinati regiminis obtendunt. Nos, inquiunt, sumus Ecclesiæ columnæ, religionis antistites, Christi uicarij, fidelium capita, quia potestas Apostolica per successionem ad nos peruenit. Quasi apud stipites loquantur, istis ineptiis perpetuo superbiunt. Quoties uero istuc iactabunt, quærã ab iis uicissim, quid habeant cum Apostolis cõmune Non enim de hæreditario aliquo honore agitur, q dormientibus deferri queat: sed de prędicationis munere, quod ipsi tantopere defugiunt: similiter cum ipsorũ regnum tyrannidem Antichristi esse asserimus, continuo excipiunt, esse uenerabilẽ illam toties à magnis & sanctis uiris laudatam hierarchiã. Quasi uero sancti patres, cum Ecclesiasticam hierarchian aut spirituale regimen, ut ipsis

ut ipsis per manus ab Apostolis traditum erat, cõmendarent, hoc deforme & uastitatis plenum cahos somniarent. ubi Episcopi uel rudes ut plurimum asini sunt, qui ne prima quidem & plebeia fidei rudimenta tenent, aut interdum pueri à nutrice adhuc recentes: & si qui doctiores sunt (quod tamen rarũ est exemplũ) Episcopatũ nihil aliud esse putãt, q̃ splendoris & magnificentiæ titulũ: ubi Ecclesiarũ rectores nõ magis de pascẽdo grege cogitãt, q̃ sutor de arando: ubi omnia plusq̃ Babylonica dissipatione sic cõfusa sunt, ut nullũ integrũ uestigiũ paternę illius ordinationis amplius appareat. Quid si ad mores descendamus? ubi erit illa lux mũdi quã Christus requirit? ubi sal terrę? ubi illa sanctitas, quę uelut perpetua cẽsura esse possit? Nullus hodie est hominũ ordo magis insanus luxu, mollitie, delitijs, omni denique genere libidinũ. Nullo ex ordine aptiores aut peritiores omnis imposturę, fraudis, proditionis, perfidię magistri. Nusq̃ tantũ ad nocendũ uel solertię uel audacię. Taceo fastũ, superbiã, rapacitatem, sæuitiã. Taceo dissolutã in omnibus uitæ partibus licentiã. Quibus ferendis ita fatigatus est mundus, ut uerendũ nõ sit, ne quid nimiũ exaggerare uidear. Vnũ dico, q̃d inficiari ne ipsi quidẽ possunt. Ex Episcopis ferè nullũ: ex parochiarũ prę fectis non esse centesimũ quemq̃, cuius si de moribus ferenda sit secundũ ueteres canones sententia, non sit uel excõmunicandus, uel minimũ à munere abdicãdus. Videor aliquid incredibile dicere. Adeo prisca illa disciplina, quę exactiorẽ censurã de moribus cleri fieri præcipiebat, obsoleuit: sed omnino ita res habet. Eant nunc, qui sub Romanæ sedis uexillis & auspicijs militant, & de sacerdotali apud se ordine glorientur. Certe quẽ habent, neq̃ à Christo, neq̃ ab eius Apostolis, neq̃ à Patribus, neq̃ ab Ecclesia ueteri esse constat

Prodeant nũc in mediũ Diaconi: & illa sanctissima, quã habẽt, bonorũ Ecclesiasticorũ distributio. Quanq̃ Diaconos suos ad eã rẽ minime iã creãt. Nihil emẽ aliud ipsis iniungũt, nisi ut ministrẽt ad altare, Euangeliũ recitẽt, aut canãt, & nescio quas agãt nugas. Nihil de eleemosynis, nihil de cura pauperũ, nihil de tota illa functione, quã olim gerebãt. De ipsa institutiõe loquor. Nã si spectemus quod faciũt, reipsa nõ munus illis est, sed gradus duntaxat ad presbyteriũ. Vna in re, qui locũ Diaconi in missa tenent, inane simulachrũ antiquitatis repręsentant. Recipiunt enim oblationes ante consecrationẽ, fuit autẽ id antiqui moris, ut ante cœnæ communionẽ se mutuo oscularentur fideles, & eleemosynas ad altare offerrent. Ita symbolo prius, deinde ipsa benficentia charitatem suã declarabãt. Diaconus, qui œconomus erat pauperũ, recipiebat quod dabatur, ut distribueret. Nunc ex illis eleemosynis nihil oplus peruenit ad pauperes, q̃ si in mare proijcerentur. Ludunt ergo Ecclesiam cum isto mendaci Diaconatu. Certe in eo, nec cum Apostolica institutione, nec cum ueteri obseruatione, simile quidpiã habent. Ipsam uero bonorũ dispensationẽ aliò transtulerunt, & ita cõposuerunt, ut nihil fingi queat magis inordinatũ. Quemadmodũ enim latrones, iugulatis hominibus, prædam inter se diuidũt: ita isti post extinctũ uerbi Dei lumẽ, quasi iugulata Ecclesia, putarunt expositum esse prædæ ac direptioni, quidquid in sanctos usus dicatum erat. Itaq̃, facta diuisione, rapuit ad se quisq̃, quantum potuit. Hic totæ illæ ueteres rationes, quas exposuimus, non tantum conturbatæ, sed prorsus expunctæ & inductæ sunt. Potissimam partem Episcopi, & presbyteri urbani, qui facti hac præda diuites, uersi sunt in canonicos, inter se diripuerunt. Partitionem tamen fuisse tumultuariam, ex eo apparet, quòd de finibus ad hunc usque diem litigant. Quidquid sit, hac decisione prouisum est, ne obulus unus ex omnibus Ecclesiæ bonis ad pauperes rediret, quorum dimidia saltem ex parte fuerant. Nominatim enim quartã partẽ canones illis attribuunt: alterã uero quartã ideo destinant Episcopis, ut in hospitalitatem & alia benignitatis officia erogẽt. Taceo quid sua portione facere clerici, & quem in usum illam conferre debuerint. Nam reliquum, quod templis, ædificijs, & alijs sumptibus deputatur, debere pauperibus in necessitate patere, satis demonstratum est. Quæso, si scintillam unam timoris Dei in corde haberent, sustinerent ne hanc conscientiam?

quòd quidquid comedunt ac ueſtiuntur, exfurto, imo ex ſacrilegio, proueniſ ſed quia Dei iudicio parum commouentur: ſaltem cogitarent homines eſſe, ſenſu & ratione præditos, quibus perſuadere uolunt, ſe habere tam pulchros & diſpoſitos in Eccleſia ſua ordines, quam iactare ſolent. Reſpondeant mihi breuiter, an Diaconia ſit furandi ac latrocinandi licentia? Hoc ſi negant: fateri etiam cogentur, nullam ſe Diaconiam reliquam habere: quando apud eos tota opum Eccleſiaſticarum adminiſtratio in ſacrilegam depræ dationem palam conuerſa eſt.

Sed hic utuntur pulcherrimo colore. Dicunt enim Eccleſiæ dignitatem non indecenter hac magnificentia ſuſtineri. Et habent ex ſua ſecta quoſdam ita impudentes, ut audeant palam iactare, ſic demum adimpleri uaticinia illa quibus ſplendorem regni Chriſti deſcribunt ueteres Prophetæ, ubi regius ille apparatus in ordine ſacerdotali uiſitur. Non fruſtra, inquiunt, hæc Deus Eccleſiæ ſuæ promiſit. Venient Reges, adorabunt in conſpectu tuo, tibi afferent munera. Conſurge, conſurge, induere fortitudine tua Sion, induere ueſtimentis gloriæ tuæ Hieruſalem. Omnes de Saba uenient, Aurum & Thus deferentes, & laudem Domino annunciantes. Omne pecus cedar congregabitur tibi. In hac improbitate confutanda ſi multum inſiſtam, uereor ne ineptus uidear. Proinde uerba temere perdere non libet. Quæro tamen, ſi quis Iudæus iſtis teſtimonijs abuteretur, quam ſolutionem daturi eſſent? Nempe reprehenderent eius ſtuporẽ, q̃ quæ de ſpirituali Chriſti regno ſpiritualiter dicta ſunt, ad carnem & mundum transferret. ſcimus enim Prophetas ſub imagine rerum terreſtrium cœleſtem Dei gloriam, quæ lucere in Eccleſia debet, nobis delineaſſe. His enim benedictionibus, quas exprimunt eorum uerba, nunquam minus abundauit Eccleſia, quam ſub Apoſtolis.

Et tamen uim regni Chriſti tunc maxime efflоruiſſe omnes fatentur. Quid ergo ſibi uolunt illæ ſententiæ? Quidquid uſpiam eſt precioſum, ſublime, præclarum, id oportere Domino ſubijci. Quod autem nominatim de Regibus dicitur, faſces ſubmiſſuros Chriſto, diademata ſua proiecturos ad eius pedes, opes ſuas conſecraturos Eccleſiæ, quando uerius ac plenius exhibitum fuiſſe dicent, quàm cum Theodoſius abiecta purpura, relictis imperij inſignibus, tanquam unus quilibet ex plebe, coram Deo & Eccleſia ſe ad ſolennem pœnitentiã ſubmiſit? Quantum ipſe & alij ſimiles pij principes ſua ſtudia & ſuas curas ad puram in Eccleſia doctrinam conſeruandam, ad foouendos & protegendos ſanos doctores contulerunt? At uero quàm non luxuriarint tunc ſuperuacuis opibus ſacerdotes una illa uox ſynodi Aquileienſis, cui præerat Ambroſius, ſatis declarat. Gloriоſa in ſacerdotibus Domini paupertas. Habebant certe tunc Epiſcopi nonnullas facultates, quibus conſpicuum Eccleſiæ decus reddere poterant, ſi putaſſent hæc eſſe uera Eccleſiæ ornamenta. ſed cum ſcirent, paſtorum officio nihil eſſe magis aduerſum, quàm menſarum delitijs, ueſtium nitore, magno famulitio, magnificis palatijs ſplendere ac ſuperbire: humilitatem ac modeſtiam, imo paupertatem ipſam, quam Chriſtus inter ſuos miniſtros conſecrauit, ſequebantur & colebant.

Verum ne hic ſimus longiores, iterum in breuem ſummam colligamus, quam procul abſit ea, quæ nunc eſt, opum Eccleſiaſticarum, uel diſpenſatio uel diſſipatio à uera diaconia, quam & uerbum Dei nobis commendat, & uetus Eccleſia obſeruauit. Quod in templorum ornatum confertur, perperam collocari dico, ſi non adhibeatur is modus, quem & ipſa natura ſacrorum præſcribit, & Apoſtoli, alijque ſancti Patres, tum doctrina, tum exemplis, præſcripſerunt. At quid tale hodie in templis conſpicitur? Quidquid, non dico ad priſcam illam frugalitatem, ſed ad honeſtam aliquã mediocritatẽ eſt compoſitum, reſpuitur. Nihil omnino placet, niſi quod luxum & temporum corruptelã ſapiat. Interim tantum abeſt, ut uiuorum templorum iuſtam habeant curam, ut potius multa pauperum milia fame perire paſſuri ſint, quam minimum calicem aut urceolum confrin-

gant,

gant, ad inopiam eorum subleuandam. Ne quid grauius à meipso pronunciem, hoc tantum pios lectores cogitare uelim: si nunc Exuperium illum Tolosæ Episcopum, quem retulimus, si Acatium, si Ambrosium, aut similem quempiam, excitari à mortuis contingat, quidnam sint dicturi. Certe nō probabunt, in tanta pauperum necessitate quasi superfluas opes aliò transferri. Vt taceam hos usus, quibus impenduntur, etiam si nulli sint pauperes, multis modis noxios: utiles uerò nulla ex parte esse, sed homines omitto. Bona hæc Christo sunt dicata. Eius itaque arbitrio dispensanda sunt, frustra autem partem hanc impensam Christo ferent, quam præter eius mandatum profuderunt. Quanquam ut uerum fatear, nō multum de ordinario Ecclesiæ redditu his sumptibus decidit ur. Nulli enim sunt tam opulenti Episcopatus, nullæ tam opimæ Abbatiæ, nulla denique neq; tam multa, neq; tam ampla sacerdotia, quæ ad explendam sacerdotum ingluuiem sufficiant. Verum dum sibi uolunt parcere, populum superstitione inducunt, ut quod erat in pauperes erogandum, ad extruenda templa, ad erigendas statuas, ad emenda uasa, ad pretiosas uestes comparandas conuertant. Ita hoc gurgite quotidianæ eleemosynæ absumuntur. De redditu, quem ex agris & possessionibus percipiunt, quid aliud dicam, quam quod iam dixi, & est ante omnium oculos? Maximam portionem uidemus qua fide administrent, qui Episcopi uocantur & Abbates. Quæ insania est Ecclesiasticum ordinem hic quærere? An in satellitij numero, ędium splendore, uestitus & epularum delitijs, principum lautitias æmulari eos decebat; quorum uitam oportuerat singulare frugalitatis, modestiæ, continentiæ, humilitatis esse exemplar? Quantum & ab eorum officio abhorrebat: quos æternum inuiolabileque Dei edictum turpis lucri appetentes esse uetat, & simplici uictu contentos esse iubet, non modo uicis & arcibus manum injcere: sed in amplissimas satrapias inuolare: demum imperia ipsa occupare. si uerbum Dei contemnunt: quid respondebunt ad uetusta illa synodorum decreta? quibus statuitur, ut Episcopus non procul ab Ecclesia hospitiolum habeat, uillam, mensam, & supellectilem. Quid ad illud synodi Aquileiensis elogium? quo in sacerdotibus Domini gloriosa paupertas prædicatur. Nam illud forte quod Hieronymus Nepotiano præcipit, ut mensulam eius pauperes & peregrini, & cum illis Christus conuiua nouerit, tàm quam nimis austerum, repudiabunt. Verum quod statim subijcit, pudebit eos diffiteri. Gloriam esse Episcopi, pauperū opibus prouidere: ignominiā omniū sacerdotū, propris studere diuitijs. Hoc autē recipere nequeunt, quin se oēs ignominiæ condemnent. sed non est necesse, durius hic eos persequi, cum nihil aliud uoluerim, quam demonstrare, sublatum esse iampridem de medio apud ipsos legitimum Diaconatus ordinem: ne amplius hoc titulo ad Ecclesiæ suæ commendationem superbiant. Quod me abunde fecisse existimo.

Concil. Carthag. 4. cap. 14. & 15.

Hactenus eos recensuimus Ecclesię ordines, q in ueteris Ecclesię gubernatione fuerūt: sed postea tēporibus corrupti, magis deinde ac magis uitiati, nūc in Ecclesia Papali titulū duntaxat retinent, reuera nihil aliud sunt q̄ laruæ. ut ex comparatione iudicaret pius lector, qualem habeāt Ecclesiam Romanenses, in cuius gratiam reos schismatis nos faciunt quoniā ab ea discesserimus. Caput autem ac fastigiū totius ordinis, hoc est, primatū Romanę sedis, unde probare contendūt, penes se solos esse Catholicam Ecclesiam, non attigimus, quia neq; ex Christi instituto, neq; ex Ecclesiæ ueteris usu sumpsit originem, ut illæ superiores partes: quas ostendimus ita ab antiquitate ortas esse, ut temporum uitio prorsus degenerauerint: imo prorsus nouam formam induerint. Et tamen persuadere mundo conantur, hoc esse præcipuum ac prope unicum Ecclasiasticæ unitatis uinculum, si Romanæ sedi adhæreamus, ac in eius obedientia perseueremus. Hac, inquam, fultura potissimum nituntur, cum nobis Ecclesiam adimere, & sibi uendicare uolunt, quòd retinent caput, ex quo pendet Ecclesiæ unitas: & sine quo dissilire eam ac disrumpi necesse est. sic enim existimant: Ecclesiam corpus esse quodāmodo mutilum ac truncū, nisi Romanæ sedi, tanquam capiti sit subiecta:

Itaq;

Itaq; cum de hierachia sua disputant, ab hoc semper axiomate sumunt exordium: Romanum pontificem, tanquam Christi, qui caput est Ecclesiæ, uicarium, eius loco, Ecclesiæ uniuersali præsidere: nec aliter bene constitutam Ecclesiam, nisi sedes illa super alias omnes primatum teneat. Quamobrem hoc quoque quale sit excutiendum est, ne quid omittamus, quod ad iustum Ecclesiæ regimen pertineat.

Hic igitur sit quæstionis status. Vtrum ad ueram hierarchiæ, ut uocant, seu Ecclesiastici ordinis rationem necesse sit, sedem unam inter alias, & dignitate & potestate eminere ut sit totius corporis caput. Nos uero nimis iniquis legibus subijcimus Ecclesiam, si hanc ei necessitatem sine uerbo Dei injiciamus. Ergo si uolunt euincere aduersarij quod postulant, ostendere eos primum oportet, œconomiam hanc à Christo esse institutam. In hanc rem citant ex lege summum sacerdotium, summum item iudicium, quod Deus Hierosolymis instituit. At facilis est solutio: eaque multiplex: siquidem una illis non satisfaciat. Primum quod in natione una fuit utile, id in uniuersum orbem extendere, nulla ratio cogit. Imo gentis unius & totius orbis longe diuersa erat ratio. Quia undique ab idololatris septi erant Iudæi, ne religionum uarietate distraherentur, cultus sui sedem in medio terræ sinu Deus collocauit: illic unum antistitem præfecit, quem omnes respicerent, quo melius in unitate continerentur. Nunc ubi uera religio in totum orbem diffusa est, uni dari orientis & occidentis moderationem, quis non uideat esse prorsus absurdum? Perinde enim est, ac si quis contendat, totum mundum à præfecto uno debere regi, quia ager unus non plures præfectos habeat. sed est altera etiamnum ratio, cur illud in imitationem trahi non debeat. summum illum pontificem typum fuisse Christi, nemo ignorat. Nunc, translato sacerdotio, ius illud transferri conuenit. Ad quem porrò translatum est? Non ad Papam sane, ut ipse impudenter iactare audet, cum hoc ad se elogium trahit: sed ad Christum: qui ut solus munus ipsum, sine uicario aut successore, sustinet: ita honorem alteri nemini resignat. Non enim in doctrina modo: sed in propitiatione Dei, quam morte sua peregit Christus, & illa intercessione qua nunc apud Patrem fungitur, consistit hoc sacerdotium.

Non est igitur quòd exemplo isto, quod temporarium fuisse uidemus, quasi perpetua lege, nos obstringant. Ex nouo testamento nihil habent quod in sententiæ suæ confirmationem proferant, nisi quòd uni dictum est. Tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Item, Petre amas me? pasce oues meas. Verum ut firmæ sint istæ probationes, ostendant in primis oportet, ei mandari potestatem in omnes Ecclesias, qui pascere Christi gregem iubetur: nec aliud esse ligare & soluere, quam toti mundo præsidere. Atqui ut mandatum Petrus à Domino acceperat, ita alios omnes presbyteros hortatur, ut pascant Ecclesiam. Hinc colligere licet, aut illa Christi uoce nihil præ alijs datum esse Petro: aut Petrum ius, quod acceperat, cum alijs ex æquo communicasse. Verum ne frustra litigemus, habemus alibi claram ex ore Christi expositionem, quid sit ligare & soluere. Nempe retinere & remittere peccata. Modum uero ligandi & soluendi cum scriptura tota passim ostendit, tum Paulus optime declarat, cum dicit Euangelij ministros habere mandatum reconciliandi homines Deo, & simul potestatem habere exercendæ uindictæ in eos, qui beneficium hoc respuerint. Quia tamen locos illos, qui ligandi & soluendi mentionem faciunt, quòd ad farinas facere uidentur, hucatque illuc detorquent architecti Romanenses, ac instar lesbiæ regulæ pro sua libidine accõmodant q̃cunq; uisum est: operę pretiũ erit breuiter semel explicare q̃d uelint. Duo igitur sunt loci, qui de ligando & soluendo loquuntur. Alter est Matthæi decimosexto, ubi Christus postquam se claues regni cœlorum Petro daturum promisit, continuo subiungit. Quodcunque ipse in terra ligauerit aut soluerit, ratum in cœlo fore. Quibus uerbis nihil aliud significat, quàm alijs quæ

habe-

habentur apud Ioannem, cum discipulos missurus ad prædicandum postquam insufflauit in eos, quorum, inquit, remiseritis peccata, remissa erunt, & quorum retinueritis, retenta erunt in cœlo. Adferam interpretationem non argutam, non coactam, non detortam: sed germanam, fluentem, obuiam. Hoc de remittendis & retinendis peccatis mandatum, & illa de ligando & soluendo Petro facta promissio, non aliò debent referri, quam ad uerbi ministerium, quod dum Apostolis committebat Dominus, simul & hoc soluendi ligandique munere ipsos instruebat. Quæ enim est summa Euangelij? nisi q̃ omnes serui peccati & mortis solumur ac liberamur per redemptionẽ, quę est in Christo Iesu: qui uero Christum liberatorem ac redemptorem non suscipiunt nec agnoscunt, eos æternis uinculis damnatos addictosque esse. Hanc legationem cum Apostolis suis in omnes nationes perferendam traderet Dominus, ut suam esse & à se profectam, approbaret, hoc præclaro testimonio eam honorauit: idque in eximiam consolationem tum Apostolorum ipsorum, tum eorum quoque omnium, ad quos peruentura erat hæc legatio. Referebat ut Apostoli constantem ac solidam suæ prædicationis certitudinem haberent: quam non modo infinitis laboribus, curis, molestijs, periculis obituri erant: sed suo demum sanguine obsignaturi. Ipsam, inquam, ut scirent non uanam esse, nec inanem: sed potentiæ plenam ac uirtutis. Referebat, ut in tanta anxietate & rerum difficultate, tantisque discriminibus Dei se negocium agere persuasi essent, ut, toto mundo aduersante & repugnante, Deum pro se stare cognoscerent: ut Christum doctrinæ suæ authorem, aspectu in terra præsentem non habentes, ipsum esse in cœlo intelligerent, ad firmandam eius, quam sibi tradederat doctrinæ ueritatem. Oportebat rursum & auditoribus certissime testificatam esse, illam Euangelij doctrinam, non Apostolorum esse sermonem, sed Dei ipsius: non uocem in terra natam, sed è cœlo delapsam. Non enim in hominis potestate hæc esse possunt, peccatorum remissio, promissio uitæ æternæ, salutis nuncium. Testificatus est ergo Christus, nihil in Euangelij prædicatione Apostolorum esse, præter ministerium: se esse, qui per eorum ora, uelut per organa, loqueretur omnia, & promitteret. Itaque peccatorum remissionem, quam annunciarent, ueram esse Dei promissionem: damnationem, quam pronunciarent, certum esse Dei iudicium. Hæc autem testificatio sæculis omnibus data est, firmaq̃ manet, quæ certiores omnes securosq̃ reddat, Euangelij uerbum, à quocunq̃ tandem homine prædicetur, ipsissimam esse Dei sententiam, apud summũ tribunal promulgatam, in libro uitæ scriptam, in cœlo ratam, firmam, ac fixam. Habemus potestatem clauium esse simpliciter illis locis Euangelij prædicationẽ: nec tam potestatem esse quàm ministerium, si ad homines respicimus. Non enim hominibus hãc potestatem proprie Christus dedit, sed uerbo suo, cuius homines ministros fecit. Ioan. 20.

Alter, quem de ligandi & soluendi potestate extare diximus, locus Matthæi. 18. habetur: ubi ait Christus: si frater aliquis Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico uobis, quæcunq̃ ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: quæcunq̃ solueritis, soluta erunt. Hic locus non omnino est priori similis: sed paulò in alteram partem intelligendus est. Non autem sic diuersos facio, ut non multã habeant inter se affinitatẽ. Hoc primũ ubiq̃ simile est, quòd utraq̃ est generalis sententia: eadem semper ligandi soluendiq̃ potestas: nempe per uerbum Dei: idem mandatum: eadem promissio. Eo autem differunt, q̃ prior locus peculiariter de prædicatione est, qua uerbi ministri funguntur: hic ad disciplinã excõmunicationis pertinet, quę Ecclesię permissa est. Ligat autẽ Ecclesia quem excommunicat, non q̃ in perpetuã ruinã ac desperationẽ cõijciat: sed quia eius uitam ac mores damnat: ac, nisi resipuerit, iam eũ suæ damnationis admonet, soluit, quem in communionem recipit, quia uelut participem eum facit unitatis, quam habet in Christo Iesu. Ne quis ergo contumaciter Ecclesiæ iu-

dicium

dicium contemnat,aut parui faciat, se fidelium suffragijs damnatum: testatur Dominus,tale fidelium iudicium non aliud esse, quàm sententiæ suæ promulgationē:ratumq; haberi in cœlis,quod illi in terra egerint. Habent enim uerbū Dei, quo peruersos damnent:habent uerbum,quo resipiscentes in gratiam recipiant. Errare autem non possunt,nec à Dei iudicio dissentire, quia non nisi ex lege Dei iudicant, quæ non incerta est:aut terrena opinio:sed sancta Dei uoluntas,& cœleste oraculum. Ex istis duobus locis,quos ut breuiter,ita & familiariter & uere enarrasse mihi uidetur:furiosi illi,nullo discrimine, prout sua uertigine feruntur, nunc confessionem,nunc excommunicationem, nunc iurisdictionem, nunc iussa condendi leges,nunc indulgentias statuere conantur. Priorē uero ad adstruendum Romanæ sedis primatum allegant. Ita norunt claues suas, quibus uisum est aptare seris & ostijs,ut dicas tota uita eos artem fabrilem exercuisse.

Verum de alijs suo loco. Nunc illis de primatu respondeamus. Christus,inquiunt,Petrum Ecclesię uniuersæ principem constituit,cum daturum se illi promisit claues. Atqui quod uni tunc promisit,alibi reliquis simul omnibus cōfert, & quasi in manum tradit. si idem iuris concessum est omnibus, quod uni promissum:qua in re erit ille collegis superior? In eo, inquiunt, excellit, quod & communiter, & seorsum accipit, quod alijs non datur, nisi in commune. Quid si cum Cypriano & Augustino respondeam? non ideo id fecisse Christum, ut hominem unum alijs præferret: sed ut Ecclesiæ unitatem sic commendaret.sic enim loquitur Cyprianus: In persona unius hominis Dominum dedisse omnibus claues,ut omnium unitatem denotaret. Hoc utiq; fuisse reliquos, quod erat Petrus:pari consortio præditos & honoris & potestatis: sed exordium ab unitate fieri, ut Ecclesia Christi una monstretur. Augustinus uero,si in Petro non esset Ecclesiæ mysterium,non ei diceret Dominus: Tibi dabo claues. si enim hoc Petro dictum est:non habet Ecclesia. si autem Ecclesia habet, Petrus quando claues accepit, Ecclesiam totam designauit. Et alibi. Cum interrogati essent omnes,solus Petrus respondet: Tu es Christus: & ei dicitur, tibi dabo claues. Quasi ligandi & soluendi solus acceperit potestatem:cum & illud unus pro omnibus dixerit,& hoc cum omnibus,tanquam personam gerens ipsius unitatis acceperit. Ideo unus pro omnibus qui unitas est in omnibus.

De simplicit. prælat.

Homil. in Ioan. 50

Homil. 11 repetit. homil. 124

At illud, Tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam:nusquam alteri dictum legitur. Quasi uero aliud de Petro illic Christus prædicet, quam quod Paulus & Petrus ipse de omnibus Christianis. Ille enim Christum lapidem summum & angularem facit,in quo superstruantur qui crescunt in templum sanctum Domino:hic autem nos lapides uiuos esse iubet,qui illo electo & precioso lapide fundati, hac iunctura & compagine, cum Deo nostro,& inter nos cohæreamus. Ille, inquiunt, præ alijs: quia peculiariter nomen habet. Hunc certe honorem Petro libenter concedo,ut in ædificio Ecclesię inter primos collocetur,uel si hoc quoq; uelint, primus omnium fidelium. Verum ut primatum in alios eum habere ex eo deducant,non permittam. Quæ enim est istæc ratio colligendi? Alios feruore studij, doctrina, animi magnitudine præcedit. Ergo potestatem in eos habet. Quasi uero non meliori prætextu colligere liceat, Andræam esse ordine priorem Petro,quia tempore ipsum antecessit,& Christo adduxit. sed hoc omitto. Priores sane habeat Petrus. Multum tamen interest inter honorem ordinis & potestatem. Videmus Apostolos hoc ferè Petro detulisse, ut in cœtu uerba faceret,& quodammodo præiret, referendo, hortando, monendo. sed de potestate nihil omnino legimus. Quanquam nondum in ea disputatione sumus: tantum hoc in præsentia habere uolo,nimis futiliter eos argumentari,cum ex solo Petri nomine imperium in Ecclesiam uniuersam struere uolunt. Nam illæ ueteres ineptiæ, quibus fucum initio facere tentarunt,relatu quoq; nedum refutatione indignę sunt. In Petro fundatam esse Ecclesiam:quia dictum sit,super hanc petrā &c. At nonnulli ex patribus sic exposuerunt. sed cū reclamet tota scriptura: quid eorum authoritas aduersus Deum prætenditur? Imo quid de uerborum

Ephe. 2

1. Pet. 2

istorum

istorum sensu, quasi obscurus sit aut ambiguus certamus? cum nihil dici queat magis liquidum nec certum. Confessus erat Petrus, suo & fratrũ nomine, Christum esse Filium Dei. Super hanc petram edificat suam Ecclesiam Christus: quia vnicũ est, ut ait Paulus, fundamentum, præter quod statui aliud non potest. Neque hic patrum authoritatem ideo repudio, quia eorum testimonijs destituar, ad probandum quod dico, si citare libeat. Sed quemadmodum dixi nolo de re tam clara disceptando frustra molestus esse lectoribus: præsertim cum hæc res à nostris hominibus satis diligenter pridem tractata & explicata fuerit.

Quanquàm reuera nullus quæstionem hanc soluere melius potest, quàm scriptura ipsa: si locos omnes conferamus, ubi docet quid muneris & potestatis habuerit Petrus inter Apostolos, qualiter se gesserit, qualiter etiam fuerit ab ipsis acceptus. Percurre quidquid extat, nihil aliud reperies, quàm fuisse unum ex numero duodecim, parem reliquis, & socium, nõ dominum. Refert quidem ad concilium, si quid faciendum est, & quid factu opus sit, admonet: sed alios simul audit: nec locum tantũ concedit dicendæ sententiæ, sed arbitrium illis permittit, ubi staActo. 15
tuerunt, sequitur & obtemperat. Cum ad pastores scribit, nõ mandat ex imperio, quasi superior: sed collegas suos facit, & comiter hortatur, ut inter æquales fieri so- 1. Pet. 5.
let. Cum accusatur ꝙ ad gentes ingressus fuerit, etiã si id fit immerito, respondet tñ & sese purgat. Iussus à collegis ire cum Ioanne in Samariã, nõ detrectat. Quòd eũ Acto. 11
mittunt Apostoli, eo declarant, se minime eum habere pro superiori: quòd obseActo. 8.
quitur, & legationem sibi mandatam suscipit, eo fatetur, sibi cum illis esse societatem, non aduersus eos imperium. Quòd si nihil istorum extaret, una tamẽ Epistola ad Galatas omnem dubitationem eximere nobis facile potest: ubi duobus ferè capitibus nihil aliud contendit Paulus, quàm se honore Apostolatus Petro essе parem. Hinc commemorat, se ad Petrum venisse, non ut subiectionem profiteretur, sed tantum ut testatum omnibus faceret doctrinæ consensionem. Petrum quoq; ipsum nihil tale postulasse: sed dedisse sibi dextram societatis, ut communiter in uinea Domini laborarent. Sibi non minorẽ gratiam collatum esse inter gentes, quàm Petro inter Iudæos. Deniq; cum minus fideliter ageret Petrus, fuisse à se correctũ, & reprehensioni paruisse. Hæc omnia palàm faciunt, aut fuisse æqualitatem inter Paulum & Petrum, aut certe nihilo plus potestatis fuisse Petro in reliquos, quàm ipsi in illum habuerint. Atq; id, sicuti iam dixi, ex professo agit Paulus, ne quis sibi in Apostolatu uel Petrum, uel Iohannem anteferat, qui collegæ erant, non domini.

Verum ut de Petro illis concedam quod petunt, fuisse scilicet Apostolorũ Principem, & dignitate reliquos antecelluisse: non est tamen caussa, cur ex singulari exemplo uniuersalem faciant regulam: & quod semel factum fuit ad perpetuitatem trahant: cum longe diuersa sit ratio. Vnus inter Apostolos summus fuit. Nempe quia pauci erant numero. Si unus duodecim hominibus præfuit: an propterea consequetur, unum debere centum milibus hominum præfici? Quod duodecim unũ habuerint inter se, qui omnes regeret, nihil mirum. Hoc enim fert natura, hoc hominum ingenium postulat, ut in quouis cœtu, etiam si æquales sint omnes potestate, unus tamen sit ueluti moderator, in quem alij respiciant. Nulla est curia sine consule: nullus consessus iudicum sine prætore ceu quæsitore: collegium nullum sine præfecto. Nulla sine Magistro societas. Sic nihil absurdi esset, si fateremur Apostolos detulisse Petro talem primatum. Sed quod inter paucos ualet, non protinus trahendum est ad uniuersum orbẽ terrarum, ad quem regendum nemo unus sufficit. Atqui illud, inquiunt, non minus in naturæ uniuersitate quàm in singulis partibus locum habet, ut sit unum summum omnium caput. Et huius rei, si Deo placet, probationem sumunt à gruibus & apibus, quæ sibi ducem unum semper eligunt non plures. Recipio sane, quæ proferunt, exempla. Sed an ex toto orbe confluunt apes, ut regem unum eligant? suis aluearibus contenti sunt reges singuli. Ita in gruibus unaquæq; caterua proprium regem habet. Quid inde aliud euincent, quàm singulis Ecclesijs debere suos Episcopos

attribui? Ad ciuilia deinde exempla nos uocant. Citant Homericum illud. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. & quæ eodem sensu in monarchię commendationem leguntur apud prophanos scriptores. Facilis est responsio. Non enim hoc sensu uel ab Homerico Vlysse, uel ab alijs laudatur monarchia, quasi unus debeat totum orbem imperio regere: sed indicare uolunt, regnum duos non capere, & potestatẽ, ut ait ille, impatientem esse consortis. Verum sit sane, ut uolunt, bonum atq; utile, orbem totum monarchia una contineri, quod est tamen absurdissimũ. Sed ita sit. Nõ tamen propterea concedam, idipsum in Ecclesiæ gubernatione valere. Habet enim illa Christum unicũ suum caput, sub cuius principatu omnes inter nos cohęremus, secundum eum ordinem, & eam politiæ formã, quam ipse præscripsit. Insignem itaq; iniuriam Christo faciunt, cum eo prętextu uolunt hominẽ unum prę
Ephe. 4. esse Ecclesiæ uniuersæ, quia hæc capite carere non possit. Christus enim caput est, ex quo totum corpus compactum & cõnexum per omnẽ iuncturam subministrationis secundum operationem in mensura cuiusq; membri augmentum corporis facit. Vides ut omnes mortales sine exceptione in corpore collocet: honorẽ & nomen capitis relinquat uni Christo. Vides ut singulis membris tribuat certam mensuram & finitam ac limitatam functionẽ: quo tum gratiæ perfectio, tum summa gubernandi potestas penes Christum unũ resideat. Nec me latet, qd cauillari soleant, cũ hoc illis obijcitur. Christum scilicet proprie uocari unicum caput, quia sua authoritate suoq; nomine solus regnet: sed istud nihil obstare, quominus sub ipso sit alterũ caput ministeriale, ut loquunt: quod eius uices in terris gerat. Verũ hoc cauillo nihil proficiunt, nisi prius ostenderint, hoc ministerium à Christo esse ordinatũ. Apostolus enim totam subministrationẽ per membra diffusam esse docet: uirtutẽ ab uno illo cœlesti capite fluere. Aut si quid uolunt apertius: cum scriptura testetur Christum esse caput, & hunc ei soli honorẽ uindicet: nõ debet in aliũ transferri, nisi quẽ Christus ipse uicarium suũ fecerit. Atqui nõ modo id nusquam legit, sed refelli abunde ex multis locis potest. Aliquoties uiuam Ecclesiæ imaginem nobis Paulus depingit. De uno capite nulla illic mentio. Quin potius ex eius descriptione colligere licet, à Christi institutione id esse alienum. Christus ascensu suo uisibilẽ sui præsentiam nobis abstulit. Ascendit tũ ut impleret omnia. Nunc igitur ipsum adhuc præsentẽ habet Ecclesia, & semper habitura est. Rationẽ qua se exhibet dũ vult Paulus ostendere, ad ministeria, quibus utitur, nos reuocat. In
Ephe. 4. omnibus nobis, inqt, est Deus, secundũ mensurã gratię, quã unicuiq; membro cõtulit. Ideo cõstituit alios qdem Apostolos, alios uero pastores, alios Euangelistas, alios doctores & cæt. Cur nõ dicit, unũ omnibus pręfecisse, q uices suas gereret? Id enim locus maxime postulabat, nec ullo modo debuit omitti, si uerũ esset, Christus, inquit, nobis adest. Quomodo? per ministerium hominum, quos gubernandæ Ecclesiæ præfecit. Cur non potius, per caput ministeriale, cui uices suas mandauit? Vnitatẽ nominat: sed in Deo & in Christi fide. Hominibus nihil tribuit, nisi commune ministerium: & unicuiq; modum particularẽ. Cur in illa commendatione unitatis, postq; dixerat unum corpus, unum spiritum, unam spem uocationis, unum Deum, unam fidem, unum baptisma, non etiam continuo addidit, unũ summum Pontificem, qui Ecclesiam in unitate contineat? Nihil enim aptius dici poterat, siquidem ita res haberet. Expendatur diligenter locus ille. Non dubium quin repræsentare illic penitus uoluerit, sacrum & spirituale Ecclesiæ regimen, quod posteri Hierarchian dixerunt. Monarchian inter ministros non modo nullam ponit: sed etiam indicat nullam esse. Non dubium est etiam, quin modum coniunctionis exprimere uoluerit, quo fideles cum Christo capite suo cohærent. Illic non modo nullum ministeriale caput commemorat: sed operationem singulis membris particularem attribuit, pro modo gratiæ unicuiq; distributæ. Nec est quòd de comparatione cœlestis & terrenæ Hierarchiæ subtiliter philosophentur. Nam nec de illa tutum est ultra modum sapere: & in hac constituenda non alium typum sequi oportet, q̃ Dominus ipse suo verbo delineauit.

Iam ut alterum illis lagiar, quod nunquàm apud sanos homines obtinebunt, sic consti-

sic constitutum in Petro Ecclesiæ primatum, ut perpetua successione semper maneret: vnde tamen euincent, sedem Romæ ita collocatam, ut quicunque sit vrbis illius Episcopus, orbi vniuerso præsideat? Quo iure hanc loco dignitatem allegant, quæ sine loci mentione data est? Petrus, inquiunt, Romæ vixit, & mortuus est. Quid Christus ipse? Nonne Hierosolymis functus est Episcopatu dum uixit, & moriendo Sacerdotij munus impleuit? Princeps pastorum, summus Episcopus, caput Ecclesiæ non potuit honorem loco acquirere: Petrus longe ipso inferior potuit? Nonne sunt ineptiæ istæ magis quàm pueriles? Christus honorem primatus contulit petro. Petrus Romæ sedit. Ergo illic collocauit sedem primatus. Nempe hac ratione sedem primatus debuerunt olim Israelitæ constituere in deserto: ubi Moses summus Doctor & Princeps Prophetarum ministerio suo functus erat, & mortuus.

Videamus tamen quàm eleganter ratiocinentur. Petrus, inquiunt, Principatum habuit inter Apostolos. Ergo Ecclesia, in qua sedit, hoc priuilegij habere debet. Vbi autem primum sedit? Antiochiæ, inquiunt. Ergo Antiochena Ecclesia primatum sibi iure uendicat. Fatentur fuisse olim primam: sed Petrum inde migrando Romam transtulisse quem secum honorem attulerat, Extat enim sub nomine Marcelli Papæ ad Presbyteros Antiochenos Epistola, ubi sic loquitur. Petri sedes initio apud uos fuit: quæ postea, iubente Domino, huc translata est. Sic Antiochena Ecclesia, quę olim prima erat, Romanæ cessit sedi. Verum q̃ oraculo habuerat bonus ille uir, Dñm sic iussisse? Nam si iure definienda sit hęc causa, necesse est respondeant, uelint ne priuilegiũ hoc personale esse, an reale, an mixtum? Vnum enim ex his tribus esse oportet. Si dixerint personale: nihil igitur ad locũ. Sin reale: ergo ubi semel datum est loco, non adimitur propter personæ, uel mortem, uel discessum. Supereſt igitur, ut mixtum esse dicant. Tunc autẽ non simplex erit loci consideratio, nisi persona simul respõdeat. Eligant quidquid uolent: protinus inferam, & facile euincam, Romam nulla ratione primatum sibi arrogare. Esto tamen: translatus fuerit, ut nungantur, primatus Antiochia Romam. Cur tamen non retinuit Antiochia secundum locum? Nam si ideo primas habet Roma, q̃ illic usque ad extremum uitæ sedit Petrus: cui secundæ potius dabuntur, q̃ ubi sedem primam habuerat? Qui factum est igitur, ut Antiochiam Alexandria præcederet? Qui conuenit, discipuli unius Ecclesiam superiorem esse sede Petri: si cuique Ecclesiæ pro fundatoris sui dignitate honor debetur? Quid de reliquis etiam Ecclesijs dicemus? Paulus nominat tres qui uidebantur columnæ esse: Iacobum, Petrum, & Ioannem. Si in honorem Petri Romanæ sedi primus locũ tribuitur: nonne proximum & tertium merentur Ephesina & Hierosolimitana, ubi sederunt Ioannes & Iacobus? Atqui inter patriarchias ultimũ locum habuit olim Hierosolyma. Ephesus ne ultimo quidem angulo hærere potuit. Prętereą sunt et aliæ Ecclesiæ, tum quascunq; fundauit Paulus, tum quibus alij Apostoli præfuerunt. Sedes Marci, qui unus tantũ ex discipulis fuit, honorem adepta est. Aut prę posterum illum ordinem fateantur fuisse: aut nobis concedant, non esse hoc perpetuum, ut cuiq; Ecclesiæ debeatur honoris gradus, quem quisq; fundator habuit. Quanquàm quod de sessione Petri in Romana Ecclesia referunt, non uideo quid fidei habere debeat. Certe quod est apud Eusebium, præfuisse illic 25. annos, nullo negocio refellitur. Constat enim ex primo & secundo capite ad Galatas, circiter uiginti annos à Christi morte fuisse Hierosolymis: uenisse deinde Antiochiam: ubi quamdiu fuerit incertum est. Gregorius septem, Eusebius autem 25. annos numerat. Atqui à morte Christi, usq; ad finem imperij Neronis, sub quo ipsum cæsum fuisse memorant, reperientur tantum triginta septem anni. Passus enim est Dominus sub Tiberio, anno imperij eius decimo octauo: si uiginti annos decidas, quibus habitasse Petrum Hierosolymis testis est Paulus: restabunt septem decim ad summum, quos nunc inter duos Episcopatus partiri oportet. Si diu Antiochiæ moratus est: non potuit Romæ sedere, nisi per exiguum tempus. Quod ipsum clarius adhuc demonstrare licet. Scripsit Paulus Romanis

12. q. 1. c. rogamus

ex itinere, cum Hierosolymam proficisceretur: vbi captus fuit, ut Romam adductus. Verisimile ergo est, Epistolam hãc quadriennio ante scriptam esse, quàm Romam ueniret. Illic nulla adhuc Petri mentio, quæ minime omittenda erat, si Ecclesiam illam rexisset. Quinetiam in fine, dum longum piorum catalogum recitat, quos salutari iubet, vbi scilicet omnes sibi notos colligit, de Petro prorsus adhuc silet. Neque hic longa aut subtili demonstratione opus est, apud sanioris iudicij homines. Res enim ipsa, & totum Epistolæ argumentum clamat, non debuisse Petrum præteriri, si Romæ fuisset. Adducitur deinde uinctus Romam, Exceptum fuisse à fratribus narrat Lucas. De Petro nihil. Scribit illinc ad multas Ecclesias. Alicubi etiam quorundam nomine salutationes adscribit. Non uno uerbo indicat, Petrum illic tunc fuisse. Cui obsecro, credibile erit, silere potuisse si adfuisset. Imo ad Philippenses, ubi dixit neminem se habere, qui ita fideliter curet opus Domini ut Timotheus, conqueritur omnes quærere quæ sua sunt. Et ad Timotheum grauior est querimonia, quòd nullus illi adfuerit in prima defensione: sed omnes eum dereliquerint. Vbi tunc igitur Petrus? Nam si Romæ fuisse aiunt, quantam illi ignominiam inurit Paulus, quòd desertor fuerit Euangelij. Siquidem de fidelibus loquitur, quia subiungit, Deus illis non imputet. Quamdiu igitur & quo tempore sedem illam tenuit Petrus? At constans est scriptorũ opinio, usque ad mortem Ecclesiam illam gubernasse. At inter ipsos scriptores non constat, quis fuerit successor: quia alij Linum, alij Clementem faciunt. Et multas absurdas fabulas narrant de disputatione inter eum & Simonem magnum habita. Denique res illius temporis ita sunt opinionum uarietate implicitæ, ut non temere adhibenda sit fides, ubi aliquid scriptum legimus. Et tamen propter hunc scriptorum consensum, non pugno quin illic mortuus fuerit: Sed Episcopum fuisse, præsertim longo tempore, persuaderi nequeo. Nec id etiam multum moror: quando testatur Paulus Petri Apostolatum peculiariter ad Iudæos pertinere, suũ uero ad nos. Proinde ut societas illa, quam inter se pacti sunt, rata apud nos sit: imo, ut Spiritus sancti ordinatio firma apud nos habeatur, in Pauli Apostolatum magis q̃ Petri respicere nos conuenit. Siquidem ita inter eos prouincias diuisit Spiritus sanctus, ut Petrum Iudæis, nobis Paulum destinaret. Nunc itaq; suum primatum alibi quærant Romanenses q̃ in uerbo Dei: ubi minime fundatus inuenitur.

Acto. vlti.

Philip. 2.

2. Timot. 4

Galat. 2

Veniamus nunc ad Ecclesiam ueterem, ut palàm quoque fiat, eius suffragio non minus temere & falso superbire nostros aduersarios, quàm testimonio uerbi Dei. Cum itaq; suum illud axioma iactant non aliter contineri Ecclesiæ unitatem posse, q̃ si unum sit in terris supremum caput, cui membra omnia pareant: ideoq; Dominum Petro, & deinde successionis iure dedisse prmatum, ut in ea usque ad finem resideat: asserunt id fuisse, ab initio semper obseruatum. Quoniam autem multa testimonia perperam detorquent, hoc primum præfari uolo, me non negare, quin magnum Romanæ Ecclesiæ honorem ubiq; deferant ueteres, reuerenterq; de ea loquantur. Quod tribus maxime de caussis fieri arbitror. Opinio enim illa, quæ nescio quo modo inualuerat, fundatam & constitutam eam fuisse Petri ministerio, ad conciliandam gratiam & authoritatem plurimum ualebat. Itaq; in occidente sedes Apostolica honoris caussa uocabatur. Deinde cum illic esset caput imperij: & hac ratione credibile esset, præstantiores tum doctrina, tum prudentia, tum peritia, & multarum rerum usu, uiros illic esse, q̃ alibi usq; eius rei merito habebatur ratio: ne & urbis nobilitas, & alia etiam Dei dona multo excellentiora contemni uiderentur. Accesit ad hæc & tertium, q̃ cũorientales & Græcæ Ecclesiæ, Aphricanæ etiam multis opinionum dissensionibus inter se tumultuarentur: Hæc sedatior alijs & minus turbulenta fuerit. Ita factum est, ut pij & sancti Episcopi sedibus suis pulsi illuc se ueluti in asylum aut portum quendam sæpe reciperent. Nam quominus acuto & celeri ingenio sunt occidentales Asiaticis & Aphris, eò etiam sunt rerum nouarum minus cupidi. Hoc ergo Romanæ Ecclesiæ plurimum addidit authoritatis, quòd non ita dubijs illis temporibus tu-

multuata

multuata est ut reliquæ, ac doctrinæ semel traditæ fuit alijs omnibus tenacior. Quemadmodum melius statim explicabimus. Has, inquàm, tres ob causſas non vulgari in honore habita fuit, & multis præclaris ueterum testimonijs commendata. Verum cum primatum inde, & summam in alias Ecclesias potestatem ei adstruere uoluntnostri aduersarij, nimis perperam, ut dixi, faciunt. Quod ut melius constet, primum breuiter ostendam, quid de hac, quam tantopere urgent, unitate senserint ueteres. Hieronymus ad Nepotianum, postquàm multa unitatis exempla recensuit, descendit tandem ad Ecclesiasticam Hierarchiam. Singuli, inquit, Ecclesiarum Episcopi: singuli Archipresbyteri: singuli Archidiaconi, & omnis ordo Ecclesiasticus suis rectoribus nititur. Hic loquitur Romanus presbyter, unitatem in ordine Ecclesiastico commendat. Cur non commemorat, uno capite, tanquàm uinculo, omnes inter se Ecclesias esse colligatas? Nihil erat, quod præsenti causſæ magis seruiret: nec dici potest, obliuione factum, ut præterierit. Nihil enim feciſſet libentius, si res passa esset. Vidit itaq; proculdubio, illam esse ueram unitatis rationem, quam Cyprianus pulcherrime describit his verbis, Episcopatus unus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur: & Ecclesia una est, quæ in multitudine latius incremento fœcunditatis extenditur. Quomodo multi radij sunt, & lumen unum: & rami arboris multi, robur autem unum, radice tenaci fundatum: & quomodo de fonte uno riui plurimi defluunt: & numerositas licet diffusa uideatur exundantis copiæ largitate: unitas tamen seruatur integra in origine: Sic & Ecclesia Domini luce perfusa per totũ orbem radios suos porrigit: unũ tamen est, quod ubiq; diffunditur, nec unitas corporis separatur: ramos suos per uniuersum orbem extendit, perfluentes largitur riuos, unum tamen caput est, & una origo & cæt. Deinde, adulterari nõ potest sponsa Christi. Vnam domum nouit, Vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Vides ut Christi unius Episcopatum, uniuersalem faciat, qui totam sub se Ecclesiam capiat: Illius partes in solidum ab omnibus teneri dicat, qui sub hoc capite Episcopatu tunguntur. Vbi primatus sedis Romanæ, si penes Christum solum integer residet Episcopatus: à singulis pars eius in solidum tenetur? Hęc eò pertinent, ut obiter intelligat lector, axioma illud, quod Romanenses pro confesso & indubio sumunt, de unitate terreni capitis in Hierarchia, ueteribus fuisse prorsus ignotum. *De simplici prælat.*

Quantum ad primatus sedis Romanæ uetustatem, nihil ad eam stabiliendã habetur antiquius decreto illo synodi Nicenæ, quo & primus inter Patriarchas tribuitur locus Romano Episcopo, & suburbanas Ecclesias iubetur curare. Vbi cõcilium sic inter ipsum & alios prouincias diuidit, ut singulis suos fines assignet, certe non eum constituit omniũ caput, sed unum ex præcipuis facit. Aderant Vitus & Vincentius Iulij nomine, qui Romanã Ecclesiam tunc gubernabat. Iis datus est quartus locus. Obsecro, si caput Ecclesiæ agnosceretur Iulius: an in quartam sedem reijcerent eius legati? An præsideret Athanasius in concilio, ubi maxime elucere debet effigies ordinis Hierarchici? In synodo Ephesina, apparet Cœlestinum, qui tũc Pontifex erat Romanus, obliquo artificio usum esse, ut sedis suæ dignitati caueret. Nam cum mitteret illuc suos, Cyrillo Alexandrino, qui alioqui præfuturus erat, uices suas mandauit. Quorsum istud mandatum, nisi ut quouis modo nomen suum in prima sede hæreret? Sedent enim eius legati loco inferiore, sententiã inter alios rogant, suo ordine subscribunt: interim Alexandrinus Patriarcha nomen eius suo admiscet: Quid dicam de concilio Ephesino secundo? ubi cum adessent Leonis legati, Alexandrinus tamẽ Patriarcha Dioscorus uelut suo iure præsidebat. Excipient non fuisse orthodoxum concilium, à quo & sanctus uir Flauianus damnatus: & Eutyches absolutus, eiusq; impietas comprobata. At cum synodus cogeretur, cum sessiones inter se Episcopi distribuerent: illic certe inter alios Romanæ Ecclesiæ legati non aliter, q̃ in sancto & legitimo concilio, sedebant. Non contendunt tamen de primo loco: sed eum alteri cedunt, nequaquàm id facturi, si suum iure esse crederent. Nunquàm enim puduit Romanos Episcopos, maximas quasq; contentiones pro suis honoribus suscipere: &

hanc solam ob causſam multis ſæpe & pernitioſis certaminibus vexare & turbare Eccleſiam. Sed quia uidebat Leo nimis improbum fore poſtulatū, ſi legatis ſuis primam ſedē ambiret, eò ſuperſedit. Secutum eſt Chalcedonenſe concilium: in q̄ primam ſedē, Imperatoris cōceſsione, occuparunt Romanæ Eccleſiæ legati. Sed hoc fuiſſe extraordinariū priuilegiū, Leo ipſe confiteť. Nam cum id petit à Marciano imperatore, & Pulcheria Auguſta, nō contendit ſibi deberi, ſed tantum prætexit, Orientales, q̄ Epheſino concilio præfuerant, turbaſſe tunc omnia, & ſua poteſtate male abuſos. Cum itaq̄ graui moderatione opus eſſet, nec eſſet veriſimile, eos qui tam leues & tumultuarij ſemel fuiſſent, ad hanc rem fore idoneos, rogat ut propter aliorū uitium & ineptitudinē gubernandi uices ad ſe transferant. Quod ſingulari priuilegio, & extra ordinē petitur, non eſt certe ex cōmuni lege. Vbi hoc tm̄ prætexitur, opus eſſe nouo alio præſide, quia ſe male geſſerant priores: conſtat, neq̄ ante fuiſſe factum, neq̄ perpetuum eſſe debere: ſed præſentis duntaxat periculi intuitu fieri. Primum igit̄ locum habet in Chalcedonenſi cōcilio Pōtifex Ro: non q̄ ſedi hoc debeatur: ſed quia ſynodus graui & apto moderatore deſtituitur, dum ij, q̄s præeſſe decuerat p̄ ſuam intemperiem & libidinē ſeſe loco excludunt. Atq̄ id, quod dico, ſucceſſor Leonis reipſa cōprobauit. Siquidem cum ad quintā ſynodū Conſtantinopolitanā, q̄ longo poſt tempore eſt habita, legatos ſuos mitteret, nō rixatus eſt de prima ſede: ſed Mennā patriarcham Cōſtantinopolitanum præſidere facile paſſus eſt. Ita in cōcilio Carthaginenſi, cui interfuit Auguſtinus, videmus nō legatos Ro: ſedis, ſed Aurelium loci Archiepiſcopum præfuiſſe: cum tm̄ lis eſſet de Ro: Pontificis authoritate. Quinetiā habitum in ipſa Italia fuit cōcilium uniuerſale, cui Romanus Epiſcopus nō interfuit. Præerat Ambroſius, q̄ tunc inſigni authoritate pollebat apud Cæſarē. Nulla illic Pontificis Romani fit mentio. Ergo tunc Ambroſij dignitate factum eſt, ut illuſtrior eſſet Mediolanenſis ſedes quàm Romana.

Quantum ad ipſum titulum primatus, & alios ſuperbiæ titulos, quibus nūc mirabiliter ſe iactat: nō eſt difficile iudicare, quando & qualiter obrepſerint. Cyprianus ſæpe meminit Cornelij. Non alio nomine ipſum inſignit, q̄ fratris, aut coepiſcopi, aut collegæ. Ad Stephanum uero cum ſcribit, Cornelij ſucceſſorem, nō modo eum ſibi & reliquis ęqualem facit: ſed durius etiam compellat, nunc arrogantiam, nunc inſcitiam ei obijciens. Poſt Cyprianum habemus quid de ea re cenſuerit tota Eccleſia Aphricana. Vetuit enim concilium Carthaginenſe, ne quis Princeps Sacerdotum, uocaretur, aut primus Epiſcopus: Sed tm̄ primæ ſedis Epiſcopus. Quod ſi uetuſtiora monumenta q̄s euoluat, reperiet cōmuni fratris appellatione cōtentum tunc fuiſſe Ro: Epiſcopum. Certæ quamdiu durauit Eccleſiæ uera & pura facies, iſta omnia ſuperbię nomina, quibus inſoleſcere poſtea cœpit, Romana ſedes, prorſus erant inaudita. Quid eſſet ſummus Pontifex, & vnicū Eccleſiæ in terris caput neſciebatur. Quod ſi tale q̄d ſumere ſibi auſus fuiſſet Romanus Epiſcopus, erant cordati uiri, qui mox eius ſtultitiā reprimerent. Hieronymus, cū Romanus eſſet presbyter, nō malignus fuit in prædicanda Eccleſiæ ſuę dignitate; quantūres & temporum ſtatus patiebantur. Videmus tamē qualiter ipſam quoq̄ in ordinem redigat. Si authoritas quæriť, inquit, orbis maior eſt urbe. Quid mihi profers unius orbis cōſuetudinē? Quid paucitatem, de qua ortum eſt ſupercilij, in leges Eccleſię uindicas? Vbicunq̄ fuerit Epiſcopus, ſiue Romæ, ſiue Engubij, ſiue Cōſtantinopoli, ſiue Rhegij, eiuſdē meriti eſt, & eiuſdem Sacerdotij. Potentia diuitiarū, & paupertatis humilitas ſuperiorē uel inferiorem Epiſcopum nō facit. De titulo uniuerſalis Epiſcopi Gregorij demū tempore exorta eſt cōtentio: cui occaſionē præbuit ambitio Ioannis Cōſtantinopolitani. Ille enim, q̄d nemo unq̄ alius tentauerat, ſeſe uolebat facere uniuerſalē. In ea contentione nō cauſatur Gregorius, ſibi ius adimi quod in ſe competeret: ſed fortiter reclamat appellationē eſſe profanā, imo ſacrilegam, imo Antichriſti prænunciam. Corruit uniuerſa Eccleſia à ſtatu ſuo, inquit, Si is qui uniuerſalis dicitur, cadit. Alibi. Triſte ualde eſt, patienter ferre, ut omnibus deſpectis, frater & coepiſcopus noſter ſolus nominetur Epiſcopus.

L. Epiſt. 2.
Epiſt. 2. lib 4. Epiſt. 6.
cap. 47.
In Epiſt. ad Euagrium.
Epiſt. 75. Mauricio Auguſt. Conſtātiæ Aug. Epiſt 78.

Epiſcopus, ſed in hac eius ſuperbia qd aliud, niſi propinqua iã eſſe Antichriſti tẽpora deſignaẽ. Quia illũ uidelicet imitaẽ, qui ſpreta Angelorũ ſocietate, aſcendere conatus eſt culmen ſingularitatis. Alibi Fulolio Alexandrino, & Anaſtaſio Antiocheno. Nullus unq̃ deceſſorũ meorũ hoc prophano uocabulo uti uoluit, quia uidelicet ſi unus patriarcha uniuerſalis dicit̃, patriarcharũ nomen cęteris derogaẽ. ſed abſit hoc à Chriſtiana mẽte, id ſibi uelle quẽpiã arrogare, unde fratrũ ſuorũ honorẽ ex quãtulacunq̃ parte imminuat. In iſto ſceleſto uocabulo cõſentire, nihil aliud q̃ fidẽ perdere eſt. Aliud eſt, inquit, quod cõſeruandę unitati fidei, aliud q̃d debemus cõprimendæ elationi. Ego aũt fidenter dico, quia quiſquis ſe uniuerſalẽ ſacerdotẽ uocat, uel uocari deſiderat, in elatione ſua Antichriſtũ prȩcurrit: quia ſuperbiendo ſe cęteris præponit. Itẽ rurſum Anaſtaſio Alexandrino. Dixi pacẽ nobiſcũ habere nõ poſſe, niſi elationẽ ſuperſtitioſi ac ſuperbi uocabuli corrigeret, quã primus apoſtata iuenit, atq; ut de honoris ueſtri iniuria taceã: ſi unus Epiſcopus uocaẽ uniuerſalis, uniuerſa eccleſia corruit, ubi ille uniuerſus cadit. Quòd autẽ ſcribit oblatũ fuiſſe Leoni hunc honorẽ in ſynodo Chalcedonenſi, nullã habet ueri ſpeciẽ. Nec enim tale quidpiã in actis illius ſynodi legiẽ. Et Leo ipſe, qui multis epiſtolis decretũ illic in honorẽ Cõſtantinopolitanę ſedis factũ impugnat, nõ prȩteriſſet procul dubio hoc argumentũ, quod erat omniũ maxime plauſibile: ſi uerũ fuiſſet, ipſum repudiaſſe, quod ſibi dabaẽ. Et homo alioqui honoris plus ſatis cupidus nõ libenter omiſiſſet, quod ad ſuã laudẽ faceret. falſus eſt igiẽ in eo Gregorius, q̃ titulum illũ putauit ſedi Romanæ fuiſſe delatum à ſynodo Chalcedonenſi: ut taceam ridiculum eſſe, quod à ſancta ſynodo profectũ teſtatur, & ſimul ſceleſtum, profanũ, nefandum, ſuperbum & ſacrilegum nuncupat: imò à Diabolo excogitatum & ab Antichriſti prȩcone publicatũ. Et tamen ſubiungit, prȩceſſorem ſuũ recuſaſſe, ne dum priuatũ aliquid daret uni, ſacerdotes honore debito priuarent uniuerſi. Alibi. Nullus unq̃ tali uocabulo appellari uoluit: nullus ſibi hoc temerarium nomen arripuit: ne ſi in pontificatus gradu ſibi gloriam ſingularitatis arriperet, hanc fratribus omnibus denegaſſe uideretur.

Epiſto. ſeq.

Auiano Diacono Epiſto. 83

Mauricio Aug. Epiſt. 194.

Epiſto. 188

Epiſt. 76

Epiſt. 92

Venio nunc ad iuriſdictionem, quam ſine controuerſia ſe habere in omnes eccleſias pontifex Romanus aſſerit. Scio quantæ fuerint olim de hac diſceptationes. Nullum enim fuit tempus, quo non Romana ſedes imperium in alias Eccleſias appetiuerit. Atq; hoc loco non erit intempeſtiuum, quibus modis ſenſim tũc emerſerit ad aliquam potentiam. Nondum de hoc infinito imperio loquor, quod non ita pridem ſibi arripuit. Nam id in ſuum locum differemus. Verum hic paucis indicare operæprecium eſt, qualiter olim & quibus rationibus ſeſe extulerit, ut aliquid iuris ſibi in alias Eccleſias ſumeret. Cum orientales Eccleſiæ diuiſæ eſſent ac turbatæ arrianorum factionibus, ſub Conſtantio & Conſtante Cæſaribus Conſtantini magni filijs: ac ſede ſua pulſus eſſet Athanaſius fidei orthodoxę præcipuus illic defenſor, eiuſmodi calamitas ipſum Romam uenire coegit: ut Romanæ ſedis authoritate tum hoſtium ſuorum rabiem utcunque reprimeret, tum pios laborantes confirmaret. ſuſceptus eſt ipſe honorifice à Iulio tunc Epiſcopo, ac obtinuit ut cauſæ ſuæ defenſionem occidentales ſuſciperent. Cum ergo pij externo præſidio magnopere indigerent, in Romana autem Eccleſia cernerent ſibi optimum eſſe præſidium: libenter ei deferebant quàm plurimum poterant authoritatis. Verum id totum nihil aliud erat, niſi ut magni æſtimaretur eius communio: ab ea autem excommunicari, ignominioſum duceretur. Poſtea mali & improbi multum ipſi quoq; addiderunt. Nam ut legitima iudicia effugerent, ad hoc aſylum ſe conferebant. Itaq; ſi quis presbyter à ſuo Epiſcopo, ſi quis Epiſcopus à ſynodo ſuæ prouinciæ damnatus erat, ſtatim prouocabant Romam. Et has appellationes Romani Epiſcopi cupidius quàm par erat recipiebant: quod uidebatur eſſe ſpecies extraordinariæ poteſtatis, ſe longe lateq; ita negocijs interponere. ſic cum Euthyches à Flauiano Conſtantinopolitano damnatus eſſet apud Leonem conqueſtus eſt, factam ſibi eſſe iniuriam. Ille nihil moratus patrocinium malę cauſæ non minus temerè quàm ſubito ſuſcipit. In Flauianum

grauiter inuectus est, quasi incognita causa hominem innoxiũ damnasset. Atq; hac sua ambitione effecit, ut Euthychiana impietas spacio temporis confirmaret. In Aphrica id sæpius accidisse cõstat, simul enim ac nebulo quispiã in ordinario iudicio succubuerat, aduolabat Romã: multis calumnijs suos grauabat: Romana autem sedes, interponere semper erat parata. Quę improbitas coegit Aphricanos Episcopos, sancire, ne quis sub pœna excommunicationis ultra mare prouocaret.

Quidquid tamen fuerit, inspiciamus qd iuris aut potestatis habuerit tunc Romana sedes. Continet aũt potestas Ecclesiastica his quatuor capitibus. Ordinatione Episcoporũ, conciliorũ indictione, audiendis appellatiõibus, aut iurisdictione, monitionibus castigatorijs, aut censuris. Ordinari Episcopus à suis Metropolitis iubent oẽs ueteres synodi. Nusq; aduocari Romanũ Episcopũ iubẽt, nisi in sua patriarchia. sensim aũt mos obtinuit, ut Italici Episcopi ad petendã cõsecratiõnẽ oẽs uenirẽt: exceptis Metropolitis, q se in hãc seruitutẽ redigi passi nõ sunt. sed cũ ordinãdus erat aliqs Metropolita, mittebat illuc unũ ex suis presbyteris Rom. Episcopus, q tantũ adesset, non aũt præesset. Cuius rei exemplũ extat apud Gregoriũ in cõsecratione Laurẽtij Mediolanẽsis. Quanq; nõ puto illud fuisse uetustissimũ institutũ, sed cũ honoris & beneuolẽtię causa initio mitterent ultro & citro legatos, q testes forẽt ordinationis, ad cõmunionem testandã, q̃d uoluntariũ erat, pro necessario haberi postea cœpit. Vtcũq; sit, cõstat ordinãdi potestatẽ nõ fuisse olim Ro. Episcopo, nisi in prouicia suę patriarchię, hoc est, in Ecclesijs suburbicarijs, ut canon synodi Nicenę loquit. Ordinationi annexa erat epistolę synoditæ missio, in qua nihilò superior erat alijs. solebãt patriarchę statim post suã consecrationẽ solenni scripto fidẽ suã cõsignare, quo profitebant se sanctis & orthodoxis cõcilijs subscribere. Ita reddita fidei suę ratione mutuo se alij alijs approbabant. si hãc confessionẽ recepisset ab alijs Ro. Episcopus, nõ dedisset, eò fuisset agnitus superior. sed cũ oportuerit nõ minus dare, q̃ ab alijs exigeret, et cõmuni legi esse subiectũ: certe societatis signũ id fuit, nõ Dñij. Eius rei exẽplũ habet in Epistola Gregorij ad Anastasiũ, et Cyriacũ Constantinopolitanũ, & alibi ad oẽs simul patriarchas: sequunt admonitiones, uel censurę: qbus ut olim usi sunt Ro. Epi erga alios, sic eas uicissim pertulerũt. Ireneus Victorẽ grauiter corripuit, q temere ob rẽ nihili pernitioso dissidio turbaret Ecclesiã. Paruit ille, nõ reclamauit. Ea libertas tunc usitata fuit sanctis Episcopis, ut fraterno iure uterent in Romanos præsules, admonendo & castigando, si quando peccarẽt. Ille uicissim, ubi res postulabat, alios admonebat officij, & si qd erat uitij, reprehẽdebat. Nã Cyprianus, cũ Stephanũ hortat, ut moneat Gallię episcopos, nõ sumit argumentũ ex ampliori potestate, sed ex cõmuni iure, q̃d habẽt inter se sacerdotes. Queso, si Gallię tunc præfuisset Stephanus, an non dicturus erat Cyprianus: Coerceas istos, qa tui sunt, sed lõge aliter loquit. Hoc fraterna, inqt, societas, qua inter nos deuincti sumus, requirit, ut mutuo moneamus. Et uidemus etiã, q̃ta uerborũ acerbitate uir alioq mãsueti ingenii in ipsum Stephanũ inuehat, ubi nimis eũ insolescere existimat. Ergo hac etiã in ptę nondũ apparet ulla iurisdictiõe prędituũ fuisse Ro. Episcopũ aduersus eos, q suæ prouincię nõ essent. Quantum ad synodos cõuocandas, hoc erat Metropolitę cuiusq; officiũ, ut prouincialẽ synodũ statis tẽporibus cogeret. Illic nihil iuris habuit Ro. Episcopus. Vniuersale aũt concilium indicere, solus Imperator poterat. si qs Episcoporũ hoc tẽtasset, nõ modo uocatiõi nõ paruissent, q extra prouinciã erat; sed tumultus statim exortus esset. Ergo Impator omnibus, ex æquo, ut adessent, denunciabat. Refert quidẽ Socrates, Iuliũ cũ orientalibus Episcopis expostulasse, q̃d se ad synodũ antiochenã nõ uocassent, cũ uetitũ esset canonibus, sine Ro. põtificis cõscientia qdpiã decerni. sed qs nõ uidet, hoc de iis decretis intelligendũ, quę uniuersam Ecclesiã obstringunt? Porro nihil mirũ, si cũ urbis antiquitati & amplitudini, tum sedis dignitati id datur, ne absente Ro. Episcopo, uniuersale de religiõe decretũ fiat, si quidẽ interesse nõ recuset. Verũ quid hoc ad totius Ecclesię dominiũ? Nec; em unũ ex pręcipuis fuisse negamus. sed recipere nolumus, q̃d nunc cõtendunt Romanẽses, habuisse in oẽs imperiũ. Supereſt quarta species potestatis, quæ ap-

Epist. 69. & 70.

Epist. 25
Epist. 24
Epist. 169.

Tripartit. histo. lib. 4

quę appellationibus constat. Summũ imperiũ penes eũ esse cõstat, ad cuius tribunal prouocat̃. Multi sæpe Ro. pontificẽ appellarunt. Ipse quoq; causarũ cognitionẽ ad se trahere conatus est, sed semper fuit derisus, q̃ties suos fines excessit. Nihil dicã de oriente aut de Græcia, sed cõstat Galliæ episcopos fortiter restitisse, cũ sibi imperium in eos sumere uideret̃. In Africa diu fuit de ea re disceptatum. Nã cũ in Milenitano concilio, ubi aderat Augustinus, excommunicati essent, qui prouocarent ultra mare: conatus est Ro. pontifex efficere, ut id decretum corrigeretur. Legatos misit, qui id priuilegij sibi à Niceno concilio datum esse ostenderent. Proferebant legati acta Nicení concilii, quæ ex Ecclesiæ suæ armario sumpserãt. Resistiterũt Aphricani: negaruntq; fidẽ Ro. Episcopo habendã esse in causa propria. Proinde se Constantinopolim missuros, & in alias Græciæ urbes, ubi exemplaria minus suspecta haberent̃. Compertum est, nihil illic tale scriptum, quale obtenderant Romani. Ita ratum fuit decretum illud, quod Ro. pontifici summam cognitionem abrogauerat. Qua in re flagitiosa ipsius Ro. pontificis impudentia apparuit. Nam cum fraude Sardicensem synodum pro Nicena suppositisset, turpiter in manifesta falsitate deprehensus fuit. sed maior etiamnum ac impudentior fuit eorum nequitia, qui fictitiam epistolam ad concilijũ addiderunt, qua nescio quis Episcopus Carthaginensis Aurelij decessoris sui arrogantiã damnans, q; à sedis Apostolicæ obedientia subducere se ausus esset, ac sui suæq; Ecclesiæ deditionẽ faciẽs, suppliciter uentã precat̃. Hæc sunt egregia uetustatis monumẽta quibus fundata est Romanę sedis maiestas: dũ ita puerliter sub prętextu antiquitatis mentiuntur, ut uel cæci palpare queant. Aurelius, inquit, diabolica audacia & cõtumacia elatus Christo & sancto Petro rebellis fuit: proinde anathemate damnandus. Quid Augustinus? Quid uero tot patres, qui Milenitano cõcilio interfuerũt? sed quid opus est insulsum illud scriptũ multis ẏbis refellere, q̃d ne ipsi quidẽ Romanenses, si q̃d frontis habẽt reliquũ, sine magno pudore inspicere possint? sic Gratianus, malitia ne an inscitia nescio, ubi decretũ illud retulit, ut cõmunione priuet̃, qui trans mare prouocauerint, adiungit exceptionẽ: nisi forte Romanã sedẽ appellarint. Quid facias istis bestijs, quæ adeo sensu cõmuni carent, ut illud unũ à lege excipiãt, cuius caussa legẽ esse positã nemo nõ uidet? siquidẽ concilijũ, cũ transmarinas appellationes dãnat, hoc tantum prohibet, ne quis Romã prouocet. Hic bonus interpretes Romã à cõmuni lege excipit. Verum ut semel q̃stionẽ hanc finiamus, qualis olim fuerit Ro. Episcopi iurisdictio, una historia palã faciet. Accusauerat Cæcilianum Carthaginensem Episcopum Donatus à casis nigris. Dãnatus fuerat reus indicta causa. Nã cum sciret coniurationẽ contra se ab Episopis factã, cõparere noluit. Ventum inde est ad Constantinũ Imperatorẽ. Ille cum uellet causam Ecclesiastico iudicio finiri, cognitionẽ mandauit Meltiadi Romano Episcopo, cui addidit collegas nõnullos ex Italia, ex Gallia, ex Hispania Episcopos. si id erat ex ordinaria Romanę sedis iurisdictiõe, audire appellationẽ in causa Ecclesiastica: cur aliòs sibi adiũgi patit̃ Imperatoris arbitrio? Imo cur ipse iussu magis Imperatoris, q̃ ex officio suo suscipit iudiciũ? sed audiamus quid postea cõtigerit. Vincit illic Cęcilianus, Donatus à casis nigris cadit actione calũnioſa. Prouocat. Constãtinus appellationis iudiciũ demãdat Episcopo Arelatẽsi, sedet ille Iudex, ut post Ro. pontificẽ q̃d uisum fuerit pronunciet, si Romana sedes summã habet potestatẽ sine prouocatione, cur sibi tã insignẽ ignominiã irrogari patitur Meltiades, ut sibi Episcopus Arelatensis pręferat? Et quis Impator hoc facit? Cõstantinus, scilicet, quẽ factãt nõ modo esse suũ studiũ, sed oẽs ferè imperij opes cõtulisse, ad amplificandã sedis suę dignitatẽ. Videmus ergo iã q̃tum modis omnibus abfuerit tũc Ro. pont. ab illa suprema dñatione, q̃ sibi in oẽs Ecclesias datam esse à Christo, asserit, & q̃ sęculis oibus se totius orbis cõsensu obtinuisse mentit̃.

Hæc habẽtur. 1. uolu. concilio.

2. q. 4. cap. placuit.

Aug. epist. 162. in Bre ui. collat. contr. Donat. & alibi.

Scio quam multæ sint Epistolæ, q̃ multa rescripta & edicta, quibus pontifices ipsi nihil non sibi tribuunt & confidenter uendicant. sed hoc quoque omnes, qui uel minimum habent ingenij & doctrinæ, sciunt, ita insulsa esse plæraque ex ipsis ut primo gustu facile sit deprehendere, ex qua officina prodierint. Quis enim sanus

nus an

nus ac sobrius Anacleti esse putet egregiam illã interpretationẽ, quę sub Anacleti nomine in Gratiano refertur? Nempe quod Cephas sit caput. Plurimis eius farinæ nugis, quas sine iudicio consarcinauit Gratianus, Romanenses hodie contra nos abutuntur ad sedis suæ defensionem: & tales fumos, quibus imperitos olim in tenebris ludebant, adhuc in tanta luce uendere uolunt. sed ego multum operę ponerę in ijs refellendis nolo, quæ se ipsa propter nimiã insulsitatem palã refellunt. fateor extare etiam ueras epistolas priscorum pontificum, quibus sedis suę amplitudinẽ magnificis elogijs uenditant. Quales sunt aliquę Leonis. fuit enim uir ille, ut eruditus ac facundus, ita glorię & dñationis supramodum cupidus. sed an Ecclesię fidẽ tunc habuerint eius testimonio, dũ ita se extollit id uero est quod quæritẽ. Apparet autẽ, multos eius ambitione offensos eius quoq; cupiditati restitisse. Alicubi uires suas Thessalonicẽsi Episcopo demãdat per Græciã & alias regiones uicinas. Alibi Arelatẽsi, aut alteri cuipiã per Gallias. sic Hormisdas Episcopũ Hispalẽsem per uicariũ suũ per hispanias cõstituit. sed ubiq; excipiũt, ea lege se dare eiusmodi mãdata, ut salua & integra maneãt antiqua priuilegia Metropolitis. Atq; hoc unũ esse ex illis priuilegijs declarat Leo ipse, ut si qua de re inciderit dubitatio, Metropolitanus primo loco cõsulatur. Hac ergo cõditione erãt istę uices, ne aut Episcopus quispiã in ordinaria sua iurisdictiõe, aut Metropolita in cognoscẽdis appellatiõibus, aut prouinciale conciliũ in constituẽdis Ecclesijs impediret. Hoc aũt qd aliud erat, q̃ omni iurisdictiõe abstinere. sed se ad sedãdas discordias interponere, duntaxat q̃tũ fert lex et natura Ecclesiasticę cõmunionis.

Vide Epistolam. 65

Epistol. 83

Epist. 89

Gregorij tẽpore iam multũ mutata erat prisca illa ratio. Cõuulso enim ac lacerato imperio, cũ Galliæ & Hispaniæ multis subinde acceptis cladibus afflictę essent, uastatũ Illyricũ, uexata esset Italia: Aphrica uero assiduis calamitatibus ferẽ perdita: quò in tanta rerũ ciuiliũ cõuulsione fidei saltẽ integritas maneret, aut certè nõ prorsus interiret: oẽs undiq; Episcopi se ad Romanũ pontificẽ magis adiunxerunt. Eo factũ est, ut sedis non modo dignitas, sed etiã potentia uehementer creuisse cõstat, q̃ superioribus sęculis. Et tamen multũ interest, quin fuerit effrenis dominatio, ut imperare unus alijs pro sua libidine potuerit. sed hanc reuerentiã habebat sedes Romana, ut improbos & cõtumaces, qui à suis collegis in officio cõtineri nõ poterãt, sua authoritate cõpesceret ac reprimeret. siquidẽ hoc diligenter subinde testat: se non minus fideliter seruare alijs eorum iura, q̃ ab illis ipse sua requirat. Nec ulli, inquit, quod sui iuris est, ambitu stimulante, derogo: sed fratres meos per omnia honorare cupio. Nulla est uox in eius scriptis, qua superbius iactet primatus sui amplitudinem q̃ ista. Nescio quis Episcopus non subiectus sit sedi Apostolicæ, ubi in culpa inuenitur. Continuo tamẽ subiungit. Vbi culpa nõ exigit, omnes, secundũ rationẽ humilitatis, ęquales sunt. Tribuit sibi ius corrigendi eos qui peccarunt, si oẽs faciunt officiũ, alijs se parẽ facit. Atq; ipse quidẽ id iuris sibi tribuit. assentiebant autẽ qui uolebant, alijs autẽ quibus nõ placebat, licebat impune reclamare. Quod fecisse etiã plerosq; notũ est. adde q̃ illic de primate Bysanceno loquit: qui cũ esset à prouinciali synodo dãnatus, repudiauerat totũ iudiciũ. Hãc hominis contumaciã ad Imperatorẽ detulerãt eius collegę. Imperator Gregoriũ cognitorẽ esse uoluerat. Videmus ergo eũ nec tẽtare aliq̃d, quo uiolet ordinariã iurisdictionẽ: & idipsum quod facit, ut alijs sit subsidio, nõ nisi mãdato Imperatoris facere. Hęc igit tunc tota fuit Romani Episcopi potestas, opponere se prędfractis & indomitis capitibus, ubi extraordinario aliq̃ remedio opus erat: idq; ut adiuuaret alios Episcopos, nõ impediret. Itaq; nihilo sibi plus in alios sumit, q̃ omnibus in se alibi cõcedit, cũ fatet se paratũ ab omnibus corrigi, ab omnibus emendari. sic alibi Aquileiensem Episcopũ iubet quidẽ Romã uenire ad causam dicendã in cõtrouersia fidei, quę inter ipsum & alios exorta erat: non tamẽ ex sua potestate iubet, sed qa id Imperator mãdauerat. Neq; se solũ iudicẽ fore denunciat: sed synodũ se coacturũ promittit, à qua negocium totũ iudicetur. Quanq; aũt ea adhuc erat moderatio, ut suos certos fines haberet potestas Romanę sedis, quos

Ad Medio la. clerum Epist. 65 ad Domini cũ Cartha. Episcopũ Epist. ult. l. Epist. 64. lib. 7

li. 2. epi. 37

Epist. 10

excę-

excedere nõ liceret: atq; ipſe Ro. Epiſcopus nõ magis præeſſet alijs q̃ ſubeſſet: ap-
paret tamẽ q̃topere Gregorio diſplicuerit eiuſmodi ſtatus. ſubinde. n. conqueritur,
ſe ſub colore Epiſcopatus ad ſeculũ fuiſſe reductũ: ſeq; magis implicitũ eſſe curis
terrenis, q̃ in uita laica unq̃ ſeruijſſet: premi ſe in illo honore tumultu ſæculariũ ne *Theotiſtæ. Epiſt. 5*
gociorũ. Alibi. Tãta me, inquit, occupationũ onera deprimunt, ut ad ſuperna ani-
mus nullatenus erigat. Multis cauſarũ fluctibus quatior: & poſt illa quietis oeia,
tumultuoſæ uitæ tẽpeſtatibus affligor. ita ut recte dicã. Veni in altitudinẽ maris: *Anaſtaſio Anthioch Epi. 7. et 25*
& tẽpeſtas demerſit me. Hinc colligе, q d dicturus fuerit, ſi in hęc tempora incidiſ-
ſet. Officium paſtoris ſi non explebat, faciebat tamen. Ab imperij ciuilis guberna-
tione abſtinebat: ac ſe unà cum alijs fatebat Imperatori ſubiectum. In curam alia-
rum Eccleſiarum non ſe ingerebat, niſi neceſſitate coactus. Et tamen ſibi in laby-
rintho uidetur eſſe, quia ſimpliciter Epiſcopi officio totus uacare nequit.

Litigabat eo tẽpore de primatu Conſtãtinopolitanus Epiſcopus cũ Romano,
ut iã dictũ eſt. Poſtq̃. n. imperij ſedes Conſtãtinopoli firmata fuit, id poſtulare ui
ſa eſt imperij maieſtas, ut Eccleſia quoq; illa ſecundũ à Ramana honoris locũ ha-
beret. Et certe initio nihil magis ualuerat ad primatũ Romę deferendũ, niſi q; tũc
illic erat imperij caput. Extat apud Gratianũ reſcriptũ ſub nomine Lucini Papæ,
ubi dicit nõ aliter diſtinctas eſſe urbes, ubi Metropolitę & primates preſidere de-
beãt, q̃ ex ratione ciuilis gubernationis, quę ante fuerat. Alterũ etiã ſimile ſub no-
mine Clemẽtis Papę, ubi dicit in ijs urbibus, quę olim primos flamines habuerãt, *Diſtinc. 80*
fuiſſe cõſtitutos patriarchas. Quod tãetſi uanũ eſt, tñ ex uero eſt ſumptũ. Cõſtat
eñ, quò minimũ fieret mutationis, pro ſtatu rerũ, q tunc erat, diſtributas fuiſſe pro
uincias, primateſq; et Metropolitas in ijs urbib. collocatos, quę honoribus & po-
teſtate reliquas antecedebãt. Itaq; in concilio Taurinenſi decretũ fuit, ut quę in ci- *Cap. 1*
uili gubernatione primæ urbes eſſent cuiuſq; prouinciæ, primæ eſſent Epiſcopo-
ſedes. Quod ſi honorẽ ciuilis regiminis ex una urbe in alterã transferri contigiſ-
ſet, ut ius Metropoleos unà illuc transferret. Innocẽtius uere Romanus pontifex,
cũ antiquã urbis dignitatẽ obſoleſcere uideret, ex quo ſedes imperij Cõſtantino-
polim translata erat, ſedi ſuę metuẽs, contrariã legẽ ſanciuit: in qua negat neceſſe
eſſe, Metropoles Eccleſiaſticas mutari, prout Imperatoriæ Metropoles mutant.
Verum merito ſynodi authoritas unius hominis ſententiæ præferenda eſt. Tum
ſuſpectus eſſe nobis debet Innocentius ipſe in propria cauſa. Vtcunq; ſit, ſua ta-
men cautione oſtendit, ab initio ſic fuiſſe cõparatum, ut ſecundũ externum impe- *Socrat. hiſtor. tripart. tit. li. 9. q. ca. 13. Item in decret. 22. diſtinc. c. Conſtantinopolit 3*
rij ordinẽ Metropoles diſponerentur. Ex hoc ueteri inſtituto, ſancitum eſt in ſy-
nodo Conſtãtinopolitana prima, ut ciuitatis illius Epiſcopus honoris priuilegia
haberet poſt Romanum pontificem, eo q; eſſet noua Roma. Atqui longo poſt tẽ-
pore cum ſimile decretum Chalcedone factum eſſet, Leo acriter reclamauit. Nec
modo ſibi permiſit, pro nihilo ducere, quod ſexcenti Epiſcopi, ſupra, decreue-
rant, ſed grauibus etiam conuitijs eos exagitauit, q; alijs ſedibus derogaſſent id
honoris, quod in Conſtantinopolitanam Eccleſiam auſi eſſent. Obſecro q d aliud
hominem incitare potuit ad turbandum totum orbẽ pro re tantula, niſi mera am-
bitio? Ait inuiolabile eſſe oportere, quod ſemel ſanciuit Nicena ſynodus. Qua-
ſi uero periclitetur fides Chriſtiana, ſi unà Eccleſia alteri præferatur: aut qua-
ſi in alium finem diſtinctæ illic eſſent patriarchiæ, quam politiæ cauſa. ſcimus au-
tem politiam pro uarietate temporum recipere imo exigere uarias mutationes.
Futile igitur eſt quod obtendit Leo, non eſſe deferendum honorem Conſtan-
tinopolitanæ ſedi, qui ſynodi Nicenæ authoritate, Alexandrinæ datus foret.
Hoc enim dictat communis ſenſus, fuiſſe eiuſmodi decretum, quad pro tem-
porũ ratione tolli poſſet. Quid quod orientalium nemo repugnabat, quorum in
tererat id maxime? Aderat certe Proterius, quẽ Alexandrię in locum Dioſcori
præfecerant: aderant alij patriarchæ: quorũ honor imminuebat. Illorũ erat inter
cedere, nõ Leonis q; ſuo loco integer manabat. Cũ uero tacẽt illi oẽs, imo cũ aſſen-
tiunt, unus Romanus reſiſtit: promptũ eſt iudicare, quidnã eum moueat. ſcilicet

prouide-

prouidebat, quod non multo post accidit, decrescente ueteris Romę gloria fore, ut Constantinopolis, secundo loco non contenta, de primatu cum ea litigaret. Neq; tamẽ clamãdo tantũ profecit, quin ratum esset concilio decretum. Itaq; successores eius, cum fractos se uiderẽt, ab illa peruicacia placide destiterũt. Tulerũt enim ut secundus patriarcha haberetur. Verum paulò post eò usq; erupit Ioannes, qui Gregorij tempore Constantinopolitanam Ecclesiam regebat, ut se uniuersalem patriarcham diceret. Hic gregorius, ne in optima causa, sedis suæ defensioni deesset, constanter se opposuit. Et erat certe intolerabilis cum superbia, tum insania Ioannis, q Episcopatus sui fines æquare imperij finibus uolebat. Neq; tñ quod alteri negat Gregorius, sibi ipsi uendicat: sed uocem illam, à quocunq; tandem usurpetur, ut sceleſtam, & impiã, & nefandam, abominatur. Quin etiam Eulogio Alexandino Episcopo alicubi succensẽt, à quo fuerat eiusmodi titulo honoratus. Ecce, inquit, in prefatione epistolę, quam ad meipsum, q prohibui, dixeristis, superbæ appellationis uerbum, papam me uniuersalem appellando, imprimere curastis. Quod, peto, sanctitas uestra ulterius non faciat. Quia uobis subtrahitur, quod alteri, plusquam exigit ratio, datur. Ego honorẽ non deputo, in quo fratrum meorum honorem minui uideo. Meus enim honor, est honor uniuersalis Ecclesiæ fratrumq; meorum solidus uigor. si autem uniuersalem me papam sanctitas uestra dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur uniuersum. Bona quidem erat, & honesta Gregorij causa, sed Ioannes Martiani Imperatoris fauore adiutus, dimoueri à proposito non potuit. Cyriacus quoq; eius successor nunquam de ea re passus est se exorari. Tandẽ Phocas, qui cęso Martiano in eius locũ suffectus est, nescio qua de causa Romanis amicitior, Bonifacio tertio concessit, quod minime postulabat Gregorius, ut Roma caput esset omnium Ecclesiarũ. In hunc modum direpta est controuersia. Neq; tamen adeo profuisset hoc Imperatoris beneficium sedi Romanæ, nisi alia deinde accessissent. Nam Gręcia, & tota Asia paulò post ab eius communione abscisę sunt. Gallia sic ipsam reuerebatur, ut nõ pareret, nisi quoad libebat. Tunc uero primum in seruitutem redacta est, ubi Pipius regnum occupauit. Nam cũ Zacharias, pontifex Romanus, ei adiutor fuisset ad perfidiam ac latrocinium, ut, pulso legitimo rege, regnum quasi prędę expositum raperet, hoc mercedis tulit, ut in Ecclesias Gallicanas iurisdictionem haberet Romana sedes. Quemadmodum prędones cõmune spolium solent partiendo diripere: ita boni isti uiri inter se compararunt, ut Pipino quidem cederet terrenum ac ciuile dominium, spoliato uero rege: Zacharias autem caput fieret omnium Episcoporum, ac spiritualem potestatem haberet: quæ cum initio infirma foret, ut solet usu uenire in rebus nouis, Caroli inde authoritate confirmata fuit, simili ferè de causa. Erat enim ipse quoq; Romano pontifici obnoxius, quòd eius studio ad honorem imperij peruenerat. Quanquã autem credibile est, prius ualde deformatas fuisse ubiq; Ecclesias: constat tamen ueterem Ecclesiæ formam tunc demum in Gallia, & Germania, fuisse prorsus obliteratam. Extant adhuc in archiuis curiæ Parisiensis breues illorum temporum commentarij: qui, ubi de rebus Ecclesiasticis agitur, mentionem pactionum faciunt, tum Pipini, tum Caroli, cum Roman. pontifice. Inde colligere licet, factam tunc fuisse ueteris status mutationem.

L. 7. epi. 30

Ex eo tempore, cum res passim in deterius quotidie prolaberentur, stabilita quoq; subinde & aucta est Roma, sedis tyrannis. Idq; Episcoporum partim inscitia, partim ignauia. Nam cum unus omnia sibi sumeret, ac sine modo se cõtra ius & fas extollere magis magisq; pergeret: nec zelo, quo debuerant, incubuerunt Episcopi ad arcendam eius libidinem: & si animus non defuisset, destituebantur tamen uera doctrina & peritia, ut ad tantam rem tentandam essent minime idonei. Itaq; uidemus qualis fuerit & quam prodigiosa Romæ omnium sacrorũ profanatio, & totius Ecclesiastici ordinis dissipatio Bernardi ætate. Conqueritur, ex toto orbe Romam confluere, ambitiosos, auaros, simoniacos, sacrilegos, concubinarios, incestuosos, & quæq; istiusmodi monstra, ut Apostolica authoritate, uel obtine-

Libro 1. de cõside. ad Eugei.

uel obtinerent honores Eccesiasticos, uel retinerẽt: Fraudem & circumuentionẽ & uiolentiã inualuisse. Eum iudicandi modum q̃ tunc usitatus erat, execrabilem esse dicit, nec modo Ecclesiæ, sed foro indecorum. Clamat plenã esse ambitiosis Ecclesiam: nec esse qui magis exhorreat flagitia perptrare, q̃ latrones in spelunca, cum spolia uiatorum distribuunt. Pauci, inquit, ad os legislatoris: ad manus omnes respiciunt. Non immerito tamẽ. Omne papale negociũ illi agunt. Quale est, q̃ de spoliis Ecclesiarum emuntur, qui dicunt tibi Euge, euge? Pauperum uita in plateis diuitum seminat. Argentum micat in luto: accurritur undiq̃: tollit illud, nõ pauperior, sed fortior: aut qui forte citius præcurit. A te tñ mos iste, uel potius mors ista nõ uenit. Vtinam in te desinat. Inter hæc tu pastor procedis, multo & precioso circumdatus ornatu. Si auderem dicere: Dæmonum magis q̃ ouium pascua hęc. Scilicet sic factitabat Petrus. sic Paulus ludebat. curia tua recipere bonos magis q̃ facere cõsueuit. Mali enim illic nõ proficiunt: sed boni deficiunt. Iam q̃s appellationum abusus refert, nemo pius sine magno horrore legat. Tandẽ sic de effreni illa Rom. sedis cupiditate, in iurisdictione usurpanda, concludit. Murmur loquor, & querimoniam cõmunem Ecclesiarum. Truncari se clamitãt ac demembrari. Vel nullæ, uel paucæ admodum sunt, quæ plagam istam, aut non doleant, aut nõ timeant. Quæris quam? subtrahuntur abbates Episcopis, Episcopi Archiepiscopis & cæt. Mirum si excusari hoc queat. Sic factitande probitatis uos habere plenitudinem potestatis: sed iustitiæ nõ ita. Facitis hoc, quia potestis. Sed utrũ etiam debeatis, quæstio est. Ad honorem quibusq̃ suum, gradumq̃ conseruandum positi estis, non inuidendum. Hæc pauca ex multis referre libuit, ut partim uideant lectores, q̃ grauiter tunc Ecclesia concidisset, partim etiam ut agnoscant, quanto in mœrore ac gemitu pios omnes tenuerit istæc calamitas.

Circa finẽ. lib. 4.

Lib. 3

Iam uero, ut Romano Pontifici hodie concedamus eminentiã illam, & iurisdictionis amplitudinẽ, quam mediis temporibus, ut Leonis & Gregorij, habuit hęc sedes: qd hoc ad prẽsentẽ Papatũ? Nondũ loquar de terreno dominio, nec de ciuili potestate, de quibus postea suo loco uidebimus. Sed de ipso spirituali regimine quod iactant, quid simile cum illorum temporum conditione habet? Papam enim non aliter definiunt, q̃ summum in terris Ecclesiæ caput, & uniuersalem totius orbis Episcopum. Ipsi uero Pontifices, cum de sua authoritate loquuntur, magno supercilio pronunciant, penes se esse imperandi potestatem: alios manere obediendi necessitatem: sic sanctiones omnes suas habendas esse quasi diuina Petri uoce firmatas: prouinciales synodos, quia Papæ non habeant præsentiam, uigore carere: se posse de qualibet Ecclesia clericos ordinare: & qui alibi fuerint ordinati, eos posse ad sedem suam uocare. Innumera eius generis habentur in farragine Gratiani, quæ non recenseo, ne nimis molestus sim lectoribus. Summa tamen huc redit: penes unum Pontificem Romanum esse supremam Ecclesiastica-rum omnium caussarum cognitionem: siue in dijudicandis definiendisq̃ doctrinis, siue in ferendis legibus, siue in constituenda disciplina, siue exercendis iudiciis. Priuilegia quoq̃, quæ sibi sumunt in reseruationibus, ut uocant, & longum esset recensere, & superuacuum. Quod autem omnium maxime intollerabile est, Nullum in terris iudicium relinquunt, coercendæ ac refrenandæ suæ libidini, si tam immensa potestate abutantur. Nemini, inquiunt, iudicium sedis huius liceat retractare, propter Rom. Ecclesiæ primatum. Item neq̃ ab Augusto, neq̃ à Regibus, neq̃ ab omni clero, neq̃ à populo iudex iudicabitur. Id quidem plus satis imperiose, q̃ unus homo omnium se iudicem constituit, nullius autem iudicio pareat. sed quid si tyrannidem in populum Dei exerceat? si dissipet ac uastet regnum Christi? si totam Ecclesiam conturbet? si munus pastorale in latrocinium conuertat? Imo, ut sit sceleratissimus, se ad reddendam rationem astringi negat. Sunt enim istæ Pontificum uoces. Aliorum hominum causas uoluit Deus per homines terminare, sed sedis huius præsulem suo, sine quæstione, seruauit arbitrio. Item. Facta subditorum iudicantur à nobis: nostra autem à solo Deo. Ac quò eiusmodi edicta plus haberent ponderis, falso supposuerunt ueterum Pontificum

Nicolaus 17. q. 3. c. nemini. Innocenti. 9. q. 3. c. nemo. Symach. 9. q. 3. c. aliorum. Authorius ibidem c. facta.

ficum nomina: quasi res à primordio sic fuissent institutæ: cum certo certius sit nouum esse, & nuper fabricatum, quidquid Roma. Pontifici plus tribuit, quàm ei à uetustis concilijs datum fuisse retulimus. Quinetiam eò impudentiæ uenerunt, ut rescriptum ediderint sub nomine Anastasij Patriarchæ Constantinopolitani, in quo testatur, antiquis regulis fuisse sancitum, ne quid, uel in remotissimis prouincijs, ageretur, quod non ad Roma. sedem prius relatum foret. Præterquàm quod uanissimum id esse constat, cui hominum credibile erit, tale Romanæ sedis elogiũ ab aduersario, & honoris dignitatisq; æmulo profectũ esse? sed oportuit sci licet eò dementiæ ac cæcitatis prouehi istos Antichristos: ut omnibus sanę mentis hominibus, qui modo oculos aperire uolunt, conspicua esset ipsorum nequitia. Decretales autem epistolæ, à Gregorio nono congestæ, item Clementinæ, & extrauagantes Martini apertius adhuc, & plenioribus buccis, immanem ferociam, et uelut barbarorũ regum tyrannidem ubiq; spirant. Atq; hæc sunt oracula, ex quibus volunt Romanenses Papatum suum æstimari. Hinc orta sunt præclara illa axiomata, quæ uim oraculorum passim hodie in papatu obtinent. Papam errare nõ posse. Papam esse superiorẽ concilijs. Papam esse vniuersalem omnium Ecclesiarum Episcopum, & summum in terris Ecclesiæ caput. Taceo ineptias multò absurdiores, quas stulti canonistæ in scholis suis deblaterant: quibus tamen Romanenses theologi non modo assentiuntur, sed etiam applaudunt, ut ido lo suo adulentur.

Ibidem. c. Antiquis.

Non agam cum illis summo iure. Huic tantę insolentię opponeret quispiã alius Cypriani sententiã, qua usus est apud Episcopos, quorũ concilio præsidebat. Nemo nostrũ Episcopum se Episcoporũ dicit: aut tyrannico terrore collegas ad obsequendi necessitatem adigit. Obijceret quod aliquanto post Carthagine decretum fuit, ne quis uocaretur Princeps Sacerdotum, aut primus Episcopus. Colligeret ex historijs multa testimonia, ex synodis canones, ex ueterum libris multas sententias, quibus Romanus Pontifex in ordinem cogeretur. Sed ego istis supersedeo: ne uidear nimis præcise eos urgere. Rospondeant tamen mihi optimi patroni Romanæ sedis: qua fronte titulum uniuersalis Episcopi defendere audeant, quem uident toties anathemate damnari à Gregorio? Si ualere debet Gregorij testimonium, eo declarant Antichristum esse suum Pontificem, quòd eum vniuersalem faciunt. Nomẽ etiam capitis nihilo magis tunc fuit usitatum. Sic enim alicubi loquitur. Petrus pręcipuum in corpore membrum, Ioannes, Andreas, Iacobus particularium plebium capita. Omnes tamen sub uno capite membra Ecclesiæ sunt. Imo sancti ante legem, sancti sub lege, sancti in gratia, omnes perficientes corpus Domini in membris sunt constituti: & nemo se unquàm uniuersalem dici uoluit. Quod autem iubendi potestatẽ sibi arrogat Pontifex, parum consentaneũ est cum eo quod alibi dicit Gregorius. Nam cum Eulogius Alexandrinus Episcopus se ab eo iussum dixisset, respondet in hunc modum. Hoc uerbum iussionis, peto, à meo auditu remouete. Scio enim qui sim, & qui sitis. Loco mihi fratres estis, moribus patres. Non ergo iussi: sed quæ utilia uisa sunt, indicare curaui. Quod iurisdictionem suam ita sine fine extendit, in eo grauem & atrocem facit iniuriam, non tantum reliquis Episcopis, sed etiam singulis Ecclesijs: quas eo modo discerpit ac lacerat, ut ex earum ruinis sedem suam edificet. Quod autẽ omnibus se iudicijs eximit: ac tyrannico more sic vult regnare, ut suam vnius libidinẽ pro lege habeat, id certe magis indignum est, & alienum ab Ecclesiastica ratione q̃ ut sustineri ullo modo queat: Prorsus enim abhorret, non modo à sensu pietatis, sed etiam humanitatis. Verum ne singula persequi & excutere cogar: iterum istos appello, qui hodie Romanæ sedis patroni & optimi & fidelissimi haberi uolunt: ecquid pudeat ipsos, præsentem statum Papatus defendere? quem constat centuplo corruptiorem esse, quàm Gregorij & Bernardi sæculis fuerit: qui tamen tunc sanctis illis uiris tantopere displicebat. Conqueritur passim Gregorius se alienis occupationibus supra modum distrahi: se sub colore Episcopatus ad sæculũ esse reductum: ubi tantis terræ curis inseruiret, quantis se nunquàm in uita laica

Epist. 92. ad Ioannẽ.

Libro. 7 Epist. 29.

laica deseruisse, reminisceretur: se premi tumultu sæcularium negociorum, ut ad superna animus nullatenus erigatur: se multis causarum fluctibus quati, & tumultuosæ uitæ tempestatibus affligi: ut merito dicat. Veni in altitudinem maris, Certe inter illas terrenas occupationes poterat tamen plebem pro concionibus docere, priuatim admonere, & corrigere quos oportebat, Ecclesiam ordinare, collegis dare consilium, eosq; ad officium hortari. Super hæc, restabat aliquid temporis ad scribendum. Et tamen calamitatem suam deplorat, quòd sit in profundissimo mari demersus. si administratio illius temporis mare fuit: quid de præsenti Papatu dicendum erit? Quid enim simile inter se habent? Hic nullæ sunt conciones: nulla disciplinę cura, nullum Ecclesiarum studium, nulla spiritualis functio: nihil deniq; nisi mundus. Perinde tamen laudatur hic labyrinthus, quasi nihil inueniri queat magis ordinatum ac dispositum. Bernardus uero quas fundit querimonias? quos edit gemitus? dum suæ ætatis uitia intuetur. Quid igitur, si hoc nostrum ferreum sæculum, & si quid est ferro deterius, inspiceret? Quæ ista est improbitas? nõ modo pertinaciter tueri, uelut sacrosanctum ac diuinum, quod uno ore sancti omnes semper improbarunt: sed eorum quoq; testimonio abuti ad defensionem papatus, quem constat fuisse illis prorsus incognitum. Quanquàm de tempore Bernardi, fateor, tantam fuisse tunc corruptionem rerum omnium, ut nõ fuerit multum nostro dissimile. Verum omni pudore carent, qui ex medio illo sęculo, Leonis scilicet, & Gregorij, & similium, prætextum aliquem petunt. Perinde enim faciunt, ac si quis ad stabiliendam Cęsarum monarchiam antiquum Romani imperij statum laudaret: hoc est, libertatis laudes ad ornandam tyrannidem mutuaretur. *Epist. 5. ad Theotist. Epist. 7. ad Anastasiũ. Item. 25. & alibi.*

Postremo, etiam si hæc darentur omnia, exoritur tamen illis nouum de integro certamen, cum negamus esse Romæ Ecclesiam, in qua eiusmodi beneficia residere queant: cum negamus esse Episcopum, qui hæc dignitatis priuilegia sustineat. Sint igitur uera illa omnia, quæ tamen illis iam extorsimus: Petrum, uoce Christi, constitutum fuisse uniuersæ Ecclesiæ caput, ipsum honorem sibi collatum, in Romana sede deposuisse: Id ueteris Ecclesiæ authoritate fuisse sancitum, longo usu confirmatum: Romano Pontifici summam potestatem fuisse semper uno cõsensu ab omnibus delatam: ipsum fuisse omnium & causarum & hominum iudicem, nullius iudicio subiectum fuisse. Habeant etiam plura, si uelint: respondeo tamen uno uerbo, nihil istorum ualere, nisi Romæ sit Ecclesia & Episcopus. Hoc mihi concedant necesse est, non posse Ecclesiarum matrem esse, quæ ipsa non sit Ecclesia: non posse Episcoporum esse Principem, qui ipse nõ sit Episcopus. Volunt igitur sedem Apostolicam habere Romæ? Dent mihi uerum & legitimum Apostolatum: Volunt habere summum Pontificem? Dent mihi Episcopum. Quid autem? Vbi ullam Ecclesiæ faciem nobis ostendent? Nominant quidem, & subinde in ore habent. Certe Ecclesia suis certis notis cognoscitur: & Episcopatus, nomen officij est. Hic non de populo loquor: sed de ipso regimine, quod lucere in Ecclesia perpetuo debet. Vbi illic ministerium, quale requirit Christi institutio? Meminerimus, quod de presbyterorum & Episcopi officio ante dictum est. Si ad regulam illam exigemus officium cardinalium, fatebimur nihil minus esse quàm presbyteros. Ipse uero Pontifex quid omnino habeat Episcopale, scire uelim. Primum in munere Episcopi caput est, plebem uerbo Dei docere. Alterũ & proximum huic, sacramenta administrare. Tertium, monere & hortari, corrigere etiam eos qui peccant, ac in sancta disciplina populum continere. Quid istorum facit? imo quid facere se simulat? Dicant igitur, qua ratione uelint haberi Episcopum, qui nullam officij partem, minimo digito, uel in speciem saltem, attingit. Non ita de Episcopo est, ut de rege. Hic enim, etsi non exequatur quod proprium est regis: honorem nihilominus ac titulum retinet. At in Episcopo dijudicando respicitur Christi mandatum, quod semper in Ecclesia ualere debet. Hũc ergo nodum mihi soluant Romanenses. Nego ipsorum Pontificem esse Episcoporum Principem: cum non sit Episcopus. Istud proximum necesse est probent

falsum esse, si vincere in illo priore uolent. Quid quòd non modo nihil habet Episcopi proprium, sed omnia potius contraria? sed hic, o Deus, unde incipiam? à doctrina ne, an à moribus? Quid dicam, aut quid tacebo? vbi desinam? Hoc dico. Cum mundus hodie tot peruersis impijsque doctrinis refertus sit: tot superstitionum generibus plenus, tot erroribus excæcatus, in tanta idololatria demersus: nihil vspiam istorum esse, quòd non illinc, uel emanarit, uel saltem fuerit confirmatũ. Nec alia est caussa, cur tanta rabie ferantur Pontifices in renascentẽ Euangelij doctrinã, ad eam opprimendam neruos omnes suos intendant, reges oẽs ac principes ad sæuitiã accendant, nisi ꝙ collabi ac corruere totum suum regnum uident, vbi primum Christi Euangelium obtinuerit. Crudelis fuit Leo: sanguinarius Clemens: truculentus est Paulus. Sed non tam natura eos ad impugnandam ueritatem impulit, quàm quòd vna hæc illis ratio erat tuendæ suæ potentiæ. Saluj igitur cum esse non possent, nisi profligato Christo: non aliter laborant in hac causa, quàm si pro aris ac focis suisque ipsorum capitibus pugnarent. Quid ergo? Num illic nobis erit sedes Apostolica, ubi nihil cernimus, nisi horrendam Apostasian? Erit Christi uicarius, qui furiosis conatibus Euangelium persequendo, Antichristum se esse palàm profitetur? Erit Petri successor, qui ad demoliendũ, quidquid edificauit Petrus, ferro & igni grassatur? Erit caput Ecclesiæ, qui Ecclesiam à Christo solo uero capite rescisam, ac truncatam in se ipsa, discerpit ac lacerat? Fuerit sane olim Roma omniũ Ecclesiarum mater. Verũ ex quo Antichristi sedes fieri cœpit, desijt esse id, quod erat. Videmur nonnullis nimis maledici ac petulantes, cum Romanum Pontificẽ uocamus Antichristũ. Sed qui hoc sentiunt, non intelligunt se Paulum immodestię insimulare, post quem nos loquimur: imo ex cuius ore sic loquimur. Ac ne quis obijciat, nos Pauli uerba, quæ aliò pertinent, perperam torquere in Romanum Pontificem: breuiter ostendam, non aliter quàm de papatu posse intelligi Antichristum in templo Dei sessurum Paulus scribit. Alibi quoque testatur spiritus, regnum eius in magniloquentia & Dei blasphemijs situm fore. Hinc colligimus, tyrannidem esse in animas magis quàm in corpora: quæ aduersus spirituale Christi regnum erigitur: Deinde talem esse, quæ nec Christi, nec Ecclesiæ nomen aboleat: Sed potius Christi prætextu abutatur, & sub Ecclesiæ titulo, uelut larua, delitescat.

2. ad Thes. 2. Daniel. 7. Apoca. 2.

Tamesi autem omnes quæ ab initio extiterunt, hæreses ac sectæ, ad regnum Antichristi pertineant: cum tamen prædicit Paulus uenturam defectionem, hac descriptione significat, sedem illam abominationis tunc erigendam, ubi uniuersalis quædam defectio Ecclesiam occuparit. Vtcunque multa Ecclesiæ membra in uera fidei unitate sparsim perseuerent. Cum uero addit, suo tempore cœpisse moliri in mysterio opus iniquitatis, quod postea palàm facturus esset, ex eò intelligimus, calamitatem hanc, neque per unum hominem fuisse inferendam: neque in uno homine finiendam. Porro cum hac nota designet Antichristum, quòd suum Deo honorem prærepturus sit, ut sibi sumat: hoc præcipuum indicium est, quod sequi debemus, in quærendo Antichristo. Præsertim ubi eiusmodi superbia ad publicam usque Ecclesiæ dissipationem procedit. Cum ergo constet, Pontificem Romanum impudenter ad se transtulisse, quod Dei unius & Christi maxime proprium erat: dubitandum non est, quin impij & abominandi regni dux sit, & antesignamus. Eant nunc Romanenses, & antiquitatem nobis opponant. Quasi in tanta rerum omnium conuersione sedis honor stare possit, ubi nulla est sedes. Narrat Eusebius, Deum, ut uindictæ suæ locus fieret, Ecclesiam, quæ Hierosolymis erat, pellam transtulisse. Quod semel factum fuisse audimus, fieri sæpius potuit. Proinde sic loco alligare honorem primatus, ut qui reuera infestissimus est hostis Christi, summus Euangelij aduersarius, maximus Ecclesiæ uastator ac dissipator, crudelissimus sanctorũ omnium mactator & carnifex, uicarius nihilominus Christi, Petri successor, primus Ecclesiæ antistes habeat, tantũmodo qa sedẽ occupat, q̃ olim prima omniũ fuit, id uero nimis ridiculũ est ac ineptũ.

Euseb. lib. 3 cap. 5.

Taceo

Taceo quantum sit discriminis, inter Papæ concellariam, & bene compositum Ecclesiæ ordinem. Quanquàm hæc una res omnem de hac quæstione dubitationem potest optime tollere. Nemo enim sanæ mentis Episcopatum in plumbo & bullis includet. Multo minus in illo captionum omnium ac circumscriptionum magisterio, quibus rebus censetur Spirituale papæ regimen. Eleganter igitur à quodam dictum est, illam, quæ iactatur, Romanam Ecclesiam pridem conuersam fuisse in curiam, quæ sola nunc Romæ uisitur. Neq; hic accuso hominum uitia: sed Papatum ipsum ex diametro cum Ecclesiastica ratione pugnare demonstro. Ad homines autem si ueniamus, satis scitur, quales reperturi simus Christi uicarios.

Iulius scilicet, & Leo, & Clemens, & Paulus, Christianæ fidei columnæ erant, primiq; religionis interpretes, qui nihil aliud de Christo tenuerunt, nisi quod discerant in schola Luciani. Sed quid tres aut quatuor Pontifices enumero? Quasi uero dubium sit, qualem religionis speciem professi sint iampridem Pontifices, cum toto Cardinalium collegio: & hodie profiteantur. Primum enim arcanæ illius theologiæ, quæ inter eos regnat, caput est, nullum esse Deum. Alterum, quæcunq; de Christo scripta sunt ac docentur, mendacia esse & impostura. Tertium, doctrinam de futura uita & ultima resurrectione, meras esse fabulas. Non omnes ita sentiunt, & pauci ita loquuntur, fateor. Iampridem tamen hæc ordinaria esse cœpit Pontificum religio. Hoc cum sit notissimum omnibus qui Romam nouerunt, non cessant tamen Romanenses theologi iactare, Christi priuilegio cautum esse, ne papa errare possit: quia Petro dictum sit: Orauí pro te, ne deficiat fides tua. Quid, obsecro, tam impudenter ludendo proficiunt, nisi ut totus mundus intelligat, eos ita ad extremum improbitatis uenisse, ut neque Deum timeant, neque homines reuereantur? Sed fingamus, latere eorum quos dixi, Pontificum impietatem, quòd eam, neque concionibus, neque scriptis, publicarint: sed in mensâ duntaxat, & cubiculo, aut saltem inter parietes, prodiderint. Atqui si priuilegium, quod obtendunt, ratum esse uelint, expungant è numero Pontificum oportet Ioannem uicesimum secundum, qui palàm asserit, animas esse mortales, unaq; cum corporibus interire, usque ad diem resurrectionis. Atque ut uideas totam sedem cum præcipuis suis fulturis tunc prorsus concidisse: nemo cardinalium huic se tantæ insaniæ opposuit, sed schola Parisiensis Regem Galliæ impulit, ut ad palinodiam hominem cogeret. Rex eius communione suis interdixit, nisi mox resipisceret: idque de more publicauit per præconem. Hac necessitate adactus ille errorem abiurauit. Hoc exemplum facit, ne me oporteat cum aduersarijs amplius de eo disputare, quod dicunt, sedem Romanam, eiusque Pontifices labi in fide non posse, quia Petro dictum sit: Orauí pro te, ne deficiat fides tua. Certe ille tam fœdo lapsus genere à recta fide excidit, ut sit insigne posteris documentum, non omnes esse Petros, qui Petro in Episcopatum succedunt. Quanquàm istud quoque magis per se puerile est, quàm ut responsione egeat. Nam si uolunt ad Petri successores trahere, quidquid Petro dictum est, sequetur omnes illos esse Sathanas, cum istud quoque Petro dixerit Dominus. Vade retro Sathan: quia offendiculum es mihi. Tam enim facilè nobis erit retorquere hoc posterius, quàm illis alterum obijcere.

Testis Ioannes Gerson qui tunc uiuebat.

Verum certare ineptiendo non libet. Redeo igitur unde digressus eram. Sic alligare loco, & Christum, & Spiritum sanctum, & Ecclesiam, ut quicunque illic præsideat, etiam si sit Diabolus, Christi tamen uicarius, & caput Ecclesiæ censeatur, quia fuerit olim Petri sedes, non modo impium & Christo contumeliosum, sed nimis absurdum, & à sensu communi alienum esse dico. Iampridem Romani Pontifices, aut omni prorsus carent religione: aut maximi sunt religionis hostes. Nihilo igitur magis fiunt, ob sedem, Christi uicarij, quàm idolum, ubi in templo Dei collocatur, pro Deo habendum est. Iam si de moribus fiat censura: ipsi pro se Pontifices respondeant, quid omnino sit, in q Episcopi agnosci queant. Primum,

quòd Romæ sic uiuitur, ipsis non modo conniuentibus actacentibus, sed tacito etiam quasi nutu approbantibus, id prorsus indignum est Episcopis: quorum officium est, plebis licentiam disciplinæ seueritate coercere. Sed ego tam rigidus in eos non ero, ut alienis delictis ipsos graue. Quòd aũt ipsi, cum sua familia, cum toto ferè cardinalium collegio, cum toto cleri sui grege, ad omnem nequitiam, obscœnitatem, spurcitiam, ad omne scelerum & flagitiorum genus adeo sunt prostituti, ut monstra referant magis quàm homines, in eò sane produnt, se nihil minus esse quàm Episcopos. Neque tamen uereri debent, ne suam turpitudinem ulterius detegam. Nam & in tam putido conuersari piget: & parcendum est pudicis auribus: & mihi uideor satis ac super demonstrasse quod uolebam: etiamsi caput Ecclesiarum olim fuisset Roma, non tamen hodie esse dignam, quæ in minimis pedum digitis censeatur.

Quantum ad Cardinales, quos uocant, attinet: nescio qui factum sit, ut ita subito in tantam amplitudinem emerserint. Hic titulus Gregorij ętate in solos Episcopos competebat. Nam quoties meminit Cardinalium, non Romanæ Ecclesiæ, sed alijs quibuslibet, eos attribuit. Vt in summa, nihil aliud sit Sacerdos cardinalis, quàm Episcopus. Apud superioris sæculi scriptores nomen hoc non reperio. Video tamen fuisse tunc Episcopis minores, quos nunc longe antecellunt. Notum est illud Augustini. Quanquàm secundum honorum uocabula, quę iam Ecclesiæ usus obtinuit, Episcopatus presbyterio maior sit: tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. Hic certe Romanæ Ecclesiæ presbyterum ab alijs minime discernit: sed omnes ex æquo postponit Episcopis. Idque eò usque fuit obseruatum, ut in concilio Carthaginensi, cum duo adessent legati Romanæ sedis, unus Episcopus, secundus presbyter, hic in ultimum locum reiectus fuerit. Verum ne nimis uetera persequamur: extat concilium sub Gregorio habitum Romę: in quo presbyteri ultimo loco sedent, & seorsum subscribunt: Diaconi locum nullum in subscriptione habent. Et sane nihil officij tunc habebant, nisi ut in doctrinæ & sacramentorum administratione Episcopo adessent ac subessent. Nunc adeo mutata sors est, ut facti sint Regum & Cæsarum cognati. Nec dubium est, quin unà cum suo capite sensim creuerint, donec ad hoc dignitatis fastigium euecti fuerunt. Verum hoc quoque paucis uerbis quasi obiter attingere placuit, quò melius intelligerent lectores, sedem Romanam, qualis hodie est, plurimum differre ab illa ueteri, cuius prætextu hæc se tuetur ac defendit. Verum qualescunque fuerint olim, quando nihil habent ueri ac legitimi in Ecclesia muneris: fucum duntaxat & inanem laruam retinent: imo quando omnia habent penitus contraria: necesse fuit illis euenire, quod tam sæpe scribit Gregorius. Flens, inquit, dico, gemens denuncio: quia cum Sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Quin potius impleri in illis oportuit, quod de talibus ait Malachias. Vos recessistis de uia, & offendere feciſtis in lege plurimos, itaque irritum feciſtis pactum Leui dicit Dominus. Propterea ecce ego dedi uos contemptibiles ac uiles omni populo. Iam relinquo pijs omnibus cogitandum, quale sit supremum Romanensis Hierarchiæ fastigium: cui ipsum quoque Dei uerbum, quod Cœlo & Terræ, hominibus & Angelis uenerabile ac sacrosanctum esse oportuerat, subijcere nefaria impudentia Papistæ non dubitant.

Epist. 15. et 77. & 79. lib. 2. Epist. 6. 25. & multis alijs.

Ep ist. 19. ad Hieronymum.

Lib. 4. registri.

Li. 4. Epist 52. & 55. lib. 5. Epist. 7. & alibi.

Malach. 2.

Sequitur nunc tertius locus, de Ecclesiæ potestate: quæ partim in Episcopis singulis, partim in concilijs: & ijs, uel prouincialibus, uel generalibus, spectatur. De spirituali tantum potestate loquor, quæ propria est Ecclesiæ. Ea autem consistit, uel in doctrina, uel in iurisdictione, uel in legibus ferendis. De hoc postremo membro agemus in capite de humanis traditionibus. Inde igitur petant lectores quod huc pertinebit. Locus de doctrina duas habet partes: authoritatem dogmatum tradendorum, & eorum explicationem. Antequàm incipimus de singulis in specie differere: pios lectores uolumus admonitos, ut quidquid de

Ecclesiæ

Ecclesiæ potestate docetur, meminerint ad eum finem referre, in quem, teste Paulo, data est: nempe ad ædificationem, & non in destructionem: qua qui legitime utuntur, nihil plus se esse existimant, quàm ministros Christi, simulq; ministros populi in Christo. Porrò ædificandæ Ecclesiæ una hæc ratio est, si ministri ipsi suam Christo authoritatem conseruare studeant, quæ salua aliter esse non potest, q̃ si id ei relinquatur, quod à Patre accepit: nempe ut sit unicus Ecclesiæ magister. Non enim de aliò quopiam, sed de ipso solo scriptum est. Ipsum audite. Est igitur Ecclesiastica potestas non maligne quidẽ ornanda: sed tamen includẽda certis finibus: ne pro hominum libidine huc atque illuc trahatur. Ad id plurimum proderit obseruare, qualiter à Prophetis & Apostolis describatur. Nã si simpliciter hominibus concedimus, quam sumere ipsis usum fuerit, potestatem: omnibus in promptu est, quàm sit proclius in tyrannidem lapsus: quæ procul à Christi Ecclesia abesse debet. Proinde hic meminisse oportet, quid quid authoritatis ac dignitatis Spiritus in scriptura, siue sacerdotibus, siue Prophetis, siue Apostolis, siue Apostolorum successoribus defert, id totum non proprie hominibus ipsis, sed ministerio, cui præfecti sunt, dari. uel, ut expeditius loquamur, Verbo: cuius ministerium illis est commissum. Vt enim ordine omnes persequamur, non reperiemus, ulla docendi aut respondendi authoritate fuisse præditos, nisi in nomine & uerbo Domini. Vbi enim uocantur ad munus, simul illis iniungitur, ne quid afferant ex seipsis, sed loquantur ex ore Domini. Nec eos ante producit Dominus in medium, ut à populo audiantur, quàm præcepit quidnam loqui debeant: ne quid præter uerbum suum loquantur. Moses ipse, Prophetarum omnium princeps, audiendus præ aliis fuit, sed ante instruitur suis mandatis, ne quid omnino nunciare queat, nisi à Domino. Itaque populus, doctrinam eius amplexus, in Dominum, & in eius seruum Mosen dicitur credidisse. sacerdotum quoque authoritas, ne contemptui foret, grauissimis pœnis sancita est. Verum simul ostendit Dominus, qua lege audiendi essent, cum dicit se percussisse fœdus suum cum Leui, ut lex ueritatis esset in ore eius. Et paulò pòst addit. Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est. Ergo si audiri uelit sacerdos, præstet se Dei nuncium: id est, mandata, quæ à Domino accepit, fideliter referat. Atq; ubi de ijs audiendis agitur, nominatim hoc ponitur, ut secundum legem Dei respondeant. Prophetarum qualis in uniuersum fuerit potestas, eleganter apud Ezechielem describitur. Fili hominis, ait Dominus, speculatorem dedi te domui Israel. audies igitur ex ore meo uerbum: & annunciabis illis ex me. Qui audire iubetur ex ore Domini, nõne quid q̃ ex se cõminisci prohibetur? Quid uero est, nunciare à Dño? nisi sic loqui, ut cõfidenter iactare ausit, nõ suum esse, sed Dñi uerbũ, quod attulerit. Tantundẽ est apud Ieremiã aliis uerbis. Propheta, inquit, apud quẽ est somniũ, narrat somniũ: & qui habet uerbũ meũ, loquat uerbũ meũ uerũ. Certe ille illis uniuersis legẽ dicit. Est autẽ eiusmodi, ꝙ nõ patitur quẽpiam plus docere, q̃ iussus fuerit. Et postea paleã uocat, qd qd à se uno profectũ nõ est. Itaq; nemo ex ipsis Prophetis os aperuit, nisi Dño uerba præeunte. Vnde illa toties apud eos occurrũt. Verbũ Dñi. Onus Dñi. Visio à Dño. sic ait Dñs. Os Dñi locutũ est. Et merito. Exclamabat enim Iesaias, polluta sibi esse labia: Ieremias se nescire loqui fatebatur, quia puer esset. Quid ab illius polluto, ab huius fatuo ore prodire poterat, nisi immundum aut insulsum, si suũ ipsi sermonẽ locuti essent? sancta uero & pura illis labia fuerunt, cum Spiritus sancti cœperũt esse organa. Vbi hac religione obstricti sunt Prophetę, ne quid tradant, nisi quod acceperint, tunc ornantur insigni potestate, ac eximijs titulis ornantur. Nã cũ Dñs testatur, se præfecisse illos gentibus ac regnis, ut euellant & extirpẽt, perdãt & destruãt, ędifi cẽt ac plantẽt: cõtinuo subiungit causam: qa uerba sua in eorũ ore posuerit. Iam si in Apostolos respicias: multis quidem & insignibus elogijs cõmendantur: quòd lux sint mundi, & sal terræ, quòd pro Christo audiendi, quòd quæcunq; in terra

1. Cor. 10. & 13.
1. Cor. 4. et 2. Cor. 4.
Exod. 14.
Deuter. 17.
Malach. 2.
Deut. 18. Ezech. 3.
Iere. 23.
Iesa. 6. Iere. 1.
Iere. 1.

ligauerint aut ſoluerint, liga a erunt aut ſoluta in cœlo. Verum ſuo nomine præ-
ſe ferunt, quantũ ſibi in ſuo munere permiſſum ſit. Nempe ſi Apoſtoli ſunt, ne
garriant quidqd collibitũ fuerit: ſed mãdata eius, à quo miſſi ſunt, bona fide perſe-
rãt. Et ſatis clara ſunt Chriſti uerba, qbus eorũ legationẽ terminauit: cũ mãdauit
Matt. ult. illis, irent ac docerẽt omnes gentes, quęcunq; præceperat. Quin ipſe quoq; hanc
in ſe legem, ne cui eam detrectare fas eſſet, recepit, ſibiq; impoſuit. Doctrina, in-
quit, mea non eſt mea: ſed eius, qui me miſit, Patris. Is qui unicus ac æternus
Patris conſiliarius ſemper fuit, quiq; Dominus ac magiſter omnium eſt conſti-
tutus à Patre, quia tamen docendi miniſterio fungitur, miniſtris omnibus, ſuo
exemplo præſcribit, quam in docendo regulam ſequi debeant. Non eſt igitur
Eccleſiæ poteſtas infinita: ſed ſubiecta uerbo Domini, & in eo quaſi incluſa.

Atqui cum hoc ab initio in Eccleſia ualuerit, hodieq; ualere debeat, ne quid
doceant ſerui Dei, quod non ab ipſo didicerint: pro temporum tamen uarieta-
te diuerſas habuerunt diſcendi rationes. Ea uero quæ nunc eſt, plurimum à ſu-
Matth. 11 perioribus differt. Principio, ſi uerum eſt quod ait Chriſtus, quòd nemo Pa-
trem uiderit, niſi Filius, & cui uoluerit Filius reuelare: oportuit certe ab æterna
illa ſapientia ſemper dirigi, qui ad Dei notitiam peruenire uellent. Quomo-
do enim Dei myſteria, aut animo comprehendiſſent, aut elocuti eſſent, niſi do-
cente eo, cui ſoli patent arcana Patris? Deum igitur non aliter cognouerunt
olim ſancti homines, quàm ipſum in Filio, uelut in ſpeculo, intuiti. Hoc cum
dico, intelligo, Deum non alia ſe unquam ratione manifeſtaſſe hominibus, quã
per Filium: hoc eſt, unicam ſuam ſapientiam lucem ac ueritatem. Ex hoc fon-
te hauſerunt Adam, Noah, Abraham, Iſaac, Iacob, & alij quidquid habue-
runt cœleſtis doctrinæ. Ex eodem Prophetæ omnes hauſerunt & ipſi quoque,
quidquid cœleſtium oraculorum ediderunt. Enimuero hæc ſapientia non uno
modo ſemper ſe exeruit. Apud patriarchas arcanis reuelationibus eſt uſus. ſed
ſimul ad eas confirmandas eiuſmodi ſigna adhibuit, ut minime dubium illis
eſſe poſſet, Deum eſſe, qui loquebatur. Patriarchæ, quod acceperant, ad poſte-
ros per manus tranſmiſerunt. Ea enim lege apud ipſos depoſuerat Deus, ut
ita propagarent. Filij uero ac nepotes, Deo intus dictante, ſciebant è cœlo eſſe,
non ex terra, quod audiebant. Vbi autem Domino uiſum eſt, illuſtriorem
Eccleſiæ formam excitare, uerbum ſuum mandari ſcripto ac conſignari uoluit:
ut inde peterent ſacerdotes, quod populo traderent: utque ad eam regulam
omnis, quæ traderetur, doctrina exigeretur. Itaque poſt legis promulgatio-
nem cum iubentur ſacerdotes docere ex ore Domini, ſenſus eſt, ne quid extra-
neum aut alienum ab eo doctrinæ genere doceant, quod Deus in lege compre-
hẽderat, addere uero ac minuere, nefas illis fuit. Secuti ſunt deinde Prophetę: per
quos noua quidem oracula publicauit Deus, quę ad legẽ adderẽtur: non ſunt tã-
men noua, quin ex lege manarẽt, & in ipſam reſpicerent. Quantũ enim ad doctri-
nã, legis duntaxat interpretes fuerunt: nec aliquid ad eam addiderunt, niſi uatici-
nia de rebus futuris. His exceptis, nihil aliud prodiderunt, q̃ purã legis explicatio
nẽ. Verũ quia Dño placebat, illuſtriorẽ extare doctrinã, & ampliorẽ, quo melius
infirmis cõſcientijs ſatisfieret, prophetias quoq; ſcriptis mãdari præcepit, & habe
ri uerbi ſui partẽ. His ſimul acceſſerunt hiſtoriæ: quę & ipſę Prophetarũ ſunt lucu-
brationes, ſed dictantę Spiritu ſancto cõpoſitę. Pſalmos prophetijs adnumero:
quando his cõmune eſt, q̃d illis tribuimus. Totũ ergo illud corpus ex lege, pro-
phetijs, Pſalmis, & hiſtorijs cõpactum, uerbũ Domini fuit ueteri populo, ad cu-
ius regulam ſacerdotes & doctores uſq; ad Chriſti aduentum ſuam doctrinam
exigere debuerunt: nec fas illis fuit, uel ad dextram uel ad ſiniſtram deflectere.
Quia totum ipſorum munus his finibus incluſum erat, ut ex ore Dei populo
reſponderent.

Verũ ubi demũ in carne manifeſtata eſt Dei ſapiẽtia, quidqd humana mẽte de
Deo cõprehendi poteſt, & cogitari debet, pleno ore nobis ediſſeruit. Nunc itaq;,
ex quo illuxit ſol iuſtitię Chriſtus, perfectum habemus diuinæ ueritatis fulgorẽ,

qualis

qualis in meridie claritas esse solet: cũ ante subobscura lux fuerit. Nõ enim profecto uulgare aliquid prędicare uoluit Apostolus, cũ scripsit, Deũ olim multifariã multisq; modis patribus locutũ esse per Prophetas. At extremis his diebus nobis per dilectũ filium loqui cœpisse. significat enim, imo aperte declarat, Deum non posthac, ut antea, per alios subinde atq; alios locuturum: nec prophetias additurum prophetijs, aut reuelationes reuelationibus: sed sic omnes docendi partes in filio cõpleuisse, ut hoc ultimũ æternumq; ab eo habendũ sit testimoniũ. Qua ratione, totũ hoc noui testamenti tempus, ex quo, cũ Euangelij sui prædicatione, nobis apparuit Christus, ad diẽ usq; iudicij, per horã nouissimã, nouissima tempora, nouissimos dies, designat. quò scilicet doctrinæ Christi perfectione cõtenti discamus nullã ultra nouam, aut nobis singulare, aut ab alijs confictã admittere. Itaq; non temere Filiũ singulari prærogatiua nobis doctorẽ Pater ordinauit, ipsum, nõ hominũ quæpiã, præcipiens audiri. Paucis quidẽ uerbis eius nobis magisterium cõmendauit, cum dixit: Ipsum audite, sed quibus ineſt plus quiddã ponderis ac energiæ, q̃ uulgo existimetur. Perinde enim est ac si ab omnibus hominum doctrinis abductos, huic uni nos sisteret: ab uno omnem salutis doctrinam petere iuberet: ab uno pendere: in uno hærere: deniq; (quod uerba sonant) unius uoci auscultare. Et sane iam ab homine, aut expectari, aut expeti debeat: ubi uerbum ipsum uitæ familiariter se nobis ac coram explicauit. Quin omnium hominum ora clausa esse conuenit, postquàm semel locutus est ille, in quo cœlestis Pater omnes scientię & sapientiæ thesauros uoluit esse absconditos. & sic quidem locutus est, ut & Dei sapientiam (quæ nulla in parte hiulca est) & Messiam (à quo omnium reuelatio sperabatur) decebat, hoc est, ut post se nihil alijs dicendum relinquerit. Esto igitur hoc firmum axioma, non aliud habendum esse Dei uerbum, cui detur in Ecclesia locus, quàm quod lege primum & prophetis, deinde scriptis Apostolicis continetur. nec alium esse rite docendi in ecclesia modum, nisi ex eius uerbi præscripto & norma. Hinc etiam colligimus, non aliud permissum fuisse Apostolis, q̃ quod olim habuerant prophetę. Nempe ueterem scripturam exponerent: ac ostenderent in Christo completa esse, quæ illic traduntur. idipsum tamẽ nõ facerẽt, nisi ex Dño: hoc est, pręeũte & uerba quodãmodo dictãte Christi Spiritu. Hac em̃ lege eorũ legationẽ definiuit Christus, cũ iussit, irẽt, ac docerent, nõ quę temere ipsi essent fabricati, sed quæcũq; ipsis præceperat. Et nihil apertius dici poterat, q̃ quod alibi dicit. Vos aũt nolite uocari Rabi. Vnus enim magister uester Christus. Deinde quò altius hoc eorũ animis infigeret, bis eodẽ loco repetit. Et qa quę audierãt ac didicerãt ex ore magistri, capere pro sua ruditate nõ poterãt, spiritus ueritatis illis promittit̃, à quò dirigant̃ in uerã omniũ intelligentiã. Proinde nihil aliud, uel sibi, uel alijs, reliquũ facit Petrus, optimè à magistro edoctus, q̃tũ sibi liceret, nisi ut traditã à Deo doctrinã dispensent. Qui loquit̃, inqt, loquat̃ sermões Dei. Quid hoc aliud est, q̃ oẽs humanę mẽtis inuẽtiones (à q̃ cunq; tandẽ capite profectæ sint) arcere: ut purus Dei sermo in fideliũ Ecclesia doceat̃ ac discat̃, omniũ hominũ (cuiuscũq; sint ordinis) placita uel potius figmẽta tollere: ut solius Dei decreta rata maneãt. Hęc sunt arma illa spiritualia, potẽtia Deo, ad demolitionẽ munitionũ: qbus cõsilia demoliant̃ fidi Dei milites, & omnẽ celsitudinẽ, quę extollit̃ aduersus cognitionẽ Dei, & captiuã ducãt omnẽ cogitationẽ ad obediendũ Christo. En summã potestatẽ, qua Ecclesię pastores, quocũq; demũ nomine uocent̃, prędites esse cõuenit. Nempe ut uerbo Dei cõfidenter omnia audiant: eius maiestati omnẽ mundi uirtutẽ, gloriã, sapentiã, altitudinẽ cedere atq; obedire cogãt: eius potẽtia fulti, omnibus, à summo usq; ad nouissimũ, imperẽt: Christi domũ ædificẽt, Sathanę subuertãt: oues pascãt, lupos interficiãt: dociles instituãt & exhortent̃, rebelles & peruicaces arguãt, increpẽt, subigant: ligẽt ac soluãt: fulgurẽt deniq;, si opus est, ac fulminẽt: sed omnia in uerbo Dei. Quanq̃ inter Apostolos et eorũ successores hoc, ut dixi, interest, q̃d illi fuerũt certi & authẽtici Spiritus sancti amanuenses: & ideo eor̃ scripta pro Dei oraculis habẽda sunt: alij autẽ nõ aliud habẽt officij, nisi ut doceãt q̃d sacris scripturis proditũ est ac consignatũ.

Hebr. 1

Matth. 17

Coloss. 2

Ioan. 4.

Matth. ult.

Matth. 23

Ioan. 14 & 16

1. Petr. 4

2. Corin. 10

Constituit

Constituimus igit̃, non esse iam fidelibus relictum, ut nouum aliquod dogma excudant: sed simpliciter inhærendũ esse doctrinæ, cui Dñs omnes sine exceptione subiecit. Hoc cũ dico, nõ tantũ oste̅dere uolo, quid singulis hominibus liceat,
1. Corint. 1 sed quid etiã uniuersæ Ecclesiæ. Quantũ ad singulos attinet, Paulus certe Corinthijs ordinatus erat à Dño Apostolus. fidei tame̅ eorũ dominari se negat. Quis iã dominiũ sibi arrogare audeat, quod sibi non cõpetere testatur Paulus? Quod si
1. Corin. 14 hanc docendi licentiã agnouisset, ut quidquid tradiderit pastor, in eo certã sibi fidem haberi iure postulet, nunq̃ hanc disciplinam tradidisset ijsdem Corinthijs, ut loquentibus Prophetis duobus uel tribus, cęteri diiudicarent, quod si alicui sede̅ti reuelatum esset, primus taceret. sic enim nemini perpercit, cuius authoritatem uerbi Dei censurę nõ subijceret. At de uniuersa Ecclesia, dicet quispiam, alia ratio est. Respondeo, Paulum huic quoq; dubitationi alibi occurrere, cum dicit fidem esse ex auditu: auditum autem ex uerbo Dei. scilicet, si à solo Dei uerbo pendet fides, si in illud solum respicit & recumbit, quis iam totius mundi uerbo locus relinquit? Neq; hic hæsitare poterit, quicunq; bene nouerit, quid sit fides. Ea enim firmitudine subnixam esse oportet, qua aduersus Sathanam et omnes inferorum machinas totumq; mundum inuicta & intrepida consistat. Hanc firmitudinem non nisi in uno Dei uerbo reperiemus. Deinde uniuersalis est ratio, quam hic respicere conuenit: Deum idcirco adimere hominibus proferendi noui dogmatis facultatem, ut solus ipse nobis sit in spirituali doctrina magister: ut solus est uerax, qui nec mentiri, nec fallere potest. Hæc ratio non minus ad totam Ecclesiã, quàm ad unumquemq; fidelium, pertinet.

Istæc uero, quam diximus, Ecclesiæ potestas si cũ ea conferatur qua se aliquot iam sæculis in populo Dei uenditarunt spirituales tyranni, qui Episcopos se & religionis præsules falso uocarunt, nihilo melior erit consensus, q̃ Christo cum Belial. Neq; hic mihi propositum est, exponere, qualiter, & quàm indignis modis suam tyrannidem exercuerint. Tantum referam doctrinam, quam scriptis primũ, deinde ferro & igni hodie tuentur. Quoniam pro confesso sumunt, uniuersale concilium, esse ueram Ecclesiæ imaginem: hoc principio sumpto, simul absq; dubio statuunt, regi immediate à Spiritu sancto eiusmodi concilia, ideoq; errare nõ posse. Cum uero ipsi concilia regant, imo constituãt: reuera sibi uendicant, quidquid contendunt deberi conciliis. Fidem igitur nostram suo arbitrio stare uolunt & cadere: ut quidquid ipsi utramq; in partem constituerint, firmum animis nostris statumq; sit. ut siue quid probauerint, ipsum nobis nulla dubitatione probari: siue quid damnauerint, id quoq; pro damnato esse oporteat. Interim, sua libidine, contemptoq; Dei uerbo, cudunt dogmata: quibus postea fidem, hac ratione, haberi postulant. Nec enim Christianum esse, nisi qui in omnia sua dogmata, tam affirmatiua, quàm negatiua, certo consentiat: si non explicita fide, tamen implicita. quia penes Ecclesiam sit, condere nouos fidei articulos. Primum audiamus, quibus argumentis hanc Ecclesiæ datam authoritatem confirment: deinde uidebimus, quantum eos iuuet, quod de Ecclesia allegant. Præclaras, inquiunt, promissiones habet Ecclesia: quòd nunquàm à sponso suo Christo sit deserenda, quin eius Spiritu ducatur in omnem ueritatem. At uero ex promissionibus, quas allegare solent, multæ non minus fidelibus singulis, quam toti Ecclesiæ datæ sunt. Nam tametsi duodecim Apostolis loquebatur Dominus cum dicebat: Ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationem sæculi: Item, Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit uobis, Spiritum scilicet ueritatis: non tamen numero duodenario id promittebat: sed illis quoq; singulis: imo alijs similiter discipulis, uel quos iam assumpserat, uel qui postea accessuri erant. Cum autem eiusmodi promissiones, eximiæ consolationis plenas sic interpretantur, quasi nemini Christianorum datæ sint, sed uniuersæ simul Ecclesiæ: quid aliud q̃ Christianis omnibus consolationem tollunt, quæ inde ad ipsos redire debuerat? Neq; hic nego, quin tota fidelium societas, multiplici donorum uarietate instructa, longe ampliori & uberiori cœlestis sapientiæ thesauro prædita sit, quam seorsum

seorsum singuli: neque hoc ita fidelibus communiter dictum esse uolo, quasi ex æquo Spiritu intelligentiæ & doctrinæ omnes polleant: sed quia concedendum non est aduersarijs Christi, ut ad defensionem malæ causæ scripturam in alienum sensum detorqueant. Verum, hoc omisso, simpliciter fateor id quod res habet: Dominum perpetuo suis adesse, & eos Spiritu suo regere. Hunc Spiritum non esse erroris, ignorantiæ, mendacij, aut tenebrarum: sed certæ reuelationis, sapientiæ, ueritatis, ac lucis: à quo non fallaciter discant, quæ sibi donata sint, hoc est, quæ sit spes uocationis suæ, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis Dei in sanctis. Verum cum primitias, & quendam duntaxat gustum eius Spiritus percipiant in hac carne fideles, etiam qui excellentioribus gratijs, præ alijs, donati sunt: nihil illis potius restat, quàm imbecillitatis suæ conscios sese intra uera Dei fines solicite continere: ne si proprio sensu longius euagentur, à recta uia protinus aberrent. quatenus, scilicet, Spiritu illo adhuc uacui sunt, quo solo docente, uerum à falso discernitur. Omnes enim cum Paulo fatentur, se nondum ad metam pertigisse. Itaq; ad quotidianum profectum magis contendunt, quàm perfectione gloriantur. 1. Corint. 2 Ephe. 1 Philip. 3

Sed excipient, quidquid partim sanctorum unicuique tribuitur, id penitus & ad plenum competere in ipsam Ecclesiam. Hoc tametsi habet nonnullam ueri speciem, uerum tamen esse nego. sic quidem singulis membris distribuit Deus dona Spiritus sui ad mensuram, ut corpori uniuerso nihil desit necessarium, ubi dona ipsa in commune conferuntur. Verum tales sunt semper Ecclesiæ diuitiæ, ut multum desit ad summam illam perfectionem, quam aduersarij nostri iactant. Nec ideo ulla in parte destituitur Ecclesia, quin semper habeat quantum satis sit. Nouit enim Dominus, quid eius necessitas requirat. Verum ut eam sub humilitate et pia modestia contineat, non plus ei largitur, quã nouit expedire: scio quid hic quoq; obiectare soleãt. Ecclesiam scilicet mundatam esse lauachro aquę in uerbo uitæ, ut esset sine ruga & macula: & ideo alibi uocari columnam & firmamentum ueritatis. Verum priore loco magis docetur, quid quotidie operetur in ea Christus, quàm quid iam perfecerit. Nam si omnes suos in dies sanctificat, expurgat, expolit, maculis abstergit: certè adhuc næuis ac rugis quibusdam aspersos esse, eorumque sanctificationi deesse nonnihil constat. Ecclesiam uero sanctam & immaculatam iam penitus ac omni ex parte censere, cuius membra omnia maculosa & nonnihil impura sint; quàm inane ac fabulosum est? Verum est igitur, sanctificatam esse Ecclesiam à Christo. At eius sanctificationis initium hic duntaxat ponitur, finis uero & solidum complementum exhibit, cum sanctus sanctorũ Christus sua eam sanctitate uere & insolidũ implebit. Verũ est etiã deletas esse eius maculas & rugas, sed ita, ut quotidie adhuc deleantur: donec suo aduentu Christus quidquid residuum est penitus auferat. Nisi eñ hoc recipimus, necesse erit, ut cum Pelagianis asseramus, perfectam esse fidelium iustitiam in hac uita: cum Catharis & Donatistis nullam in Ecclesia infirmitatem feramus. Alter locus prorsus alium habet sensum quam intendunt. Vbi enim Timotheum instituit Paulus, & ad uerum Episcopi officium formauit, dicit se ideo fecisse, ut sciat qualiter oporteat ipsum uersari in Ecclesia. Ac quò maiori religione & studio in eam rem intentus esset, subiungit, Ecclesiam ipsam esse columnam ac stabilimentum ueritatis. Quid autem aliud sibi uolunt hæc uerba, quàm in Ecclesia conseruari Dei ueritatem, prædicationis scilicet ministerio? Quemadmodum alibi docet: Christum dedisse Apostolos, Pastores, atq; Doctores, ne amplius circumferamur quolibet uento doctrinæ, aut ab hominibus deludamur; sed uera filij Dei cognitione illuminati, omnes simul occurramus in fidei unitatem. Quod ergo non extinguitur in mundo ueritas, sed salua perstat, id fit quòd fidam habet custodem Ecclesiam, cuius opera & ministerio sustinetur. Atqui si hæc custodia in ministerio Prophetico, & Apostolico sita est: sequitur, totam inde pendere, si uerbum Domini fideliter conseruetur, suamq; puritatem retineat. 1. Timot. 3 Ephe. 4

Atq;

Atq; ut melius intelligant lectores, in quo potissimum cardine uersetur hæc quæstio: quid postulent nostri aduersarij, & in quo ipsis resistamus, paucis exponam. Quod illi negant, errare posse Ecclesiam, huc spectat, atq; ita interpretantur. Quando Spiritu Dei gubernatur, tuto incedere sine uerbo posse: quocunq; pergat, non posse sentire aut loqui nisi uerum: proinde si quid extra aut præter Dei Verbum statuerit, id habendum esse non alio loco, quam certum Dei oraculũ. Nos si demus illud primum, errare non posse Ecclesiam in rebus ad salutem necessarijs: hic sensus noster est: ideo hoc esse, quòd, abdicata omni sua sapientia, à Spiritu sancto doceri se per uerbum Dei patitur. Hoc igit̃ est discrimen. Illi Ecclesiæ authoritatem extra uerbũ Dei collocant: nos autem uolumus uerbo annexã, nec ab eo separari patimur. Et quid mirum, si sponsa ac discipula Christi, suo sponso maritoq; subijcitur, ut ab eius ore assidue ac sedulo pendeat? Hæc enim est domus bene compositæ ratio, ut mariti imperio uxor obtemperet: hæc scholæ bene moratæ regula, ut magistri solius doctrina illic audiatur. Quamobrem non ex se sapiat Ecclesia, non ex se cogitet quid q̃: sed sapientiæ suæ terminum statuat, ubi loquendi finem ille fecerit. In hunc modum, & omnibus rationis suæ inuentis dissidet, in quibus autem uerbo Dei nititur, nulla diffidentia aut hæsitatione uacillabit: sed magna certitudine firmaq; cõstantia conquiescet. sic etiam, earum, quas habet, promissionum amplitudine confisa, habebit, unde fidem suam præclare sustineat: ut nihil addubitet, Spiritum sanctum sibi semper adesse, optimum rectæ uiæ ducem: sed memoria simul tenebit, quem è suo spiritu usum percipi Deus uelit. Spiritus, inquit, quem à Patre mittam docet uos in omnem ueritatem. sed quomodo? quia suggeret, inquit, omnia, quæ dixi uobis. Nihil ergo plus de suo spiritu denunciat expectandum, q̃ ut mentes nostras illuminet, ad percipiendam doctrinæ suæ ueritatem. Proinde scitissime Chrysostomus. Multi, inquit, Spiritũ sanctum iactant, sed qui propria loquuntur, falso illum prætendunt. Vt Christus tion à seipso loqui se testabatur, quia ex lege loquebatur & Prophetis: ita si quid præter Euangelium sub titulo Spiritus obtrudatur, ne credamus. Quia Christus legis & Prophetarum impletio est: ita spiritus Euangelij. Hæc ille. Iam colligere in promptu est, q̃ perperam faciant nostri aduersarij, qui non alio fine iactant Spiritum sanctum, nisi ut peregrinas & extraneas à uerbo Dei doctrinas eius titulo cõmendent: cum ipse indiuiduo nexu cum uerbo Dei coniunctus esse uelit: idq; de eo profiteatur Christus, dum Ecclesiæ suæ eum promittit. sic est sane. Quam sobrietatem semel Ecclesiæ suæ præscripsit Dñs, eam perpetuo uult obseruari. Ve-

Ioan. 14

Sermo. de Sancto, & adorando Spiritu.

tuit autem, ne quid uerbo suo adderet, ne quid ex eo detraheret. Hoc inuiolabile est Dei ac Spiritus sancti, decretum, quod abrogare conantur nostri aduersarij, cum ecclesiam sine uerbo regi à Spiritu, fingunt.

Hic iterum obmurmurãt, oportuisse ecclesiam nonnulla addere scriptis Apostolorum, uel illos ipsos supplere postea uiua uoce, quod minus clare tradidissent. Nempe cum illis dixerit Christus. Multa habeo uobis dicenda, quæ non potestis portare modo. At hęc esse placita, quæ, sine scriptura, usu duntaxat & moribus recepta fuerũt. At quænam istæc est impudentia? Rudes adhuc, fateor, & indociles erant discipuli, cum istud à Domino audirent. Verum hac ne tarditate tũ etiam tenebantur, cum doctrinam suam scriptis commendarent? ut postea uiua uoce supplere necesse habuerint, quod in scriptis suis ignorantiæ uitio omiserãt? si uero iam à Spiritu ueritatis ducti in omnem ueritatem sua scripta ediderunt: quid obfuit quominus perfectam Euangelicæ doctrinæ cognitionem complexi sint illic, consignatãq; reliquerint? sed age, demus illis quod petunt. Designẽt modo ea, quæ reuelari sine scripto debuerunt. Id si tentare audeant: agam cum ipsis Augustini uerbis. Hoc est: cum Dominus tacuerit: quis nostrũm dicat? illa, uel illa sunt: aut si dicere audeat, unde probat? sed quid de re superuacua contendo? Nam uel puero notum est, in scriptis Apostolicis, quæ isti mutila quodammodo & dimidia faciunt, fructum extare eius reuelationis, quã tunc eis Dominus promittebat. Quid? inquiunt, an non extra controuersiam posuit Christus quidquid

Homil. in Ioannem

docet ac

docet ac decernit Ecclesia? cum iubet haberi pro ethnico & publicano, qui contradicere audeat. At ualde mirum est, tam nihil esse frontis illis nebulonibus, ut ferocire inde non dubitent. Quid enim tandem obtinebunt? nisi non spernendum Ecclesiæ consensum: quæ nunquàm nisi in ueritatem uerbi Dei consentit. Ecclesia audienda est, inquiunt. Quis negat? Quandoquidem nihil pronunciat, nisi ex uerbo Domini. Si plus aliquid postulant: sciant nihil sibi in eo suffragari hæc Christi uerba. Nec uideri debeo nimis contentiosus, quòd adeò uehementer in hoc insisto, non licere Ecclesiæ condere ullam nouam doctrinam, hoc est, plus docere, & pro oraculo tradere, quàm quod Dominus uerbo suo reuelauit. Vident enim sani homines, quantum sit periculum, si hominibus semel concessum fuerit tantum iuris. Vident etiam, quanta feneſtra aperiatur impiorum sannis & cauillis, si dicamus id pro oraculo habendum esse inter Christianos, quod homines censuerint. Exempla, quibus utuntur, nihil eos iuuant. Aiunt pædobaptismum non tam ex aperto scripturæ mandato, quàm ex Ecclesiæ decreto emanasse. At miserrimum asylum foret, si pro defensione pædobaptismi ad nudam Ecclesiæ authoritatem suffugere cogeremur. Verum satis alibi patebit longe secus esse. Similiter quòd obijciunt, huſquàm haberi in scripturis, quod in synodo Nicena pronunciatum fuit, Filium esse consubstantialem Patri: in eo grauem faciunt patribus iniuriam: quasi temere damnarint Arrium, quod in sua uerba iurare noluerit, cum totam eam doctrinam profiteretur, quæ prophetícis & Apostolicis scriptis est comprehensa. Nõ extat, fateor, hoc uocabulum in scriptura. Sed cum illic toties asseratur, unum esse Deum: rursum, toties uocetur Christus uerus & æternus Deus, unus cum Patre: quid aliud faciunt patres Nicæni, cum declarant esse unius essentiæ, nisi quod natiuum scripturæ sensum simpliciter enarrant? Atque hac præfatione in eorum cœtu usum fuisse Constantinum refert Theodoritus. In disputationibus, inquit, rerum diuinarum habetur præscripta Spiritus sancti doctrina. Euangelici, & Apostolici libri cum Prophetarum oraculis plenè nobis ostendunt sensum numinis. Proinde, discordia posita, sumamus ex uerbis Spiritus quæstionum explicationes. His sanctis monitionibus nemo tunc fuit qui refragaretur. Nemo excepit Ecclesiam aliquid adijcere posse de suo, Spiritum nõ omnia reuelasse Apostolis, uel saltem ad posteros nõ prodidisse: aut tale aliquid. Si uerum est quod uolunt nostri aduersarij. Primum perperam egit Constantinus, qui Ecclesiæ suam potestatem eripuit: deinde quòd nemo Episcoporum nõ surrexit, ut eam contra uindicaret, hoc silentium perfidia non carebat. Sic enim erant proditores iuris Ecclesiastici. Sed cum Theodoritus referat, libenter amplexos esse quod dicebat imperator, constat nouum hoc dogma tunc fuisse omnino incognitum. Lib. 1. c.

Nunc ut omnia illis de Ecclesia concedam: pro sua tamen intentione ne sic quidem multum adhuc profecerint. Nam quidquid de Ecclesia dicitur, id mox ad concilia transferunt, cum, eorum opinione, Ecclesiam repræsentent. Imò quòd tam pertinaciter contendunt de Ecclesiæ potestate, non alio consilio faciunt, nisi ut Romano Pontifici, et eius satellitio totum deferãt quid extorserint. Antequàm uero hanc quæstionem expedire incipiam, duo hic mihi breuiter præfari necesse est. Quòd hic rigidior sum futurus, non ideo esse, quòd uetusta concilia minoris faciam, quàm decet. Veneror enim ea ex animo: suoq; in honore apud omnes esse cupio. Sed hic est aliquis modus: ut nihil scilicet Christo derogetur. Porro hoc est Christi ius, ut concilijs omnibus præsideat: nec socium habeat hominem in ista dignitate. Tunc autem demum præsidere dico, ubi totum consessum uerbo, & spiritu suo moderatur. Deinde quòd minus concilijs tribuo quàm aduersarij petunt, nõ ea caussa facere, q; à concilijs meturam, quasi illorũ caussę suffragentur, nostræ uero sint contraria. Nam ut ad plenam doctrinæ nostræ approbationem, & totius Papismi euersionem abunde uerbo Domini instructi sumus, ut nihil præterea requirere magnopere opus sit: ita, si res flagitet, magna ex parte quod satis sit ad utrumq; uetera concilia nobis subministrãt. Iam de reipsa loquamur.

Si ex ſcripturis quæ ſit conciliorum authoritas quæritur, nulla extat illuſtrior promiſsio, quàm in hac Chriſti ſententia. Vbi duo aut tres congregati in nomine meo fuerint, illic in medio eorum ſum. Verum id nihilominus in particularem quemſtue cœtum competit, quàm in concilium uniuerſale. Neq; tamen in eo hæret quęqionis nodus: ſed quod addita eſt conditio, ita demum fore Chriſtum in medio concilij, ſi in ſuo nomine congregetur. Quare ut millies Epiſcoporum cõcilia nominent aduerſarij, parum promouebunt. Nec ante efficient, ut credamus quod contendunt, regi à ſpiritu ſancto: quàm fidem fecerint, congregari in Chriſti nomine. Siquidem tam poſſunt impij improbiq; Epiſcopi aduerſus Chriſtum conſpirare, quàm boni & probi in eius nomine coire. Huius rei luculento nobis documento ſunt plurima decreta, quæ à talibus concilijs prodiere. Sed hoc poſtea uidebitur. Nunc tantum uno uerbo reſpondeo, Chriſtum nihil polliceri, niſi ijs, qui in ſuo nomine congregantur. Quid ergo illud ſit definiamus. Nego in Chriſti nomine congregari eos, qui, abiecto Dei mandato, quo uetat quidquàm addi uerbo ſuo aut detrahi, proprio arbitrio quiduis ſtatuunt: qui non contenti ſcripturæ oraculis, hoc eſt, unica perfectæ ſapientiæ regula, de ſuo capite nouum aliquid comminiſcuntur. Certe cum non concilijs quibuslibet ſe adfuturum promiſerit Chriſtus: ſed peculiarem notam appoſuerit, qua uera & legitima ab alijs diſcerneret: nos hanc diſcretionem minime negligere conuenit. Hoc eſt pactum, quod olim cum Leuiticis Sacerdotibus Deus pepigit: ut docerent ex ore ſuo. Hoc ſemper à Prophetis requiſiuit. Hanc quoq; legem uidemus Apoſtolis fuiſſe impoſitam. Qui hoc pactum uiolant, eos nec honore Sacerdotij, nec ulla authoritate dignatur Deus. Hunc nodum mihi ſoluant aduerſarij, ſi uelint fidem meam hominum placitis citra Dei uerbum mancipare.

Malach. 2.

Nam quòd in Eccleſia remanere ueritatem non putant, niſi inter paſtores conſtet: nec Eccleſiam ipſam conſiſtere, niſi in concilijs generalibus emineat: multum abeſt, quin id uerum ſemper fuerit: ſi uera de ſuis temporibus teſtimonia nobis reliquerunt Prophetæ. Erat Iſaiæ tempore Eccleſia Hieroſolymis, quam Deus nondum deſeruerat. De paſtoribus uero ſic loqitur. Speculatores eius cæci omnes, neq; quidquàm nouerunt, Omnes canes muti, nec ualent latrare. iacentes dormiunt, & amant dormitationem: & paſtores ipſi nihil ſciunt nec intelligunt; & in uniuerſum reſpiciunt ad uias ſuas. Durabat quoq; Eccleſia ad tempus Ieremiæ. Audiebat quid de paſtoribus dicat. A Propheta uſq; ad Sacerdotem quiſq; ſectatur mendacium. Item. Prophetæ mendaciũ prophetant in nomine meo: cum ego non miſerim eos, neq; præceperim eis. Ac ne prolixi nimium in recitandis eius uerbis ſimus, legantur quæ toto uiceſimo tertio capite & quadrageſimo ſcripſit. Tunc ex altera parte nihilo mitius in eoſdem inuehebatur Ezechiel. Coniuratio, inquit, prophetarum in medio eius, ſicut Leo rugiens & qui rapit prædam. Sacerdotes eius uiolauerunt legem meam, & profanauerunt ſancta mea: nec diſcrimen fecerunt inter ſanctum & profanum: & cæt. quæ ſubiungit in eum ſenſum. Similes querimoniæ paſsim extant in Prophetis: ut nihil illic frequentius recurrat. Sed enim id forte inter Iudæos ualuerit, noſtrum uero ſæculum à tanto malo immune eſt. Vtinam quidem eſſet. Verum aliter fore Spiritus ſanctus denunciauit. Clara enim ſunt Petri uerba. Quemadmodũ, inquit, fuerunt in populo ueteri Pſeudoprophetę: Sic & inter uos erunt falſi doctores, ſectas perditionis inſinuantes. Viden, ut non à plebeis imminere periculum prædicat? Sed ab ijs qui doctorum & paſtorum titulo ſe uenditabunt: Præterea quoties à Chriſto & eius Apoſtolis prædictum, ut à paſtoribus ſumma Eccleſiæ pericula impenderentur? Imo palàm oſtendit Paulus, non alibi ſeſſurum Antichriſtum, quàm in templo Dei. Quo ſignificat, non aliunde uenturam horrendam illam calamitatem, de qua ibi loquitur, niſi ab ijs qui pro paſtoribus in Eccleſia ſedebunt. Et alibi tanti mali exordia iam prope inſtare demonſtrat. Nam dum Epheſinos Epiſcopos alloquitur. Scio, inquit, quòd poſt diſceſſum meum intrabunt in uos lupi rapaces, non parcentes gregi. Et ex uobis ipſis erunt qui loquantur peruerſa, ut abducant diſcipulos

Iſai. 56.

Ierem. 6.

Ieremi. 14.

Ezech. 22.

2. Pet. 2.

Matth. 24. & alibi.

Actor. 2.

pulos post se. Quantum inter pastores afferre corruptionis potuit longa annorũ series? cum tantulo temporis spacio degenerare sic potuerint. Ac ne enumerando multum chartarum impleam: omnium ferè sæculorum exemplis monemur, nec ueritatem semper in sinu pastorum ali: nec Ecclesiæ incolumitatem ab eorũ statu pendere. Decebat quidem illos Ecclesiasticæ pacis ac salutis, cui conseruandæ destinati sunt, præsides esse ac custodes. Sed aliud est, prestare quod debeas: aliud, debere quod non præstes.

Neq; tamen nostra ista verba in eam partem quis accipiat, quasi pastorum authoritatem passim ac temere, nulloq; delectu, labefactare uelim. Tantum inter eos ipsos delectum habendum esse moneo, ne qui dicuntur, esse quoq; pastores continuo existimemus. At Papa, cum toto Episcoporum suorum grege, non alia ratione, nisi quia pastores nuncupantur, excussa verbi Dei obedientia, voluunt omnia uexantque pro libidine: interim persuadere contendunt, sese luce ueritatis destitui non posse, Spiritum Dei perpetuo in se residere, Ecclesiam in se subsistere, & secum emori. Quasi uero iam nulla sint Domini iudicia: ut eodem pœnæ genere in mundum hodie animaduertit, quo populi ueteris ingratitudinẽ aliquando vltus est. Nempe ut pastores percutiat cæcitate & stupore. Nec intelligunt stolidissimi homines, eandem se canere cantilenam, quam canebant olim illi, qui cũ verbo Dei belligerantur. Sic enim sese contra ueritatem instruebant hostes Ieremiæ. Venite, & cogitabimus contra Ieremiam cogitationes: quando non peribit lex à Sacerdote, nec consilium à sapiente, nec uerbum à Propheta. *Ieremi. 18.*

Hinc facile est respondere ad illud alterum, de conciliis generalibus. Quin Iudæi ueram Ecclesiam sub Prophetis habuerint, negari non potest. Quòd si generale concilium tunc ex Sacerdotibus coactum fuisset: qualis apparuisset Ecclesiæ facies? Audimus quid Dominus, non uni aut alteri eorum, sed ordini uniuerso denunciet. Obstupescent Sacerdotes, & Prophetæ terrebuntur. Item. Lex peribit à Sacerdote: & cosilium à Senioribus. Item. Nox uobis pro uisione erit, & tenebræ pro diuinatione. Et occumbet sol super Prophetas, & obtenebrabitur super eos Dies. & cætera. Age, si coacti in unum tunc fuissent omnes eiusmodi: quis spiritus in eorum cœtu præfuisset? Eius rei insigne specimen habemus in eo concilio quod conuocauit Achab. Aderant quadringenti Prophetæ. Sed quia non alio animo conuenerant, nisi ut Regi impio adularentur: mittitur à Domino Sathan, qui sit spiritus mendax in ore omniũ. Illic omnium suffragijs damnatur ueritas: Micha pro hæretico damnatur, percutitur, conijcitur in carcerem. Sic Ieremiæ factum est: Sic alijs Prophetis. Sed unum exemplum quod est præ alijs memorabile, pro omnibus sufficiat. In eo concilio, quod collegerũt Pontifices & Pharisæi Ierosolymis aduersus Christum, quid desideres? quod quidem ad externam speciem attinet. Nisi enim tunc fuisset Ierosolymis Ecclesia: nunquàm sacrificijs alijsque ceremonijs communicasset Christus. Fit solemnis conuocatio. Præibat summus Pontifex, totus ordo Sacerdotalis assidebat. Damnatur tamen illic Christus: & eius doctrina è medio profligatur. Hoc facinus documento est, inclusam minime fuisse in illo concilio Ecclesiam. At non est periculum, ne quid tale nobis eueniat. Quis nobis fidem fecit? Nam in re tanta nimis securos esse, socordiæ culpa non caret. Quin ubi disertis uerbis uaticinatur Spiritus per os Pauli, uenturam defectionem, quæ uenire non potest, quin pastores Deum primi derelinquant: quid sponte hic in exitium nostrum cæcutimus? Quare nullo modo concedendum est, Ecclesiam in pastorum cœtu consistere: quos Dominus nusquàm recepit bonos perpetuo fore: malos autem interdum fore pronunciauit. Vbi autem de periculo admonet, ideo facit, ut nos cautiores reddat. *Ioan. 11.* *2. Thes. 2.*

Quid ergo? inquies. Nulla ne erit in definiendo conciliorum authoritas? Imo uero. Neq; enim hic omnia concilia damnanda, aut omnium acta rescindenda, & (quod dicitur) una litura inducenda disputo. At cogis tamen, inquies, omnia in ordinem: cuilibet in medio positum sit, recipere uel repudiare, quod statuerint

 conci-

concilia. Minime uero. Verum quoties concilij alicuius decretum profertur, expendi primum diligenter uelim: quo tempore habitum sit, qua de caussa habitū, & quo consilio: quales homines interfuierint: deinde illud ipsum de quo agitur ad scripturæ amussim examinari: idq; in eum modum, ut concilii definitio pondus suum haberet, esset q; instar præiudicii: neq; tamen examen, quod dixi, impediret. Sic fieret, ut conciliis sua esset, quæ esse debet, maiestas: interim tamen superiore loco emineret scriptura: ne quid esset, quod nō illius regulæ subiiceretur. Sic priscas illas synodos, ut Nicenam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, Chalcedonensem, ac similes, quæ confutandis erroribus habitę sunt, libenter amplectimur, reueremurque ut sacrosanctas: quantum attinet ad fidei dogmata. Nihil enim continet, quàm puram & natiuam scripturæ interpretationem, quam sancti patres spirituali prudentia ad frangendos religionis hostes, qui tunc emerserant, accommodarunt. In posterioribus quoque nonnullis videmus elucere uerum pietatis studium, notas adhæc ingenij, doctrinæ, prudentiæ non obscuras. Sed quemadmodum solent res in deterius ferè prolabi: ex recentioribus conciliis uidere est, quantum subinde Ecclesia à puritate illius aurei sæculi degenerauerit. Nec dubito, quin istis quoq; corruptioribus sęculis habuerint concilia suos melioris notæ Episcopos. Sed in his accidit, quod in Romanis senatus consultis non recte fieri, olim conquerebantur ipsi senatores. Dum enim numerantur, non appenduntur sententiæ, meliorem partem à maiore vinci, sæpius necesse fuit. Certe multas impias sententias protulerunt. Neque hic opus est species colligere: vel quod nimis longum foret: uel quòd hoc alij fecerunt diligentius, quàm ut multum addere liceat.

Porro quid concilia cum conciliis pugnantia recenseam? Nec est quòd mihi quispiam obmurmuret, ex his quæ pugnant, alterutrum non esse legitimum. Vnde enim id æstimabimus? Nempe ex eo, nisi fallor, quòd ex scripturis iudicabimus, non esse orthodoxa illius decreta. Hæc enim una est certa lex discretionis. Iam nongenti circiter anni sunt, cum synodus Constantinopolitana sub Leone imperatore congregata subuertendas, confringendas imagines in templis collocatas censuit. Paulo post Nicenum, quod in eius inuidiam Hirene collegit, restituendas decreuit. Vtrum ex duobus agnoscemus pro legitimo? Vulgo obtinuit hoc posterius, quod in templis locum imaginibus dedit. At Augustinus id fieri posse negat, sine præsentissimo idololatriæ periculo. Epiphanius ætate superior asperius multo loquitur. Nefas enim & abominationem esse tradit, aspici in templo Christianorum imagines. Qui sic loqunntur, an approbarent concilium illud si hodie essent superstites? Quòd si uera narrant Historici, non imagines tantum ipsæ, sed earum cultus illic receptus fuit. Tale uero placitum palàm est à Sathana manasse. Quidquid sit, non aliter discernere inter contrarias & dissentientes synodos, quæ multæ fuerunt, poterimus, nisi omnes illa, quam dixi, omnium hominum & Angelorum statera: id est, verbo Domini, examinemus. Sic Chalcedonensem amplectimur, repudiata Ephesina secunda, quòd in hac Eutychiana impietas confirmata fuit: quam illa altera damnauit. Eius rei iudicium non nisi ex scripturis fecerunt sancti viri, quos sic in iudicando, ut Dei verbum, quod illis præluxit, nobis nunc quoq; præluceat. Eant nunc Romanenses: & affixum alligatumq; suis conciliis Spiritum sanctum, pro more iactent.

Quanquam in illis quoq; antiquis & purioribus est, quod iure desideres. Vel quòd eruditi alioqui & prudentes uiri, qui tum aderant, prę sentibus negocijs districti, multa alia non prospiciebant: uel quod grauioribus & magis serijs occupatos, nonnulla leuioris momenti subterfugiebant: uel quòd simpliciter, ut homines, imperitia falli poterant: uel quòd nimio affectu nonnumquàm præcipites ferebantur. Huius postremi (quod omnium durissimum uidetur) exemplum illustre extitit in Nicena synodo: cuius dignitas omnium consensu summa uenerationeut merebatur, excepta est. Nam cum primarium fidei nostræ caput illic pertractaretur: adesset hostis Arrius in procinctu, quo cum manus conserendæ esse-

sent:

sent: summum uero momentum in eorum concordia esset, qui ad oppugnandũ Arrij errorem parati uenerant: ipsi nihilominus, tantorum discriminum securi, imo uelut grauitatis, modestiæ, & omnis humanitatis obliti, omisso quòd in manibus erat certamine, quasi ex destinato, Arrio graficaturi eò concessissent, interfinis dissidijs sese proscindere cœperunt: stylum, qui in Arrium stringendus erat in seipsos dirigere. Fœdæ criminationes audiebantur, libelli accusatorij uolitabant: nec contentionum finis ullus factus esset, donec mutuis uulneribus se confodissent, nisi imperator Constantinus occurrisset, qui inquisitionem in eorum uitam, rem esse supra suam cognitionem professus, talem intemperiem laude magis quàm obiurgatione castigauit. Quàm multis partibus & alia, quæ deinde secuta sunt concilia, lapsa fuisse uerisimile est? Nec longa demonstratione opus hæc res habet. Si quis enim acta perlegat: multas illic infirmitates animaduertet: ne quid dicam grauius. Et Leo Romanus Pontifex non dubitat synodo Chalcedonensi, quam in dogmatibus orthodoxam fatetur, ambitionem & inconsultam temeritatem obijcere. Legitimam quidem esse non negat: sed errare potuisse palàm asserit. Ineptus forte alicui uidear, qui de commonstrandis huiusmodi erroribus laborem: cum fateantur aduersarij errare concilia posse in ijs, quę ad salutem non sunt necessaria. Sed neq; superuacuus est hic labor. Tametsi enim coacti, uerbo quidem id fatentur: cum tamen omnem conciliorum determinationem, in re qualibet, nullo discrimine, pro Spiritus sancti oraculo nobis obtrudant: plus exigunt, q̃ initio sumpserant. Quid sic agendo contendunt? nisi errare nõ posse cõcilia: aut si errant, nefas esse tamẽ uerum cernere, aut non assentari erroribus. Neque aliud intendo, quàm inde posse colligi, Spiritum sanctum sic pias alioqui & sanctas synodos gubernasse, ut interim aliquid eis humanitus accidere sineret, ne nimium hominibus confideremus. Hæc multo melior est sententia, quàm illa Gregorij. Nullius unquàm concilij se uidisse bonum finem. Nam qui asserit omnia sine exceptione male desiisse, non multum authoritatis illis relinquit. De prouincialibus cõciliis mentionẽ seorsum facere, nihil iam necesse est: quando ex generalibus q̃sti mare promptum est, quantum authoritatis habere debeant.

At nostri Romanenses, ubi in caussæ suæ defensione omnia rationis præsidia labascere sibi uident, ad extremum illud miserumq; suffugium cõcedunt: Etiam si mente & consilio stupidi ipsi sint, animo uero & uoluntate nequissimi: manere tamen uerbum Domini, quod præpositis obedire iubet. Ita ne uero? Quid si prępositos esse negem, qui tales sunt? Non enim plus sibi arrogare debent, quàm habuerit Iosue, qui & Propheta Domini fuit, & eximius pastor. Audiamus autem, quibus uerbis inauguretur in suum munus à Domino. Non recedat, inquit, uolumen legis ab ore tuo: Sed meditaberis in eo diebus ac noctibus. Neq; ad dextram neq; ad sinistram declinabis. tunc diriges uiam tuam, & intelliges eam. Illi igitur spirituales nobis erunt præfecti, qui à lege Domini neq; huc neq; illuc deflectent: Quòd si nulla hæsitatione accipienda est quorumuis pastorum doctrina: quorsum attinebat, toties tamq; solicite Domini uoce nos admoneri, ne pseudoprophetarum sermoni auscultaremus? Nolite, inquit Dominus, audire uerba prophetarum, qui prophetant uobis. Vanitatem enim uos docent, & non ex ore Domini. Item. Cauete uobis à falsis Prophetis, qui ueniunt ad uos in uestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Fruſtra & Ioannes nos hortaret, ut probemus Spiritus, nunquid ex Deo sint. Cui iudicio ne angeli quidem eximuntur: nedum Sathan cum suis mendaciis. Quid autem istud? Si cæcus cæcum ducat: ambo in foueam cadent: an non satis declarat, multum interesse, quales pastores audiantur, nec temere omnes audiendos? Quare non est, quòd suis nos titulis absterreant, quò in participationem trahant suæ cæcitatis: cum uideamus contrà, singularem Domino curam fuisse absterrendi, ne alieno errore duci nos pateremur: sub qua cunq; nominis larua lateat. Nam si uerum est uerbum Domini: cęci quicq; duces, siue antistites, siue præsules, siue Pontifices dicantur, nihil possunt, quàm suos cõsortes in idem rapere præcipitium. Quare nulla conciliorum, pastorum, Episco-

Iosue.1.

Ierem.43.
Matth.7.
1. Ioan.4.
Gene.1.
Matth.13.

porum nomina (quæ tam falso obtendi, quàm uere usurpari possunt) nos impediant, quo minus & uerborum, & rerum documentis moniti, omnes omnium Spiritus ad Diuini uerbi regulam exigamus: quò probemus num ex Deo sint.

Quoniam probauimus, non esse datam Ecclesiæ potestatem, erigendæ nouæ doctrinæ: dicamus nunc de potestate, quam illi tribuunt in scripturæ interpretatione. Nos certe libenter concedimus, si quo de dogmate incidat disceptatio, nullum esse, nec melius, nec certius remedium, quàm si verorum Episcoporum synodus conueniat, ubi controuersum dogma excutiatur. Multo enim plus ponderis habebit eiusmodi definitio, in quam communiter Ecclesiarum pastores, inuocato Christi Spiritu, consenserint, quam si quisque seorsum domi conceptam populo traderet, uel pauci homines priuati eam conficerent. Deinde ubi collecti in unum sunt Episcopi, commodius in commune deliberant, quid sibi, & qua forma, docendum sit, ne diuersitas offendiculum pariat. Tertio, hanc rationem præscribit Paulus in diiudicandis doctrinis. Nam cum singulis Ecclesijs attribuat diiudicationem: ostendit, quis in grauioribus causis sit ordo agendi. Nempe ut Ecclesiæ inter se communem cognitionem suscipiant. Atque ita nos ipse pietatis sensus instituit, ut si quis turbet Ecclesiam dogmate inusitato: atque eo res perueniat, ut sit periculum à grauiore dissidio: conueniant primum Ecclesiæ, quæstionē propositam examinent: demum, iusta discussione habita, definitionem ex scriptura sumptam proferant: quæ & dubitationem in plebe tollat: & os obstruat improbis & cupidis hominibus, ne pergere amplius audeant. Sic, exorto Arrio, coacta est Nicena synodus, quæ sua authoritate & sceleratos impij hominis conatus fregit: & pacem restituit Ecclesijs quas uexauerat: & æternam Christi diuinitatem contra sacrilegum eius dogma asseruit.

1. Corin. 14

Cum deinde nouas turbas mouerent Eunomius & Macedonius: simili remedio eorum insaniæ occursum est per Constantinopolitanam synodum. Ephesino concilio profligata est Nestorij impietas. Hæc denique ab initio fuit ordinaria in Ecclesia ratio conseruandæ unitatis, quoties Sathan aliquid machinari cœperat. Sed meminerimus, non omnibus sæculis, uel locis, haberi Athanasios, Basilios, Cyrillos, & similes ueræ doctrinæ uendices, quos tunc Dominus excitauit. Imo cogitemus quid Ephesi in secunda synodo acciderit: ubi Eutychiana hæresis obtinuit: sanctæ memoriæ vir Flauianus in exilium eiectus cum aliquot pijs viris: multa eiusmodi flagitia designata. Nempe quia illic Dioscorus, homo factiosus, & pessimi animi, non autem Spiritus Domini, præsidebat. At non erat illic Ecclesia. Fateor. Sic enim omnino statuo. Non ideo interire in Ecclesia ueritatem, etiam si ab uno concilio opprimatur: sed mirabiliter à Domino seruari, ut iterum suo tempore emergat & superet. Hoc autem perpetuum esse nego, ut uera sit & certa scripturæ interpretatio, quæ concilij suffragijs fuerit recepta. Verum alio spectant Romanenses, cum potestatem interpretandi scripturam penes concilia esse tradunt, & eam sine prouocatione. Hoc enim colore abutuntur, ut scripturæ interpretationem uocent, quidquid in concilijs statutum sit. De purgatorio, de sanctorum intercessione, de confessione auriculari, & similibus, non reperietur una syllaba in scripturis. Verum quia Ecclesiæ authoritate sancita sunt hæc omnia: hoc est, ut uerius loquamur, opinione & usu recepta: pro scripturæ interpretatione habendum erit. Neque id modo: Sed si quid reclamante scriptura statuerit concilium, interpretationis habebit nomen. Iubet Christus omnes de calice quem in cœna porrigit, bibere. Constantiense concilium uetuit, ne plebi daretur, sed solum Sacerdotem bibere uoluit.

Quod sic ex diametro pugnat cum institutione Christi, pro eius interpretatione haberi uolunt. Paulus coniugij prohibitionem uocat hypocrisin dæmoniorum: Sanctum uero in omnibus coniugium & honorabile spiritus alibi pronunciat. Quòd postea Sacerdotibus interdixerunt coniugium, id ueram & natiuam scripturæ interpretationem haberi postulant: cum nihil magis alienum fingi queat. Si quis hiscere contra ausit, hæreticus iudicabitur: quando sine prouocatione

1. Tim. 4. Hebræ. 13.

est Eccle-

est]Ecclesiæ determinatio: & de eius interpretatione, quin uera sit, dubitari nefas est. Tantam impudentiam quid insecter? Demonstrasse enim, uicisse est. Quod de potestate approbandæ scripturæ docent, prudens omitto. subijcere enim in eum modum Dei oracula hominum censuræ, ut ideo rata sint, quia placuerint hominibus, blasphemia indigna est, quæ commemoretur. Et ego iam superius hoc ipsum attigi. Vnum tamen eos rogabo. si in Ecclesiæ approbatione fundata est scripturæ authoritas: cuius concilij citabunt de ea re decretum? Nullum, opinor, habent. Cur igitur Niceæ uinci se patiebatur Arrius testimonijs ex Ioannis Euangelio adductis? Erat enim, secundũ istos, liberũ repudiare: quando nulla uniuersalis cõcilij præcesserat approbatio. Allegant ueterẽ cathalogũ qui canon uocat: quẽ dicũt ex Ecclesiæ dijudicatione manasse. sed rogo iterũ, in quo cõcilio canon ille editus fuerit? Hic obmutescant oportet. Quanq̃ scire præterea cupio, qualẽ esse illũ canonẽ arbitrent? Video. n. inter ueteres id parũ cõstitisse. Et si ualere debet quod ait Hieronymus, libri Machabeorũ, Tobias, Ecclesiasticus, & similes in ordinem Apocryphorum reijcientur, quod isti nullo modo facere sustinent.

Restat altera pars quidẽ præcipua, Ecclesiasticę potestatis, quã in iurisdictione posità esse diximus. Tota autẽ Ecclesię iurisdictio pertinet ad morum disciplinã, de qua mox tractandum erit. Quemadmodũ enim nulla urbs, nullus ue pagus sine magistratu & politia stare potest: sic Ecclesia Dei sua quadã spirituali politia indiget: quę tamẽ à ciuili prorsus distincta est: eãq; adeo nihil impedit aut immi-
nuit, ut potius multũ iuuet ac promoueat. Ista igit̃ iurisdictionis potestas nihil aliud erit in summa, q̃ ordo cõparatus ad spiritualis politię conseruationẽ. In hũc finẽ fuerũt ab initio cõstituta in Ecclesijs iudicia, quę censurã de moribus agerẽt, animaduerterẽt in uitia, & exercendo clauiũ officio præessent. Hunc ordinẽ designat Paulus, in epistola ad Corinthios, cũ gubernationes nominat: Item ad Romanos cum dicit, Qui præest, in solicitudine præsit. Non enim alloquitur magistratus, qui nulli tunc erant Christiani: sed eos qui ad spirituale Ecclesiæ regimen erant adiuncti pastoribus. Ad Timotheum quoque duplices facit presbyteros: alios qui laborant in uerbo, alios qui uerbi prædicatione non funguntur: & tamen bene præsunt. Hoc posteriore genere non dubium quin eos intelligat, qui ad inspectionẽ meorũ, & totum clauium usum cõstituti erant. Nã potestas hęc, de qua loquimur, tota pendet à clauibus, quas Christus Ecclesiæ cõtulit, Matthęi decimo octauo capite. Vbi iubet, grauiter publico nomine admoneri eos, q priuatas monitiones cõtempserint: q; si in sua cõtumacia pergant, à societate fideliũ abdicandos docet. Porro monitiones istę & correctiones sine causæ cognitione fieri nequeunt. Proinde opus est, & iudicio, & ordine aliquo. Quamobrem nisi uelimus irritam facere clauium promissionem, & excommunicationẽ, solennes monitiones, & quidquid tale est de medio tollere: aliquam Ecclesiæ iurisdictionem demus necesse est. Nam quod nonnulli omnia illa temporaria fuisse imaginantur: cum magistratus à religionis nostræ professione alieni adhuc forent: in eo falluntur, quòd non animaduertunt quantum sit discrimen, & qualis dissimilitudo Ecclesiasticæ, & ciuilis potestatis. Neque enim ius gladij habet Ecclesia, quo puniat, uel coerceat: non imperium, ut cogat: non carcerem, non pœnas alias quę solent infligi à magistratu. Deinde nõ hoc agit, ut q peccauit, inuitus plectatur: sed ut uoluntaria castigatione pœnitentiam profiteatur. Est igitur longe diuersa ratio: quia nec quidquàm sibi sumit Ecclesia, quod sit proprium magistratus: neq; hoc efficere potest magistratus, quod ab Ecclesia peragitur. Exemplo fiet hoc facilius. Inebriatus est aliquis. in urbe bene constituta, pœna erit carcer. scortatus est. aut similis, aut potius maior. Ita erit satisfactũ, & legibus, & magistratui, & externo iudicio. at fieri poterit, ut nullã det pœnitentię significationem: quin potius ut obmurmeret, uel fremat, an illic cessabit Ecclesiæ? at recipi ad cœnam tales nequeunt: quin fiat, & Christo, & sacræ eius

1. Corin. 12
Roma. 12

institutioni iniuria. Et hoc postulat ratio, ut qui Ecclesiam offendit malo exemplo, solenni pœnitentiæ declaratione offendiculum quod excitauit, tollat. Ratio, quam adducunt illi, qui contra sentiunt, nimis est frigida. Mandabat, inquiunt, Christus has partes Ecclesiæ, cũ non esset magistratus, qui exequeret. sed accidit sæpenumero, ut sit negligẽtior magistratus: imo nonnunq; forte, ut sit ipsemet castigãdus: qd & Theodosio Cęsari cõtigit. Adhęc tantundẽ dici poterit de toto fere uerbi ministerio. Nũc desinãt reprehẽdere pastores manifesta flagitia: desinãt obiurgare, arguere, increpare. sunt em̃ Christiani magistratus, q legibus & gladio debẽt hęc corrigere. At quemadmodũ magistratus puniẽdo, & manu coercẽdo purgare debet Ecclesiã offendiculis: ita uerbi minister uicissim subleuare debet magistratũ, ne tã multi peccẽt. sic cõiunctę debẽt esse operę, ut altera sit adiumẽto alteri, nõ impedimẽto. Et sane, si qs propius expendat Christi uerba, facile perspiciet, statũ & perpetuũ Ecclesię ordinẽ, nõ temporariũ illic describi. Neq; enim cõsentaneũ est, ut qui monitionibus nostris obtẽperare noluerint, eos ad magistratũ deferamus. qd tamẽ necesse foret, si in uicẽ ecclesię ille succederet. Quid ista promissio? An unius anni dicẽda erit, uel paucorũ? Amen, amẽ, dico uobis: qdquid ligaueritis in terra. Præterea Christus nihil hic nouũ instituit: sed consuetudinẽ in ueteri gentis suę Ecclesia semper obseruatã secutus est. Quo significauit, nõ posse carere Ecclesiã spirituali iurisdictione: quę ab initio fuisset. Atq; id omniũ temporũ consensu fuit confirmatũ. Neq; enim ubi cœperũt Imperatores & magistratus Christo nomẽ dare, protinus abrogata est spiritualis iurisdictio: sed ita duntaxat ordinata, ne quid ciuili derogaret, aut cũ ea confunderet. Et merito. Non em̃ magistratus, si pius est, eximere se uolet cõmuni filiorũ Dei subiectione, cuius nõ postrema pars est, Ecclesię ex uerbo Dei iudicãti se subijcere. Tantũ abest, ut iudiciũ illud tollere debeat. Quid enim honorificentius, inquit Ambrosius, quàm ut Ecclesiæ filius dicatur Imperator? Imperator enim bonus intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam est. Quare illi, qui, ut magistratum ornent, Ecclesiam spoliant hac potestate, non modo falsa interpretatione corrumpunt Christi sententiam: sed sanctos omnes Episcopos, qui tam multi à tempore Apostolorum extiterunt, nõ leuiter damnant: quòd honorem officiumq; magistratus falso prætextu sibi usurpauerint.

Epist. 32. ad Valẽtianũ.

Sed hoc quoque ex aduerso operæprecium est uidere, quis fuerit olim uerus usus Ecclesiasticæ iurisdictionis, & quantus abusus obrepserit. ut sciamus, quid abrogandum sit, & quid ex antiquitate restituendum, si uolumus, euerso regno Antichristi, uerum Christi regnum iterum erigere. Primum hic scopus est, ut scandalis obuiam eatur: quod si quid scandali exortum sit, aboleatur. In usu duo sunt consideranda. Vt à iure gladij prorsus separetur hæc spiritualis potestas: deinde ne unius arbitrio, sed per legitimũ consessum administret. Vtrunq; in puriore Ecclesia obseruatum fuit. Neq; enim uel mulctis, uel carceribus, uel alijs ciuilibus pœnis potestatẽ suam exercuerunt sancti Episcopi: sed solo Domini uerbo, ut decebat, usi sunt. seueriſſima enim Ecclesiæ uindicta, & quasi ultimum fulmen, est excommunicatio: quæ non nisi in necessitate adhibetur. Illa porro nec uim nec manum desiderat: sed uerbi Dei potentia contenta est. Denicq; ueteris Ecclesiæ iurisdictio nihil aliud fuit, quàm practica, ut ita loquar, declaratio eius quod docet Paulus de spirituali pastorum potestate. Data est, inquit, nobis potestas, qua demoliamur munitiones, qua humiliemus omnem altitudinem, quæ se extollit aduersus cognitionem Dei, qua subigamus omnem cogitationem, & captiuã ducamus in obedientiam Christi: in promptu uero habemus uindictã aduersus omnem inobedientiam. Quemadmodum hoc fit prædicatione doctrinę Christi: ita ne doctrina sit ludibrio, secundum id ipsum, quod docetur, indicari debent, qui se profitentẽ fidei domesticos. Id porro fieri nequit, nisi unà cum ministerio coniunctum sit ius uocandi eos, qui priuatim monendi sunt, uel acrius corrigendi: ius etiam arcendi eos à cœnæ cõmunione, qui recipi si ne tãti mysterij profanatione nequeũt. Eiusmodi uero potestas, ut proposuimus,

2. Corin. 10

non pe-

non penes unum erat, ut pro sua libidine quiduis ageret: sed penes consessum seniorum, qui erat in Ecclesia, quod in urbe est senatus. Cyprianus cum memi- nit, per quos suo tempore exerceretur, adiungere solet totum clerum Episcopo, sed alibi quoq; demonstrat, sic præfuisse clerum ipsum, ut plebs interim à cogni- tione non excluderetur. sic enim scribit. Ab initio Episcopatus mei, statui, sine cleri consilio, & plebis consensu, nihil agere. Verum hæc erat cõmunis & usitata ratio, ut per senatum presbyterorum Ecclesię iurisdictio exerceretur: quorũ duo, ut dixi, erant genera. Alij enim ad docendum erant ordinati: alij morũ censores duntaxat erant. Paulatim degenerauit hoc institutum à suo primordio: ut iã Ambrosij sęculo soli clerici in iudicijs Ecclesiasticis essent cognitores. Quod ipse cõqueritur his uerbis. Synagoga uetus, inquit, & postea Ecclesia seniores habuit, quorũ sine cõsilio nihil agebat. Quod qua negligentia obsoleuerit nescio. nisi forte doctorũ desidia, uel magis superbia: dum soli uolunt aliquid uideri. Videmus quantopere sanctus uir indignetur, aliquid de meliore statu concidisse: cum tamẽ adhuc illis staret ordo saltem tolerabilis. Quid igit̃ si has deformes ruinas intueretur, quæ nullum prope uestigium referunt uetustæ compositionis: qua deplora tione uteretur? Principio contra ius & fas, quod Ecclesiæ datum erat, sibi uni uendicauit Episcopus. Perinde enim est, ac si, senatu expulso, consul imperium solus occuparet. Atqui ut est reliquis honore superior: ita in ipso collegio plus est authoritatis, quàm in uno homine. fuit igitur facinus nimis improbũ, quod unus homo, translata ad se communi potestate, & tyrannicæ libidini patefecit aditum, & Ecclesiæ quod suum erat eripuit, & consessum à Chsisti Spiritu ordinatum suppressit & abdicauit. Verum, ut aliud malum semper ex alio nascitur, Episcopi uelut rem sua cura indignam fastidientes, ad alios ablegarunt. Inde creati officiales, qui locum illum sustinerent: nondum dico quale genus hominum: hoc tantum dico, nihil differre à profanis iudicibus. Et tamen spiritualem iurisdictionem adhuc uocant, ubi non nisi de rebus terrenis litigatur. Vt nihil sit aliud mali, forum litigiosum qua fronte uocare audent iudicium Ecclesiæ? At illic sunt monitiones, est excommunicatio. scilicet ita cum Deo luditur. Debet pauperculus aliquis pecuniam. Citatur. si comparet, damnatur. Damnatus nisi satisfaciat monetur: à monitione secunda gradus fit ad excommunicationem. si non comparet, monetur ut se sistat iudicio. si moram facit, monetur, & mox excommunicatur. Quæso, quid omnino simile, uel cum instituto Christi, uel cum more prisco, uel cum ratione Ecclesiastica? At fit etiam illic de uitijs censura? Nempe scortationes, lasciuias, ebrietates & eius generis flagitia non tantum tolerant: sed tacita quodammodo approbatione fouent ac cõfirmant, neq; id in plebe modo: sed in ipsis quoque clericis. Ex multis paucos ad se uocant: uel ne uideantur nimis socordes in conniuendo, uel ut pecuniam emulgeant. Taceo prædas, rapinas, peculatus, sacrilegia, quæ inde colliguntur. Taceo quales, ut plurimum, deligantur ad hoc munus. Hoc satis superque est, quòd cum iurisdictionem suam spiritualem iactant Romanenses ostendere promptum est, institutæ à Christo rationi nihil esse magis contrarium: cum prisca uero consuetudine nihilo plus habere similitudinis, q̃ tenebras cum luce.

Tametsi nõ omnia diximus, quę huc adferri poterãt: & ea quoq; ipsa, quæ diximus, paucis perstricta sunt: sic tamen debellatũ esse confido, ut nihil iam sit, cur quisq̃ ambigat spiritualem potestatem, qua Papa cum toto suo regno superbit, impiam esse contra Dei uerbũ, ac iniustam in Dei populum tyrannidem. Ac spiritualis quidem potestatis nomine tum audaciam complector in fabricandis nouis doctrinis, quibus miseram plebem à germana uerbi Dei puritate auerterunt: tum Pseudoecclesiasticã iurisdictionẽ, quã per suffraganeos & officiales exercẽt. Nã si Christo regnũ inter nos permittimus: fieri nõ potest, quin totũ istud dominationis genus extẽplo prosternat̃ ac corruat. Ius autem gladij, quod sibi quoq; tribuunt, quia in cõscientias nõ exercetur, tractare præsentis negocij nõ est. Quamtamen etiã in parte animaduertere operæpreciũ est, sui semper esse similes. nihil

Epi. 14. lib. 3. & eiusdẽ lib.

Epi. 15. & alibi.

Epi. 10. li. 3

In 5. caput 1. ad Timo.

scilicet

scilicet minus, quàm quod haberi uolunt, Ecclesiæ pastores. Nec peculiaria hominum uitia: sed commune totius ordinis scelus, adeoq; ipsam ordinis pestem arguo. quando mutilus ille fore creditur, nisi opulentia & superbis titulis spectabilis fuerit, si hac de re Christi authoritatem quærimus, non dubium, quin uerbi sui ministros à ciuili dominatione ac terreno imperio arcere uoluerit, cum diceret: Reges gentium dominantur illis. Vos autem non sic. significat enim non modo pastoris officium distinctum esse ab officio principis: sed res esse magis separatas, quàm ut in unum hominem coire queant. Nam quod Moses utrunque simul sustinuit, primum raro id miraculo factum est: deinde fuit temporarium, donec res melius componerentur. Vbi autem certa forma à Domino præscribitur, ciuilis gubernatio ei relinquit: sacerdotium iubetur fratri resignare. Et merito. Est enim supra naturam, ut unus homo utriq; oneri sufficiat. Idq; fuit sæculis omnibus diligenter in Ecclesia obseruatum. Nec quisquàm extitit Episcoporum, quam diu durauit uera aliqua Ecclesiæ facies, qui de usurpando iure gladij cogitaret. Vt istud esset uulgare prouerbium Ambrosij ætate, Imperatores magis sacerdotium optasse, quàm imperium Sacerdotes. Erat enim in omnium mentibus infixum quod postea dicit: ad Imperatorem pertinere palatia: ad Sacerdotem Ecclesias. Posteaquàm uero excogitata fuit ratio, qua Episcopi titulum, honorem, opes sui muneris tenerent, sine onere ac solicitudine: ne otiosi prorsus relinquerentur, ius illis gladij datum est: uel potius ipsi sibi usurparunt. Hanc impudentiam, quo tandem prætextu defendent? An iudiciorum cognitionibus, ciuitatumq; & prouinciarum administrationibus sese inuoluere, & occupationes à se tam alienas latissime amplecti, id Episcoporum erat? quibus tantum in suo munere operæ ac negocij est, ut si illic toti assiduique sint, nec ullis auocamentis distrahantur, uix tamen sufficere queant. At uero, qua sunt peruicacia, iactare non dubitant, sic pro dignitate florere gloriam regni Christi: nec se interim nimium abstrahi à uocationis suæ partibus. Quantum ad prius illud attinet: hoc decorum est sacri muneris ornamentum, eò fastigij euectos esse, ut summis quibusque monarchis sint formidabiles: est cur cum Christo expostulent, à quo grauiter eo modo læsus est eorum honor. Quid enim contumeliosius, eorum quidem opinione dici poterat istis uerbis? Reges gentium & principes dominantur illis: uos autem non sic. Nec tamen duriorem legem seruis suis imponit, quàm ipse primus sibi tulit ac recepit. Quis me, inquit, iudicem constituit, aut diuisorem inter uos? Videmus iudicandi munus simpliciter à se reijcere: quod non faceret si res esset suo muneri consentanea. In ordinem, cui se Dominus subiecit, non patientur serui se cogi? Alterum uellem tam experimento probarent, quàm dictitare facile est. Atqui cum Apostolis uisum non fuerit, derelicto Dei sermone, ministrare mensis, ex eo, quia doceri nolunt, conuincuntur, non eiusdem esse, & bonum Episcopum præstare, & bonum principem. Nam si illi (qui pro donorum, quibus prediti erant, amplitudine, pluribus longe & grauioribus curis sufficere poterant, q̃ ulli post eos nati homines) confessi sunt tamen, se uerbi & mensarũ ministerio incumbere simul non posse, quin oneri succũberent: quomodo isti, pre Apostolis nihili homunciones, possent eorũ industriã cẽtuplo superare? Id quidẽ tẽtare, impudẽtissimę nimiũq; audacis cõfidentię fuit. Sed tamen factũ uidemus, quo successu, palã est. Neq; em euenire aliter poterat, q̃ ut deserta sua functione, in aliena castra cõmigrarent. Nec dubiũ, quin ex tenuibus initijs paulatim tantos progressus fecerint. Neq; em primo passu hucusq; poterãt cõscendere, sed nũc uafricie & obliquis artibus sese clanculũ extulerũt, ita ut nemo futurũ prospiceret, donec factũ esset. nũc, per occasionẽ, terrore & minis extorserũt à principibus aliq̃d potentię suę auctariũ: nunc cũ uiderẽt principes ad largiendũ nõ difficiles, stulta & incõsiderata eorũ facilitate sunt abusi. Olim pij, si qd cõtrouersię inciderat, ut litigandi necessitatẽ effugerent, Episcopo mandabãt arbitriũ: q; de eius integritate nõ dubitabãt. Talibus arbitrijs sępe implicabant ueteres Episcopi. q̃d ipsis quidẽ summopere displicebat (quemad-

Refert hoc Homil. de Basilic. tradẽ.

Matth. 20. Luc. 22

Acto. 6

(quemadmodū alicubi testat Augustinus) sed ne partes ad cōtentiosum iudicium prosilirēt hāc molestiā inuiti obibant. Isti ex uoluntarijs arbitrijs, quæ prorsus à foresi strepitu abhorrebant, fecerūt ordinariā iurisdictionē. Cum urbes ac regiones aliquanto post tēpore uarijs difficultatibus premerentur, ad Episcopos patrocinium se contulerunt: ut ipsorum fide protegerentur. Isti miro artificio ex patronis Dominos se fecerunt. Quin uiolentis factionibus bonam partem occuparint, negari non potest. Qui uero Episcopis iurisdictionem sponte contulerunt principes, uarijs ad id studijs impulsi sunt. Verum ut aliquam pietatis speciem habuerit ipsorum indulgentia: non optime tamen hac præpostera sua largitate consuluerunt Ecclesiæ commodis: cuius antiquam uetamq; disciplinam sic corruperunt: imo (ut uere dicam) penitus aboleuerunt. Qui uero tali principum bonitate abusi sunt in suum commodum Episcopi, hoc uno specimine edito, satis superq; testati sunt, se minime esse Episcopos. Nam si quam scintillam habuissent Apostolici spiritus: respondissent procul dubio ex ore Pauli: arma militiæ nostræ non carnalia, sed spiritualia sunt. Verum cæca cupiditate rapti, & se, & posteros, & Ecclesiam perdiderunt.

Tandem Romanus pontifex, mediocribus satrapijs non contentus, regnis primum, deinde imperio quoq; manum iniecit. Atque ut possessionem, mero latrocinio occupatā, qualicunq; colore retineat, nunc iure diuino se habere gloriatur: nunc Constantini donationem: nunc alium titulum prætendit. Primum cum Bernardo respondeo. Esto, ut alia quacunque ratione hoc sibi uendicet: non tamen Apostolico iure. Neq; enim Petrus, quod non habuit, dare potuit, sed dedit successoribus quod habebat: solicitudinem Ecclesiarum. Cum uero dicat Dominus ac magister, se non esse constitutum inter duos iudicem, non debet seruo ac discipulo indignum uideri, si non iudicet uniuersos. Loquitur autem Bernardus de iudicijs ciuilibus: subiungit enim. Ergo in crimínibus, non in possessionibus, potestas uestra: quoniam propter illa, non propter has, accepistis claues regni cœlorum. Quænam tibi uidetur maior dignitas: dimittedi peccata, an prædia diuidendi. Nulla comparatio. Habent hæc infima & terrena iudices suos, reges & principes terræ. Quid fines alienos inuaditis? &cæ. Item, Factus es superior. (Eugenium Papam alloquitur.) ad quid? Non enim ad dominandum, opinor. Nos igitur ut multum sentiamus de nobis: meminerimus impositum ministerium, non dominium datū. Discesarculo tibi opus esse, nō sceptro, ut opus facias Prophetę. Item, Planū est: Apostolis interdicitur dominatus. Iergo tu, & tibi usurpare aude, aut dominans Apostolatū, aut Apostolicās dominatū. Et cōtinuò post: forma Apostolica hęc est: dominatio interdicit: indicitur ministratio. Hęc cū ab homine sic dicta sint, ut ipsam ueritatē loqui omnibus palā sit: imo cū sine ullis uerbis res ipsa pateat: nihil tamen puduit Romanū pontificē in cōcilio Arelatensi decernere, supremū ius utriusq; gladij sibi cō petere iure diuino. Quantū ad Cōstantini donationem pertinet: qui mediocriter in illorum temporum historijs uersati sunt, non opus habent doceri, quàm sit hoc non modo fabulosum: sed etiam ridiculum. Sed ut omittamus historias, unus Gregorius huius rei, & idoneus, & locupletissimus est testis. Nam quoties de Imperatore loquitur, serenissimum Dominium uocat: & se indignum eius seruum. Item alibi. Sacerdotibus autem non ex terrena potestate Dominus noster citius indignetur: sed excellenti consideratione, propter eum, cuius serui sunt, eis ita dominetur, ut etiā debitam reuerentiā impendat. Videmus ut in subiectione communi uelit haberi tanquàm unus è populo. Non enim alterius cuiuspiam, sed suam illic causam agit. Alibi. In omnipotenti Deo cōfido, quòd longam pijs Dominis uitam tribuet: & nos sub manu uestra secundum suam misericordiam disponet. Neq; hæc ideo dico, quòd mihi propositum sit, hanc de Constantini donatione quæstionem penitus excutere: sed tantum ut obiter uideant lectores, quàm pueriliter mentiantur Romanenses, cum terrenum imperium suo pontifici asserere conantur. Cæterum, si quis tempus requirat, ex quo commen-

Lib. de consider. 2

Lib. de consider. 2

Epi. 5. lib. 1
Epi. 20. li. 8
Epi. 61. l. 2
Epi. 31. li. 4

Li. 4. epist. 44.

commentitium hoc imperium cœpit emergere: nondum elapsi sunt anni quingenti, cum in subiectione principum adhuc manebāt pontifices: nec pontifex sine Imperatoris authoritate creabatur. Huius ordinis nouandi occasionem præbuit Gregorio septimo Imperator Henrichus, eius nominis quartus, homo leuis & temerarius, nullius consilij, magnæ audaciæ, & uitæ dissolutæ. Nam cum Episcopatus totius Germaniæ haberet in aula sua, partim uenales, partim prædæ expositos: Hildebrandus qui lacessitus ab eo fuerat, plausibilem prætextum arripuit, quò se uindicaret. Quia autem uidebatur bonam & piam causam agere, multorum fauore adiuuabatur. Et erat alioqui Henrichus, propter insolentiorem administrandi rationem plerisque principum exosus. Tandem Hildebrandus, qui se Gregorium septimum uocabat, ut erat homo impurus & nequam, animi sui malitiam prodidit. Quæ causa fuit, ut à multis, qui cum eo conspirauerant, destitueretur. Hoc tamen profecit, ut impunè liceret successoribus, non modo iugum excutere: sed Imperatores quoq; obnoxios sibi facere. Huc accessit, quòd multi deinde fuerunt Imperatores Henricho similiores, quàm Iulio Cæsari: quos subigere non fuit difficile, cum domi rerum omnium securi desiderent, ubi maxime opus erat, pontificum cupiditatem uirtute & legitimis modis reprimere. Videmus quo colore prætexta sit egregia illa donatio Constantini, qua imperium occidentale Papa sibi traditum fingit. Interea temporis non cessarunt pontifices nunc fraude, nunc perfidia, nunc armis, in alienas ditiones inuadere: urbem quoque ipsam, quæ tunc libera erat, ante annos centum circiter & triginta in potestatem suam redegerunt: donec in eam potentiam uenerunt, quam hodie obtinent: & pro qua uel retinenda uel augenda Christianum orbem ita ducentis annis turbarunt, ut propemodum perdiderint. Olim cum sub Gregorio bonorum Ecclesiasticorum custodes manum iniicerent prædijs, quæ censebant Ecclesiæ esse, ac fiscali more titulos imprimerent in signum uendicationis: Gregorius coacto Episcoporum concilio, grauiter in morem illum profanum inuectus, rogauit, an non pro anathemate haberent clericum, qui sua sponte, in scriptione tituli, possessionem aliquam occupare tentaret: similiter Episcopum, qui id uel fieri præciperet, uel suo iniussu factum non plecteret: Omnes pronunciarunt, anathema. si tituli inscriptione fundum uendicare, facinus est anathemate dignum in clerico: ubi totos ducētos annos nihil aliud meditantur pontifices, quàm prælia, sanguinis effusionem, exercituum interitus, urbium direptiones, aliarum excidia, gentium clades, uastationes regnorum: tantummodo ut alienis dominijs manum iniiciant: quæ talibus exemplis puniendis sufficere possunt anathemata? Certe nihil eos minus quærere quàm Christi gloriam, minime obscurum est. Nam si in uniuersum quidquid habent seculares potestatis sponte resignent: nullum gloriæ Dei, nullum sanæ doctrinæ, nullum Ecclesiasticæ salutis periculum uertitur. sed una dominandi cupiditate cæci ac præcipites feruntur: quia nihil saluum esse putant, nisi cum austeritate (ut Propheta ait) & cum potentia imperent.

Habetur li. 4. regist. c. 88.

Ezech. 34

Iurisdictioni annexa est immunitas, quam sibi sumunt clerici Romanenses. Rem enim indignam esse putant, si in caulis personalibus coram ciuili iudice respondeant: atq; in eo positam esse arbitrātur Ecclesiæ, tum libertatem, tum dignitatem, si communibus iudicijs ac legibus eximantur. Atqui ueteres Episcopi, qui alias in asserendo Ecclesiæ iure rigidissimi erant, nihil lædi se ac suum ordinē iudicarunt, si subijcerentur. Pij quoq; Imperatores, nullo reclamante, ad sua tribunalia, quoties opus erat, clericos semper uocarunt. sic enim loquitur Constantinus in epistola ad Nicomedenses, si quis Episcoporum inconsulte tumultuatus sit, ministri Dei, hoc est, mea executione illius audacia coercebitur. Et Valentinianus. Boni Episcopi potentiæ imperatoris non obloquuntur. sed syncere, & Dei magni Regis mandata custodiunt: & nostris legibus parent. Hoc sine ulla controuersia tunc erat omnibus persuasum, Ecclesiasticæ quidem causæ ad Episcopale iudicium referebantur. Quemadmodum si quis clericus nihil in leges deliquisset,

Refertur lib. 1. Theodorit. c. 20. Li. 4. Theodorit. ca. 8.

quiſſet, ſed canonibus tantũ reus agebatur, non citabatur ad cõmune tribunal: Sed Epiſcopũ habebat in ea cauſſa iudicẽ. Similiter ſi fidei quæſtio agitabatur: aut quæ ad Eccleſiam proprie pertineret, cognitio deferebatur Eccleſię. Sic intelligendum eſt quod ſcribit Ambroſius ad Valentinianum. Auguſtæ memoriæ pater tuus non modo ſermone reſpondit, ſed legibus quoq; ſanxit, in cauſſa fidei eum iudicare debere, qui nec munere ſit impar, nec iure diſſimilis. Item. Si ſcripturas aut uetera exempla intuemur: quis eſt qui abnuat, in cauſſa fidei, in cauſſa, inquàm, fidei Epiſcopos ſolere de imperatoribus Chriſtianis: non imperatores de Epiſcopis iudicare. Itẽ. Veniſſem imperator ad conſiſtorium tuũ. Si me uel Epiſcopi, uel populus ire paſſus foret: dicentes, cauſſam fidei, in Eccleſia, corã populo, debere tractari. Contendit quidem ſpiritualem cauſſam, hoc eſt, religionis ad ciuilæ forum non eſſe trahendam: ubi profanæ controuerſiæ agitantur. Merito in hac re eius conſtantiam laudant omnes. Et tamen in bona cauſſa eò uſque progreditur, ut ſi ad uim & manũ uentum fuerit, ceſſurum ſe dicat. Volens, inquit, locum mihi commiſſum non deſeram: coactus repugnare nõ noui. Arma enim noſtra preces ſunt & lachrymæ. Obſeruemus ſingularem ſancti hominis moderationem ac prudentiam, cum animi magnitudine, fiduciaq; coniunctam. Iuſtina imperatoris mater, quia in partes Arrianorum pertrahere eum non poterat, expellere ab Eccleſiæ gubernatione moliebatur. Atq; id futurum erat, ſi in palatium ad cauſſam dicendam uocatus ueniſſet. Negat igitur imperatorem idoneum eſſe cognitorem tantæ controuerſiæ. Id quod & illius temporis neceſsitas poſtulabat, & ipſa etiam perpetua rei natura. Moriendum enim ſibi potius iudicabat, q̃ ut tale exemplum ad poſteros ſe conſentiente tranſmitteretur. Et tamen ſi uis afferat, de reſiſtendo nõ cogitat. Negat enim id Epiſcopale eſſe, fidem, & Eccleſiæ ius armis tueri. Cæterum in alijs cauſis quiduis ſe facere paratũ oſtendit, quod iuſſerit imperator. Si tributum petit, nõ negamus, inquit. Agri Eccleſiæ tributũ ſoluunt. Si agros petit: poteſtatem habet uendicandi, nemo noſtrũ interuenit. In eum modum loquitur & Gregorius. ſereniſsimi, inquit, Domini animum nõ ignoro: q̃ ſe in cauſis Sacerdotalibus miſcere nõ ſoleat: ne noſtris in aliquo peccatis grauetur. Nõ generaliter à Sacerdotibus iudicandis excludit imperatorem. Sed certas cauſas eſſe dicit, quas Eccleſiaſtico iudicio relinquere debeat. Atq; adeo hac ipſa exceptione nihil aliud quæſierunt ſancti uiri, q̃ ne Principes minus religioſi, tyrannica uiolentia, & libidine, Eccleſiam in ſuo munere peragendo impedirent. Neq; enim improbabant, ſi quando ſuam authoritatẽ interponerent Principes in rebus Eccleſiaſticis: modo conſeruando Eccleſiæq; ordini, nõ turbando: diſciplinæq; ſtabiliendæ, nõ diſſoluendæ hoc fieret. Nam cum Eccleſia cogendi nõ habeat poteſtatẽ, neq; expetere debeat: (de ciuili coercitione loquor) piorum partes ſunt, legibus, ædictis, iudicijs, religionẽ ſuſtinere. Hac ratione, cum Mauricius imperator Epiſcopis quibuſdã mandaſſet, ut uicinos collegas à Barbaris expulſos ſuſciperent eam iuſsionẽ confirmat Gregorius, hortaturq; ipſos, ut pareant. Ipſe uero ab eodẽ admonitus, ut cum Ioanne Epiſcopo Conſtantinopolitano rediret in gratiam, rationẽ quidem reddit, cur non debeat culpari: non tamen fori ſęcularis immunitatem iactat: quin potius ſe obſequentem fore promittit, quò ad licebit per conſcientiam: & ſimul hoc dicit, feciſſe Mauricium, quod religioſum Principem deceret: cum talia Sacerdotibus præceperat.

Epiſt. 32.

Homili. de baſilic. tradendis.

lib. 3 Epiſt. 20.

Li. 1. Epiſt. 43.

Li. 4. Epiſt 32. & 34. & Lib. 7. Epiſt. 39.

Diſciplina Eccleſię, cuius tractationẽ in hunc uſq; locum diſtulimus, paucis expedienda eſt: ut aliquando ad reliqua tranſeamus. Ea aũt maxima ex parte à poteſtate clauiũ & ſpirituali iuriſdictione pendet. Quod ut facilius intelligatur, diuidamus Eccleſiam in duos ordines præcipuos: clerũ, ſcilicet, & plebẽ. Clericos appello uſitato nomine, q̃ publico miniſterio in Eccleſia funguntur. Loquemur primũ de cõmuni diſciplina, cui ſubeſſe oẽs debent. Deinde ueniemus ad clerũ, qui, præter illã communem, ſuam propriã habet. Sed quia nonnulli, in aliũ diſciplinę, ab ipſo quoq; nomine abhorrẽt: hi ſic habeant. Si nulla ſocietas, imo nulla domus, quę uel modicã familiã habeat, cõtineri in recto ſtatu ſine diſciplina poteſt:

V eam

eam esse multo magis necessariã in Ecclesia: cuius statum q̃ ordinatissimum esse decet. Proinde quemadmodũ saluifica Christi doctrina anima est Ecclesiæ, ita illic disciplina, p̃ neruis est: qua fit, ut membra corporis suo quodq; loco inter se cohæreant. Quamobrẽ quicunq; uel sublatã disciplinam cupiũt, uel eius impediũt restitutionẽ, siue hoc faciant data opa, siue per incogitantiã, Ecclesiæ certe extremã dissipationẽ quærunt. Quid enim futurũ est, si unicuiq; liceat q̃d libuerit? Atq; id fieret, nisi ad doctrinæ prædicationẽ accederent priuatę monitiões, correctiones, & alia eiusmodi adminicula, q̃ doctrinam sustinẽt, & ociosam esse nõ sinunt. Disciplina igit̃ ueluti frenũ est, q̃ retineantur, & domentur, q̃ aduersus Christi doctrinã ferociunt. Veluti stimulus, quo excitentur parũ uoluntarij: interdũ etiam uelut paterna ferula, qua clementer, & p̃ spiritus Christi mansuetudine, castigentur, q̃ grauius lapsi sunt. Cum ergo iã imminere cernamus initia quædã horrendæ in Ecclesia uastitatis, ex eo q̃ nulla est cura nec ratio cõtinendi populi: ipsa necessitas clamat, remedio opus esse. Porro hoc unicũ est remedium, q̃d & Christus præcepit, & semper usitatũ inter pios fuit. Primum disciplinæ fundamentũ est, ut priuatæ monitiones locũ habeant, hoc est, si quis officiũ sponte nõ faciat, aut insolenter se gerat, aut minus honeste uiuat, aut aliquid admiserit reprehensiõe dignum, ut patiatur se moneri: atq; ut quisq; fratrẽ suum, dum res postulabit, monere studeat: præsertim uero in hoc aduigilent pastores ac presbyteri: quorũ partes sunt, nõ modo concionari ad populũ: sed per singulas domos monere & exhortari, sicubi
Actu. 20. uniuersali doctrina nõ satis profecerint: quemadmodũ docet Paulus, cum refert se docuisse priuatim & per domos: & se mundum à sanguine omniũ attestatur, q̃a nõ cessauerit cum lachrymis nocte & die monere unumquemq;. Tunc enim uim ac authoritatẽ obtinet doctrina, ubi minister nõ tantũ omnibus simul exponit, q̃d Christo debeant: sed ius & rationẽ habet idipsum exigendi ab ijs, quos uel parũ doctrinæ obsequentes, uel segniores animaduerterit. Si quis eiusmodi monitiões uel peruicaciter respuat, uel pergendo in suis uitijs, contẽnere se ostendat, ubi iam cũdo, testibus adhibitis, monitus fuerit ad Ecclesiæ iudiciũ, qui est seniorũ consessus, uocari Christus præcipit: illic grauius admoneri, quasi publica authoritate, ut
Matth. 18. si reuereatur Ecclesiam, subijciat se & pareat. Si ne sic quidem frangatur, sed in sua nequitia perseueret, tum iubet, tanquàm Ecclesię contemptorem à societate fidelium abdicari. Verum quia de occultis modo uitijs illic loquitur: ponenda est ista diuisio: peccata esse alia priuata, alia publica uel palàm manifesta. De priorib⁹ dicit Christus unicuiq; priuato: argue inter te & ipsum solum. De manifestis
1. Timo. 5. dicit Paulus Timotheo: coram omnibus argue: ut reliqui timorẽ habeant. Nam prædixerat Christus: si frater tuus in te peccauerit, Quam particulam aliter, nisi contentiosus esse uelis, accipere non potes, quàm sub tua conscientia: ita ut non sint plures conscij. Quod autem Timotheo præcipit Apostolus de arguendis palàm ijs qui palàm peccãt, ipse in Petro secutus est. Nam cum ille ad publicum usq; offendiculum peccaret, non monuit seorsum: sed in conspectum Ecclesiæ produxit. Erit igitur hæc legitima agendi series, si in occultis corrigendis progrediamur secundum illos gradus à Christo positos: in manifestis statim procedamus ad solemnæ Ecclesiæ correptionẽ: siquidem offendiculum sit publicum. Sit altera quoq; distinctio: ex peccatis alia esse delicta: alia scelera uel flagitia. His posterioribus corrigendis non tantum adhibenda est admonitio uel obiurgatio: sed seuerius remedium quemadmodũ demonstrat Paulus, qui Corinthium incestum non modo uerbis castigat, sed excommunicatione punit, simul atq; de scelere factus est certior. Nunc ergo melius incipimus cernere, quomodo spiritualis Ecclesiæ iurisdictio, quæ ex uerbo Domini in peccata animaduertit, optimũ sit & sanitatis subsidium, & fundamentũ ordinis, & uinculum unitatis. Ergo dum Ecclesia manifestos adulteros, scortatores, fures, prædones, seditiosos, periuros, falsos testes, & eius generis reliquos: item contumaces, qui de leuioribus etiam uitijs rite admoniti, Deum & eius iudicium ludibrio habent, è consortio suo exterminat: nihil sibi præter rationẽ usurpat: sed iurisdictione sibi à Domino delata fungitur.

Porro

Porro ne quis tale Ecclesiæ iudicium spernat, aut parui ęstimet, se fidelium suffragijs damnatū: testatus est Dñs istud ipsum nihil aliud esse, q̄ sententię suę promulgationē: ratumq; haberi in cœlis, quod illi in terra egerint. Habent enim uerbum Domini, q̄ peruersos damnent: habent uerbum, quo resipiscentes in gratiam recipiant. Sine hoc, inq̄, disciplinę uinculo q diu stare posse Ecclesias confidūt, opinione fallunt. Nisi forte carere impune possimus eo adminiculo, quod Dominus fore nobis necessarium prouidit. Et sane, quanta sit eius necessitas, ex multiplici usu melius perspicietur.

Sunt autē tres fines, quos spectat Ecclesia in eiusmodi correctionibus & excōmunicatione. Primus est, ne cum Dei cōtumelia inter Christianos nominent, qui turpē ac flagitiosam uitā agunt: ac si sancta eius Ecclesia foret improborū & sceleratorum hominum cōiuratio. Nā cum ipsa Christi sit corpus: eiusmodi fœtidis & putridis mēbris inquinari nō potest, quin aliqua ignominia in caput recidat. Ne quid ergo tale extet in Ecclesia, unde probrū sacrosancto eius nomini inuratur: abigendi sunt ex eius familia, quorū ex turpitudine ad Christianum nomē infamia redundaret. Atq; hic quoq; habenda est cœnæ dominicę ratio, ne promiscua exhibitione profanetur. Verissimum est enim: eum, cui cōmissa est dispensatio, si sciēs ac uolens indignū admiserit, quē repellere iure poterat, proinde reum esse sacrilegij, ac si corpus Dñi canibus prostitueret. Quamobrē Chrysostomus grauiter inuehit in Sacerdotes, q dum magnorum potentiā formidant, neminē audent arcere. Sanguis, inquit, ē manibus uestris requiret. Si hominem timetis: ille uos deridebit. Sin Deum: eritis hominibus quoq; ipsis uenerabiles. Non fasces horreamus, nō purpuram, nō diademata. Maior hic est nobis potestas. Ego certe corpus meū potius tradā in mortem, ac sanguinē meum fundi patiar, q̄ pollutionis istius fiam particeps. Ergo ne sacratissimū hoc mysterium afficiatur ignominia: in eo dispensando magnopere delectus requiret: qui tā haberi nequit, nisi per Ecclesiæ iurisdictionē. Alter finis est, ne assidua malorum cōsuetudine, ut fieri solet, boni corrumpant. Nā quę nostra est ad deuiandum pcliuitas, nihil facilius est, q̄ ut malis exemplis à recto uitę cursu abducamur. Hunc usum notauit Apostolus, cū incestū à cōfortio suo amandare Corinthijs præciperet. Modicum, inquit, fermentum totam massam corrumpit. Ac tantum hic periculum prospiciebat, ut uel ab omni sodalitate interdiceret. Si q̄s, ait, frater inter uos nominatur, uel scortator, uel auarus, uel idolorū cultor, uel ebriosus, uel maledicus, cum eiusmodi nec cibū sumere permitto. Tertius, ut eos ipsos, pudore cōfusos, suæ turpitudinis pœnitere incipiat. Ita cōducit & illis, suam nequitiā castigari, quò expergefiant sensu ferulę, qui indulgentia obstinatiores futuri erant. Id significat Apostolus, cū in hunc modū loquit. Si quis nō obedit doctrinę nostrę, hunc notate: & ne cōmisceamini cumillo, ut pudore suffundat. Itē alibi cū tradidisse scribit Corinthiū Sathanæ: ut spiritus saluus fieret in die Dñi. Hoc est (ut ego quidem interpretor) cōcessisse in damnationem temporaneā, ut æternum saluus fieret. Ideo autē Sathanę tradere dicit, q̄a extra Ecclesiā Diabolus est, quemadmodū in Ecclesia Christus. Nam q̄d quidam ad certam carnis uexationem referunt, mihi uidetur incertissimum.

Homi. in Matth. 83.

1. Corin. 5.

2. Coloss. 3.

Augustin. de uer. Apost. sermo. 6.

His finibus prępositis, supereſt uidere, qualiter hāc partē disciplinæ, quæ in iurisdictione posita est, Ecclesia exequatur. Principio retineamus illā partitionē superius positā: peccatorū alia esse publica, alia priuata uel occultiora. Publica sunt, quæ nō unum uel alterum modo testē habent: sed palam, & cum totius Ecclesiæ offensione designant. Occulta uoco, nō quę homines prorsus latent: qualia sunt hypocritarū (nam illa sub Ecclesiæ iudicium nō cadunt) sed medij generis: quę scilicet testibus nō carent: neq; tamē sunt publica. Prior species nō requirit gradus illos, q̄s Christus enumerat. Sed Ecclesia, ubi tale quid emergit, facere officiū suum debet, in uocando peccatore, & corrigendo pro modo delicti. In secundo genere nō uenitur ad Ecclesiam, donec accesserit contumacia, secundū illam Christi regulam. Vbi ad cognitionē ventum est, tunc obseruanda est altera diuisio inter scelera & delicta. Neq; enim in leuioribus peccatis adhibenda est tanta seueritas: sed

sufficit uerborum castigatio: eaq; lenis & paterna, quæ nõ exasperet peccatorem nec cõfundat, sed reducat ad seipsum: ut magis gaudeat se correctum, q̃ tristetur. Flagitia autẽ acriore remedio castigari conuenit. Neq; enim satis est, si iis qui edito mali exempli facinore grauiter Ecclesiam læsit, uerbis tantũ castigetur: sed priuari ad tempus cœnæ cõmunione debet, donec resipiscẽtię fidẽ fecerit. Neq; enim Paulus in Corinthiũ uerborum modo obiurgatione utitur: sed ab Ecclesia eliminat: reprehenditq; Corinthios, q̃ tamdiu eum tulissent. Hanc rationẽ tenuit uetus ac melior Ecclesia: cum uigeret legitima gubernatio. Si quis enim flagitium aliquod perpetrauerat, unde exortũ esset offendiculũm: primũ à sacræ cœnæ participatione abstinebatur: deinde iubebatur, & corã Deo sese humiliare, & coram Ecclesia pœnitentiã testari. Erant autẽ solemnes ritus, qui iniungi lapsis solebãt, ut essent pœnitentiæ indicia. Vbi sic defunctus erat, ut satisfactum Ecclsiæ foret: tum per manuũ impositionem recipiebatur in gratiã. quæ receptio sæpius à Cypriano pax uocatur: q̃ etiam eiusmodi ritum breuiter describit. Pœnitentiam, inquit, agunt iusto tempore: deinde ad exomologesin ueniunt, & per manuũ impositionem Episcopi & cleri, ius cõmunionis accipiunt. Quanq̃ sic prę erat reconciliationi Episcopus cum suo clero, ut simul plebis consensum requireret: ut alibi tradit. Hac disciplina adeo nemo eximebat, ut Principes quoq; unà cum plebeis se ad eam ferendã subjicerent. Et merito: cum Christi esse constaret: cui omnia regum sceptra & diademata submitti æquũ est. Sic Theodosius, cum ab Ambrosio ob cædem Thessalonicæ perpetratam iure cõmunionis priuatus esset, strauit omne, quo circumdatus erat, insigne regiũ: Defleuit in Ecclesia publice peccatum suum, q̃ daliorũ fraude obrepserat: gemitu & lachrymis orauit ueniã. Neq; enim dedecori id sibi esse, debent iudicare magni reges, si coram Christo rege regum, suppliciter se prosternant. Nec illis displicere debet, q̃ per Ecclesiam iudicentur. Nam cum in aula sua nihil ferè audiant, præter meras assentationes: plus q̃ necessarium illis est, per os Sacerdotũ à Domino corripi. Quin potius optare debent, ne sibi Sacerdotes parcant, quò parcat Dominus. Hoc loco prætereo, per quos exercenda istæc iurisdictio sit: quia alibi dictũ est. Hoc tantum addo, illã esse legitimã in excõmunicando homine progressionẽ, quam demonstrat Paulus, si non soli seniores seorsum id faciãt: sed cõscia & approbante Ecclesia: in eum scilicet modũ, ut plebis multitudo nõ regat actionẽ: sed obseruet ut testis & custos: ne quid per libidinẽ à paucis geratur. Tota uero actionis series præter nominis Dei inuocationem, eam grauitatem habere debet, quæ Christi præsentiam præseferat, ut dubium non sit quin ipse iudicio præsideat.

Epist. 2. lib. 1.

Epist. 14. li. 3. & eiusdẽ lib. Epist. 20.

Li. 1. Epi. 3 Ambro. in orat. funeb eiusdem.

Hoc tñ præteriri non debet, talem seueritatẽ decere Ecclesiam, quæ cum spiritu mansuetudinis cõiuncta sit. Semper enim diligenter cauendũ est, quemadmodum præcipit Paulus, ne absorbeatur à tristitia is, in quẽ animaduertit. Sic enim ex remedio fieret exitiũ. Verum ex fine melius sumi poterit moderationis regula. Nam cum hoc in excõmunicatione quæratur, ut ad pœnitentiã perducatur peccator, & mala exempla tollãtur è medio ne uel male audiat Christi nomẽ, uel ad imitationẽ alij prouocentur: hæc si intuebimur, licebit facile iudicare, quousq; progredi & ubi desinere debeat seueritas. Ergo ubi pœnitentiæ suæ testimoniũ Ecclesiæ dat peccator, & hoc testimonio scandalum, quantum in se, obliterat: nequaq̃ ultra urgendus est. Quòd si urgetur, modum iam excedit rigor. Qua in parte excusari nullo modo potest immodica ueterum austeritas: quæ & prorsus à Domini præscripto dissidebat: & erat mirum in modum periculosa. Nam cum peccatori pœnitentiã solemnem & priuationem à sacra cõmunione nunc in septem, nũc in quatuor, nunc in tres annos, nũc in totam uitam indicerent, quid inde sequi potuit, nisi uel magna hypocrisis, uel maxima desperatio? Similiter q̃ nemo, qui iterum lapsus esset, ad secundam pœnitentiã admitteretur: sed usq; ad finem uitæ ejiceretur ab Ecclesia: id nec utile erat, nec rationi consentaneum. Quicunq; igitur sano iudicio rem æstimabit, desiderabit hic eorum prudentiam. Quanq̃ publicum hic potius morẽ improbo, q̃ eos omnes accuso, qui eo usi sunt: quorum nõ nullis displicuisse

2. Corint. 2

cuisse certum est, sed ideo ferebant, quia non poterant corrigere. Certe Cyprianus declarat, q̃ non sponte fuerit tam rigidus. Patientia, inquit, & facilitas, & humanitas nostra uenientibus præsto est. Opto omnes in Ecclesiam regredi: opto omnes commilitones nostros intra Christi castra, & Dei Patris domicilia concludi. Remitto omnia, multa dissimulo, studio & uoto colligendæ fraternitatis etiam quæ in Deum comissa sunt non pleno iudicio examino, delictis plus q̃ oportet remittendis penè ipse delinquo. Amplector prompta & plena dilectione cum pœnitentia reuertentes, peccatum suum satisfactione humili & simplici confitentes. Chrysostomus, aliquanto durior, sic tamen loquitur, Si Deus tam benignus est: ut quid Sacerdos eius austerus vult uideri. scimus præterea, qua facilitate usus sit Augustinus erga donatistas: ut nõ dubitauerit in Episcopatum recipere, qui à schismate redierant: idq; statim post resipiscentiam. Verum quia contraria ratio inualuerat, coacti sunt proprio iudicio cedere, ut eam sequerentur. Quemadmodum autem in toto Ecclesię corpore hęc mansuetudo requiritur, ut clementer, nec usq; ad summum rigorem animaduertat in lapsos, sed potius secundum Pauli pręceptum charitatem in eos confirmet: ita pro se quisq; priuatus ad hanc clementiam & humanitatem attemperare se debet. Non ergo nostrum est, tales, qui ab Ecclesia sunt expulsi, expungere ex electorum numero, aut desperare quasi iam perditos. Alienos quidem ab Ecclesia iudicare fas est: & proinde à Christo: sed pro eo tempore, quo in diuortio manent. Quòd si tum quoq; maiorem peruicaciæ, q̃ humilitatis speciem præferunt: eos tamen iudicio Domini commendemus, meliora de ijs in posterum sperantes, quàm uidemus in præsens: nec propterea desinamus pro ijs Deum precari. Et ut uerbo uno complectar, non personam ipsam, quæ in manu atq; arbitrio Dei solius est, in mortẽ addicamus, sed tm̃ qualia sint cuiusq; opera æstimemus ex lege Dñi. Quam regulam dum sequimur, stamus potius diuino iudicio q̃ nostrũ proferimus. Plus licentiæ ne nobis in iudicando arrogemus, nisi uolumus Dei uirtutem limitare, ac misericordiæ eius legẽ dicere: cui quoties usum est, pessimi in optimos mutantur, alieni inseruntur, extranei cooptantur in Ecclesiã. Idq; Dñs agit, ut sic hominũ opinionem eludat, & temeritatẽ retundat: quæ nisi coercentur, sibi iudicandi ius supra q̃ decet, usurpare audet. Nam q̃ promittit Christus, ligatum in cœlo fore, quod sui in terra ligauerint, ligandi uim ad Ecclesiæ cẽsurã limitat: qua nõ coniciuntur in p̃petuam ruinã ac damnationẽ, qui excommunicant: sed uitã moresq; suos damnari audientes suæ ex ipsorũ perpetuæ damnationis, nisi resipuerint, certi fiunt. Siquidẽ hoc differt ab anathemate excõmunicatio, q̃ illud, adempta omni uenia, hominẽ deuouet & addicit æterno exitio: hęc in mores magis uindicat atq; animaduertit. Et quanq̃ plectit etiam ipsa hominẽ: sic tm̃ plectit, ut futuræ suæ damnationis ipsum præmonẽdo, in salutẽ reuocet. Quod si obtineatur: parata est reconciliatio, & in cõmunionem restitutio: Anathematis porro aut perq̃ rarus, aut nullus omnino usus est. Proinde tametsi familiarius uersari, aut interiorem consuetudinem habere cum excommunicatis non liceat p̃ Ecclesiasticã disciplinam: debemus tm̃ contẽdere, quibus possumus modis, ut ad meliorem frugem conuersi, in societatem ac unitatem Ecclesiæ se recipiãt. Quemadmodũ Apostolus quoq; docet: nolite, inquit, existimare quasi inimicos: sed corripite ut fratres. Hæc humanitas nisi tam priuatim quàm communiter seruetur: periculum est, ne ex disciplina mox delabamur ad carnificinam. *Matth. 18.* *2. Thes. 3.*

Hoc quoq; ad disciplinę moderationẽ imprimis requiritur, quod Augustinus cõtra Donatistas disputat: ne uel priuati homines, si uiderint minus diligenter à seniorũ concilio uitia corrigi, discessionem propterea cõtinuo ab Ecclesia faciant, aut ipsi pastores, si nequeãt ex animi sui uoto omnia repurgare, quæ correctiõe indigent, ideo abijciãt ministerium, uel inusitata aspiritate totã Ecclesiã perturbent: Est enim uerissimũ quod scribit. Nempe quisquis uel q̃d potest, arguendo corrigit: uel quod corrigere nõ potest, saluo pacis uinculo excludit: uel quod saluo pacis uinculo excludere nõ potest, æquitate improbat, firmitate supportat: hũc à maledictiõe liberũ ac solutũ esse. Rationẽ alibi reddit: qa omnis pia ratio, & modus *Lib. 2. contra parmenia. c. 1.*

Ecclesiasticæ disciplinę unitatem Spiritus in uinculo pacis, intueri semper debet; quod Apostolus sufferendo nos inuicem præcipit custodiri: & quo nō custodito; uindictę medicina nō tantum superuacua, sed etiam pernitiosa esse incipit: ideoq; c.2. medicina esse desinit. Hęc, inquit, qui diligenter cogitat, nec in conseruatione unitatis negligit disciplinæ seueritatem: nec intemperie correctionis disrumpit uinculū societatis. Fatetur quidem nō pastores modo debere in hanc partē incumbere, ne quid in Ecclesia uitrį remaneat: sed unicuiq; eodē enitendum p̄ sua uirili: nec c.1. dissimulat, eum, q̄ malos monere, arguere, corrigere negligit, etiamsi ijs nō faueat, nec cum ijs peccet, reū esse corā Domino: q̄ si talem gerit personam ut etiam a sacramentorū participatione possit separare, & non facit, iam nō alieno malo peccare, sed suo. Tantum id fieri uult, adhibita prudentia, quam Dns quoq; requirit; c.2. ne dum eradicantur zizania, frumenta lædantur. Inde colligit ex Cypriano. Misericorditer igitur corripiat homo quod potest: quod autē non potest, patienter ferat, & cū dilectione gemat atq; lugeat. Hoc autē dicit propter Donatistarū moro-sitatē: qui, cum cernerent in Ecclesijs uitia, quę uerbis quidē reprehenderent Episcopi, sed excōmunicatione non plecterēt, quia nō putabāt, se hac uia quidq̄ profecturos: in Episcopos atrociter inuehebantur, tanq̄ disciplinę p̄ditores: & à Christi grege, impio schismate se diuidebant. Qualiter hodie faciunt Anabaptistæ: q̄ nullum cœtū Christi esse agnoscunt, nisi Angelica perfectione omni ex parte con c.1. spicuū, sub prætextu sui zeli quidq̄d est ædificationis subuertūt. Tales, inquit Augustinus, nō odio iniquitatis alienæ, sed studio suarū contentionum infirmas plebes, iactantia sui nominis irretitas, uel totas trahere, uel certe diuidere affectāt: superbia tumidi, peruicacia uesani, calūnijs insidiosi, seditionibus turbulenti, ne luce ueritatis carere eos pateat, umbrā rigidæ seueritatis obtendūt: & quæ in scripturis salua dilectiōis synceritate, & custodita pacis unitate, ad corrigēda fraterna uitia moderatiori curatione fieri iubent, ad sacrilegiū schismatis, & occasionē præcisionis usurpāt. Ita se transfigurat Sathā in angelum lucis, dum p̄ occasionē quasi iustæ seueritatis crudelē seuitiā persuadet, nihil aliud appetens, nisi ut corrūpat atq; dirūpat uinculū pacis et unitatis: q̄ firmo inter Christianos, uires eius oēs inualidę fiunt ad nocendū, muscipulę insidiarū cōminuunt, & consilia euersiōis euanescūt. Vnū istud præcipue cōmendat, si cōtagio peccandi multitudinē inuaserit, diuinæ disciplinæ seuerā misericordiam esse necessariā. Nam & consilia, inq̄t, separationis inania sunt, ac pernitiosa, ac sacrilega: qa impia atq; superba fiunt: & plus p̄turbant infirmos bonos, q̄ corrigant animosos malos. Ac q̄d alijs ibi præcipit, Epist. 54. ipse quoq; fideliter secutus est. Nā Aurelio Episcopo Carthaginensi scribēs, conqueritē ebrietatē impune grassari in Aphrica, q̄ adeo grauiter in scripturis dānat: suadetq;, ut coacto Episcoporū concilio, remediū adhibeatur, subiungit deinde. Nō aspere, quantū existimo, nō duriter, non modo imperioso, ista tollunt: magis docendo, q̄ iubendo: magis monendo, q̄ minando. Sic eīm agendū est cum multitudine peccantiū. Seueritas aūt exercenda est in peccata paucorū. Neq; tn intelligit, conniuendū propterea aut tacendū Episcopis, q̄ seuerius punire publica flagitia nequeāt: quemadmodū ipse postea exponit. Sed corrigēdi modū ita uult temperari, ut, q̄d licet, sanitatē potius, q̄ exitiū, corpori afferat. Atq; ideo sic tandē cō- cap. 2. lib. 3. contra parmen. cludit. Quamobrē & illud præceptū Apostoli nullo modo negligendū est, de malis segregādis, cū sine periculo uiolandę pacis fieri potest, qa necaliter fieri uoluit: & istud quoq; seruandū est, ut sufferentes inuicē, studeamus seruare unitatē spiritus, in uinculo pacis. Reliqua pars disciplinæ, quæ clauiū potestate proprie nō cōtinet, in eo est, ut p̄ temporū necessitate plebē exhortentur pastores, uel ad ieiunia, uel ad solēnes supplicatiōes, uel ad alia humilitatis, pœnitentię, ac fidei exercitia: q̄rū nec tēpus, nec modus, nec forma præscribit verbo Dei: sed in Ecclesię iudicio relinqtur. Huius quoq; partis obseruatio, sicuti est utilis, ita ueteri Ecclesiæ ab ipsis usq; Apostolis semp̄ fuit usitata. Quanq̄ ne ipsi q̄dē Apostoli primi fuerunt authores: sed exemplū sumpserūt ex lege & Prophetis. Videmus enim illic q̄ties graue aliq̄d incidebat negociū, conuocatā fuisse plebē, supplicatiōes indictas, indictum,

dictũ ieiuniũ. Id ergo ſecuti ſunt Apoſtoli, q̃d et populo Dei nouũ nõ erat, et utile fore prouidebãt. ſimilis eſt ratio de alijs exercitijs, q̃bus plebs uel ad officiũ excita ti, uel in officio ac obediẽtia cõtineri poteſt. Exẽpla paſſim extãt in ſacris hiſtorijs: quę nõ opus eſt colligere. Sic in ſumma habendũ eſt, q̃ties de religione incidit cõ trouerſia, quã uel ſynodo, uel Eccleſiaſtico iudicio finire oportet, quoties de eligẽ do miniſtro agit̃, q̃ties denicp tractaf̃ res aliqua difficilis ac magni momenti: rur ſum cũ apparẽt indicia irę Dñi, ut ſunt peſtilẽtia, et bellũ, et fames: hoc ſanctũ eſſe, & ſęculis omnibus ſalutare inſtitutũ, ut paſtores ad publicũ ieiuniũ & extra ordi narias preces plebẽ hortenf̃. ſi q̃s teſtimonia, quæ ex ueteri teſtamẽto adduci poſ ſunt, nõ recipiat, quaſi Chriſtianę Eccleſiæ minus cõueniant: conſtat, Apoſtolos q̃cp ſic feciſſe. Tãetſi de precibus uix, puto, reperiet̃ aliq̃s, qui moueat queſtionẽ. De ieiunio ergo dicamus nõnihil: ga plurimi dũ nõ intelligunt, quid utilitatis ha beat, non adeo neceſſarium eſſe iudicant: alij etiam ut ſuperuacuum prorſus reij ciunt: & uſu eius non bene cognito, facilis eſt in ſuperſtitionem lapſus.

Sanctũ ac legitimũ ieiuniũ tres habet fines. Eo. n. utimur, uel ad macerandã ac ſubigendã carnẽ, ne laſciuiat: uelut ad preces ac ſanctas meditationes melius ſi mus cõparati: uel ut teſtimoniũ ſit noſtrę corã Deo humiliatiõis, dũ uolumus rea tũ noſtrũ corã ipſo cõfiteri. Primus finis, nõ ita ſępe locũ habet in publico ieiunio: q̃ nõ una eſt oĩbus corporis cõſtitutio, nõ una ualetudo. Priuato itaq̃ ieiunio ma gis cõuenit. Secũdus utriuſq̃ cõmunis eſt. Tã. n. uniuerſa Eccleſia eiuſmodi prę paratione ad preces opus habet, q̃ priuatim fideliũ unuſq̃ſq̃. Tertius quoq̃ ſimi liter, fiet. n. interdum, ut bello, uel peſte, uel calamitate aliqua gentẽ unã percutiat Deus. In hac cõmuni ferula reã ſe tota plebs faciat oportet, ac reatũ profiteat. Si quẽ uero priuatũ feriat manus Dñi: idipſum faciat, uel ſolus, uel cũ ſua familia. Id quidẽ pręcipue ſitũ eſt in animi affectu, ſed enim ubi animus afficit̃ ut debet, fieri uix poteſt, quin erũpat in externã teſtificationẽ: idq̃ tũ maxime, ſi in cõmunẽ edi ficationẽ cedit: ut oẽs ſimul, peccatum ſuũ palã cõfitendo, laudẽ iuſtitię Deo red dãt: & ſe mutuo ſinguli exẽplo ſuo cohortenf̃. Vnde ieiuniũ, ut eſt ſignũ humilia tionis, frequentiorẽ uſum habet in publico, q̃ inter homines priuatos: utcũq̃ ſit cõ mune, ut dictũ eſt. Quod ergo ad diſciplinã, de qua nũc tractamus, pertinet: q̃ties de re aliqua magna Deo ſupplicandũ eſt, ieiuniũ unà cũ oratione indicere expedi ret, ſic cũ Paulo & Barnabę manus imponũt Antiocheni, quò eorũ miniſteriũ, q̃d tanti momẽti erat, melius Deo cõmendent, orationi ieiuniũ cõiungunt. ſic ambo ipſi poſtea, cũ miniſtros pręficerẽt Eccleſijs, ſoliti ſunt orare cũ ieiunio. In genere hoc ieiunij nõ aliud ſpectarunt, niſi ut redderenf̃ alacriores & magis expediti ad precandũ. Hoc certe experimur, uentre pleno, mentẽ nõ ita eſſe in Deũ erectã, ut et ſerio ardenticp affectu ferri in precationẽ, & in ea pſeuerare poſſit. ſic intelligen dũ eſt, q̃d refert Lucas de Anna: eã ſeruiiſſe Dño ieiuniis & obſecratiõibus. Necp eĩ cultũ Dei reponit in ieiunio. ſed ſignificat, ſanctã mulierẽ ſe hoc modo exer cuiſſe, ad precandi aſſiduitatẽ. Tale fuit ieiunium Nehemiæ, cum intentiore ſtu dio Deũ pro liberatione populi ſui precaret̃. Rurſum, ſi graſſari incipit, uel peſti lentia, uel fames, uel bellũ: aut ſi qua clades imminere aliàs regioni ac populo ui deb̃: paſtorũ tũc quoq̃ officiũ eſt, hortari ad ieiuniũ Eccleſiã q̃ ſupplicit̃er irã Dñi deprecetur. ſe enim ad ultionem apparari, & quodãmodo armari denunciat, ubi periculum apparere facit. Qualiter igitur promiſſa barba, impexo capillo, pulla ueſte, ſupplicit̃er ſe olim demittere rei ſolebant, ad concilianda iudicis miſericor diam: ita nos cum rei agimur coram Dei tribunali, eius ſeueritatem, miſerabili habitu deprecari, tum eius gloriæ intereſt ac publicæ ædificationis: tum nobis quoq̃ ipſis utile eſt ac ſalutare. Atque id quidem uſitatum fuiſſe in populo Iſrae litico, ex uerbis Ioelis colligere promptum eſt. Nam cum iubeat̃ cani tuba, con uocari cœtum, indici ieiunium, & ea quæ ſequunt̃, loquit̃ ut de rebus cõmuni cõ ſuetudine receptis. Paulo ante dixerat, de flagitijs populi conſtitutã eſſe quæſtio nem, ac iam immineri iudicij diem nunciauerat, reoſq̃ citauerat ad dicendã cau ſam. deinde uociferatur, ut properent ad ſaccum & cinerẽ, ad fletum & ieiunium.

Act. 13
Act. 14
Luc. 2
Nehe. 1
Ioel. 2

hoc est, ut externis quoq; testificationibus se coram Domino prosternant. Cinis quidem & saccus illis forte temporibus magis conueniebant, sed conuocatio, & fletus & ieiunium, & quæ sunt his similia, non dubium, quin ad nostram quoque ætatem similiter pertineant: quoties ita rerum nostrarum conditio postulat. Nam cum sanctum sit exercitium, cum ad humiliandos homines, tum ad humilitatem confitendam: cur eo minus utamur quàm ueteres, in simili necessitate? Legimus ieiunasse in signum mœstitiæ, non modo Israeliticam Ecclesiam uerbo Dei formatam ac constitutam: sed Niniuitas quoque, qui nihil doctrinæ, præter unicam Ionæ prædicationem, habebant. Quid causæ est igitur, cur nos non idem agamus? At extrema est cæremonia, quæ finem in Christo, una cum alijs accepit. Imo hodieq; optimum fidelibus adminiculum est, ut semper fuit, & utilis admonitio, ad seipsos excitandos: ne sua nimia securitate & socordia Deum magis ac magis prouocent, dum eius flagellis castigantur. Proinde Christus, cum Apostolos suos excusat, quòd non ieiunent, non dicit abrogatum esse ieiunium: sed calamitosis temporibus ipsum destinat, & coniungit cum luctu. Veniet, inquit, tempus, cum auferetur ab illis sponsus. Ne quis autem error sit in nomine: definiamus quid sit ieiunium. Non enim simpliciter continentiam ac parsimoniam in uictu hic intelligimus: sed quiddam aliud. Piorum quidem uita frugalitate & sobrietate temperata esse debet: ut quandam ieiunij speciem quoad fieri potest, toto suo decursu præ se ferat. sed est præterea ieiunium aliud temporale, cum aliquid ex consueta uiuendi ratione retrahimus, uel ad diem unum, uel ad certum tempus, & nobis continentiam indicimus in uictu ordinaria illa arctiorem ac seueriorem. Hoc in tribus situm est: in tempore, in ciborum qualitate, & parsimonia. Tempus dico, ut ieiuni defungamur ijs actionibus, quarum causa instituitur ieiunium. Quemadmodum, exempli causa, si obsolennem precationem quis ieiunet, ut eo impransus accedat. Qualitas in eo sita est, ut absint omnes lautitiæ, ac plebeis uilioribusque cibis contenti, palatum delicatis non irritemus. Quantitatis ratio in hoc est, ut parcius ac leuius solitò uescamur: tantum ad necessitatem, non etiam ad uoluptatem.

Iudic. 20. 1. Reg. 7. et ulti. 2. Reg. 1. extrema

Matt. 9 Luc. 4

At uero semper imprimis cauendum, ne quid obrepat superstitionis: quemadmodum antehac, magno Ecclesiæ malo, accidit. Multo enim satius fuerit, nullum prorsus esse ieiuniorum usum, quàm diligenter obseruari, & interim corruptum esse falsis pernitiosisq; opinionibus, ad quas mundus subinde delabit, nisi summa fide ac prudentia obuiam eant pastores. Primũ est, ut semper urgeant, qđ docet Ioel, scindenda esse corda, non uestimenta: hoc est, admoneant plebem, nõ magni per se æstimari à Deo ieiuniũ, nisi adsit interior cordis affectus, uera peccati & sui ipsius displicẽtia, uera humiliatio, ueruscq; dolor, ex timore Dei. Imo ieiuniũ non aliã ob causam utile esse, nisi quod istis accedit, uelut inferius adminiculum. Nihil enim magis execratur Deus, q̃ dum homines signa & externam speciẽ pro cordis innocẽtia obijciendo, fucũ sibi facere conant. Itaq; in hanc hypocrisim seueriſſime inuehitur Iesaias: q; Iudæi satisfactum Deo putarent, ubi ieiunauerãt duntaxat: utcunq; impietatẽ & impuras cogitationes in animo fouerent. Nunqd tale est, inquit, ieiuniũ, quod Dñs elegit? & quę sequunt. Non igit inutilis modo ac superuacua fatigatio est hypocriticũ ieiunium: sed maxima abominatio. Alterũ malũ huic affine summopere cauendũ est, ne pro opere meritorio aut specie diuini cultus censeatur. Nam cum sit res per se media, nec quid quam habeat momẽti, nisi propter eos fines, in quos respicere debet: pernitiosissima superstitio est, confundere cum operibus simpliciter à Deo mandatis, & per se necessarijs, non alio respectu. Tale fuit olim delirium Manicheorum: quos dum refellit Augustinus, satis clare docet, ieiunium non nisi ab ijs, quos dixi, finibus æstimandum: nec Deo aliter probari, nisi eo referatur. Tertius error non adeo quidem impius: periculosus tamen: tanq; unum ex præcipuis officijs morosius ac rigidius exigere, ac imm odicis encomijs sic extollere, ut homines se aliq d eximium fecisse putent, cum ieiunauerint. Qua in parte non in totum excusare audeo ueteres, quin

Ioel. 2

Isa. 58

Libr. 2. de moribus. Manich. c. 15. & libr. 30. contra Faustum.

quin & superstitionis quædam semina iecerint, & occasionem præbuerint tyrannidi, quæ postea exorta est. Occurrunt quidem interdum sanæ ac prudentes de ieiunio sententiæ. sed postea occurrunt, subinde immodicæ ieiunij laudes, quæ ipsum inter præcipuas uirtutes extollunt. Et tunc passim inualuerat superstitiosa quadragesimæ obseruatio: quia & uulgus eximium aliquod obsequium Deo se in ea præstare existimabat: & pastores eam cõmendabant pro sancta Christi imitatione: cum planum sit, non ideo ieiunasse Christum, ut alijs exemplum præscriberet: sed ut Euangelij prædicationem sic auspicando, non humanam doctrinam esse, sed è cœlo profectam, reipsa comprobaret. Ac mirum est, tam crassam hallucinationem hominibus acuti iudicij obrepere potuisse, quæ tot ac tam claris rationibus refellitur. Non enim sæpius ieiunat Christus, quod fieri oportuit, si anniuersarij ieiunij legẽ tradere uellet: sed semel tantũ, cum se ad Euangelij promulgationẽ accingit. Nec ieiunat humano more: ut par erat, si hoies ad imitationẽ prouocare uellet, sed magis exemplũ designat, quo in sui admirationem oẽs rapiat, q̃ ad æmulandi studiũ excitet. Denicq; non alia est istius ieiunij ratio, q̃ eius q̃ defunctus erat Moyses, cum legẽ è manu Dñi acciperet. Nam cũ illud in Moyse editum esset miraculum ad stabiliendam legis authoritatẽ: non debuit in Christo prætermitti: ne legi Euangelium cedere uideretur, atqui ab eo tempore nemini unquam uenit in mentem, prætextu imitationis Moysi, talem ieiunij formã in populo Israelitico erigere. Nec ullus ex sanctis Prophetis ac Patribus id secutus est. cum tamen ad omnes pias exercitationes satis animi ac zeli haberent. Nam quod de Helia habetur, eum sine cibo & potu quadraginta dies transegisse, non aliò pertinebat, quam ut populus agnosceret, eum excitatũ esse legis uindicem, à qua uulgo prope totus Israel desciuerat. Fuit igitur mera κακοζηλία, & superstitionis plena, titulo ac colore imitationis Christi ieiuniũ ornabant. Quanq̃ in modo ieiunij mira tunc erat diuersitas: ut refert Cassiodorus ex Socrate, historiæ suæ libro nono. Romani enim, inquit, non nisi tres habebant septimanas: sed illis continuum erat ieiuniũ, excepto die dominico, & sabbato. Illyrici, & Græci, sex: alij septẽ: sed ieiuniũ p interualla. Nec minus in ciborũ discrimine dissidebãt. alij nõ nisi pane & aqua uescebant̃: alij addebant olera: piscibus alij & uolatilibus nõ abhorrebãt: alij nullũ habebant in cibis discrimen. Huius etiã differentię meminit Augustinus, posteriore epistola ad Ianuariũ. Sequuta sũt deinde deteriora tẽpora: & ad præposterũ uulgi studium accessit Episcoporum tum inscitia & ruditas, tũ libido dominandi & tyrãnicus rigor. Latæ sunt impiæ leges, quę cõscientias exitialibus uinculis stringunt. Interdictus carniũ esus, quasi hominẽ cõtaminaret. Additę sacrilegę opiniones alię super alias: donec in profundũ omniũ errorũ uentũ est. Acne quid prauitatis omitteret̃: ineptissimo abstinentię prętextu cũ Deo ludere cœperũt. Nã in exquisitissimis quibusq; delitijs laus ieiunij quęritur. Nullæ tunc lautitię sufficiũt. Nunq̃ maior ciborũ uel copia, uel uarietas, uel suauitas. In tali actã splendido apparatu, putãt se rite seruire Deo. Taceo q̃d non nunq̃ fœdius se ingurgitant, qui uolunt haberi sanctissimi. In summa, his summus est Dei cultus, à carnibus abstinere: & illis exceptis, affluere omni genere lautitiarũ. Rursum hæc ultima est impietas, & uix morte expiabilis: si quis minimum laridi aut rancidæ carnis cum pane cibario gustauerit. Narrat Hieronymus iam suo sęculo quosdã extitisse, qui talibus ineptijs cum Deo luderẽt: q̃ ne oleo uescerent̃, cibos delicatissimos undicq; aduehi sibi curabãt: imo ut naturę uim inferrent, ab aquę potu abstinebãt: sed suaues preciosasq; sorbitiũculas fieri sibi curabãt: quas non ex calice hauriebãt, sed concha. Quod uitiũ tunc in paucis erat, hodie uulgare est inter omnes diuites: ut scilicet non alio fine ieiunent, nisi ut lautius nitidiusq; epulentur. Sed nolo multum uerborum profundere in re non adeo dubia. Hoc tantũ dico: cũ in ieiunijs, tũ in omnibus alijs disciplinę partibus, adeo nihil recti, nihil synceri, nihil bene compositi ac ordinati, habere papistas: ut superbiẽdi occasionem nullam habeant: quasi aliquid reliquum sit apud eos laude dignum.

Ad Nepotianum.

Sequit̃ altera pars disciplinæ, quę ad clerũ peculiariter pertinet. Ea canonibus

contis

continẽt, quos sibi ueteres Episcopi suoq; ordini imposuerũt. Quales sunt: ne q̃s clericus uenationi, ne quis aleæ, ne quis comessationibus uacaret: ne quis exerceret fœnus aut mercaturam: ne quis lasciuis saltationibus interesset: alijsque eius generis. Adijciebantur & pœnæ, quibus ipsa canonum authoritas sanciebatur: ne quis eos impune uiolaret. In hunc finem unicuique Episcopo committebatur cleri sui gubernatio, ut secundum canones, suos clericos regeret, ac in officio retineret. In hunc finem institutæ erant annuæ inspectiones ac synodi, ut si quis foret in officio negligentior, admoneretur: si quis peccasset, pro modo delicti in eum animaduerteretur. Ipsi quoque Episcopi quotannis suas habebant prouinciales synodos, antiquitus etiam binas: à quibus iudicabãtur, si quid præter officium admiserant. Nam si quis Episcopus durior erat aut uiolentior in suum clerum, illuc erat prouocatio: etiã si unus tantum conquerebatur. Animaduersio seueriſſima erat, ut deponeret ab officio qui peccauerat, ac communione ad tempus priuaretur. Quia autem erat ille perpetuus ordo, synodum dimittere nunq̃ solebant, quin locum ac tempus proximę indicerent. Nam uniuersale concilũ, solius erat Imperatoris: quemadmodũ testant̃ omnes uetustę indictiones. Quãdiu uigebat hęc seueritas, nõ plus uerbo exigebant clerici à plebe, q̃ exẽplo & opere pręstarẽt. Quin multo rigidiores erant in seipsos, q̃ in uulgus. Et sane ita decet, ut humaniore & laxiore, ut ita loquar, disciplina plebs regatur: clerici inter se acriores exerceant censuras: minusq; longe sibi, q̃ alijs indulgeant. Istud totum ut ob soleuerit, nihil opus est referre: cum nihil hodie fingi queat hoc ordine magis effrene, ac dissolutum, ac eò licentię prorupit, ut totus orbis uociferetur.

Remissionem peccatorum.

Ecclesiæ peccatorũ remissio apposite subnectitur. Hanc enim nõ consequunt̃, nisi soli illius incolę, quemadmodũ legit̃ apud prophetam. Præcedere ergo debet ædificatio cœlestis Ierusalem: in qua deinde beneficiũ hoc Dñi locum habeat. Vt quicunq; ad eam concesserint, eorum deleat̃ iniquitas. Dico autem ædificari primum oportere, non q; Ecclesia, sine peccatorũ remissione, ulla esse queat: sed quia misericordiam suam Dñs nõ promisit, nisi in sanctorum communione. Est ergo primus nobis in Ecclesiam ac regnũ Dei ingressus, peccatorũ remissio: sine quæ nihil est nobis cũ Deo fœderis aut cõiunctionis. sic enim per Prophetã loquitur. In illa die percutiã fœdus cum bestia agri, cũ uolucre cœli, & reptili terræ. Arcũ, Gladium, & bellũ conterã de terra, & dormire faciam homines absq; terrore. Desponsabo uos mihi in sempiternũ. Despõsabo, inq̃, in iustitia, in iudicio, in misericordia, & miserationibus. Videmus qualiter per suã misericordiam nos sibi Dñs recõciliet. Sic & alibi, dum prędicit recolligendũ populũ, quẽ in ira dissipauerat: Mundabo, inqt, eos ab omni iniqtate, qua peccarũt mihi. Quare in Ecclesię societatem ablutionis signo initiamur, quo doceamur, nõ patere nobis in eius familiã aditũ, nisi primũ, eius bonitate, sordes nostrę abstergant̃. Porro qualis ipsa sit peccatorũ remissio, alibi docebimus exactius. notandum tñ hic est, q; ex ipsa symbolę dispositione patet, nõ merito nostro cõparari: sed à sola Dñi gratia eam nobis prouenire. Nam postq̃ declaratus est nobis Christus, per cuius iustitiã propitiũ habemus Patrẽ: & Spũs, p; cuius sanctificationẽ Christo cõmunicamus: post Ecclesia, quę inde nascit̃: nunc adiungit̃ remissio peccatorũ, per quã in Ecclesiã inserimur: unde innuitur, hanc quoq; non aliunde pendere, aut alibi consistere, quàm in solo Christo, per Spiritus sancti operationẽ. neq; uero per peccatorum remissionem nos in Ecclesiam modo semel recipit, & cooptat Dominus: sed per eandẽ nos in ipsa conseruat ac tuetur. Quorsum enim attineret, ueniam nobis fieri, quæ nulli usui futura esset? Irritam autẽ & delusoriam fore Domini misericordiam, si semel duntaxat obtingeret, unusquisq; piorum sibi testis est, quia nemo non sibi conscius est, per totam uitam, multarum infirmitatum: quę Dei misericordia indigẽt. Itaq;, ut per totam uitam peccati reliquias circunferimus; nisi assidua, in remittendis de-

Ysaiæ. 11

Oseæ. 2

Ierem. 33

dis delictis, Domini gratia sustentemur, momentũ unum in Ecclesia uix persiste-
mus, uocauit autem suos Dominus in æternam salutem. suis ergo illi peccatis ue-
niam semper paratam esse, cogitare debent. Quare hic docemur credere, diuina
liberalitate, intercedente Christi merito, per spiritus sanctificationem, peccatorũ
gratiã nobis factã esse, ac quotidie fieri: q in ecclesię corpus ascíti et inserti sumus.
Ad hoc bonum nobis impartiendum claues Ecclesiæ datæ sunt. Non enim, cum
Apostolis mandatum dedit Christus, & potestatem contulit remittendi peccata,
hoc tantum uoluit, ut eos soluerent à peccatis, qui ab impietate ad Christi fidem
conuerterentur: sed magis ut hoc officio fungerentur perpetuo inter fideles.
Quod Paulus docet, cum scribit legationem reconciliationis depositam esse 2. Corint. 5
apud Ecclesiæ ministros: quò subinde populum nomine Christi exhortentur
ad se reconciliandum Deo. Ergo in sanctorum communione, ipsius Ecclesiæ
ministerio, nobis assidue remittuntur peccata, cum presbyteri uel Episcopi, qui-
bus hoc munus commissum est, pias conscientias Euangelicis promissionibus
in spe ueniæ & remissionis confirmant. Idq; tam publice quàm priuatim, pro-
ut necessitas postulat. sunt enim permulti, qui pro sua infirmitate singulari paci-
ficatione indigent. Et Paulus non tantum pro communi concione, sed etiam Actor. 20
per domos testificatum se refert fidem in Christum, unumquemque sigillatim
admonuisse de salutis doctrina. Tria igitur hic nobis obseruanda sunt. Pri-
mum quantalibet sanctitate polleant Filij Dei: hac tamen conditione semper
esse, quamdiu in mortali corpore habitant, ut sine peccatorum remissione cõsiste
re nequeant coram Deo. Deinde hoc beneficium sic esse Ecclesiæ proprium, ut
non aliter eo fruamur, quàm si permanemus in illius communione. Tertio per
Ecclesiæ ministros & pastores nobis dispensari, uel Euangelij prædicatione,
uel sacramentorum administratione: atq; hac in parte maxime eminere clauium
potestatem, quàm Dominus fidelium societati contulit. Proinde unusquisq; no-
strum hoc officij sui esse cogitet, non alibi quærere remissionem peccatorum, q
ubi Dominus eam posuit. De publica reconciliatione, quæ ad disciplinam spe-
ctat, paulo ante dictum est.

Quoniam autem non desunt, qui hanc unicam salutis anchoram eripere Eccle
siæ conentur: aduersus tam pestilentem opinionem fortius roborandæ sunt con-
scientię. Nouatiani olim isto dogmate Ecclesias exagitarũt, sed Nouatianis non
multũ dissimiles nostrũ quoq; seculũ habet quosdã ex Anabaptistis: qui ad eadẽ
deliramenta relabuntur. Fingunt enim regenerari Dei populum in baptismo, in
puram & angelicam uitam, quę nullis carnis sordibus uitietur. Quod si post bap
tismum delinquat: nihil pręter inexorabile Dei iudicium illi relinquunt. Breuiter
peccatori post acceptam gratiam lapso spem ueniæ nullam faciunt. quia non aliã
agnoscunt peccatorum remissionem, nisi qua primum regeneramur. Et si autem
mendacium nullum à scriptura clarius refutatur: quia tamen reperiunt isti, qui-
bus imponant: quem admodũ & Nouatus olim plurimos habuit sectatores: bre-
uiter ostendamus, quantopere in suam aliorumq; perniciem insaniant. Principio
cum, Domini iussu, quotidie sancti repetant hanc petitionem: Remitte nobis de-
bita nostra: se nimirum debitores confitentur. Neq; frustra petunt. Quia Domi-
nus non aliud ubiq; petendum præscripsit, q; quod ipse daturus esset. Imo cum
totam orationem exauditum iri à Patre sit testatus: hanc tamen absolutionem pe-
culiari etiamnum promissione obsignauit. Quid ultra uolumus? peccatorũ con-
fessionem à sanctis, & eam quidem assiduam, tota uita requirit Dñs: & ueniam
pollicet. Quæ audacia est? aut à peccato eximere: aut, si impegerint, à gratia pror-
sus excludere. Iam quibus uult nos condonare septuagesies septies? An non fra- Matt. 18
tribus? quorsum præcepit, nisi ut suam clementiã imitemur? Condonat igitur nõ
semel, aut bis: sed quoties delictorum agnitione consternati, ad eum suspirant.
Atq; ut ubi ipsis penè incunabulis ecclesię ordiamur: patriarchę circuncisi erant: Genesis. 17
in fœderis participationem assecti: edocti haud dubie, patris diligentia, iustitiam
& integritatẽ, cum in fratricidiũ conspirarunt. Scelus erat, uel perditissimis latro-

nibus

nibus abominandum. Tandem, manſuefacti Iudæ monitionibus, uendiderunt. Hæc quoq; intolerabilis fuit immanitas. Symeon & Leui, nefaria ultione, & patris quoq; iudicio damnata, in Sichimitas ſæuierunt. Ruben cubile paternũ, ſpurciſſima libidine, cõtaminauit. Iudas, dũ ſcortationi uult indulgere, præter naturæ legem ad nurum ingreditur. Atqui tantum abeſt, quin expungantur è populo electo, ut potius in capita erigitur. Quid porro Dauid? Cum præſes eſſet iuſtitiæ, quanto cum flagitio, per innocentis ſanguinis effuſionem, uiam cæcæ libidini patefecit? Iam regeneratus erat, ac inter regeneratos inſignibus elogijs Domini ornatus. Quod tamen uel inter gentes horribile eſt, flagitium perpetrauit. & ueniam tamen eſt conſecutus. Et ne ſingularibus exemplis immoremur: quot in lege & prophetis, erga Iſraelitas, extant diuinæ miſericordiæ promiſſiones: toties comprobatur Dominus ſe placabilem exhibere populi ſui offenſis. Quid enim Moſes promittit fore, ubi populus in apoſtaſiam prolapſus, redierit ad Dominum? Reducet te Deus è captiuitate, & miſerebitur tui, & congregabit te ex populis, ad quos fueris diſperſus. Si ad cardines cœli fueris diſſipatus, inde ego te recolligam. Sed nolo enumerationem inchoare: quæ nunquam finienda eſſet. Pleni enim ſunt Prophetæ eiuſmodi promiſſionibus: quæ populo infinitis ſceleribus cooperto miſericordiam tamen offerant. Quod grauius eſt flagitium rebellione? Diuortium enim inter Deum & Eccleſiam uocatur. at hoc Dei bonitate ſuperatur. Quis eſt uir, inquit per Ieremiam, cuius ſi uxor corpus ſuum adulteris proſtituerit: cum ea redire in gratiam ſuſtineat? Tuis autem ſcortationibus õnes uiæ pollutæ ſunt, Iuda repleta fuit terra fœdis amoribus tuis. Reuertere tamen ad me: & ego te ſuſcipiam. Reuertere auerſatrix: non auertam à te faciem meam: quia ſanctus ſum, & non iraſcor in perpetuũ. Et ſane nõ alius eſſe affectus eius poteſt, qui affirmat ſe nolle mortem peccatoris: ſed magis ut conuertatur, & uiuat. Ideo cum templum Solomon dedicaret, in hunc quoq; uſum deſtinabat: ut orationes, pro impetranda peccatorum uenia factæ, inde exaudirentur. Si peccauerint, dicebat, tibi filij tui (Non eſt enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis ſuis: & egerint pœnitentiam in corde ſuo, & conuerſi, deprecati te fuerint in captiuitate ſua, dicentes: Peccauimus, iniquè egimus: & orauerint uerſus terram, quam dediſti patribus eorum, & uerſus templum hoc ſanctum: exaudies in cœlo preces eorum, & propitiaberis populo tuo, qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum, quibus præuaricati ſunt in te. Nec fruſtra in lege quotidiana pro peccatis ſacrificia Dominus ordinauit. Niſi eñ aſſiduis peccatorum morbis populum ſuum laborare Dominus præuidiſſet: nunquam illi cõſtituiſſet hæc remedia. An aduentu Chriſti, quo plenitudo gratiæ exerta fuit, hoc adempta eſt fidelibus beneficium, ne pro delictorum uenia audeant ſupplicare: ne, ſi Dominum offenderint, ullam miſericordiam cõſequantur? Quid hoc erit aliud, quàm Chriſtum dicere in ſuorum perniciem ueniſſe, non ſalutem? ſi quæ in ueteri teſtamento aſſidue ſanctis parata erat Dei indulgentia, in peccatis condonandis, nunc è medio ſublata dicitur. Quod ſi ſcripturis fidem habemus, diſerte clamantibus, in Chriſto demum gratiam & humanitatem Domini ad plenum apparuiſſe effuſam miſericordiæ opulentiam: reconciliationem Dei & hominũ adimpletam: ne dubitemus, quin multo benignior nobis clementia cœleſtis Patris exuberet potius, quàm abſciſſa aut decurtata fuerit. Neq; uero deſunt illius donum. Petrus, qui audierat abnegatum iri coram angelis Dei. qui apud homines nomen Chriſti non eſſet confeſſus, ter una nocte, nec ſine exe.ratione abnegauit. Non tamen à uenia depellitur. Qui inordinate uiuebant apud Theſſalonicenſes, ſic caſtigantur, ut inuitentur ad pœnitentiam. Ne ipſi quidem Symoni mago deſperatio injicitur. quin potius iubetur bene ſperare: cum ad preces confugere ſuadet illi Petrus. Quid quòd totas interdum Eccleſias grauiſſima peccata occuparunt? à quibus tamen eas Paulus clementer potius extricauit, quam earum capita deuoueret. Galatarum defectio non mediocre erat delictum. Corinthij eo minus illis erant excuſabiles, quòd pluribus, neq; leuioribus flagitijs abundabant.

Deutr. 30

Ieremiæ. 3.

Ezech. 18

2. Reg. 8

2. Timot. 1 Tit. 1. & 3.

Matth. 10. Matth. 26 & 9.

2. Theſſa. 3 Actor. 8.

dabant. Neutri tamen à misericordia Domini excluduntur. Imo illi ipsi, qui præ aliis immunditia, fornicatione, & impudicitia deliquerant, nominatim inuitantur ad pœnitentiam. Manet enim æternumq; manebit inuiolabile pactum Dñi, q̃d solemniter cum Christo uero Solomone, eiusq; membris, sanciuit his uerbis. Si dereliquerit Filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint: si iustitias meas prophanarint, mandata mea non custodierint: uisitabo in uirga iniquitates eorum, in uerberibus peccata eorũ. Misericordiam autẽ meam non auferã ab eo. Denicq; ipsa symboli dispositiõe admonemur, perpetuã residere in Ecclesia Christi delictorũ gratiã: q̃, Ecclesia uelut cõstituta, remissio peccatorũ adhuc subiũgit. 2. Corin. 12. Psal. 88.

Quidam aliquanto prudentiores, ubi uident tanta scripturę perspicuitate Nouati dogma refutari: non quodlibet delictum, irremissibile faciunt: sed uoluntariam legis transgressionem, in quã, sciens quis ac uolens, impegerit. Porro sic loquentes, peccatum nullum uenia dignantur, nisi ficubi aberratum ignorantia fuerit. Verum cum Dominus in lege, alia pro expiandis fidelium uoluntarijs peccatis, alia pro ignorantijs redimendis, mandarit offerri sacrificia: quantæ est improbitatis, uoluntario peccato nullum cõcedere piaculum? Dico nihil esse apertius, q̃ unicum Christum sacrificium ualere, ad remittenda sanctorum uoluntaria peccata: quando Dominus carnalibus hostijs, ueluti signaculis, id testatum fecit. Deinde quis ab ignorantia Dauidem excuset: quem tantopere constat fuisse in lege eruditum? An nesciebat Dauid, quantum foret adulterij & homicidij crimen: qui quotidie ipsum in alijs puniebat? An fratricidium res legitima patriarchis uidebatur? An ita male profecerant Corinthij, ut lasciuiam, impuritatem, scortationem, odia, contentiones, placere Deo putarent? An Petrus, tam diligenter admonitus, ignorabat quanti esset magistrum eiurare? Ergo Dei misericordię, tam benigne se exerenti, uiam nostra malignitate ne præcludamus. Equidem non me latet, ueteres scriptores, peccata, quæ quotidie remittuntur fidelibus, interpretatos esse, quæ ex infirmitate carnis obrepunt leuiora errata. Pœnitentiam uero solemnem, quæ pro grauioribus flagitijs tum exigebatur, illis uisam esse non magis iterandam, q̃ Baptismum. Quæ sententia nõ ita est accipienda: quasi aut præcipitare iri desperationẽ uoluerint, qui à prima pœnitentia iterũ recidissent: aut illa errata eleuare, perinde atq; coram Deo exilia. sciebant enim infidelitate sepius titubare sanctos, iuramenta superuacua illis interdum excidere, in iram nonnunquã efferuere, imo prorumpere ad manifesta usq; conuitia, alijs præterea malis laborare: quæ Dominus non leuiter abominatur. Sed ita uocabãt, ut destinguerent à publicis crimi nibus, quæ cum magno offendiculo in Ecclesiæ cognitionem ueniebant. Quod autem adeo difficulter ignoscebant ijs, qui dignum aliquid animaduersione Ecclesiastica perpetrarant: non ideo fiebat, quod difficilem illis apud Dominum ueniam putarent. Sed, hac seueritate, uolebant alios deterrere, ne temere proruerent in flagitia, quorum merito ab Ecclesiæ communione alienarentur. Quanquã uerbum Domini, quod hic pro unica regula nobis esse debet, maiorem certe moderationem præscribit. Siquidem eo usq; intendendum docet disciplinæ rigorẽ, ne absorbeatur à tristitia is, cui præcipue consultũ oportet. ut fusius supra disseruimus. Leuit. 26.

Sed q̃ tam acerbi sunt aduersus peccata uoluntaria censores, Apostoli authoritatẽ prætendunt, qui uidetur omnem illis ueniã præcidere. Impossibile enim esse tradit, eos, q̃ semel illuminati fuerint, gustauerit donũ cœleste, participes facti sint Spiritus sancti, gustauerit bonũ Dei uerbum, uirtutesq; uenturi sęculi, si prolabãtur, rursum renouari ad pœnitentiam, ab integro crucifigentes Filium Dei, & ludibrio exponentes. Item alibi. Si uolentes, ait, peccauerimus, post acceptã notitiã ueritatis: nõ ultra pro peccatis reliqua est hostia: sed formidabilis quædam expectatio iudicij & cæt. Hi quoq; loci sunt, ex quorum prauia intelligentia insaniendi materiam olim Nouatiani hauserunt: quorũ asperitate offensi boni quidam uiri, hanc suppositiam Epistolam crediderunt. quæ omni tamẽ ex parte Apostolicũ Spiritum uere redolet. Quoniam autẽ nobis contentio nõ est, nisi cum ijs q̃ eam amplexantur: facile est ostendere, quam nihil illæ sententiæ, ipsorum suffragentur Hebræ. 10. Hebræ. 6.

X errori.

errori. Primum necesse est, Apostolũ cum magistro suo consentire, qui omne peccatum & blasphemiam remissum iri affirmat, excepto peccato in Spiritum sanctũ, quod neq; in hoc sæculo, neq; in futuro, remittitur. Hac, inquam, exceptione contentum fuisse Apostolum, certum est: nisi uolumus illum gratiæ Christi aduersarium facere. Vnde conficitur, de solo in Spiritum sanctum peccato intelligendũ, quod utroq; loco docet. Quod si hæc ratiocinatio illis non sufficit: ostendam demum, & eius uerba huc conuenire. Vt tamen prius illud expediatur: quod sit tam horrendum eiusmodi flagitium, quod nullã remissionem habiturum est, quærere conuenit. Quòd Augustinus alicubi definit obstinatam ad mortem usq; peruicaciam, cum ueniæ diffidentia, nõ satis quadrat ipsis Christi uerbis: nõ remissum iri in hoc sæculo. Nam aut hoc frustra dicitur, aut in hac uita cõmitti potest. Si autẽ uera est Augustini definitio: non cõmittitur, nisi ad mortẽ usq; perseuerat. Quòd alij dicunt, in Spiritũ sanctũ peccare, q̃ gratię in fratrẽ collatę inuidet: nõ uideo unde sumptum fuerit. Sed ueram diffinitionem afferamus, quæ ubi firmis testimonijs cõprobata fuerit, facile per se ipsam omnes alias euertet. Dico igitur in Spiritũ sanctum peccare, qui diuinæ ueritati, cuius fulgore sic perstringuntur, ut ignorantiam causari nequeant, tamen destinata malitia resistunt: in hoc tantũ, ut resistant. Christus enim explicaturus quod dixerat, continuo subiungit. Qui dixerit uerbũ
Matth. 12. in Filium hominis, remittetur ei, qui autem blasphemauerit contra Spiritum, non
Marci. 3. remittetur. Et Matthæus, pro blasphemia in Spiritum, ponit Spiritũ blasphemiæ,
Lucæ. 12. Quomodo in Filium quis probrum iacere possit, quin simul in Spiritum torqueatur? Nempe, qui in ueritatem Dei incognitã imprudẽtes impingunt, qui Christo ignoranter maledicunt, hoc interim animo præditi, ut reuelatam sibi Dei ueritatem extinguere nolint, aut quem nouerint esse Christum Domini, uerbo uno taxare, illi in Patrem ac Filium peccant. Sic multi sunt hodie, qui Euangelij doctrinam pessime execrantur: quam si Euangelij esse scirent, toto corde uenerarentur. Quorum autem conuicta est conscientia, Dei uerbum esse quod repudiant atq; impugnant: impugnare tamen non desinunt: illi in Spiritũ blasphemare dicuntur, quandoquidem aduersus illuminationẽ, quæ opus est Spiritus sancti, luctantur. Tales erant ex Iudæis nonnulli: qui cum resistere Spiritui per Stephanum loquenti nõ possent, resistere tamen contendebant. Non dubium est, quin ex illis multi, legis zelo, ad id raperentur. Sed fuisse alios apparet, qui malitiosa impietate in Deum
Acto. 7. ipsum furerent, hoc est, in doctrinam, q̃ esse à Deo non nesciebãt. Tales & ipsi Pharisæi, in quos Dominus inuehitur: qui Spiritus sancti uirtutem ut diuinitus ceterent, Beelzebub nomine infamabant. Hic ergo est Spiritus blasphemiæ, ubi hominis audacia in contumeliam diuini nominis, data opera, p̃silit. Quod innuit Paulus, cũ
1 Timo. 1. docet se misericordiam consecutum: quòd ignorans ea per incredulitatem cõmisisset, quorum merito, indignus alioqui fuisset gratia Dñi. Si ignorantia, cum incredulitate iuncta fecit, ut ueniam obtineret, hinc sequitur, non esse ueniæ locum, ubi scientia ad incredulitatẽ accessit. In hunc sensum Apostolum loq, si bene animaduertas, intelliges. sermonem siquidem in eos dirigit, qui religionem Christianam se repetere posse imaginabantur, si semel ab ea defecissent, quos ab hac falsa & pernitosa opinione auocans, dicit quod ueri simum est: non patere ijs reditum ad Christi communionem, qui eam scientes, uolentes abiurarint. Abiurant autẽ, non q̃ simpliciter, dissoluta uitæ licentia, uerbum Dñi transgrediuntur: sed qui totam eius doctrinã ex professo proñciunt. Ergo paralogismus est in uerbo, p̃labendi, & peccandi. Quoniã, prolabi, Nouatiani interpretantur, si quis lege Dñi non furandum nec scortandum edoctus, à furto aut scortatione nõ abstineat. At cõtra subesse tacitã antithesin affirmo: in qua repeti debeãt contraria omnia ijs, quę prius dicta fuerant. Cum ergo dicit, eos qui prolapsi sint, post q̃ semel illuminati fuerunt, gustauerunt donum cœleste, participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerũt etiam bonũ Dei uerbum, uirtutesq; uenturi sęculi: intelligendum est, q̃ lumen Spiritus, deliberata impietate, prouocarint, doni cœlestis gustum respuerint, à sanctificatione Spiritus se alienarint, uerbum Dei, & sæculi uenturi uirtutes conculcarint,

rint. Ac quo magis exprimeret illam impietatis certam destinationem: alio postea loco nominatim adiecit dictionem, uoluntarie. Nam cum dicit, nullam fieri relinquam hostiam ijs, qui uolentes, post acceptam ueritatis notitiam, peccarint: nō negat, Christum esse perpetuam hostiam, ad expiandas sanctorum iniquitates: quod tota ferè Epistola diserte clamat, inter explicandum Christi Sacerdotiū. Sed nullam aliam restare dicit, ubi ab ea discessum est. Discedituir autem, abnegata ex professo Euangelij ueritate. Quod autem nimis durum, & Dei clementia alienum uidetur quibusdam, à remissione ullos omnino depelli, qui ad implorandam Domini misericordiam confugiant, id facile diluitur. Nō enim denegari ueniam dicit, si ad Dominum se conuerterint: sed omnino negat posse ad pœnitentiam surgere, quod scilicet æterna cæcitate, ob suam ingratitudinem, iusto Dei iudicio, percussi sint. Neq; obstat, quod idem exemplum Esau huc accommodat: qui frustra lachrymis & eiulatu tentauerit, amissam primogenituram recuperare. Nihilo etiam magis illa Prophetæ comminatio: Cum clamauerint, non exaudiant. Neq; enim, talibus loquendi formulis, aut uera conuersio, aut Dei inuocatio designatur: sed illa impiorum anxietas, qua, dum in rebus extremis constringuntur, coguntur respicere, quod antea secure negligebant: sibi nihil esse boni, nisi in Domini auxilio. Illud autem non tam implorant, quam sibi ablatum esse gemunt. Itaq; nihil aliud significat Propheta per clamorem. Apostolus per lachrymas: quam tormentum illud horribile, quod impios ex desperatione urit & discrutiat.

Carnis resurrectionem, uitam æternam.

Hic beatitudinis nostræ metam & clausulam habemus. Ac priore quidē loco, carnis resurrectio asseritur: per q̄ ingredimur ad uitæ æternæ possessionem. quando caro & sanguis regnum Dei possidere nō possunt, neq; corruptio incorruptionem. Res non modo creditu difficilis: sed omnino extra fidem, si pro humano captu æstimetur. Itaq; cum plærique Philosophi animæ immortalitatem nō penitus ignorarint: nullius tamen animum uel minima de carnis resurrectione cogitatio subijt. Quis enim suspicaretur usquam hæc ipsa corpora, quæ nunc in terra computrescunt, nunc ab auibus exeduntur, nunc arroduntur uermibus, nunc ex incendio in cinerem redacta penè euanescunt, aliquando instauranda? Sed huic difficultati optime occurrit Dominus, qui futuram hanc resurrectionem, non modo plurimis & clarissimis verbis testatus est: sed eius etiam apertū in Christo specimen exhibuit. Ita, quod incredibile aliàs uidetur, sub oculos nobis expositum est. Proinde dum rite uolumus cogitare, qualis futura sit resurrectio, in Christum semper respiciendum est, illius Hypostasin & exemplar: quemadmodū & Apostolus monet: cum reformationem corporis nostri, uocat configurationem cum Christi corpore glorioso. Quemadmodum ergo ille in eodem, quo passus erat, *Philip. 3.* corpore suscitatus fuit: quod tamen longe alio decore spectabile, à resurrectione, recepit, quam in mortalitate habuerat: ita & nos eadem, quam gestamus, carne resurgemus quidem: sed alij à resurrectione erimus. quam uarietatem Apostolus similibus quibusdam explanat. Nam humanæ & beluinæ carnis eadem est sub- *1. Corin. 15* stantia, non qualitas: stellis omnibus eadem est materia, qualitas diuersa: ita substantiam corporis nostri retinebimus; qualitates immutabuntur. Quare corpus hoc corruptibile nō disperibit, ut suscitemur: sed induet, deposita corruptione, incorruptionem: dimissa mortalitate, immortalitatem. Itaq; nulla difficultas Dominum impediet, quominus eadem, quam in Filio suscitando exeruit, potentia, suos omnes, qui ante extremum iudicij diem morte absumpti fuerint, à puluere & corruptione in nouam uitam reuocet. Nam qui tum superstites deprehendentur, subita magis immutatione, quàm naturali mortis forma, in nouam uitam transibūt. Quoniam autem tum demum implebitur prophetia, de absorpta per uictoriam morte: ideo uita æterna continuo subijcitur. de cuius excellentia si omnia dicta fuerint, quibus omnium hominum linguæ sufficiant; vix tamen infima eius par-

ticula delibata fuerit. Nam utcunq; uerè audiamus, regnũ Dei claritate, gaudio, fœlicitate, fore refertũ: illa tamen, quæ nominantur, à sensu nostro remotissima, & quasi ænigmatibus inuoluta manent: donec uenerit dies ille, quo nobis suam gloriam Dominus facie ad faciem conspiciendam exhibebit. Quamobrem Prophetæ, quia spiritualem illam beatitudinem in seipsa nullis verbis exprimere poterant, sub rebus coporeis eam ferè delinearunt. Quia tamen aliquo suauitatis illius gustu accendi nos & exacui ad desyderij feruorem oportet: in hoc præcipue cogitando immoremur. Si Dominus bonorum omnium plenitudinem, ceu fons quidam inexhaustus, in se continet: nihil ultra eum expetendum ijs, qui ad summum
2. Pet. 1. bonũ, & omnes fœlicitatis numeros contendunt. Atqui Petrus denunciat, in hoc
2. Thes. 1. uocatos fideles, ut diuinæ fiant consortes naturæ. Quomodo istud? Quia glorificabitur in omnibus sanctis suis, & admirabilis fiet in ijs qui crediderunt. Si Dominus gloriam, uirtutem, iustitiam suam, cum electis participabit: imo seipsum illis quodammodo communicabit: meminerimus sub hoc beneficio omne fœlicitatis genus contineri. Et cum multum in hac meditatione profecerimus: recognoscamus tamen, nos in imis adhuc radicibus subsidere: si mentis nostræ conceptio cum mysterij huius sublimitate conferatur.

Nullam hic fieri mentionẽ, aut resurrectionis, aut mortis æternę, quę manet impios oẽs: nihil mirum est. Siquidẽ hicea sola proponuntur, quibus fidelis conscientia consolationẽ recipiat: & in salutis fiducia alatur, ac confirmet. Interim tamẽ non est, cur curiosis hominibus in mentem ueniat, nullam fore impiorum resurrectionem: q̃ in symbolo non extet eius testimonium. Alibi satis abunde cõmemoratur futura sors impiorũ: & enarrantur ea, quæ ad incutiendũ illis terrorem ualeant: in symbolo nõ quærantur: quod solam fundandæ & ædificandæ fidutię materiã habet. An nõ satis aperte de resurrectione vniuersali Dñs testificatur: cum
Matth. 25. prædicit futurũ, ut Dominus congreget in cõspectum suum oẽs gentes, & segre-
Ioan. 5. get in ordinẽ, uelut pastor, oues ab hœdis? & quæ ibidẽ sequuntur. Item alibi clarius,
Acto. 24. processuros, q̃ bona egerunt, in resurrectionẽ uitę: qui uero mala egerũt, in resurrectionẽ iudicij. Quid illa Pauli confessione, quã edidit apud Fœlice, apertius disideretur? se futurã expectare resurrectionẽ, & eam iustorũ simul & impiorum. Tot igitur testimonijs cum solide fulciatur vniuersalis resurrectio: frustra in controuersiã à futilibus ingenijs reuocetur. Quanquã ita perpetua serie inter se cõnectuntur remuneratio piorũ, improborum pœna: ut qui alterũ confitetur, alterum
Iesai. 6. & alibi. necessario subaudiat. Quod pulchre Dñs notat: dum ita loquitur p Prophetam.
Iesaiæ. 66. Dies uindictę in corde meo: & annus redemptionis meę uenit. Et apud eundem. Videbitis, & gaudebit cor uestrũ: & ossa uestra, quasi herba, germinabunt. Et cognoscetur manus Domini erga seruos suos: & inimicis suis indignabit. Id uero quia nõ nisi obscure agitur, neq; omnino peragitur in hac peregrinatione, in vltimum illum retributionis diem proprie cõpetit, qui iudiciũ & iustitiam Dñi perIesai. ulti. spicue exhibebit. Porro, qa diuinæ in reprobos ultionis grauitatẽ nulla descriptio
Iesaiæ. 30. æquare potest: p res corporeas, eorũ tormenta & cruciatus nobis figurant. Nempe per tenebras, fletum, & stridorẽ dentium, ignem inextinguibilẽ, vermem, sine fine cor arrodentem. Talibus enim loquendi modis certũ est Spiritum sanctũ uoluisse sensus oẽs horrore conturbare. Vt cum dicit, præparatam esse ab hesterno gehennã profundam. Nutrimẽta eius esse ignẽ, & ligna multa: flatu Dñi, ceu torrente sulphuris, eam succẽdente. Quibus ut nos adiuuari oportet, ad concipiendã utcunq; impiorum miseram sortem: ita nos in eo potissimum defigere cogitationẽ oportet: q̃ sit calamitosum, alienari ab omni Dei societate. neq; id modo: sed maie stratẽ Dei ita sentire tibi aduersam, ut effugere nequeas, quin ab ipsa urgearis. Nã primũ eius indignatio instar ignis est violentissimi, cuius attactu omnia deuorentur & absorbeantur. Deinde illi, ad exercendũ iudicium, sic seruiunt omnes creaturæ: ut cœlum, terram, mare, animalia, & quicquid est, uelut dira indignatione, aduersum se inflammata, & in pernitiẽ suam armata sensuri sint, quibus irã suam ita
2. Thes. 1. Dñs reuelarit. Quare non vulgare, aliquid pronunciauit Apostolus, cum dicit, in

fideles

fideles daturos pœnas in interitu ęternas, à facie Domini, & à gloria uirtutis eius. Nam si à pręsentia irati Dei sibi discerpuntur, configuntur, uexantur, uruntur, lanienantur, conteruntur, dissipantur infœlices conscientiæ: ut abyssos ac uoragines quaslibet subire lenius futurum sit, quàm ad momentum unum illam sustinere: quale hoc & quantum est, æterna, & nusquam desitura illius obsidione urgeri?

Cæterum Chiliastarum deliramentum, qui regnum Christi, & Sathanę confusionem mille annis terminant, puerilius est, quam ut refutatione, uel indigeat, uel dignum sit. Tota scriptura clamat, nullum fore finem, nec electorum beatitudini, nec reproborum supplicio. Istarum rerum, quæ & conspectum nostrum fugiunt, & mentis captum longe superant, aut fides ex certis Dei oraculis petenda est, aut prorsus abijcienda. Qui mille annos assignant Filijs Dei, ad futuræ uitæ hæreditatem fruendam, non animaduertunt, quoniam contumeliam inurant, & Christo, & eius regno. Nam si immortalitate non induentur: ergo nec Christus ipse, ad cuius gloriam transformabuntur, in gloriam immortalem receptus est. si aliquē habebit finem eorum beatitudo: ergo regnum Christi, cuius soliditate innituntur, temporarium est. Deniq; aut imperitissimi sunt rerum omnium diuinarum: aut obliqua malignitate, totam Dei gratiam, Christiq; uirtutem labefactare molíuntur: quarum complementum non aliter constat, nisi, obliterato peccato, & absorpta morte, uita æterna ad plenum instauretur. Quam uero stolide ineptiant, q timent nimiam Deo sæuitiam adscribere, si ęternis pœnis reprobi addicantur, uel cæcis perspicuum est. Scilicet iniurius erit Dominus: si regno suo priuauerit, qui eo se indignos, per ingratitudinem, reddiderint. At peccata eorū temporaria sunt. Fateor, sed Dei maiestas, quam peccando uiolarunt, ęterna est. Merito igitur non perit iniquitatis memoria. At ita pœna modum excedet delicti. Hæc uero est non ferenda blasphemia: dum tam paruo ęstimatur Dei maiestas: dū nō pluris sit eius contemptus, q̄ animæ unius exitium. Sed omittamus nugatores istos, ne, contra quam præfati sumus, uideamur eorum deliramenta refutatione digna iudicare.

Iam uero ubicunq; uiua erit hæc fides, fieri non poterit, quin spem æternæ salutis secum habeat indiuiduam comitem: uel potius ex se gignat & exerat, qua sublata, quamlibet diserte atq; ornate de fide disseramus, nullam habere conuincimur. Nam si fides, ut auditū est, certa est de ueritate Dei persuasio: quod nec mentiri nobis, nec fallere, nec irrita esse queat: qui hanc certitudinem conceperunt, simul profecto expectant fore, ut promissiones suas Deus præstet: quæ eorū persuasione, non nisi uerę esse possunt. Vt in summa nihil aliud sit spes, quam eorum expectatio, quæ uere à Deo promissa, fides credidit. Ita fides Deum ueracem credit: spes expectat, ut in temporis occasione ueritatem suā exhibeat. fides credit nobis esse Patrē: spes expectat, ut se talem erga nos semper gerat. fides datam nobis uitam æternam credit: spes expectat, ut aliquando reueletur. fides, fundamentū est cui spes incumbit: spes fidem alit ac sustinet. Vt enim expectare à Deo nemo quidquā potest, nisi qui prius eius promissis crediderit: ita rursus fidei nostrę imbecillitatem, ne uelut fessa cōcidat, sustineri ac foueri, patienter sperando, & expectando oportet. Qua ratione Paulus rite salutē nostram in spe collocat (Rom. 8.) Nam ea, dum in silentio Dominū expectat, fidem cōtinet, ne nimis festinando prę cipitet, confirmat, ne uacilletin Dei promissionibus, aut de earum ueritate dubitare incipiat, recreat, ne fatigetur. extēdit ad ultimam illam metā, ne in medio cursu, aut etiam in carceribus deficiat, denicq; assidue renouando & instaurando, facit, ut seipsa subinde ad perseuerantiam uegetior emergat. Atq; omnino, quot nominibus necessaria sint spei subsidia, ad fidem stabiliendam, melius patebit: si cogitemus, quot tentationum formis impetantur & concutiantur, qui uerbū Dei amplexi sunt. Primum Dominus, promissiones suas differendo, diutius sæpe, quàm pro uotis nostris, suspensos animi nos tenet. hic officiū est spei, præstare quod iubet Propheta: Vt si moram illæ fecerint, expectemus tamen. Habac. 2. Interdum non modo languere nos sinit: sed apertam indignationem præsefert. hic spē multo magis succurrere necesse est: quo secundum alterius Prophetæ dictum, Iesa. 8. Iesaiæ. 30

possimus expectare Dominum, qui absconderit faciem suam à Iacob. Insurgunt etiam illusores, quemadmodum ait Petrus. 2. Petri. 3. qui rogant, ubi est promissio uel aduentus eius? quando, ex quo Patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creationis. Imo eadem hęc nobis insusurrant caro & mundus, hic fidem, spei tolerantia suffultam, in æternitatis contemplatione defixam retineri oportet, quo mille annos, instar diei vnius reputet.

2. Petri. 1. Propter hanc tum coniunctionem, tum affinitatem, scriptura interdum fidei & spei uocabula confundit. Nam cum Petrus docet, Virtute Dei nos per fidem custodiri, usq; ad salutis reuelationē: quod spei magis quadrabat, fidei tribuit. Neq; immerito: quando iam docuimus, nihil aliud spem esse, quam fidei alimentum & robur. Neq; iam obscurum est, quàm insulse Petrus Lombardus duplex spei fundamentum iaciat: Dei gratiam, & operum meritum. Non huic alius scopus, quā fidei, esse potest. Fidei autem iam clarissime exposuimus unicum esse scopum, Dei misericordiam: in quam utroq;, ut ita loquar, oculo respicere debeat. Sed operæprecium est auscultare, quam uiuidam afferat rationem. Si quid piam, inquit, sine meritis sperare audeas: non spes illa: sed præsumptio dicenda erit. Quis non merito, amice lector, tales bestias execretur, quæ temere & præsumptuose fieri pronunciant, si quis Deum ueracem esse confidat? Nam cum Dominus nihil non à sua bonitate expectari uelit: præsumptionem esse dicunt, in ea recumbere, & acquiescere. O magistrum talibus dignum discipulis, quales in uesanis rabularū scholis nactus est. Nos uero, quando uidemus, nō ambiguis Dei oraculis, iuberi peccatores, spem salutis concipere: libenter tantū præsumamus de ueritate Dei, ut sola eius misericodia freti, abiecta operum fiducia, bene sperare audeamus.

Lib. 3. sententia. distinct. 26.

DE POENITENTIA

Caput IX.

PROXIMVS à fide in pœnitentiam transitus esse debet: quæ nō idem ipsam continuo subsequitur tantū, sed inde etiam nascitur. Cum enim uenia & remissio per Euangelij præ dicationem ideo peccatori offeratur, ut à misera peccati & mortis seruitute liberatus, traducatur in regnū Dei: fide Euangelij gratiam nemo amplecti poteit, quin ex errore uitæ prioris in rectā uiam se recipiat: & totum suū studium, ad pœnitentię meditationem applicet. Quibus autem uidetur fidem potius præcedere pœnitentia, quàm ab ipsa emergere: ij nimiū leui argumento ad id sentiendum mouentur. Christus, inquiunt, & Ioannes in suis concionibus populum ad resipiscentiam primum hortantur: deinde regnum cœlorum appropinquasse subijciunt. Tale prædicandi mandatū accipiunt Apostoli. Talem ordinem secutus est Paulus, quemadmodum Lucas refert. Atqui dum in syllabarum contextu superstitiose hærent, non animaduertunt, quo sensu inter se uerba illa cohæreant. Nam dum in hunc modum concionantur Christus Dominus, & Ioannes: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum: an non resipiscendi causam ab ipsa gratia & salutis promissione ducunt? Perinde ergo ualent eorum uerba, ac si docerent. Quoniam appropinquauit regnum cœlorum: ideo resipiscite. Nam Matthæus, ubi sic prædicasse Ioannem narrauit, impletum in ipso fuisse

Matth. 3. Iesaiæ uaticinium docet, de uoce in deserto clamante. Parate uiam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Verum apud Prophetam illa uox iubetur à consolatione & læto nuncio inchoare. Neq; tamen cum resipiscentiæ originem ad fidē referimus, spacium aliq̄d temporis somniamus, q̄ ipsam parturiat: sed ostendere uolumus, non posse hominem pœnitentiæ serio studere, nisi se Dei esse nouerit;

Dei autem

Dei autem se esse nemo uere persuasus est, nisi qui eius gratiam prius apprehenderit. Sed hæc dilucidius in ipso progressu edisserentur. Omni autem rationis specie caret eorum deliramentum, qui ut à pœnitentia exordiantur, certos dies suis neophytis præscribunt, per quos se in pœnitentiam exerceant, quibus demum transactis, in Euangelicæ gratiæ communionem ipsos admittunt. De plurimis Anabaptistarum loquor. Iis præsertim qui spirituales haberi mire gaudent. Tales scilicet fructus profert Spiritus ille uertiginis, ut pœnitentiam, quæ in totam uitam proroganda est homini Christiano, paucis diculis terminet.

Cæterum de pœnitentia docti quidam uiri, longe etiam ante hæc tempora, cum iuxta scripturæ regulam simpliciter & syncere loqui uellent, dixerunt constare duabus partibus, mortificatione, & uiuificatione. Mortificationem interpretantur, animæ dolorem & terrorem, ex agnitione peccati, & sensu iudicij Dei conceptum. Vbi enim quis in ueram peccati cognitionem adductus est, tum uere peccatum odisse & execrari incipit: tum sibi ipsi ex animo displicet, miserum se & perditum fatetur, & alium se esse optat. Adhæc ubi sensu aliquo iudicij Dei tactus est, (alterum em̃ ex altero protinus sequitur) tum uero perculsus ac consternatus iacet, humiliatus ac dejectus tremit, animam despondet, desperat. Hæc prior pœnitentiæ pars, quam uulgo contritionem dixerunt. Viuificationem interpretantur consolationem, quæ ex fide nascitur. Vbi scilicet homo, peccati conscientia prostratus, ac Dei timore perculsus, postea in Dei bonitatem, in misericordiam, gratiam, salutem, quæ est per Christum, respiciens, sese erigit, respirat, animum colligit, & uelut è morte in uitam redit.

Alij, quia uidebant uarie hoc nomen in scriptura acceptum, duas posuerunt pœnitentiæ formas: quas ut nota aliqua distinguerent, alteram legalem dixerunt: qua peccator peccati cauterio uulneratus, & terrore iræ Dei attritus, in ea perturbatione constrictus hæret, nec se explicare potest. Euangelicam alteram, qua peccator grauiter quidem apud se afflictus, altius tamen emergit: & Christum uulneris sui medicinam, terroris consolationem, miseriæ portum, apprehendit. Legalis pœnitentiæ exempla esse uolunt, Cain, Saul, Iudam: quorum pœnitentiam, dum scriptura nobis commemorat, intelligit, peccati sui grauitate agnita, iram Dei timuisse: sed Deum duntaxat ultorem & iudicem cogitantes, in eo sensu defecisse. Ergo eorum pœnitentia non aliud fuit, quàm quoddam inferorum atrium, quo iam in hac uita ingressi, coeperunt à facie iræ maiestatis Dei pœnas dare. Euangelicam pœnitentiam uidemus in omnibus, qui peccati aculeo apud se exulcerati, fiducia autem misericordiæ Dei erecti & recreati, ad Dominum conuersi sunt. Pertetritus est Ezechias accepto mortis nuncio: sed flens orauit, & in Dei bonitatem intuitus, fiduciam recepit. Conturbati sunt Niniuitæ, horribili denunciatione excidij: sed induti sacco & cinere, orarunt, sperantes quòd conuerti posset Dominus, & auerti à furore iræ suæ. Confessus est Dauid, se nimium peccasse in recensendo populo: sed adiecit. Auser Domine iniquitatem serui tui. Agnouit adulterij crimen, obiurgante Nathan, & se coram Domino prostrauit: sed ueniam simul expectauit. Talis fuit eorum pœnitentia, qui ad prædicationem Petri compuncti sunt corde: sed Dei bonitate confisi, addiderunt. Quid faciemus uiri fratres? Talis & Petri ipsius, qui fleuit quidem amare, sed sperare non desijt.

Genes. 4. 1. Reg. 15. Matth. 27. 4. Reg. 20. Ionæ. 3. 2. Reg. 12. 2. Reg. 12. Actor. 2.

Hęc quanquam omnia uera sunt: nomen tamen ipsum pœnitentiæ (quatenus ex scripturis assequi possum) aliter accipiendum est. Nam quod fidem sub pœnitentia complectuntur, pugnat cum eo quod Paulus in actis dicit, se Iudeis ac gentibus testificatum in Deum pœnitentiam, & fidem in Iesum Christum. Vbi tanquam duo diuersa, pœnitentiam & fidem enumerat. Quid igitur? An uera pœnitentia citra fidem consistere potest? minime. Verum etsi separari non possunt, distinguj tamen debent. Quemadmodũ sine spe fides non est, & tamẽ fides ac spes

Actor. 20.

uaria sunt: ita pœnitentia & fides, quanquam perpetuo inter se uinculo cohæreãt: magis tamen coniungendę sunt, quàm confundendę. Equidem nec me latet, sub pœnitentiæ nomine totam ad Deum conuersionem comprehendi: cuius pars non postrema fides est. Sed quo sensu, facillime apparebit, ubi uis ac natura eius explicata fuerit. Pœnitentiæ nomen Hæbreis à conuersione, Græcis à mentis, consilijque mutatione deductum est. Nec utriqueetymologiæ res ipsa male respondet: cuius summa est, ut à nobis demigrantes, ad Deum conuertamur: & deposita pristina mente, nouam induamus. Quamobrem non male, meo quidem iudicio, sic pœnitentia definiri poterit. Esse ueram ad Deum uitæ nostræ conuersionem, à syncero seriocp Dei timore profectam, quæ carnis nostræ, ueterisqp hominis mortificatione, & Spiritus uiuificatione constet. In eum sensum accipiendæ sunt conciones omnes, quibus uel Prophetæ quondam, uel Apostoli postea sui temporis homines ad pœnitentiam hortabantur. hoc enim contendebant unum, ut peccatis suis confusi, ac diuini iudicij timore puncti, coram eo procíderent, & humiliarentur, in quem deliquerant: ac, uera resipiscentia, in rectam eius uiam se reciperent. Ideo hæc promiscue usurpantur apud ipsos eodem significatu. Conuerti seu reuerti ad Dominum, resipiscere, & pœnitentiam agere. Et fructus pœnitentia dignos proferre dixerunt Ioannes & Paulus, pro uitam ducere, quæ eiusmodi resipiscentiam in cunctis actionibus referat, ac testetur.

Sed antequàm ultra procedimus, definitionem à nobis positam dilucidius enarrare conducet. In qua tria sunt præcipue capita consideranda. Primum, cum uitæ ad Deum conuersionem nuncupamus, transformationem requirimus, non in operibus tantum externis, sed in anima ipsa: quæ ubi uetustatem suam exuerit, tum demum operum fructus, renouationi suæ respondentes, ex se pariat. Quod dum uult exprimere Propheta, iubet ut cor nouum sibi faciant, quos ad pœnitentiam uocat. Vnde Moyses sæpius, ostensurus, quomodo rite ad Dominum conuerterentur Israelitæ pœnitentia ducti, docet ut id fiat ex toto corde & ex tota anima. Quam locutionem uidemus à Prophetis subinde repetitam. Nullus tamen locus est ex quo melius perspicere liceat, quæ sit germana pœnitentiæ proprietas, quàm ex cap. 4. Ieremiæ. Si reuerteris Israel, inquit Dominus, ad me reuertere. Arate uobis aruum, & nolite serere super spinas. Circuncidimini Domino, & auferte pręputia cordium uestrorum. Vide quomodo nihil effecturos denunciet in studio iustitiæ capessendo, nisi reuulsa in primis ex penitissimo corde impietas fuerit. Eam ob rem præposteros hypocritarum conatus irridet Iesaias, qui externam resipiscentiam strenue quidem moliebantur: at interim fasciculos impietatis intus colligatos dissoluere non curabant. Vbi etiam pulchre ostendit, in quibus proprie sita sit officijs pœnitentia non ficta.

Exech. 18

Iesa. 58.

Secundum caput erat, quod ex serio Dei timore docuimus ipsam proficisci. Prius enim quàm ad resipiscentiam mens peccatoris inclinetur, diuini iudicij cogitatione excitari oportet. Vbi autem hæc cogitatio penitus insederit, Deum aliquando tribunal conscensurum, ad exigendam omnium dictorum factorumqp rationem: miserum hominem interquiescere non sinet, nec punctum tẽporis respirare, quin perpetuo ad meditandũ aliud uitæ institutũ extimulet, quo se ad iudicium illud sistere secure queat. Quare scriptura sępe, dum ad pœnitentiam cohortatur, iudicij mentionem iniicit. ut apud Iere. Ne forte egrediatur ut ignis furor meus, & non sit qui extinguat, propter malitiam operum uestrorum. In concione Pauli ad Athenienses. Et tempora quidem huius ignorantiæ cum hactenus dissimularit Deus, nunc annunciat hominibus ut omnes ubique pœnitentiam agant: eo quòd statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in æquitate. Et alijs compluribus in locis. Interdum à punitionibus iam irrogatis Deum esse iudicem declarat: quo peccatores secum reputent, peiora sibi imminere, nisi mature resipuerint. Exemplum habes Deuteronomij uigesimo nono.

Iere. 4.
Actu. 17

nono. Quoniam uero à peccati horrore & odio conuersio inchoatur: ideo 2.Cor.7
tristitiam, quæ secundum Deum est, pœnitentiæ causam facit Apostolus. Tristitiam autem secundum Deum appellat, ubi non pœnam modo exhoremus: sed peccatum ipsum, ex quo displicere Deo intelligimus, odimus & execramur.

Tertio loco explicandum restat, quale sit istud, quod dicimus pœnitentiam duabus partibus constare: mortificatione scilicet carnis, & Spiritus uiuificatione. Id Prophetæ, licet pro carnalis populi captu simplicius & rudius, liquido tamen exprimunt, cum dicunt. Desine à malo, & fac bonitatem. Item. Lauamini, mundi estote, auferte malum operum uestrorum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse, discite benefacere, quærite iudicium, subuenite oppresso &c. Cum enim à malitia reuocant, totius carnis interitum exigunt: quæ malitia & peruersitate referta est. Res prorsus difficilis & ardua, nos ipsos exuere, & à natiuo ingenio demigrare. Neque enim caro bene interijsse putanda est, nisi quidquid à nobis habemus, abolitum fuerit. Sed cum uniuersus carnis affectus simultas sit aduersus Deum: primus ad obedientiam legis eis ingressus est, illa naturæ nostræ abnegatio. Postea renouationem designant à fructibus, qui inde consequuntur, iustitia, iudicio & misericordia. Siquidem non satis fuerit talibus officijs rite defungi, nisi mens primum ipsa & cor, iustitiæ, iudicij, misericordiæ affectum induerint. Id fit, cum Dei Spiritus intimas suas sanctitate animas nostras nouis & cogitationibus & affectibus ita imbuit, ut nouæ iure haberi queant. Vtrumque ex Christi participatione nobis contingit. Nam si uere morti eius communicamus, eius uirtute crucifigitur uetus noster homo, & peccati corpus emoritur, ne amplius uigeat primæ naturæ corruptio. Si resurrectionis sumus participes: per eam suscitamur in uitæ nouitatem, quæ Dei iustitiæ respondeat. Vno ergo uerbo pœnitentiam interpretor, regenerationem: cuius non alius est scopus, nisi ut imago Dei, quæ per Adæ transgressionem fœdata, & tantum non obliterata fuerat, in nobis reformetur. Sic docet Apostolus, cum ait. Nos autem reuelata facie gloriam Domini repræsentantes, in eandem imaginem transformamur, ex gloria in gloriam, tanquam à Domini Spiritu. Item. Renouamini Spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate ueritatis. Item alibi. Induentes nouum hominem, qui renouatur ad agnitionem & imaginem eius, qui creauit illum. Proinde ista regeneratione in Dei iustitiam, Christi beneficio, instauramur, à qua per Adam excideramus: quomodo in integrum restituere placet Domino, quoscunque in uitæ hereditatem cooptat.

Psal.34 Iesa.1 Roma.8 2.Cor.3 Ephe.4 Coloss.3

Quod autẽ Apostolus in descriptione pœnitentiæ sex eius uel causas, uel effectus, uel partes, enumerat, id optima causa facit. sunt autem: studium aut solicitudo, excusatio, indignatio, timor, desiderium, zelus, uindicta. Neq; absurdum uideri debet, q; statuere non audeo, causæ ne an effectus censeri debeant. Vtrumq; enim disputari potest. Possunt etiam uocari affectiones cum pœnitentia coniunctæ, sed quia, omissis illis quæstionibus, intelligere licet, quid Paulus uelit: simplici expositione cõtenti erimus. Dicit ergo ex tristitia, quę secundũ Deũ est, excitari solicitudinẽ. Nã q serio displicentię sensu tangit, q; in Deũ suũ peccarit, simul extimulat ad diligentiã et attentionem, ut à Diaboli laqueis penitus se explicet, ut abeius insidijs melius sibi caueat, ne à Spiritus sancti gubernatione posthac excidat, ne securitate opprimat. Proxima est excusatio, quę hoc loco nõ defensionẽ significat, qua peccator ad effugiendũ Dei iudiciũ, uel se deliquisse neget, uel culpã extenuet. sed purgationẽ quę in deprecatione magis posita sit, q̃ causę fiducia. Qualiter filij nõ reprobi dũ errata sua agnoscũt & confitent, deprecationẽ tm adhibẽt, atq; ut ea locũ habeat, qbus possunt modis testant se minime abiecisse eã, quã pãrẽtibus debẽt, reuerentiã: denicq; sic excusant, nõ ut se iustos esse ac innocẽtes probẽt, sed tm ut ueniã obtineant. sequitur indignatio; qua peccator secum intus fremit,

2.Cor.7

mit, secum expostulat, sibi irascitur, dum suam peruersitatem, suamq; in Deum ingratitudinem recognoscit. Timoris nomine intelligit illam trepidationem, quæ mentibus nostris incutitur, quoties cogitamus & quid nos simus meriti, & quàm horribilis sit iræ diuinæ seueritas in peccatores. Mirabili enim inquietudine tunc nos uexari necesse est, quæ tum ad humilitatem nos erudit, tum cautiores in posterum reddit. Quod si oritur ex timore solicitudo, de qua prius dixerat, uidemus quo nexu hæc inter se cohæreant. Desiderium uidetur mihi posuisse pro sedulitate in officio, & obsequendi alacritate, ad quam maxime prouocare nos debet delictorum nostrorum agnitio. Huc quoque pertinet zelus, quem continuo subiungit. Ardorem enim significat, quo accendimur, ubi aculei illi nobis admouentur. Quid feci? Quo me præcipitaueram, nisi mihi Dei misericordia subueniret? Postrema est uindicta. Quo enim seueriores in nos sumus, & acriore censura quæstionem habemus de peccatis nostris, eo debemus sperare magis propitium ac misericordem Deum. Et certe fieri non potest, quin anima diuini iudicij horrore perculsa partes ultionis in exigenda de se pœna occupet. sentiunt sane pij quales pœnæ sint, pudor, confusio, gemitus, displicentia sui, & reliqui affectus, qui ex seria delictorum recognitione nascuntur.

Iam & pœnitentiæ fructus quales sint, intelligi potest. Nempe officia pietatis erga Deum, charitatis erga homines, ad hæc in tota uita sanctimonia ac puritas. Sunt præterea & externa aliqua exercitia, quibus priuatim ueluti remedijs uel ad nos humiliandos, uel ad domandam carnem nostram utimur: publice uero ad resipiscentiæ testificationem. Emanant autem ab illa uindicta, de qua loquitur Paulus. Siquidem hæc afflicti animi sunt propria: in squalore, gemitu, lachrymis esse: fugere splendorem & quemlibet apparatum: omnibus delitijs se abdicare. Deinde is qui sentit, quantum malum sit carnis rebellio, remidia omnia quærit, quibus coerceat. Præterea qui bene cogitat, quàm graue sit uiolasse Dei iusticiam, quiescere non potest, donec in sua humilitate gloriam dedit Deo. Eiusmodi exercitia sæpe commemorant uetusti scriptores, cum de pœnitentiæ fructibus loquuntur. Quanquam autem uim pœnitentiæ minime in illis reponunt: ueniam tamen mihi dabunt lectores, si dixero quod sentio. Plus æquo certe insistere in his, mihi uidentur. At si quis prudenter expendat, mihi, ut spero, assentietur, dupliciter eos modum excessisse. Nam cum tantopere urgerent ac immodicis elogijs commendarent corporalem illam disciplinam: hoc quidem consequebantur, ut plebs eam maiore studio amplecteretur: sed quod longe maioris momenti esse debet, quodammodo obscurabant. Deinde in exigendis castigationibus fuerunt aliquanto rigidiores, q̃ ferat Ecclesiastica mansuetudo, quemadmodm alibi tractatũ est.

Sed quia nonnulli, dum fletum, ieiunium, & cinerem cum alibi frequenter, tum præsertim apud Ioelem commemorari audiunt, præcipuam resipiscentiæ partem ieiunio, & fletu metiuntur: tollenda est eorum hallucinatio. Quod de conuersione totius cordis ad Dominum, deque scissione, non uestimentorum, sed cordis illic dicitur, resipiscentiæ proprium est. fletus autem & ieiunium non, ut perpetua, aut necessaria eius effecta, subnectuntur: sed specialem habent circumstantiam. Quoniam grauissimum Iudæis excidium imminere uaticinatus fuerat: iram Dei suadet anteuertere, non tantum resipiscendo, sed mœroris indicia præ se ferendo. Qualiter enim promissa barba, impexo capillo, pulla ueste, suppliciter se demittere solet reus, ad conciliandam iudicis misericordiam: ita illos, cum rei agerentur coram Dei tribunali, eius seueritatem, miserabili habitu, deprecari oportebat. Quanquàm autem cinis & saccus illis forte temporibus magis conueniebant: fletus tamen & ieiunij ualde oportunum fore inter nos usum non negamus: quoties cladem aliquam, aut calamitatem nobis minari uisus fuerit Dominus. Se enim ad ultionem apparari & quodammodo armari denunciat, ubi periculum apparere facit. Bene igitur Propheta, qui suos ad fletum & ieiunium, hoc est, ad reorum mœ-

Ioel. 2

stitiam

stitiã cohortatur, de quorum flagitijs, constitutam quæstionẽ paulo ante dixerat.

Quemadmodum nec male hodie fecerint Ecclesiastici pastores: si dum impendentem suorum ceruicibus ruinam uident, ad ieiunium & fletum properandum uociferentur. modo quod est præcipuum maiore & intentiore cura & opera semper urgeant, scindenda scilicet esse corda, non uestimenta. Extra dubium est, non semper pœnitentiæ cohærere ieiunium, sed calamitosis temporibus peculiariter destinari. unde & cum luctu coniungitur à Christo, dum Apostolos ab eius necessitate absoluit, donec sua præsentia orbati, mœrore conficerentur. de solenni ieiunio loquor. Nam piorum uita frugalitate & sobrietate temperata esse debet, ut in toto eius decursu quædam ieiunij species continenter appareat. Verum tota illa res, quia superius fuit expedita, nunc parcius à me attingitur. *Matth.9*

Porrò si uerum est quod clarissime constat: totam Euangelij summam, duobus istis capitibus contineri, pœnitentia, & peccatorum remissione, an non uidemus, Dominum ideo gratis suos iustificare, quo eos simul Spiritus sui sanctificatione, in ueram iustitiam instauret? Ioannes angelus ante faciem Christi missus ad uias eius præparandas, prædicabat: pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum. Ad pœnitentiam inuitando, monebat, ut se peccatores agnoscerent, suaq; omnia coram Domino damnata: quo carnis suæ mortificationem, ac nouam in Spiritu regenerationem totis uotis expeterent. Regnum Dei annunciando, ad fidem uocabat. siquidem per regnum Dei, quod docebat in propinquo esse, remissionem peccatorum, salutem, uitam, & quicquid omnino in Christo assequimur, significabat. quare apud alios Euangelistas legitur. uenit Ioannes prædicans baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum. Quod quid aliud est, quàm ut peccatorum mole pressi & fatigati, ad Dominum se conuerterent, ac de remissione & salute spem conciperẽt? Sic & Christus suas conciones auspicatus est. appropinquauit regnum Dei: pœnitentiam agite: & credite Euangelio. Primum declarat thesauros misericordiæ Dei in se apertos: deinde pœnitentiam exigit: tum postremo fiduciam erga Dei promissiones. Itaque cum totum Euangelij negocium breuiter complecti uoluit, dixit se oportuisse pati, resurgere à mortuis, prædicari in nomine suo pœnitentiam, & remissionem peccatorum. Id & Apostoli post eius resurrectionem prædicarunt, excitatum à Deo, ad dandam pœnitentiam Israeli, & remissionem peccatorum. Prædicatur pœnitentia in nomine Christi, cum per Euangelij doctrinam audiunt homines suas omnes cogitationes, suos affectus, sua studia, corrupta & uitiosa esse. propterea necesse esse, ut renascantur, si uolunt ingredi in regnum Dei. Remissio peccatorum prædicatur, cum docentur homines, Christum sibi factum esse redemptionem, iustitiam, salutem, & uitã, cuius nomine, gratis, in Dei conspectu, iusti habeantur & innocentes. Vtraq; cum fide apprehendatur, ut alibi demonstratum est: quia tamen proprium fidei obiectum est, Dei bonitas, qua peccata remittuntur: eã à pœnitentia diligenter distinguí operæpreciũ fuit. *Marc.1. Luc.3. Luc.24. Act.5.*

Porro ut peccati odiũ, quod pœnitentię exordium est, primũ nobis ad Christi cognitionẽ ingressum aperit, qui nullis se exhibet, nisi miseris & afflictis peccatoribus, q gemunt, laborant, onerati sunt, esuriunt, sitiũt, dolore & miseria tabescũt: ita in pœnitentiam ipsam eniti, tota uita in eam incumbere, eam ad ultimum prosequi nos oportet: si in Christo consistere uolumus. Ad peccatores em uocãdos uenit: sed ad pœnitentiam. Missus est ad benedicendum indignis: sed quo se conuertat unusquisque à nequitia sua. Plena est scriptura eiusmodi uocibus. Quare ubi peccatorum remissionem offert Deus, resipiscentiam uicissim stipulari ferè solet. Innuens suam misericordiam, resipiscendi causam hominibus esse debere, facite, inquit, iudicium & iustitiã, quia salus appropinquauit. Item, ueniet Zioni redemptor, & ijs, qui in Iacob resipiscunt à peccatis. Item. Quærite Dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum prope est. Derelinquat impius uiam suam, & iniquitatem cogitationum suarum, & ad Dominum conuertatur: & miserebitur eius. Item, conuertimini, & resipiscite, ut deleantur *Ieſa.61. Matth.18. Matth.9. Act.5. Ieſa.55. Idem.59. Idem.55. Act.2.*

peccata

peccata uestra. Vbi tamen adnotandum est, non eam conditionem sic adponi, quasi emerendæ ueniæ fundamentum sit nostra resipiscentia, quin potius, quia in hunc finem hominum misereri statuit Dominus, ut resipiscant: quo sit tendendum indicat, si gratiam obtineri uolunt. Proinde, donec in carcere corporis nostri habitabimus, assidue nobis, cum naturæ nostræ corruptæ uitijs luctandum est, adeoq; cum naturali nostro ingenio. Dicit aliquoties Plato, uitam philosophi, meditationem esse mortis. Verius nobis dicere licet, uitam Christiani hominis, perpetuum esse studium & exercitationem mortificandæ carnis, donec, ea plane interempta, Spiritus Dei regnum in nobis obtineat. Quare illum arbitror plurimum profecisse, qui sibi plurimum displicere didicit. non ut in hoc luto hæreat, nec ultra progrediatur: sed magis ut ad Deum festinet & suspiret: quo morti uitæque Christi insertus, perpetuam pœnitentiam meditetur, ut certe non aliter possunt, quos genuinum peccati odium tenet. nemo enim peccatum unquam odit, nisi prius iustitiæ amore captus. Hæc sententia, ut erat simplicissima omnium, ita mihi cum scripturæ ueritate optime consentire uisa est.

Id cum alia tũ in phædone multis disputat

Nunc uenio ad excutienda ea, quæ de pœnitentia scholastici sophistæ tradiderunt: quæ, quàm paucissimis fieri poterit, percurram. quia omnia persequi animus non est: ne hic noster libellus, quem ad Enchiridij breuitatem exigere uolo, in immensum extrahatur. Et illi rem, alioqui non ualde implicitam, tot uoluminibus inuoluerunt, ut non futurus sit facilis exitus: si te paulum in eorum fæces immerseris. Principio, in danda definitione plane ostendunt, nunquàm se intellexisse quid esset pœnitentia. Arripiunt enim quædam è libris ueterum dicteria: quæ uim pœnitentiæ minime exprimunt. Quod pœnitere sit, anteacta peccata deflere, & flenda non cõmittere. Item, q̃ sit mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. Item, quòd sit quædam dolens uindicta puniens in se quòd dolet commisisse. Item, quòd sit dolor cordis, & amaritudo animę, pro malis quæ quisq; commisit uel quibus consensit. Hæc enim ut à patribus bene dicta concedamus (quod inficiari tamen contentioso difficile non esset) non tamen in eam partem dicebantur, ut pœnitentiam describerent: sed tantum ut suos hortarentur, ne in eadem delicta rursum inciderẽt, à quibus extracti erant. Quod si elogia istiusmodi omnia in definitiones conuertere placet, alia quoq; non minori iure assuenda erant. Quale est hoc Chrysostomi. Pœnitentia est medicamentum peccatum extinguens, donum cœlitus datum, uirtus admirabilis, gratia uim legum superans. Ad de quòd doctrina, quam postea tradunt, istis definitionibus est aliquanto deterior. sic enim sunt in externis exercitijs mordicus infixi, ut nihil aliud ex immensis uoluminibus colligas, quàm pœtentiam esse disciplinam & austeritatem, quæ partim domandæ carni, partim castigandis puniendisq; uitijs seruiat. De interiori mentis renouatione, quæ ueram uitæ correctionem secũ trahit, mirum silentium.

Hec Gregorius & referti. lib. 4. Sent. dist. 14. ca. pri. Secu. Am. referti illic & in decre. distin. 3. de pœni. c. pœni. prior.

Tert. Aug. refertur ea dist. c. pœnit. poste.

Quarta Ambr. refert dist. 1. de pœni. c. uera pœni.

Pœnitentiam tam argute definitam, in contritionem cordis, cõfessionem oris, satisfactionem operis partiuntur: nihilo magis dialecticę q̃ definierunt. Et si uideri uolunt totam ætatam in syllogismis contexendis detriuisse. Verum si quis à definitione ratiocinetur (quod genus argumentandi apud dialecticos ualet) posse aliquem antecta peccata deflere, & flenda non committere: posse præterita mala plangere, & plangenda non committere: posse punire, quod doleret commisisse, &c. quamuis ore non confiteatur, quomodo suam partitionem tuebuntur? Si enim ille uere pœnitens non confitetur, pœnitentia sine confessione esse potest. Quod si respondeant, hanc partitionem ad pœnitentiam referri, quatenus est sacramentum, uel de tota pœnitentiæ perfectione intelligi, quam suis definitionibus non comprehendunt, non est unde accuser. sibi ipsi imputent, qui non purius ac dilucidius definiunt. Ego certe, pro mea crassitie, cum de re aliqua disputatur, ad ipsam definitionem omnia refero: quæ est totius disputationis cardo ac fundamentum. Sed sit illa magistralis licentia. Iam partes ipsas ordine perlustremus.

Lib. 4. sen. 16. ca. pri. de pœni. dist. 1. c. perfecta pœnitentia.

Velim autem animaduertant lectores, non hic de asini umbra rixam esse: sed rem

rem omnium maxime seriam tractari: nempe de peccatorũ remissione. Cum enim tria ad pœnitentiam requirunt: compunctionem cordis, oris confessionem, operis satisfactionem: simul ad impetrandam peccatorum remissionem necessaria esse docent. si quid autem in tota nostra religione scire, nostra refert, id certe refert maxime, intelligere, ac probe tenere, qua ratione, qua lege, qua conditione, qua facilitate aut difficultate, obtineatur peccatorum remissio. Hæc notitia nisi perspicua certaq; constat, nullam omnino requiem, nullam cum Deo pacem, nullam fiduciam aut securitatem habere potest conscientia: sed assidue trepidat, fluctuatur, æstuat, cruciatur, diuexatur, horret, odit, ac fugit conspectum Dei. Quod si ab his conditionibus pendet peccatorum remissio, quibus eam ipsi alligant: nihil nobis miserius nec deploratius. Contritionem, primam obtinendæ ueniæ partem faciunt: eamq; debitam exigunt, hoc est, iustam & plenam. sed interim non constituunt, quando securus aliquis esse possit, se hac contritione ad iustum modum defunctum esse. Hic uero miseræ conscientiæ miris modis torquentur, & exagitantur, dum sibi debitam peccatorum contritionẽ imponi uident: nec assequuntur debiti mensuram: ut secum decernere possint, se persoluisse quod debebant. si dixerint, faciendum, quod in nobis est, eodem semper reuoluimur. quando enim audebit sibi promittere quispiam, omnes se uires contulisse ad lugenda peccata? ubi ergo diu secum luctatæ, & longis certaminibus exercitæ conscientiæ, portum tandem, in quo resideant, non inueniunt, ut se aliqua saltem parte leniant, dolorem à se extorquent, & lachrymas exprimunt: quibus suam contritionem perficiant. Quod si me calumniari aiunt: prodeant sanè, & unum aliquem ostendant: qui huiusmodi contritionis doctrina uel non sit ad desperationem adactus: uel simulationem doloris iudicio Dei, pro uero dolore, non opposuerit. Diximus & nos quodam loco, nunquam sine pœnitentia obuenire peccatorum remissionẽ: quod nulli, nisi afflicti, & peccatorum conscientia uulnerati, Dei misericordiam implorare syncere possunt: sed simul adiecimus, pœnitentiam, non esse causſam remissionis peccatorum. Illa autem animarum tormenta sustulimus, quòd debita præstanda sit. peccatorem docuimus non in suam compunctionem, neque in suas lachrymas intueri, sed utrunque oculum in solam Domini misericordiam defigere. Tantum admonuimus, uocari à Christo laborantes & oneratos, quando missus sit ad Euangelizandum pauperibus, ad sanandum contritos corde, prędicandum captiuis remissionem, ac educendos uinctos, consolandos lugentes. Quo excluderentur, & Pharisæi, qui sua iustitia saturi, paupertatẽ suam non agnoscunt: & contemptores, qui securi iræ Dei, malo suo remedium non quærunt. Tales enim non laborant, nec onerati sunt, nec contriti corde, nec uincti, nec captiui. Multum uero inter est, doceas ne emereri peccatorum remissionem iusta & plena contritione, qua nunquam defungi possit peccator, an eum instituas ad esuriendam & sitiendam Dei misericordiam: quò per miseriæ suæ agnitionem, suũ æstum, lassitudinem, captiuitatem, illi ostendas, ubi quærere refrigerium, requiem, libertatem debeat: illum denique doceas in sua humilitate dare Deo gloriam.

De confessione semper ingens fuit pugna inter canonistas & Theologos scholasticos. His contendentibus mandari diuino præcepto confessionem: illis reclamantibus, Ecclesiasticis duntaxat constitutionibus præcipi. In eo uero certamine, insignis Theologorum impudentia apparuit, qui tot locos scripturæ depraua runt, & ui detorserunt, quos in rem suam citabant. Et quando ne sic quidem obtineri posse uiderunt q̃d postulabant: q̃ arguti uolebant præ alijs uideri, hoc effugio elapsi sunt, confessionem à iure diuino prouectam, quantum ad substantiam: sed formam postea accepisse à iure positiuo. Nempe sic qui inter leguleios sunt ineptissimi, citationem ad ius diuinum referunt. quia dictum sit. Adam ubi es? Exceptionem item, quia responderit Adam quasi excipiens, uxor quam dedisti mihi, & cæte. Vtrique tamen formam à iure ciuili datam. Sed uideamus quibus argumentis confessionem hanc, uel formatam, uel informem, Dei esse mandatum probant. Misit, inquiunt, leprosos Dominus ad Sacerdotes. Quid? misit

Matth. 8. Luc. 5. 17 Deut. 17. misit ne ad confessionem? Quis unquam fando audiuit, audiendis confessionibus, præfectos Leuiticos Sacerdotes? Confugiunt ergo ad allegorias. Sancitum erat lege Mosaica, ut Sacerdotes discernerent inter leprã & lepram. peccatũ, spirituális est lepra, de hac pronunciare, Sacerdotum est. Antequam respondeo: quæro obiter, si hic locus Spiritualis lepræ eos iudices facit, cur naturalis & carnalis lepræ cognitionem ad se trahunt? Scilicet hoc non est scripturis ludere. Lex cognitionem lepræ defert Sacerdotibus Leuiticis, hanc nobis usurpemus. Peccatũ est lepra spiritualis, simus & peccati cognitores. Nunc respondeo. Translato Sa-

Hebræ. 7. cerdotio, necesse est legis translationem fieri. Omnia Sacerdotia ad Christũ translata sunt, in eo impleta, & finita; ad eum igitur unum, ius omne & honor Sacerdotij translatus est. Si tantopere amant allegorias sectari, unicum Sacerdotẽ Christum sibi proponant, & rerum omnium libera iurisdictione tribunal eius cumulent. facile id feremus. Ad hæc importuna est ipsorum allegoria, quæ legem mere politicam, inter cæremonias reponit.

Cur igitur Christus ad Sacerdotes leprosos mittit? Ne calumniarentur Sacerdotes, ipsum legem uiolare, quæ iuberet coram Sacerdote repræsentari à lepra curatum, & oblato sacrificio expiari: iubet mundatos leprosos facere ea quæ legis erant. Ite, inquit, ostendite uos Sacerdotibus: & offerte munus, quod præcepit Moses in lege ut sit in testimonium ipsis. Et uere futurum erat illis in testimonium miraculum hoc. pronunciauerunt eos leprosos: non curatos pronunciant. Nonne, uelint, nolint, coguntur fieri testes miraculorum Christi? Explorandum illis Christus suum miraculum permittit; diffiteri non possunt. quia autem adhuc

Matth. 24. Matth. 17. Homil. 12. de Mulíere Chananea. tergiuersantur, est illis hoc opus in testimonium. Sic alibi prædicabitur Euangelium hoc in uniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus. Item. Ante reges & præsides ducemini, in testimonium ipsis, id est, quò in iudicio Dei fortius conuincantur. Quid si Chrysostomo acquiescere malunt: ille etiam propter Iudæos à Christo id factum docet, ne legis præuaricator haberetur.

Secundum argumentum ex eodem fonte ducunt. hoc est ex allegoria. quasi multum ualeant allegoriæ ad dogma aliquod confirmandum. sed ualeant sane, nisi eas ipsas ostendero speciosius à me obtendi, quam ab ipsis, posse. Dicunt er-

Ioan. 18. go, Dominus discipulis præcepit, ut suscitatum Lazarum, fascijs soluerent & expedirẽt. Hoc primum mentiuntur. nusquam enim legitur, hoc dixisse Dominum discipulis, estq; multo uerisimilius, dixisse Iudęis astantibus: quò citra ullam fraudis suspitionem euidentius fieret miraculum, & maior sua uirtus eluceret: quod nullo tactu, sua sola uoce, mortuos suscitaret. Sic equidem interpretor: Dominum, quò omnem sinistram suspitionem Iudæis tolleret, uoluisse illos reuoluere lapidem, fœtorem percipere, certa mortis signa spectare, sola uerbi uirtute surgentem uidere, uiuentem primos attrectare. Sed demus hoc dictum discipulis. quid tum obtinebunt? Dominum dedisse Apostolis soluendi potestatem? quanto aptius & magis dextrè hæc allegorice tractari poterunt: si dicamus, hoc symbolo Deum uoluisse fideles suos instituere, ut soluerent à se suscitatos. hoc est, ne in memoriam peccata reuocarent, quæ ipse oblitus esset: ne, ceu peccatores damnarent, quos ipse absoluisset: ne adhuc exprobrarent, quæ ipse condonasset: ne ubi misericors ipse esset, & ad parcendum facilis, ipsi ad puniendum seueri & morosi essent. Eant nunc, & allegorias suas uentilent.

Iam propius manus conserunt: dum apertis, ut sibi uident, sententijs pugnant. Qui ad Ioannis baptismum ueniebant, confitebantur peccata sua. Et Iacobus

Matth. 3. Iacob. 5. uult, ut alter alteri peccata confiteamur. Nihil mirum, si confitebantur peccata sua, qui nolebant Baptizari. Dictum enim ante est, Ioannem prędicasse Baptismum pœnitentiæ. Baptizasse aqua, in pœnitentiam. quos igitur Baptizasset, nisi qui se peccatores confessi essent? Baptismus symbolum est remissionis peccatorum: & qui ad hoc symbolum admitterentur, nisi peccatores, & qui se tales agnoscunt? Confitebantur itaque peccata sua, ut Baptizarentur. Nec sine causſa prę cipit Iacobus, ut alter alteri confiteamur. Verum si animaduerterent, quod proxi-

me sequi-

mẽ sequitur, intelligerent parum etiam hoc sibi suffragari. Confitemini, inquit, alter alteri peccata vestra, & orate pro inuicem. Mutuam confessionem & mutuam orationem simul iungit. Si solis sacrificulis confitendum est: ergo & pro illis solis orandum. Quid? Quod sequeretur ex verbis Iacobi, solos sacrificulos confiteri posse? Siquidem dum vult ut mutuo confiteamur, eos solos alloquitur, qui aliorum confessionem audire possint. ἀλλήλοις, inquit, mutuo, inuicem, uicissim, aut si malunt, reciproce. Confiteri autem reciproce nequeunt, nisi qui sunt audiendis confessionibus idonei. Qua prerogatiua quando solos sacrificulos dignantur, nos quoque confitendi munus ad eos solos ablegamus. Facessant igitur hoc genus nugamenta, & ipsam Apostoli mentem accipiamus: quæ simplex est & aperta, nempe ut nostras infirmitates uicissim alter in alterius sinum deponamus, mutuum consilium, mutuam compassionem, mutuam inter nos consolationem, accepturi. Deinde ut fraternis infirmitatibus mutuo conscij pro illis ad Dominum oremus. Quid ergo contra nos Iacobum citant, qui tantopere confessionem misericordiæ Dei urgemus? confiteri autem Dei misericordiam nemo potest, nisi miseriam suam prius confessus. Quin potius anathema esse pronunciamus, quicunq; non se coram Deo, coram Angelis eius, coram Ecclesia, coram omnibus denicq; hominibus, peccatorem confessus fuerit. Omnia enim concluſit Dominus sub peccatum, ut omne os obstruatur, & humilietur omnis caro corã Deo: Solus autem ipse iustificetur, & exaltetur. *Galat. 3. Roma. 3.*

Miror autẽ qua fronte ausint contendere, confessionem, de qua loquuntur, iuris esse diuini, cuius equidem uetustissimum esse usum fatemur: sed quem facile euincere possumus, olim fuisse liberum. certe nullam de ea statam fuisse legem aut constitutionem, ante Innocentij tertij tempora, eorum quoq; annales narrant, & luculenta testimonia extant tum in historijs, tum apud antiquos alios scriptores: quæ doceant hanc fuisse politicam disciplinam, ab Episcopis institutam: nõ legem à Christo aut Apostolis positam. unum dunt axat è multis proferam, quod non obscurum eius rei documentum erit. Refert Sozomenus, fuisse hanc Episcoporum constitutionem, diligenter obseruatam in Ecclesijs occidentalibus, præsertim uero Romæ: quo significat, non fuisse vniuersale omnium Ecclesiarum institutum. unum autem è Presbyteris peculiariter destinatum fuisse dicit, qui huic muneri præesset. quo abunde confutat, quod isti de clauibus, vniuerso Sacerdotali ordini in hunc usum promiscue datis, mentiuntur. Siquidem non omnium Sacerdotum communis erat functio: sed singulares unius partes, qui ad id electus ab Episcopo fuerat. Subijcit deinde: eum quoque morem Constantinopolitani fuisse, donec matrona quædam, confitentẽ simulans, ea specie consuetudinẽ quam habebat cum Diacono, prætexuisse deprehensa est. Ob id facinus, Nectarius, vir sanctitate & eruditione clarus, illius Ecclesiæ Episcopus, confitendi ritum abrogauit. Hic hic aures asini isti arrigant. Si lex Dei erat auricularis confessio, qui ausus esset Nectarius eam refigere ac conuellere? Nectarium sanctum Dei hominem, omnibus ueterum suffragijs probatum, hæreseos & schismatis accusabunt? Sed eodem calculo damnabunt Ecclesiam Constantinopolitanam, in qua confitendi morem non ad tempus modo dissimulatum fuisse: sed ad suam usque memoriam obsoleuisse affirmat Sozomenus. Imo non Cõstantinopolitanam, sed orientales omnes Ecclesias defectionis reas agant, quæ inuiolabilem (si uerum dicunt) legem, & Christianis omnibus mandatam, neglexerunt. Hanc autem abrogationem tot locis euidenter Chrysostomus testatur, Constantinopolitanæ & ipse Ecclesiæ præsul, ut mirum sit, istos audere contra mutire. Peccata, inquit, tua dicito, ut deleas illa. Si confunderis alicui dicere quæ peccasti, dicito quotidie ea in anima tua. Non dico ut confitearis conseruo tuo, qui exprobret: dicito Deo, qui curat ea. Peccata tua super stratum confitere, ut ibi sua mala quotidie conscientia tua recognoscat. Item, nunc autem neque necessarium est præsentibus testibus confiteri, cogitatione tua fiat delictorum exquisitio, sine teste sit hoc iudicium, solus Deus te confitentem uideat. Item, non te in conseruorum tuorũ theatrum *Pontif. 183. Factum in cõcil. late. Tripertit. histo. lib. 9. Homi. 2. in in Psal. 50. Sermo de pœnitent. & confes. Homi. 5. de incõprehen. Dei natura cõtra Anamœos Homil. 4 De Lazaro.*

 trum

trum duco, non hominibus peccata tua detegere cogo. Repete coram Deo conscientiam tuam, & explica, ostende Domino, præstantissimo medico, tua vulnera, & pete ab eo medicamentum: ostende ei qui nihil opprobret, sed humanissime curet. Item, caue homini dixeris, ne tibi opprobret, neq; enim conseruo est confitendum, qui in publicum proferat: sed Domino, qui tui curam gerit, qui & humanus est, & medicus, ostendes vulnera. Postea Dominum ita loquentem inducit. Non cogo te in medium prodire theatrum, ac multos adhibere testes, mihi soli dic peccatum tuum priuatim, ut sanem ulcus. Dicemus ne Chrysostomum eò progredi temeritatis, cum hæc & similia scribit, ut conscientias hominum liberet his vinculis, quibus diuina lege constringuntur? Minime uero. Sed quod Dei verbo intelligit nequaquam esse præscriptum, exigere, ceu necessarium, non audet.

Verum ut res tota planior & expeditior fiat, Primum bona fide referemus, quod genus confessionis uerbo Dei nobis traditum sit: deinde & eorum commenta de confessione subijciemus: non quidem omnia (quis enim immensum illud mare exhauriret?) sed ea duntaxat, quibus summam suæ confessionis complectuntur. Non hic commemorarem, uulgatum esse, in multis scripturæ partibus, confessionem pro laude accipi, nisi adeo eos depuduisset, ut talibus quoq; locis se instruerent, ueluti cum dicunt, confessionem ualere ad mentis iucunditatem. Iuxta illud. In uoce exultationis & confessionis. Hanc ergo acceptionem obseruent simplices, & diligenter ab illa distinguant: ne sibi talibus fucis illudatur. De peccatorum confessione sic docet. Quando Dominus est qui peccata remittit, obliuiscitur, delet: huic peccata nostra confiteamur, ut ueniam obtineamus. Ille medicus est: uulnera igitur nostra illi exponamus, ille læsus est, & offensus: ab illo pacem petamus, ille est cordium cognitor & cogitationum omnium conscius: coram ipso corda nostra effundamus. Ille est denique qui peccatores uocat, ad ipsum accedamus. Peccatum meum, inquit Dauid, cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti iniquitatem cordis mei. Talis est altera ipsius Dauidis confessio. Miserere mei Deus, secundam magnam misericordiam tuam. Talis & Danielis. Peccauimus Domine, peruerse egimus, impietates fecimus, & rebelles fuimus declinando à mandatis tuis. Et aliæ, quæ passim in scripturis occurrunt. Si confitemur peccata nostra (inquit Ioannes) fidelis est Dominus ut remittat nobis peccata nostra. Cui confiteamur? ipsi scilicet, hoc est, si afflicto & humiliato corde coram ipso procidamus, si apud ipsum nos ex animo accusantes & damnantes, bonitate eius & misericordia absolui petamus. Qui animo & coram Deo hanc confessionem amplexus fuerit, habebit haud dubie & linguam ad confessionem paratam, quoties opus fuerit, apud homines Dei misericordiam prædicare, neque tantum ut uni, & semel, & in aurem, cordis secretum insusurret, sed sæpius, sed palàm, sed toto orbe audiente, ingenue & suam paupertatem, & Domini magnificentiam commemoret. In hunc modum, cum Dauid à Nathan argueretur, conscientiæ aculeo punctus, peccatum & coram Deo, & coram hominibus confitetur. Peccaui, inquit, Domino, hoc est, Iam nihil excuso, non tergiuersor, quo minus peccatorem me omnes iudicent, & quod clam Domino esse uolui, hominibus quoque ipsis patefiat.

Pſal. 42.
Pſal. 31.
Pſal. 51.
Daniel. 9.
2. Reg. 12.

Arcanam ergo illam confessionem, quæ Deo fit, sequitur uoluntaria apud homines confessio, quoties id uel diuinæ gloriæ, uel humiliationis nostræ interest. Hac ratione instituit Dominus olim in populo Israelitico, ut præeunte uerba Sacerdote, populus suas iniquitates palàm in templo confiteretur: Siquidem hoc adminiculum illis necessarium esse prouidebat, quo unusquisque melius adduceretur ad iustam sui recognitionem. Et æquum est, ut miseriæ nostræ confessione bonitatem ac misericordiam Dei nostri inter nos & coram toto mundo illustremus. Hoc uero confitendi genus & ordinarium esse in Ecclesia conuenit: & tunc extra ordinem singulari modo usurpari, si quando populum communi aliquo delicto obstringi contigerit. Huius secundi generis exemplum habemus in solemni

Leuit. 16

in ſolemni illa confeſsione, qua populus uniuerſus auſpicijs ductuque Eſra & Neemiah defungitur. Nam cum exilium illud diuturnum, urbis ac templi excidium, religionis diſsipatio, communis omnium defectionis fuiſſet pœna: non poterant liberationis beneficium, ut par erat, agnoſcere, niſi ſe ante reos peragerent. Neque refert, ſi in una congregatione pauci aliqui interdum ſint inſontes. Quando enim membra ſunt languidi ac male affecti corporis, non debent ſanitatem iactare.

Ergo quoties uel peſte, uel bello, uel ſterilitate, uel alia qualibet calamitate affligimur: ſi officij noſtri eſt, ad luctum, ad ieiunium, & alia reatus ſigna confugere: ipſa confeſsio ex qua alia omnia dependent, minime eſt negligenda. Ordinariam illam, præterquàm quòd ore Domini commendata eſt, nemo ſanus expenſa eius utilitate, improbare audeat. Nam cum in omni ſacro conuentu ſiſtamus nos in conſpectum Dei & Angelorum: quod erit aliud initium actionis noſtræ, ſ̃q indignitatis noſtræ recognitio? Atqui illa, inquies, fit qualibet precatione. Quoties enim precamur ueniam, peccata noſtra confitemur. Fateor. At ſi conſideres, quanta ſit noſtra uel ſecuritas, uel ſomnolentia, uel ſocordia, concedes mihi ſalutare fore inſtitutũ, ſi ſolemni aliq confitendi ritu Chriſtiana plebs ad humiliationem exerceatur. Tametſi enim ceremonia, quam Dominus Iſraelitis præcepit, ex legis pædagogia erat: res tamen ipſa aliquo modo ad nos quoque pertinet. E ſane uidemus hunc morem in Eccleſijs bene moratis cum fructu obſeruari, ut ſingulis diebus Dominicis miniſter formulam confeſsionis ſuo & populi nomine concipiat, qua reos omnes iniquitatis peragit, & ueniam à Domino comprecatur.

Duas præterea priuatæ confeſsionis formas ſcriptura probat. Vnam quæ noſtra cauſſa fiat. quo pertinet illud Iacobi, ut alter alteri peccata confiteamur. ſentit enim, ut noſtras infirmitates alter alteri communicantes, conſilio & conſolatione mutuo nos iuuemus. Alteram, quæ in proximi gratiam facienda ſit, ad ipſum placandum, & nobis reconciliandum: ſi qua in re, noſtro uitio, læſus fuerit. Ac in priore quidem ſpecie tametſi Iacobus neminem nominatim aſsignando, in cuius ſinum nos exoneremus, liberum permittit delectum, ut ei confiteamur, qui ex Eccleſiæ grege maxime idoneus fuerit uiſus: quia tamen paſtores præ alijs ut plurimum iudicandi ſunt idonei: potiſsimum etiam nobis eligendi erunt: Dico autem ideo præ alijs appoſitos, quòd ipſa miniſterij uocatione nobis à Domino deſignãtur, quorum ex ore tum erudiamur ad ſubigenda peccata, tum conſolationem percipiamus. Quemadmodum enim mutuæ admonitionis & correptionis officium, Chriſtianis quidem omnibus demandatum eſt: miniſtris tamen, ſpecialiter eſt iniunctum: ſic cum omnes mutuo nos debeamus conſolari, & in fiducia diuinæ miſericordiæ confirmare, uidemus tamen miniſtros ipſos, ut de remiſsione peccatorum certiores reddant conſcientias, teſtes eius ac ſponſores conſtituí.

Adeo ut ipſi dicantur remittere peccata, & animas ſoluere. Cum audis hoc illis tribui, in uſum tuum eſſe cogita. Ergo id officij ſui unuſquiſque fidelium eſſe meminerit: ſi ita priuatim angitur & afflictatur peccatorum ſenſu, ut ſe explicare, niſi alieno adiutorio, nequeat, non negligere quod illi à Domino offertur remedium. Nempe ut ad ſe ſubleuandum priuata confeſsione apud ſuum paſtorem utatur: ac ad ſolatia ſibi adhibenda priuatam eius operam imploret, cuius officium eſt, & publice & priuatim, populum Dei Euangelica doctrina conſolari. Verum ea moderatione ſemper utendum eſt, ne ubi Deus nihil certum præſcribit, conſcientiæ certo iugo alligentur. Hinc ſequitur, eiuſmodi confeſsionem liberam eſſe oportere, ut non ab omnibus exigatur, ſed ijs tantum commendetur, qui ea ſe opus habere intelligent. Deinde neij ipſi, qui illa utuntur pro ſua neceſsitate ad enumeranda omnia peccata, uel præcepto aliquo cogantur, uel arte inducantur: ſed quoàd intereſſe ſua putabunt, ut ſolidum conſolationis

fructum referant. Hanc Ecclesijs libertatem non modo relinquere, sed tueri quoque & fortiter vindicare debent fidi pastores, si uolũt & tyrannidem abesse à suo ministerio, & à populo superstitionem.

De altera autem loquitur Christus apud Matthæum. si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum, & abi, priusque reconciliare fratri tuo & tunc ueniens offeres munus tuum. Sic enim sarcienda est charitas, quæ nostra culpa dissilierit, culpam, quam admisimus, agnoscendo & deprecando. Sub hoc genere comprehenditur eorum confessio, qui usque ad totius Ecclesiæ offensionem peccarunt. Nam si tanti priuatam unius hominis offensam æstimat Christus, ut à sacris arceat eos omnes, qui in fratres aliquid peccarunt, donec iusta satisfactione redierint in gratiam: quanto maior est ratio, ut qui Ecclesiam læsit malo alicuo exemplo, eam sibi culpæ agnitione reconciliet? Ita receptus est Corinthius
2. Corin. 2. Epist. ille in communionem, cum se obsequentem correptioni præbuisset. Hæc etiam forma confitendi in ueteri Ecclesia fuit: quemadmodum & Cyprianus meminit. Pœnitentiam, inquit, agunt iusto tempore: deinde ad exomologesin ueniunt, & per manuum impositionem, manuum Episcopi & cleri ius communionis accipiunt. Aliam confitendi uel rationem, uel formam, scriptura prorsus ignorat. Neque nostrum est adstringere nouis vinculis conscientias: quas in seruitutem redigere Christus seueriſsime uetat. Interim quin sistant se pastori oues, quoties sacram cœnam participare uolunt, adeo non reclamo ut maxime velim hoc vbique obseruari. Nam & qui habent impeditam conscientiam, referre inde possunt singularem fructum, & qui admonendi sunt, monitionibus locum ita præbent. Modo semper absit tyrannis & superstitio.

In tribus illis confessionis generibus potestas clauium locum habet: uel cum pœnitentia solemni recognitione uitiorum suorum ueniam deprecatur tota Ecclesia: uel cum priuatus, qui aliquo notabili delicto commune offendiculum peperit, pœnitentiam suam testatur: uel cum is, qui ob conscientię inquietudinem ope ministri indiget, suam illi infirmitatem aperit. Cum enim tota Ecclesia uelut coram Dei tribunali adstat, ream se confitetur, unum refugium habet in Dei misericordia, non vulgare aut leue solatium est, habere illic præsentem Christi legatum, reconciliationis mandato præditum, à quo denunciari sibi absolutionem audiat. Hic utilitas clauium merito commendatur, cum ritu quo ordine, & qua religione decet, ista peragitur legatio. Similiter cum is, qui se ab Ecclesia quodammodo alienauerat, restituitur in fraternam unitatem accepta uenia, quantum beneficium est? quòd sibi ab ijs ignosci intelligit, quibus dixit Christus: quibuscunque remiseritis peccata in terris, remissa in cœlo erunt. Nec minoris efficaciæ aut fructus est priuata absolutio, vbi ab ijs petitur, qui singulari remedio ad infirmitatem suam subleuandam, opus habent. Accidit enim non raro, ut qui generales promissiones audit, quæ ad totam fidelium congregationem destinantur, maneat nihilominus in aliqua dubitatione ac uelut remissione nondum impetrata, inquietum adhuc animum habeat. Idem si pastori suo secretum animi uulnus aperuerit, atque illam Euangelij uocem peculiariter ad se directam audierit, Remittuntur tibi peccata tua, confide: animum confirmet ad securitatem, illaque, qua prius æstuabat, trepidatione liberetur. At uero cum de clauibus agitur, semper cauendum est, ne facultatem aliquam somniemus ab Euangelij prædicatione separatam. Superius in disputatione de Ecclesia, cum locos istos interpretaremur, Quodcunq; ligaueritis & cætera. Item. Quorumcunq; remiseritis & cætera. Ostendimus uerbo esse allígatum, quidquid omnino potestatis Ecclesiæ suæ Deus contulit. Hoc tamen in ministerio clauium maxime uerum est: cuius tota uis in eo posita est, ut Euangelij gratia, per eos, quos Dominus ordinauit, Fidelium animis publice ac priuatim obsignetur. Quod fieri, nisi sola prædicatione, nequit.

Quid

Quid illi? Statuunt ut omnes utriusque sexus, statim atque ad discretionis annos peruenerint, semel ad minimum quotannis confiteantur omnia sua peccata proprio sacerdoti: nec peccatum dimitti, nisi confitendi uotum firmiter conceptum fuerit. Quod uotum nisi oblata facultate persolutum fuerit, iam nullum patere paradisi ingressum. sacerdotem uero potestatem habere clauium, qui bus peccatorem soluat ac liget. Quia non sit irritum Christi uerbum. Quodcunque ligaueritis &c. De hac uero potestate pugnaciter inter se bellígerantur. Alij dicunt. unicam esse clauem in essentia. scilicet potestatem ligandi & soluendi. scientiam ad bonum quidem usum requiri, sed tantum instar accessorij esse, non essentialiter cohærere. Alij, quia uidebant hanc nimium effrenatam licentiam, duas claues recensuerunt: discretionem, & potestatem. Alij rursum, cum tali moderatione cohiberi sacerdotum improbitatem uiderent, alias claues excuderunt: authoritatem discernendi, qua in definiendo uterentur: & potestatem, quam executione suæ sententiæ exercerent. Scientiam accedere uelut consiliarium. istud autem ligare & soluere, non audent interpretari simpliciter, peccata remittere & delere: quia Dominum clamantem audiunt apud Prophetam. Ego sum, & non alius præter me. Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas Israel. Sed dicunt, sacerdotis esse pronunciare qui ligati sint, aut soluti: & declarare, quorum remissa aut retenta sint peccata. Declarare autem uel per confessionem, cum absoluit, & peccata retinet: uel per sententiam, cum excommunicat, & recipit ad sacramentorum communionem. demum cum intelligunt nondum se hoc modo explicari, quin semper obijci possit, indignos sæpe ligari & solui à suis sacerdotibus, qui propterea ligentur aut soluantur in cœlo: quod ultimum refugium est, Respondent, collationem clauium, cum limitatione accipiendam esse: quod Christus promiserit, apud tribunal suum approbatum iri sacerdotis sententiam, quæ iuste prolata fuerit, secundum quod merita ligati aut soluti postulabant. Porro has claues omnibus sacerdotibus à Christo datas esse, quæ illis ab Episcopis in promotione conferuntur: sed liberum usum penes eos duntaxat esse, qui muneribus Ecclesiasticis funguntur: apud excommunicatos & suspensos, manere quidem ipsas claues, sed rubiginosas ac ligatas. Et qui hæc dicunt, modesti ac sobrij iure uideri possint, præ alijs, qui sub noua incude nouas claues fabricati sunt, quibus thesaurum Ecclesiæ obserari tradunt, quam postea suo loco excutiemus.

C. omnis utriusq; sexus. De summa trinit. & fide catho. in antiq. li. 4. sentent. distinct. 14 C. 2. lib. 4. sentent. distinct. 18. C. 2. Matth. 16. Postrema opinio fuit Hugonis. Iesa. 43.

Ad singula paucis respondebo. Taceo autem ad præsens, quo iure, quaue iniuria, fidelium animas suis legibus obstringant, quando id suo loco dispicietur. Quòd autem legem imponunt de omnium peccatorum enumeratione: quòd peccatum dimitti negant, nisi sub conditione, si uotum confitendi firmiter conceptum fuerit: quòd nullum supereſſe ingressum Paradisi garriunt, si facultas confitendi neglecta fuerit: istud uero nullo modo ferendum est. Omnia ne peccata enumeranda sunt? At Dauid, qui secum probe, ut arbitror, meditatus erat peccatorum confessionem, tamen exclamabat. Errores quis intelliget? Ab occultis meis munda me Domine. Et alibi. Iniquitates meæ transierunt super caput meum, & sicut onus graue, grauatæ sunt ultra uires meas. Nimirum intelligebat, quanta esset peccatorum nostrorum abyssus, quam multæ scelerum facies, quot capita ferret, & quam longam caudam traheret hæc hydra. Non ergo ad recensendum catalogum se conferebat: sed è profundo malorum clamabat ad Dominum: obrutus sum, supultus sum, suffocatus sum, inferorum portæ circundederunt me. immersum alto puteo, deficientem, & moribundum manus tua extrahat. Quis suorum peccatorum nunc supputationem cogitet, ubi Dauid em uidet suorum numerum inire non posse?

Psal. 18. 3

Hac carnificina plusquam crudeliter diuexatę sunt eorum animę, quę aliquo Dei sensu afficiebantur. Principio sese uocabant ad calculum, peccata in brachia,

in ramos, in ramusculos, in frondes, iuxta istorũ formulas, dissecabant. Tum appendebant qualitates, quantitates, circumstantias. atq; aliquantulum quidem res procedebat. Vbi uero longius progressi fuerant, cœlum undiq; & undique ponatus, nullus portus, nulla statio. Quo plura transmiserant, maior semper congeries oculis ingerebatur: imo uero uelut altæ moles assurgebant: nec spes ulla, uel saltem post longas ambages, euadendi apparebat. hęrebant itaq; inter sacrum & saxum, nec alius tandem exitus reperiebatur, quam desperatio. Ibi sæui isti carnifices, ut uulnera leuarent, quæ fecerant, fomenta quędam adhibuerũt: ut faceret scilicet quisq;, quod in se esset. Sed nouę rursum curæ obstrepebant: imo noui cruciatus excoriabant miseras animas. Non satis temporis impendi, non iusta opera incubui, multa per negligentiam præterij, & obliuio, quæ ex incuria prouenit, non est excusabilis. suggerebantur adhuc alia pharmaca, quæ eiusmodi dolores demulcebant. Age negligentiæ tuę pœnitentiam, modo supina non sit, condonabitur. Verum omnia ista cicatricem obducere non possunt: nec tam mali sunt leuamenta, quam uenena melle oblita, ne sua acerbitate primum gustum offendãt: sed in intima penetrent, antequam sentiant. Vrget ergo semper terribilis illa uox, & auribus insonat. Confitere omnia peccata tua. nec potest horror iste pacari, nisi certo solatio. Quod autem bona pars orbis talibus blandimentis, quibus tam exitiale uenenum temperabatur, acquieuit: non id factum est, quòd Deo satisfactum crederet: aut sibi etiam plane satisfaceret: sed ut, quasi in medio mari fixa anchora, paulum interquiesceret à nauigatione: uel quasi fessus & fatiscens uiator, in uia decumberet. In facienda eius rei fide non laboro. Sibi enim quisq; testis apud se esse potest. Dicam in summa qualis lex illa fuerit. Primum simpliciter est impossibilis. itaq; non nisi perdere, damnare, confundere, in ruinam & desperationem conijcere potest. Deinde peccatores à uero peccatorum suorum sensu abductos, hypocritas facit. Deiq; ac sui ipsorum ignorantes. siquidem, dum in peccatorum enumeratione toti occupantur, interim obliuiscuntur latentem illam uitiorum lernam, occultas suas iniquitates, & interiores sordes: quarum potissimum notitia, miseriam suam reputare debuerant.

At certissima erat confessionis regula, tantam mali nostri abyssum agnoscere ac fateri, quæ sensum quoq; nostrum superet. Haç regula uidemus composi-
Luc. 18 tam publicani confessionem. Domine propitius esto mihi peccatori. Quasi diceret. Quantus quãtus sum, totus sum peccator, nec ipsam peccatorũ meorum magnitudinem, aut mente, aut lingua assequi possum. Abyssus misericordię tuę hãc peccati abyssum absorbeat. Quid? inquies, ergo ne confitenda nõ sunt singula delicta? ergo nulla confessio Deo accepta, nisi duobus istis uerbis cõclusa? Peccator sum. Imo uero danda potius opera, ut, quantũ in nobis est, totum cor effundamus coram Dño, nec modo nos peccatores uno uerbo fateamur: sed ut tales nos uerè & ex animo agnoscamus: quanta sit & quam uaria peccatorum labes, tota cogitatione recognoscamus: non modo nos immundos, sed qualis sit, & quãta, quamq; in multis partibus nostra immundicies: non modo debitores, sed quantis debitis grauati, & quot nominibus obstricti: nõ modo uulneratos, sed quã multis & lætalibus plagis saucij simus. Hac tamen recognitione cũ se totũ peccator corã Deo effuderit: serio ac syncere cogitet, plura adhuc restare: ac profundiores esse malorum suorum recessus, quàm quos penitus excutere possit. Atque adeo exclamet cum Dauide: errores quis intelligit? ab occultis meis munda me Domine. Iam uero quòd affirmant non dimitti peccata, nisi uoto confitendi firmiter concepto: & clausam esse paradisi portam ei, qui facultatem confitendi sibi oblatam neglexerit: absit ut istud eis concedamus. Non enim alia nunc est peccatorum remissio, quam semper fuit. Quotquot remissionem peccatorum à Christo obtinuisse leguntur, non leguntur in aurem sacrificuli cuiuspiam confessi. Nec sane confiteri poterant, ubi nec sacrificuli cõfessionarij erant, nec ipsa etiam confessio. Et multis posthea sęculis inaudita fuit hæc confessio: quibus sine hac conditione

remittee-

remittebantur peccata. Sed ne quasi de re dubia longius disceptemus, uerbũ Dei apertum est, quod æternum manet. Quotiescunq; ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Huic uerbo qui aliquid audet adijcere, non peccata ligat, sed Domini misericordiam. Ezech. 18

Nihil itaque mirum, si auricularem istam confessionem, rem adeo pestilentem totq; nominibus Ecclesiæ noxiam, damnamus, ac sublatam è medio cupimus. Quòd si per se res esset indifferens, quando tamen nulli usui est nec fructui, tot autem impietatibus, sacrilegijs, erroribus causam dedit: quis non protinus abolendam censeat? Recensent quidem aliquot usus, quos ut ualde fructuosos uenditant: sed illos aut ementitos, aut nullius prorsus momenti. Vnum tantum singulari prærogatiua commendant: erubescentiam confitentis, grauem esse pœnam, qua & peccator fit imposterum cautior, & Dei uindictam anteuertit, seipsum puniens. Quasi non satis magna uerecundia hominem confundamus, dum ad summum illud tribunal cœleste ad Dei cognitionem uocamus. Egregie uero profectum est, si unius hominis pudore peccare desinimus, Deum non erubescimus habere malæ conscientiæ nostræ testem. Quanquam id quoq; ipsum falsissimum est. Nulla enim re fieri maiorem peccandi confidentiam aut licentiam passim uidere est, quàm dum, confessione sacerdoti facta, homines existimant se posse tergere os, & dicere, non feci. Nec toto solum anno fiunt ad peccandum audaciores: sed in reliquum anni tempus de confessione securi, nunquàm ad Deum suspirant, nunquàm ad se redeunt, sed peccata peccatis accumulant: donec omnia, ut opinantur, simul euomant. Vbi autem euomuerunt, sarcina sua exonerati sibi uidẽt, iudiciumq; à Deo transiuisse, quòd sacerdoti detulerunt: Deo obliuionem induxisse, ubi conscium sacerdotem fecerunt. Porrò quis confessionis diem lætus instare uidet? Quis ad confitendum alacri animo pergit? ac non potius, quasi detorto collo in carcerem trahatur, inuitus ac reluctanti similis uenit? nisi forte ipsi sacrificuli, qui mutuis facinorum suorum narrationibus, quasi iocosis fabulis, se delicate oblectant. Non multas chartas inficiam referendis prodigiosis abominationibus, quibus scatet auricularis confessio. Tantum dico, si non inconsulte fecit sanctus ille uir, qui ob unum scortationis rumorem, confessionem ex Ecclesia sua, uel potius à suorum memoria sustulit: infinitis hodie stupris, adulterijs, incæstis, lenocinijs, quid facto opus sit, admonemur.

Nunc uidendum de potestate clauium, in qua regni sui prõram (ut aiunt) & puppim confessionarij locant. Ergo sine causa (inquiunt) datæ sunt claues? Ergo sine causa dictum est? Quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis? frustramur ergo uerbum Christi? Respondeo: grauem fuisse causam, cur darentur claues. quemadmodum & hoc loco, & superius, cum de excommunicatione agerem, exposui, sed quid? si uno gladio, eiusmodi omnibus eorum postulatis causam præcidam? sacrificulos non esse Apostolorũ uicarios nec successores. Verũ istud quoq; alibi tractatũ fuit. Nunc, unde se munire maxime uolunt, arietem erigunt, quo molitiones omnes suæ deijciant. Christus enim non ante Apostolis ligandi & soluendi potestatem fecit, quàm eos Spiritu sancto donauit. Nego igitur ullis competere clauium potestatem, qui non acceperunt Spiritum sanctum. Nego quẽquam clauibus uti posse, nisi præeunte docẽteq; Spiritu sancto, & dictante quid agendũ sit. Spiritũ sanctum habere se illi nugant: sed re ipsa negant, nisi forte Spiritum sanctũ rem esse uanã & nihili fingunt: ut certe fingunt: sed illis non credetur. Atq; hac quidẽ machina in uniuersum subuertuntur, ut cuiuscunq; ostij clauem se habere iactent, semper interrogandi sint: habeãt ne Spiritum sanctum, qui clauium est arbiter & moderator? si habere se respondeant, rursum interpellandi sunt: an errare possit Spiritus sanctus? Istud diserte profari non audebunt, tametsi oblique sua doctrina insinuant. Inferendum ergo erit, nullos sacrificulos habere clauium potestatem, qui passim sine delectu soluunt,

quæ

quæ ligari Dominus uoluerat: ligant, quæ solui iusserat. Quando clarissimis experimentis euinci se uident, quod dignos & indignos promiscue soluant & ligent, potestatem usurpant sine scientia. Et quanquam negare non audent, ad bonum usum requiri scientiam, potestatem tamen ipsam malis dispensatoribus traditam scribunt. Atqui hæc potestas est, quodcunque ligaueris aut solueris in terra, erit in cœlis ligatum & solutum. Aut promissum Christi mentiri oportet: aut bene ligant & soluunt, qui sunt hac potestate præditi. Nec est quod tergiuersentur: Christi dictum limitari secundũ eius merita, qui ligatur aut soluit. Et nos etiã fatemur, nec ligari nec solui posse, nisi dignos qui ligentur aut soluantur. Sed habent Euangelij nuncij, & Ecclesia, uerbum: quo dignitatem hanc metiantur. In hoc uerbo, Euangelij nuncij possunt omnibus remissionem peccatorum in Christo polliceri, per fidem. Possunt damnationem edicere in omnes & super omnes, qui Christum non amplecturtur. In hoc uerbo Ecclesia pronunciat, scortatores, adulteros, fures, homicidas, auaros, iniquos, partem in regno Dei non habere: talesq; certissimis uinculis ligat. Eodem uerbo soluit, quo resipiscentes consolatur. Sed quæ erit isthęc potestas, nescire quid ligandum sit aut soluendum? ligare autem non posse aut soluere, nisi scias? Cur ergo dicunt se absoluere authoritate sibi data, cum incerta sit absolutio? quò nobis imaginaria hæc potestas, si nullus sit usus? Vno autem loco habeo, aut nullum esse, aut tam incertum esse, ut pro nullo habendus sit. cum enim fateantur bonam esse sacerdotum partem, qui non rite utantur clauibus: potestatem uero sine legitimo usu inefficacem: quis mihi fidem faciet, eum à quo soluor, bonum esse clauium dispensatorem? quod si malus est, quid aliud habet, quam friuolam istam dispensationem? Quid in te ligandum sit aut soluendum, nescio: quando iusto clauium usu careo, sed si mereris, te absoluo. At tantundem posset, non dico laicus, quando id æquis auribus non ferrent, sed turca aut Diabolus. Id enim est dicere: uerbum Dei non habeo, certam soluendi regulam: sed authoritas mihi data est te absoluendi, si ita sunt tua merita. Videmus igitur, quorsum spectarint, cum diffinierũt, claues esse authoritatem discernendi & executionis potestatem: scientiam accedere consiliarium, & instar consiliarij ad bonum usum esse, nempe libidinose & licenter, sine Deo & uerbo eius, uoluerunt regnare.

Nec in refellendis indulgentijs magnopere laborare opus est, quæ multis arietibus percussæ, sua sponte consenescere & ad inclinationem spectare incipiunt. Et sane quòd tamdiu saluæ constiterint, ac in tam impotenti & furiosa lasciuia tam diuturnam impunitatem retinuerint, id uero documẽto esse potest, quàm alta errorum nocte immersi fuerint aliquot sæculis homines, uidebant, se à Papa, & suis bulligerulis, palam nec dissimulanter ludibrio haberi, quęstuosas nundinationes de animarum suarum salute exerceri, pauculis nummis salutis precium taxari, nihil gratuitum prostare, hac specie emungi se oblationibus, quæ in scorta, in lænones, in commessationes turpiter absumerentur. Summos indulgentiarum buccinatores, summos esse cõtemptores. Monstrum istud maiori in dies licentia grassari, ac luxuriari: nec finem ullum fieri, plumbum semper nouum afferri, nouos nummos elici. Excipiebant tamen summa ueneratione indulgentias, adorabant, redimebant. Et qui cernebant inter alios acutius, existimabant tamen pias esse fraudes, quibus cum fructu aliquo falli possent. Tandem ubi orbis aliquantum sibi sapere permisit, frigent indulgentię, & paulatim etiam congelascunt, donec plane euanescant.

Verum quoniam plurimi, qui sordes, impostruras, furta, rapacitates (quibus luserunt hactenus & nos ludificati sunt indulgentiarij) uident: fontem ipsum impietatis non conspiciunt, operæprecium est indicare non solum quales sint indulgentiæ, sed quid omnino sit, omni macula absterſæ. Thesaurum Ecclesię uocant, Christi & sanctorũ Apostolorũ martyrũq; merita. Huius horrei radicalẽ custodiã Romano Episcopo traditã fingunt, penes quẽ sit tantorũ bonorũ dispẽsatio, ut & ipse per se elargiri possit, & elargiendi iurisdictionem alijs delegare.

Hinc

Hinc nunc plenarię indulgentię à Papa, nunc certorum annorum: à cardinalibus centum dierum: ab Episcopis quadraginta. Sunt autem illę (ut genuine describam) sanguinis Christi profanatio, Sathanęq; ludibrium, quo Christianum populum à Dei gratia, à uita, quę est in Christo, abducãt, & à uera salutis uia auertant. Quî enim poterat fœdius prophanari Christi sanguis, quam dum negatur sufficere ad peccatorum remissionem, ad reconciliationem, ad satisfactionem, nisi uelut arescẽtis & exhausti defectus aliunde suppleat & sufficiatur? Christo lex & Prophetæ omnes (inquit Petrus) testimonium perhibent, quòd per ipsum accipienda sit remissio peccatorum. Indulgentiæ remissionem peccatorum per Petrum, Paulum, & Martyres, largiuntur. Sanguis Christi emundat nos à peccato. (inquit Ioannes). Indulgentię sanguinem martyrum faciunt peccatorum ablutionem. Christus (inquit Paulus) qui peccatum nõ nouerat, factus pro nobis est peccatum: (id est peccati satisfactio) ut iustitia Dei efficeremur in illo. Indulgentiæ peccatorum satisfactionem in sanguine Martyrum reponunt. Clamabat Paulus, & Corinthijs testificabatur, solum Christum pro ipsis crucifixum & mortuumesse. Indulgentiæ pronunciant, Paulum & alios pro nobis mortuos. Alibi dicit, Christum acquisiuisse Ecclesiam suo sanguine. Indulgentiæ aliud preciũ acquisitionis in Martyrũ sanguine statuunt. Vna oblatione Christus consummauit in perpetuum sanctificatos, ait Apostolus. Indulgentiæ reclamant à Martyribus perfici sanctificationem, quæ alioquin non sufficiebat. Ioannes dicit, sanctos omnes lauisse stolas in sanguine agni. Indulgentiæ docent lauare stolas in sanguine sanctorum. Præclare enim Leo Romanus Episcopus ad Palestinos. Quamuis, inquit, multorum sanctorum in conspectu Domini preciosa mors fuerit: nullius tamen insontis occisio, propitiatio fuit mundi. Accepere iusti, non dederunt coronas: & de fortitudine fidelium nata sunt exempla patientiæ, non dona iustitiæ. singulares quippe eorum mortes fuere: nec alterius quispiam debitum suo fine persoluit: quum unus extiterit Dominus Christus, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, sepulti, suscitati. Quam sententiam, ut erat memorabilis, alibi quoque repetijt. Nihil certe clarius ad confodiendum impium hoc dogma desiderari queat. Nec tamen minus apposite Augustinus in eandem sententiam. Etsi fratres, inquit, pro fratribus morimur: nullius tamen sanguis Martyris in peccatorum remissionem funditur: quod fecit Christus pro nobis neque in hoc quid imitaremur, sed quid gratularemur cõtulit nobis. Item alibi. Sicut solus Filius Dei factus est Filius hominis, ut nos secũ filios Dei faceret: ita pro nobis solus suscepit sine malis meritis pœnã, ut nos per ipsum sine bonis meritis consequeremur indebitam gratiam.

Actu. 10. 1. Ioan. pri. 2. Cor. 5. 1. Cor. pri. Actu. 20. Heb. 10. Apoc. 7. Epist. 81. Epistol. 95. Tract. in Ioan. 84. L. ad Bonifac. 4. ca. 4.

Equidem cum tota eorum doctrina ex horrendis sacrilegijs & blasphemijs consuta sit, hæc tamen præ alijs prodigiosa est plasphemia. Agnoscant, an non hæc sint sua placita: Martyres plus morte sua Deo pręstitisse ac meritos esse, quã sibi opus esset: tantamq; illis meritorum largitatẽ superfuisse, quę in alios redundaret. Ne igitur superuacuum sit tantum bonum, commiscerí eorum sanguinem sanguini Christi, & ex utroq; thesaurum Ecclesiæ confici, ad remissionem & satisfactionem peccatorum. Atque ita accipiendum quod ait Paulus. Suppleo in corpore meo ea quæ desunt passionum Christi pro corpore eius, quod est Ecclesia. Quid hoc est? nisi Christo nomen relinquere, cęterum uulgarem sanctulum facere, qui in turba uix dignoscatur: unum, unum illum predicari decebat, unum proponi, unum nominari, unum respici, cum de obtinenda peccatorum remissione, expiatione, sanctificatione agitur. Sed audiamus eorum enthymemata. Ne sine fructu effusus sit sanguis Martyrum, in commune Ecclesię bonum cõferatur. Ita ne? An uero nullus erat fructus, glorificare Deum per mortem? Veritati eius suo sanguine subscribere? testificari, præsentis uitæ contemptu, melioremse uitam quærere? fidem Ecclesiæ, sua constantia confirmare? hostium autem pertinaciam frangere? Sed hoc est scilicet, nullum fructum agnoscunt, si solus Christus est propitiator, si solus mortuus est propter peccata nostra, si solus

Coloss. 1.

est obla-

est oblatus pro nostra redemptione. Quam uero malitiose Paulí locum detorquent: ubi dicit, se supplere in corpore suo ea, quæ deerant passionum Christi. Non enim defectum illum, supplementumue illud ad redemptionis, satisfactionis, expiationis opus refert: sed ad eas afflictiones, quibus Christi membra, nempe fideles omnes, exerceri oportet: quamdiu in hac carne agent. Dicit ergo hoc restare passionum Christi, quòd in seipso semel passus, quotidie in membris suis patitur. Eo nos honore dignatur Christus: ut nostras afflictiones suas reputet ac dicat. Quod autem addidit Paulus, pro Ecclesia: non intelligit pro redemptione, pro reconciliatione, pro satisfactione Ecclesiæ: sed pro ædificatione & profectu. Quemadmodum alibi ait, se sustinere omnia propter electos, ut salutem cõsequantur, quæ est in Christo Iesu. Et Corinthijs scribebat, pro eorum cõsolatione & salute se perferre, quascunq; tribulationes patiebatur. Et continuo ibidẽ se ipsum explicat, cũ addit se factum Ecclesiæ ministrum, non ad redemptionem: sed secundum dispensationem, quæ illi commissa erat, ad prædicandum Christi Euangelium. Quod si alium quoq; interpretem requirũt, audiant Augustinum. Passiones, inquit, Christi in solo Christo, ut in capite: in Christo & Ecclesia, ut in toto corpore. Vnde dicit membrũ unum Paulus. suppleo in corpore meo quod deest passionibus Christi. si ergo in membris Christi es, quisquis hæc audis, quidquid pateris ab ijs, qui non sunt Christi membra, deerat passionibus Christi. Passiones uero Apostolorum pro Ecclesia susceptæ quorsum tendant, alibi exponit. Christus mihi ianua est ad uos. Quia oues Christi estis, sanguine eius comparatæ, agnoscite precium uestrum, quod à me non datur: sed per me prædicatur. Deinde subnectit. Quomodo ipse animam suam posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere, ad ædificandam pacem, ad fidem asserendam. Absit autem, ut deesse aliqud putauerit Paulus passionibus Christi, quantum ad omnem iustitiæ, salutis, ac uitæ plenitudinem attinet, aut addere aliquid uoluerit: qui adeo luculenter & magnifice concionatur exuberantiam gratiæ per Cristum tanta largitate effusam, ut omnem uim peccati longe supergressa fuerit. Hac sola sancti omnes salui facti sunt, non uitæ aut mortis suæ merito, quemadmodum Petrus diserte testatur, ut in Deum & Christum eius contumelios us fuerit, qui ullius sancti dignitatem, alibi, quam in sola Dei misericordia, reposuerit. Sed quid hic diutius, perinde atq; in re adhuc obscura, moror? cum talia prodigia traducere, uincere sit. Porro ut tales abominationes prætereamus: quis docuit Papam plumbo & membranę gratiam Iesu Christi includere? quam Dominus uerbo Euangelij dispensari uoluit. Sane aut mendax Dei Euangelium esse oportet, aut mendaces indulgentias. Nam Euangelio Christum cum omni affluentia bonorum cœlestium, cum omnibus suis meritis, omni sua iustitia, sapientia, gratia, nulla exceptione nobis offerri, testis est Paulus, cum dicit depositum esse apud ministros uerbum reconciliationis: quo hac legationis forma fungantur, ceu Christo per ipsos hortante. Obsecramus, reconciliamini Deo. Eum, qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit, ut iustitia Dei efficeremur in illo. Contra indulgentiæ demensum aliquod gratiæ, ex armario Papę reclusum, plumbo, membranæ, loco etiam affigunt: à uerbo Dei auellunt. Si quis autem originem requirat, hinc uidetur hic abusus emanasse, quòd cum iniungerentur olim seueriores satisfactiones pœnitentibus, quàm ut ab omnibus ferri possent: qui pœnitentia sibi imposita grauari se ultra modum sentiebant, petebant ab Ecclesia relaxationem. Remissio, quæ talibus fiebat, indulgentia uocabatur. Vbi autem satisfactiones ad Deum transtulerunt, ac compensationes esse dixerunt, quibus se redimant homines à iudicio Dei: simul etiam indulgentias eò traxerunt, ut essent expiatoria remedia, quæ nos pœnis meritis liberent. Illas uero, quas retulimus, blasphemias tanta impudentia confinxerunt, ut nullum prætextum habere queant.

Tertium locum satisfactioni in pœnitentia assignant, de qua quid quid blaterant, uno uerbo subuerti potest. Dicunt non sufficere pœnitenti à præteritis malis abstinere, & mores in melius commutare, nisi de ijs quæ facta sunt satisfaciat Domino.

In Psal. 21.

Tract. in Ioan. 47

1. Tim. 2. 2. Cor. 1

Rom. 5 Actor. 13

2. Cor. 5

Lib. 4. sen. distinct. 15. c. 4. c. nõ sufficit, de pœ

Domino. Esse autem multa præsidia, quibus peccata redimamus. Lachrymas, ie- c. medi. eã
iunia, oblationes, charitatis officia. Iis Dominum propitiandum, ijs debita iusti- dem distin.
tiæ Dei persoluenda, ijs compensanda delicta, ijs ueniam emerendam: quamuis C. nullus.
enim Dominus largitate misericordiæ culpam remiserit: pœnam tamen retinere eadem dist.
disciplina iustitiæ. Hanc esse pœnam, quæ satisfactionibus redimenda sit. In hanc
tamen summam recidunt omnia. Nos quidem à Dei clementia delictorum ueni- Iesaiæ. 52.
am impetrare, sed intercedente merito operum: quibus peccatorum noxa com- Roma. 5.
pensetur, quo debita iustitiæ Dei satisfactio persoluatur. Talibus mendacijs op- Colos. 2.
pono gratuitam peccatorum remissionem, qua nihil in scriptura clarius prædica- Titum. 3.
tur. Primum, quid est remissio, nisi meræ liberalitatis donum? Non enim remit- & alibi.
tere dicitur creditor, qui antapocha testatur sibi numeratam pecuniam: sed q nul-
la solutione, ultro, sua beneficentia, nomen expungit. Cur deinde gratis additur,
nisi ad tollendam, omnem satisfactionis opinionem? Qua igitur confidentia su- Iesaiæ. 43.
as satisfactiones adhuc erigunt? quæ tam ualido fulmine prosternuntur. Quid
autem? Cum Dominus per Iesaiam clamat: Ego sum, ego sum, qui deleo iniqui-
tates tuas propter me: & peccatorum tuorum non ero memor. An non aperte de
nunciat, causam & fundamentum remittendi à sola sua bonitate se petere? Præ-
terea cum scriptura uniuersa testimonium Christo deferat, quod per nomen eius
sit accipienda peccatorum remissio, nonne alia omnia nomina excludit? Quomo Actor. 10.
do igitur per satisfactionum nomen accipi docent? neq; per satisfactionum no-
mẽ accipi negent, etiam si intercedant satisfactiones. Nam quod scriptura ait per
nomẽ Christi: intelligit nihil nos afferre, nihil nostrum prętendere. sed sola Chri-
sti commendatione niti, quemadmodum Paulus ait, quòd Deus erat mundum
sibi in Christo reconcilians, non imputans propter ipsum hominibus delicta.

Vereor, ne, qua sunt peruersitate, & peccatorum remissionem & reconciliatio 2. Corin. 5.
nem fieri semel dicant, cum in gratiam Dei per Christum in Baptismo recipimur.
Post Baptismum resurgendum esse per satisfactiones. sanguinem Christi nihil
prodesse, nisi quatenus per claues Ecclesiæ dispensatur. Quid tamen uereri me di
co? cum suam impuritatem clarissimis scriptis prodiderint: nec unus aut alter: Lib. 3. sen.
sed uniuersi scholastici. Nam ipsorũ magister, postquàm Christum in ligno pœ- dist. 19.
nam peccatorum soluisse iuxta Petri doctrinam, confessus est: subiuncta illico ex-
ceptione, sententiam illam corrigit. Quod in Baptismo omnes peccatorum pœ-
næ temporales relaxantur: sed post Baptismum, pœnitentiæ beneficio minoran-
tur: ut ita simul cooperetur crux Christi, & nostra pœnitentia, Sed longe aliter Io- 1. Ioan. 2.
annes. Si quis peccauerit, ait, habemus aduocatum apud Patrem Iesum Christum:
& ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Scribo uobis filioli: quia remittuntur
nobis peccata propter nomen eius. Certe fidelibus loquitur, quibus dum Chri-
stum proponit peccatorum propitiationem, non aliam esse satisfactionem osten-
dit, qua offensus Deus propitiari placariue possit. Nõ dicit, semel uobis per Chri
stum reconciliatus est Deus, nunc uobis alias reconcilandi rationes quærite: sed
perpetuum facit aduocatum, qui sua intercessione in Patris gratiam nos semper
restituat, perpetuam propitiationem, qua peccata expientur. Est enim illud perpe Ioan. 1.
tuo uerũ, quod alter Ioannes dicebat. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mun
di. Tollit, inquam, ipse, non alius, hoc est, quando ipse solus est agnus Dei, solus
quoq; oblatio est pro peccatis, solus expiatio, solus satisfactio.

Duo hic perpendere conuenit: ut integer & illibatus suus honor Christo serue- Iesaiæ. 53.
tur: ut conscientiæ, de peccati uenia securæ, pacem apud Deum habeant. Iesaias, 1. Pet. 2.
ait, Patrem posuisse in Filio nostras omnium iniquitates, ut liuore eius sanaremur. Roma. 8.
quod alijs uerbis repetens Petrus ait, Christum pertulisse in corpore suo peccata
nostra super lignum. Paulus scribit damnatum esse peccatum in eius carne, cum
pro nobis peccatum factus est, hoc est, uim & maledictionem peccati in eius car-
ne interemptam, cum in hostiam datus est: in quam tota peccatorum nostrorum
moles, cum sua maledictione & execratione, cum horrendo iudicio Dei, & mortis
damnatione, reijceretur. Hic nequaquam audiuntur nugamenta illa: quòd post

initialem purgationem, passionis Christi efficaciam nõ aliter nostrum unusquisq; sentiat, q̃ pro satisfactoriæ pœnitentiæ modo: sed ad unicam Christi satisfactionem, quoties lapsi fuerimus, reuocamur. Nunc tibi pestilentes eorum nęnias propone. Gratiam Dei in prima peccatorum remissione solam operari: si postea ceciderimus, ad secundam ueniam impetrandam opera nostra cooperari. Hæc si locum habeant: an ne, quæ Christo superius sunt attributa, illi salua manent: Immane quantum hæc differunt: iniquitates nostras positas esse in Christo ut in ipso expiarentur, & nostris operibus expiari. Christum esse propitiationem pro peccatis nostris, & Deum operibus propitiandum. Quòd si de pacificanda conscientia agitur: quæ istæc erit pacificatio, si audiat peccata redimi satisfactionibus? Quando tandem illi satisfactionis modus constare poterit? Ergo semper dubitabit, an Deum habeat propitium, semper æstuabit, semper horrescet. Nam qui leuibus satisfactiunculis acquiescunt, nimis contemptim iudicium Dei æstimant: & parum reputant, quanta sit peccati grauitas: ut alibi dicemus. Et ut ipsis concedamus, peccata aliquot iusta satisfactione redimere, quid tñ facient, ubi tot peccatis obruunt, quorum satisfactionibus nec centum uitæ, uel si totæ in hoc sint, sufficere queãt?

Hic in asylum confugiunt ineptæ distinctionis. Peccata quædam uenalia esse, quædam mortalia, pro mortalibus grauem satisfactionem deberi, uenalia facilioribus remedijs purgari: oratione Dominica, aquæ benedictæ aspersione, absolutione missæ. Sic cum Deo ludunt & ineptiunt. Cum tamen assidue peccatum ueniale & mortale in ore habeant, nondum alterum ab altero discernere potuerunt, nisi quod impietatem & immundiciem cordis, peccatum ueniale faciunt. Nos autem (quod scriptura iusti & iniusti regula docet) peccati stipendium pronunciamus esse mortem: & animam, quæ peccauerit, morte dignam. Cæterum fidelium peccata uenialia esse: non quia non mortem mereantur, sed quia, Dei misericordia, nulla est condemnatio ijs, qui sunt in Christo Iesu: quia non imputantur: quia uenia delentur. Scio quàm inique doctrinam hanc nostram calumnientur. Dicũt enim paradoxum esse stoicorum, de peccatorum æqualitate: sed suo ipsorum ore, nullo negotio, conuincentur. Quæro enim, an non inter ea ipsa peccata, quæ mortalia fatentur, aliud alio minus agnoscant? Nõ igitur protinus sequitur, paria esse peccata, quæ simul mortalia sint. Cum scriptura definiat, stipendium peccati mortem esse: legis obedientiam, esse uitæ uiam: transgressionem, mortem: hanc sententiam euadere non possunt. Quem ergo satisfaciendi exitum inueniunt, in tanto peccatorum cumulo? si unius diei, est satisfactio peccati unius: dum illam meditantur, pluribus se inuoluunt. Quando diem nullum prẽterit iustissimus quisq; quo non aliquoties labatur. Ad eorum uero satisfactiones dum se accingent, numerosa, uel potius innumera cumulabunt. Iam præcisa est satisfaciendi fiducia, quid morantur? quomodo adhuc de satisfaciendo cogitare audent?

Conantur quidem se expedire: sed aqua, ut dicitur, illis hæret, fingunt enim ad postremum sibi distinctionem pœnæ & culpæ: culpam remitti fatentur, Dei misericordia: sed culpa remissa pœnam restare, quã persolui Dei iustitia postulat. Ad pœnæ igitur remissionem proprie spectare satisfactiones. Quæ ista, bone Deus, desultoria leuitas? culpæ remissionem nunc gratuitam prostare confitentur: quã precibus & lachrymis, alijsq; omne genus præparationibus emereri subinde docent. Verum adhuc cum ista distinctione ex diametro pugnat, quidquid de peccatorum remissione in scriptura nobis traditur. Quod tametsi satis superq; existimo iam à me confirmatum: subnectam tamen quędã alia testimonia, quibus adeo constringantur tortuosi isti angues, ut ne summã quidem caudam cõplicare post hac queant. Hoc est testamentum nouum, quod Deus in Christo suo nobiscum pepigit: quòd iniquitatum nostrarum non recordabitur. Quid his significauerit, discimus ex altero Propheta, ubi Dominus: si iustus, inquit, à iustitia sua deflexerit, omnium iustitiarum eius non recordabor. si impius ab impietate sua cesserit, omnium iniquitatum eius non recordabor. Quod se iustitiarum recordaturum negat, utique hoc est, nullam se earum habiturum rationem, ut remuneretur.

Roma. 6. Ezech. 18. Roma. 8. Ieremi. 31. Ezech. 18. Iesa. 38. 44

retur. Ergo & peccatorum non recordari, est ea non postulare ad pœnam. Id ipsum alibi dicitur, proiicere post tergum, delere instar nubis, demergere in profundum maris, non imputare, tectumq; habere. Talibus loquendi formulis non obscure sensum suum nobis explicuerat Spiritus sanctus, si dociles aures illi accommodaremus. Certe si punit Deus peccata, imputat: si uindicat, recordatur: si ad iudicium uocat, tecta non habet: si examinat, post tergum non proiecit: si inspicit, non obliterauit instar nebulæ: si uentilat, non proiecit in profundum maris. Atque in hunc modum interpretatur Augustinus claris verbis. Si texit peccata Deus, noluit aduertere: si noluit aduertere, noluit animaduertere: Si noluit animaduertere, noluit punire, noluit agnoscere, maluit ignoscere. Tecta ergo peccata quare dixit? Vt non uiderentur. Quid erat, Deum uidere peccata, nisi punire? Audiamus uero & ex alio Prophetæ loco, quibus legibus peccata remittat Dominus. Si fuerint, inquit, peccata vestra ut coccinum, quasi nix albescent, & si rubuerint ut uermiculus, erunt quasi lana. Apud Ieremiam autem sic legitur. In illa die requiretur iniquitas Iacob, & non inuenietur peccatum Iehudah, & non erit, quia propitiabor reliquijs quas seruauero. Vis breuiter tenere, quis sit uerborum istorum sensus? Expende quid è conuerso sibi uelint locutiones illæ. Domínum in sacculo iniquitates colligare, in fasciculum colligere & recondere, stylo ferreo exarare in lapide adamantino. Nempe si uindictam repensum iri significant: quod extra dubium est: neq; etiam dubitandum est, quin contrarijs sententijs omnem uindictæ repensionem Dominus se remittere affirmet. Hic mihi obtestandi sunt lectores, non ut glosis meis auscultent: sed tantum ut uerbo Dei locum aliquem esse sinant. Quid quæso nobis præstitisset Christus, si adhuc pro peccatis pœna exigeretur? Nam cum dicimus, eum pertulisse omnia peccata nostra in corpore suo super lignum, non aliud significamus, quam defunctum pœna & uindicta, quæ peccatis nostris debebatur. Id ipsum significantius declarauit Iesaias, cum dicit, castigationem, siue correctionem pacis nostræ fuisse super eum. Quid uero est correctio pacis nostræ, nisi pœna peccatis debita & nobis persoluenda, antequam Deo reconciliari possemus, nisi uices nostras ipse subijsset? Enclare uides, Christum peccatorum pœnas sustinuisse, ut suos ab illis eximeret. Et quoties de redemptione per eum facta meminit Paulus, uocare solet ἀπολύτρωσιν, quo non simpliciter redemptionem indicat, qualiter uulgo intelligitur: sed precium ipsum & satisfactionem redemptionis. Qua ratione & Christum ipsum se pro nobis ἀντίλυτρον dedisse scribit. Quæ apud Dominum propitiatio est, inquit Augustinus, nisi sacrificium? Et quod est sacrificium, nisi quod pro nobis oblatum est in morte Christi? Validum autem imprimis ariëtem nobis suppeditat, quod de expiandis peccatorum noxis in lege Mosaica præscribitur. Neq; enim illic Dominus hanc aut illam satisfaciendi rationem constituit: sed totam in sacrificijs compensationem requirit. Vbi tamen alioqui diligentissime atq; exactissimo ordine omnes expiandi ritus exequitur. Qui fit autem ut nullis prorsus operibus admissa delicta procurare doceat: sed sola in expiationem sacrificia requirat: nisi quod ita testari uult unicum esse satisfactionis genus, quò iustitia sua placatur. Namquæ tum immolabant sacrificia Israelitæ, non hominum opera censebantur: sed à sua ueritate, hoc est, unico Christi sacrificio, æstimabantur. Qualem autem compensationem à nobis recipiat Dominus, paucis verbis eleganter Osee as expressit. Omnem, inquit, tolles iniquitatem ò Deus. En peccatorum remissio, & uitulos labiorum persoluemus. En satisfactio.

Verum quando & ipsi scripturæ testimonijs sese armant, uideamus qualia sint, quæ ipsi obtendunt argumenta. Dauid, inquiunt, de adulterio & homicidio à Propheta Nathan obiurgatus, ueniam peccati accipit: & tamen morte Filij, quem ex adulterio sustulerat, postea plectitur. Tales pœnas, quæ post culpæ etiam remissionem infligendæ essent, satisfactionibus redimere docemur. Hortabatur enim Daniel Nabuchadnezer, ut eleemosynis peccata redimeret. Et Solomon scribit, propter æquitatem & pietatem remitti iniquitates. Alibi etiam cha

Mich. 7. Psal. 32. Psal. 31. Isaiæ. 1. Ieremi. 50. Isaiæ. 28. Iob. 14. Oseæ 13. 1. Pet. 2. Isai. 53. Roma. 3. 1. Corin. 1. Ephe. 1. Coloss. 1. 1. Timo. 2. In Psal. 129 Oseæ. 14. 2. Reg. 12. Daniel. 4. Prouer. 16. Prouer. 10.

1. Pet. 4. ritate operiri multitudinem peccatorum. Quam sententiam confirmat & Petrus.
Lucæ. 7. Itē apud Lucā, Dominus de muliere peccatrice ait, remissa esse illi peccata multa, quia dilexerit multum. Vt peruerse semper & prepostere facta Dei æstimant? At si obseruassent, quod minime prætereundum erat, duo esse diuini iudicij genera: longe aliam in hac Dauidis correptione uidissent pœnæ formam, quam quæ ad ultionem tendere putanda sit. Quoniam autem nostra omnium non mediocriter refert intelligere, quorsum pertineant Dei castigationes, quibus in peccata nostra animaduertit: & quantum ab exemplis differūt, quibus impios & reprobos cum indignatione persequitur: summatim perstringere non abs re, arbitror, fuerit. Iudicium unum, docendi caussa, uocemus uindictæ: alterum castigationis. Porro iudicio uindictæ sic intelligendus est Dominus inimicos suos ulciscī, ut iram aduersus illos suam exerceat, confundat, dissipet, in nihilum redigat. Id ergo sit nobis propriè Dei uindicta, ubi punitio cum eius indignatione coniuncta est. Iudicio castigationis non ita sæuit, ut irascatur: nec uindicat: ut perdat & confundat. Vnde nō est supplicium proprie aut uindicta, sed correctio & admonitio. Alterū iudicis est: alterum Patris. Iudex enim, cum facinorosum punit, in ipsum delictū animaduertit, & de facinore ipso pœnam expetit. Pater cum filium seuerius corrigit, non hoc agit ut uindicet aut mulctet, sed magis ut doceat, & cautiorem in posterum reddat. Paulò diuersa similitudine Chrysostomus alicubi utitur, quæ tamen eodem recidit. Verberatur, inquit, filius: uerberatur & famulus. Sed hic ut seruus, quia peccauit, punitur. Ille uero, ut liber & filius disciplina indigens, castigatur. Huic correptio in probationem & emendationem cædit. Illi in flagella & pœnas.

De fide & lege naturæ.

Vt breuiter & expedite rem totā teneamus, hæc statuat prima distinctio. Vbi bicunq; pœna est ad ultionem, ibi maledictio & ira Dei se exerit, quam semper a
Iob. 5. fidelibus continet. Castigatio contra, & Dei benedictio est, & amoris habet testi-
Prouerb. 3. monium, ut docet scriptura. hoc discrimen satis Dei verbo passim notatur. Quid-
Hebræ. 12. quid enim afflictionū in præsenti uita sustinent impij, nobis depingitur ceu quoddam inferorum atrium, unde æternam suam damnationem eminus iam conspiciunt. Tantumq; abest ut inde emendentur, aut fructum aliquem percipiant, ut potius talibus præludijs ad diriſsimam, quæ tandem eos manet, confusionem appa-
Psal. 118. rentur. Castigans autem castigat seruos suos Dominus, sed morti non tradit eos.
Psal. 119. Quare eius ferula uerberati bonum id sibi fuisse fatentur ad ueram eruditionem. Vt autem sanctos ubiq; legimus tales pœnas placido animo suscepisse: ita superioris generis flagella semper uehementer sunt deprecati. Castiga me Domine, in-
Ieremi. 10. quit Ieremias, sed in iudicio, non in ira tua: ne forte imminuas me. Effunde furorē
Psal. 6. 38. tuum in gentes, que te non nouerunt, & in regna, quæ nomen tuum non inuocarunt. Dauid aūt, Domine, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.

Neq; obest, q̄ sæpiusculè sanctis suis irasci dicitur Dñs, cum in eorum peccata
Iesaiæ. 12 animaduertit. Qualiter apud Iesaiam. Confitebor tibi Dñe: quoniam iratus es mihi: cōuersus est furor tuus, & consolatus es me. Item. Habacuc. cū iratus fueris, mi-
Habc. 3. sericordię recordaberis. Eadē enim ratione hęreditatem suam profanare dicitur: quā tamen, ut scimus, in æternū non profanabit. Id autē non ad Dei punientis cō-
Iesai. 42. silium uel affectū: sed ad uehementē doloris sensum refertur, q̄ afficiuntur, q̄ uel
& 47. qualemcunq; eius seueritatē sustinēt. Atqui fideles suos nō mediocri tantū austeritate pungit: sed interdū ita uulnerat, ut sibi non longe ab inferorū exitio distare uideantur. Sic quidē testatur iram suā promeritos, sed in eo ipso luculentius interim clementię, q̄ iræ suæ, testimoniū profert. Stat enim fœdus, in uero nostro Solomone nobiscū percussum, cuius fidem nunquā fore irritam is, qui fallere nō po-
Psal. 89. test, affirmauit. Si dereliquerint, inq̄t, filij eius legem meā, et in iudicijs meis nō ambulauerint: si statuta mea pfanauerint, & mandata mea nō custodierint: uisitabo in uirga iniq̄tates eorū, & in uerberibus peccata eorū: misericordiā aūt nō auferā ab eo. Cuius misericordię q̄ nos certiores faceret, uirgā, qua Solomōis posteritatē
2. Samu. 7. arguet, dicit fore uirorum, & uerbera filiorum hominum. Quibus particulis dum

moderā-

moderationem & lenitatem significat, simul innuit, non posse nisi extremo lætaliq; horrore confundi, qui Dei manum sibi aduersam esse sentiunt. Huius lenitatis quantam habeat rationem in Israele suo castigando, ostendit apud Prophetã. In igne repurgaui te, inquit, sed non uelut argentum, nam & ipse totus absumptus esses. Quanquam purgationis loco castigationes illi esse docet; eas tamen ipsas ita se temperare, ne plus iusto per eas deteratur. Esaiæ. 48.

Sit deinde hæc altera distinctio. Quòd dum flagellis Dei reprobi feriuntur, iam pœnas illius iudicio quodammodo pendere incipiunt. Et quanquam illis nõ impune cædet, talibus iræ diuinæ documentis non auscultasse: non tamen ideo plectuntur, quò ad meliorem mentem redeant: sed tantum ut Deum magno suo malo iudicem & ultorem experiantur. Ferulis autem uerberantur filij, non ut multam delictorum Deo persoluant, sed ut inde ad resipiscentiam proficiant. Proinde in futurum eas potius, quam in præteritum tempus respicere intelligimus. Id Chrysostomi uerbis malim, quàm meis, exprimere. Propter hoc, inquit, imponit nobis pœnam, non de peccatis sumens supplicium: sed ad futura nos corrigens: Sic & Augustinus. Quod pateris unde plangis, medicina est tibi, non pœna: castigatio, non damnatio. Noli repellere flagellum, si non uis repelli ab hæreditate & cæ. Tota ista miseria generis humani, in qua gemit mundus, nouerit is fratres, quia dolor medicinalis est, non sententia pœnalis, & cæt. Has sententias ideo citare placuit, ne cui uideretur noua aut minus usitata locutio, quam posui. Sic cum Saul regno abiecit, puniebat ad uindictam: cum Dauidem paruulo filio orbauit, ad emendationẽ corripiebat. In hanc sententiam accipiendũ est quòd ait Paulus. Dum iudicamur à Domino, corripimur, ne cum hoc mũdo damnemur. Hoc est, dum nos Filij Dei, manu cœlestis Patris affligimur, nõ hæc pœna est qua confundamur: sed castigatio duntaxat, qua erudiamur. Qua in re planè nobiscum est Augustinus. Docet enim pœnas, quibus homines pariter castigantur à Deo, uariè cõliderandas esse: quia sanctis sunt, post peccatorum remissionem, certamina & exercitationes: reprobis, sine remissione, supplicia iniquitatis. Vbi pœnas Dauidi, alijsq; pijs inflictas commemorat, & eo spectasse dicit, ut eorum pietas huiusmodi humilitate exerceretur ac probaretur. Neq; uerò quod dicit Iesaias, Remissam esse populo Iudaico iniquitatem, quod plenam accepisset castigationẽ de manu Domini, à pœnæ solutione pendere delictorum ueniam arguit. Sed perinde est, ac si diceret. Satis iam pœnarum exactum est: quarum ob grauitatem & multitudinẽ quia iam diuturno luctu & mœrore confecti fuistis, tempus est, ut accepto plenæ misericordiæ nuncio, animi uestri in lætitiam diffundantur. In ferm. de pœnitẽ. & confess. 1. Corin. 11 Lib. de peccato. meritis ac remiss. 2. c. 33. & 34. Iesaiæ. 40.

His cogitationibus fidelem instrui necesse est in afflictionum acerbitate. Tempus est, ut iudiciũ incipiat à domo Domini, in qua inuocatũ est nomen eius. Quid facerent Filij Dei, si seueritatem, quam sentiunt, ultionem Dei esse crederent? Qui enim manu Dei percussus, Deum iudicem punientem cogitat, nõ potest nisi iratum & aduersum sibi concipere: ipsum uero Dei flagellum, ut maledictionem & damnationem, detestari. denicq; se à Deo diligi nunquã persuaderi poterit, qui sic erga se affectum sentiet, ut adhuc punire uelit. Sed ille demum Dei flagellis proficit, qui suis uitijs irascentem, sibi autem propitium ac beneuolum ipsum reputat. Alioqui enim necesse esset euenire, quod Propheta se expertum conqueritur. Super me transierunt furores tui, Deus: terrores tui oppresserũt me. Item quod scribit Moses. Quoniã defecimus in ira tua: et in indignatione tua conturbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, occulta nostra in lumine uultus tui. Quoniam omnes dies nostri recesserunt in ira tua: consumpti sunt anim nostri sicut uerbum ex ore emissum. Contra uero de paternis castigationibus ut illis adiuuari magis fideles quàm opprimi doceat, sic canit. Beatus homo quem tu corripueris Domine, & in lege tua erudieris, ut præstes illi quietem à diebus malis, dum foditur peccatori fouea. Nec refert, sit ne æterna pœna, an temporaria. Tam enim bella, fames, pestilentiq; morbi, maledictiones Dei sunt, quàm ipsum mortis æternæ iudicium: dum inferuntur in eum finem, ut sint aduersus re- 1. Pet. 4.

probos iræ uindictæq; Domini instrumenta. Perspiciunt nunc omnes (ni fallor) quò spectet illa Domini animaduersio in Dauidem: nempe, ut documentum esset, grauiter Deo displicere homicidium & adulteriũ: aduersum quod totam offensionem declarasset, ut eruditus esset ipse Dauid, ne postea tale facinus auderet: nõ autem ut pœna esset, qua compensationem quandam Deo penderet. Sic & altera correptione iudicandum est, qua Dominus populum uehementi peste adflixit, 2. Samu. 24 ob Dauidis inobedientiam, quã in recensendo ipso populo perpetrauerat. Nam peccati quidem noxam Dauidi gratis remisit: sed quia tum ad publicũ omniũ sæculorum exemplũ, tum ad Dauidis quoq; humiliationem pertinebat, tale facinus, nõ impunitum manere: ipsum flagello suo asperrime castigauit. Quem scopũ in uniuersali humani generis maledictione contemplamur. Cũ enim, impetrata gratia, omnes tamen ad huc perpetimur, quæ in peccati pœnam parenti nostro indictæ fuerant, miserias: talibus exercitamentis admoneri nos sentimus, q̃ grauiter Deo legis suæ transgressio displiceat: quo miseræ nostræ sortis conscientia deiecti & humiliati, ad ueram beatitudinem ardentius aspiremus. Stultissimus uerò fuerit, si quis arbitretur præsentis uitæ calamitates in peccati noxam esse nobis impositas. id mihi uidetur Chrysostomus uoluisse, cum ita scripsit. Si ob hoc pœnas infert Deus, ut in malis perseuerantes ad pœnitentiam uocet, ostensa pœnitentia, superflua iam erit pœna. Quare prout uniuscuiusq; ingenio expedire nouit, ita hũc Homi. 3. de prouid. ad Stargiriũ. maiori asperitate, illum benigniore tractat indulgentia. Quando tamẽ ea est nostra omnium ruditas & duricies, quæ castigatione in uniuersum opus habeat: uisum est prudentissimo Patri, omnes sine exceptione cõmuni flagello per totam uitam exercere. Mirum autẽ est, cur sic in unum Dauidis exemplum oculos conjiciant: tot exemplis nõ permoueantur, in quibus gratuitam peccatorũ remissionem licebat contemplari. Legitur publicanus descendisse è templo iustificatus: pœna Luc. 18. 22 nulla sequitur. Petrus delicti ueniam obtinuit, lachymas eius, inquit Ambrosius, Matth. 9. legimus: satisfactionem non legimus. Et audit paralyticus: Surge, remittuntur tibi peccata tua. pœna non imponitur. Omnes, quæ in scriptura commemorantur, absolutiones, gratuitæ describuntur. Ex hac exemplorum frequentia, regula potius peti debuerat, q̃ ab unico illo: quod nescio quid singulare continet.

Daniel. 4. Daniel sua exhortatione, qua suadebat Nabucadnezer, ut peccata sua iustitia redimeret, & iniquitates suas miseratione pauperum: nõ uoluit significare, iustitiam & misericordiam, esse Dei propitiationẽ, & pœnarum redemptionem. Absit enim ut alia unquam fuerit ἀπολύτρωσις, quàm sanguis Christi. Sed illud rediimere, ad homines potius, quàm ad Deum retulit. ac si dixisset, Exercuisti, ò rex, iniustam & uiolentam Dominationem, oppressisti humiles, spoliasti pauperes, dure & iniq; tractasti populum tuum. pro iniustis exactionibus, pro uiolentia & oppressione nunc refer misericordiam & iustitiam. Simliter Solomon, charitate operiri multitudinem peccatorum ait, non apud Deum, sed inter homines ipsos. Sic enim habet integer uersus. Odium excitat cõtentiones, charitas uerò operit cunctas iniquitates. Quo uersu, more suo, per antithesim, mala quæ ex odijs nascantur, cum fructibus charitatis confert, in hunc sensum. Qui inter se oderunt, uicissim mordent, carpunt, exprobrant, lacerant, omnia uitio uertunt. at uerò qui se diligunt, multa inter se mutuo dissimulant, ad multa conniuent, multa uicissim condonant, non quod alter alterius uitia probet: sed tolerat, & admonendo medetur, potiusquam insectando ulciscereret. Eodẽ sensu citatum locum hunc à Petro, nihil ambigendum est: nisi deprauatæ, uafreq; detortæ scripturæ insimulare eum uolumus. Vbi uero misericordia & benignitate docet expiari peccatum, non intelligit illis coram facie Domini compensari, ut tali satisfactione placatus Deus, pœnam, quam alioqui erat expediturus, remittat: sed familiari scripturæ more indicat, & ipsum sibi propitium reperturi sint, qui uitijs ac nequitijs prioribus ualere iussis, per pietatem & ueritatem ad ipsum conuertuntur, ac si diceret, iram Domini resideré, ac quiescere eius iudicium, ubi à flagitijs nostris quiescimus. De qua locutione alibi tractatum est.

Prouer. 10

1. Pet. 4.

Prouer. 16.

Quantum

Quantum attinet ad locum Lucæ: nemo, qui parabolam illic à Domino propositam sano iudicio legerit, nobis ex eo controuersiam faciet. Pharisæus apud se cogitabat, non cognosci à Domino mulierem, quam tanta facilitate ad se admisisset. Sentiebat enim, non fuisse admissurum, si peccatricem, qualis erat, cognouisset. Atq; ex eo colligebat, non esse Prophetam, qui eum in modum falli posset. Dominus, ut peccatricem non esse ostenderet, cui iam remissa essent peccata, parabolam proposuit. Duo debitores erant uni fœneratori, alter quinquaginta debebat, alter quingenta, utriq; remissum est debitum. Vter maiorem gratiam habet? Respondet pharisæus: Is utique cui plus donatum est. Subiicit Dominus. hinc agnosce, remissa esse huic mulieri peccata, quia dilexit multum. Quibus uerbis (ut uides) eius dilectionem, non facit causam remissionis peccatorum: sed probationem. Sunt enim sumpta à simili eius debitoris, cui remissa erant quingenta. cui non dixit ideo remissa, quia multum dilexisset: sed ideo multum diligere, quia remissa sint. Atq; ad eam similitudinem applicari conuenit in hanc formam. Putas mulierem hanc esse peccatricem. Atqui talem non esse, agnoscere debueras, quando ei remissa sint peccata. Remissionis autem peccatorum fidem tibi facere debuerat eius dilectio, qua ob beneficium gratiam refert. Est autem argumentum à posteriori, q̃ aliquid demõstratur à signis sequentibus. Qua autem ratione peccatorum remissionem illa obtinuerit, palàm Dominus testatur: fides, inquit, tua te saluam fecit. Fide igitur remissionem assequimur: charitate gratias agimus, & Domini beneficentiam testamur.

Parum aũt me mouent, quę in ueterum scriptis de satisfactione passim occurrunt. Video quidem eorum nõnullos, dicam simpliciter, oẽs ferè, quorum libri extant, aut hac in parte lapsos esse, aut nimis aspere ac dure locutos: sed non concedam, eos ipsos adeo fuisse rudes & imperitos, ut eo sensu illa scripserint, quo à nouis istis satisfactionarijs leguntur. Chrysostomus alicubi ita scribit: Vbi misericordia flagitatur, interrogatio cessat: ubi misericordia postulatur, iudicium non sæuit: ubi misericordia petitur, pœnæ locus non est: ubi misericordia, quæstio nulla: ubi misericordia, condonata responsio est. Quæ uerba utcunque torquentur, cum dogmatibus tamen scholasticis conciliari nunquam poterunt. In libro autem de dogmatibus Ecclesiasticis, qui Augustino inscribit̃, sic legis c. 54. Pœnitentiæ satisfactio est, causas peccatorum excidere, nec eorum suggestionibus aditum indulgere. Quo apparet illis quoq; sæculis irrisam passim fuisse satisfactionis doctrinam, quæ pro admissis delictis rependi diceretur: cum omnem satisfactionem ad cautionem referat se in posterum à peccatis abstinendi. Nolo citare quod tradit idem Chrysostomus. Dominum nihil à nobis ultra requirere, quam ut delicta nostra cum lachrymis apud se confiteamur: quando eiusmodi sententiæ subinde in eius & aliorum scriptis recurrunt. Augustinus quidem alicubi opera misericordię remedia nuncupat obtinendæ peccatorum remissionis: sed ne in uerbulo isto quis impingat, ipse alio loco occurrit. Caro Christi, inquit, uerum esset unicũ pro peccatis sacrificium. non modo ijs quæ uniuersa in baptismate delentur: sed quę postea ex infirmitate subrepunt: propter quę uniuersa quotidie clamat Ecclesia. Remitte nobis debita nostra. Et remittuntur per singulare illud sacrificium. Vocarunt autem, ut plurimum, satisfactionem, non compensationem, quæ Deo redderetur: sed publicam testificationem, qua qui excommunicatione mulctati fuerant, cum in communionem recipi uellent, Ecclesiam reddebant de sua pœnitentia certiorem. Indicebantur enim illis pœnitentibus certa ieiunia, & alia, quibus se prioris uitæ uere & ex animo pertesos esse approbarent, uel potius priorum memoriam obliterarent. atq; ita dicebantur, nõ Deo, sed Ecclesiæ satisfacere, quod etiam his ipsis uerbis ab Augustino expressum est in Enchiridio ad Laurentium. Ex antiquo eo ritu sumpserunt originem confessiones, & satisfactiones, quæ hodie in usu sunt. Viperei sane partus: quibus factum est, ut ne umbra quidem melioris illius formæ superstet. Scio ueteres interdum duriuscule loqui, nec (ut nuper dixi) forsan lapsos esse nego, sed quæ pauculis

Homil. 2 in Psal. 50.

Homil. 10. in Genesin

Cap. 85. citatur in decret. ca. in actione de pœnit. distinc. 1

næuis aſperſa erant, dum illotis iſtorum manibus tractantur, prorſus inquinant. Etſi ueterum authoritate pugnandũ eſt, quos (Deus bone) ueteres nobis obtrudunt? Bona pars eorum, quibus Lombardus, eorum coriphæus, centones ſuos contexuit, ex inſulſis quorundã monachorum delirijs, quę ſub Ambroſij, Hyeronimi, Auguſtini, & Chryſoſtomi nomine feruntur, decerpta eſt. Vt in præſenti argumẽto, omnia ferè ſumit è libro Auguſtini de pœnitẽtia: qui à rapſodo aliquo inepte ex bonis pariter ac malis authoribus cõſarcinatus, Auguſtini qui dẽ nomẽ præfert: ſed quẽ nemo, uel mediocriter doctus, agnoſcere pro ſuo dignetur. Ex hac ſatisfactionis doctrina ſcaturiũt indulgẽtię. Nã quod ad ſatisfaciendũ facultatibus noſtris deeſt, iſtę ſufficiunt. Quare his quoq; locum dare conueuit.

Porrò quòd ſuas claues tot ſeris aptant & oſtijs, nunc ut iuriſdictioni ſuæ ſeruiant, nunc confeſsionibus, nunc conſtitutionibus, nunc deuotionibus: paucis dicam. In illo mandato, quod de remittendis & retinendis peccatis Chriſtus apud Ioannem dat ſuis diſcipulis, non legislatores, non confeſſionum ſecretarios, non officiales, non datarios, non bullarios, facit: ſed quos uerbi ſui miniſtros fecerat, inſigni teſtimonio ornat. Apud Matthæum, cum ligandi & ſoluendi arbitrium Eccleſiæ ſuæ defert, non iubet, ut authoritate reuerendi alicuius mitrati aut bicornis, eliminentur & exterminentur, pulſuque cymbalorum, & candela extincta diris omnibus deuoueantur pauperes, qui ſoluendo non ſunt: ſed ut, diſciplina excommunicationis, improborum nequitia corrigatur, idque uerbi ſui authoritate, Eccleſiæ miniſterio. Iam uero inſani illi, qui claues Eccleſiæ, diſpenſationem meritorum Chriſti, & Martyrum eſſe fingunt, quam Papa ſuis bullis & indulgentijs partitur, elleboro magis quam argumentis digni ſunt.

Iam nec de ſuo purgatorio moleſti nobis ſint: quod hac ſecuri fractum, diru-tum, & à fundamentis prorſus euerſum eſt. Neq; enim quibuſdam aſſentior, qui diſſimulandum hac in parte cenſent, & mentionem purgatorij omittendam: ex qua acres (ut aiunt) pugnæ oriuntur, minimum ædificationis referri poteſt. Equidem & ipſe tales nugas negligendas conſulerem, niſi ſeria ducerent. Sed cũ multis blaſphemijs conſtructum ſit purgatorium, & nouis quotidie fulciatur: cum multas & graues offenſiones ſuſcitet: profecto conniuendum non eſt. Illud forte utcunq; ad tempus diſſimulari poterat, quod ſine Dei uerbo, curioſa audacíq; temeritate excogitatum erat: quòd de ipſo creditum erat neſcio quibus reuelationibus, Sathanæ arte confictis: quòd ad ipſius confirmationem aliquot ſcripturæ loci inſcite detorti erant. (quanquam non leuiter fert Dominus, humanam audaciam ſic in abditos iudiciorum ſuorum receſſus perrumpere: & ſeuere prohibuit, neglecta uoce ſua, ſciſcitari à mortuis ueritatem: nec uerbum ſuum tam irreligioſe cõtaminari permittit) Demus tamen, illa omnia tolerari aliquantiſper potuiſſe, ut res non magni momẽti. At ubi peccatorũ expiatio, alibi, q̃ in Chriſti ſanguine, quæritur, ubi ſatisfactio aliò transfertur, periculoſiſſimum ſilentium. Clamandum ergo, non modo uocis, ſed gutturis ac laterum contentione, Purgatorium exitiale Sathanæ eſſe commentum, quòd Chriſti crucem euacuat, quòd contumeliam Dei miſericordiæ non ferendam irrogat, quòd fidem noſtram labefacit & euertit. Quid enim illis eſt purgatorium, niſi quæ poſt mortem à defunctorum animis pendatur pro peccatis ſatisfactio? Vt diruta ſatisfaciendi opinione, ipſum ab imis radicibus extemplo euertatur. Quòd ſi proxima diſputatione pluſquam perſpicuum eſt, Chriſti ſanguinem, unicam eſſe pro fidelium peccatis ſatisfactionem, expiationem, purgationem: quid ſupereſt, niſi Purgatorium meram eſſe eamq; horribilem in Chriſtum blaſphemiam? Prætereo ſacrilegia, quibus quotidie defendit: offendicula, quę in religione parit: aliaq; innumera, quæ ex tali impietatis fonte prodijſſe conſpicimus.

Matth. & Luc. 12 Marc. 3.

Quos tamẽ è ſcriptura locos arripere falſo & perperã ſolent, illis è manibus excutere operæprecium eſt. Cum Dominus, inquiunt, peccatum in Spiritum ſanctum neq; in hoc neq; in futuro ſęculo remittendum aſſeuerat: ex eo ſimul innuit, quorum-

quorundam esse in futuro sæculo peccatorum remissionem. Verum quis non uideat, Dominum illic de peccati culpa loqui? Quod si ita est, quid ad eorum purgatorium? Vtpote quorum illic pœna, ex eorum opinione, luitur: culpam in præsenti uita remissam esse non inficiantur. Ne tamen adhuc nobis obstrepant, planiorem habebunt solutionem. Cum Dominus spem omnem ueniæ præcidere uellet tam flagitiosæ nequitiæ: non satis habuit dicere, nunquam remissum iri: sed quo magis amplificaret, partitione usus est: qua & iudicium cõplexus est, quod sentit in hac uita uniuscuiusq; conscientia: & postremum illud, q̃d palam in resurrectione feretur, ac si diceret. Vos à malitiosa rebellione, non secus ac præsentissimo exitio, cauete. Nam qui oblatam Spiritus lucem destinato extinguere conatus fuerit, neq; in hac uita, quæ peccatoribus ad conuersionem data est, ueniam consequetur: neque ultimo die, quo per angelos Dei agni ab hœdis segregabuntur, & regnum cœleste omnibus scandalis repurgabitur. Proferunt deinde illam ex Matthæo parabolam. Concordiam habe cum aduersario tuo: ne quando te ille iudici tradat, iudex lictori, lictor carceri: unde non exeas donec persolueris ultimum quadrantem. Si iudex hoc loco Deum significat: litigator diabolum: lictor angelum: carcer purgatorium: libenter dabo manus. Verum si nulli non constat, uoluisse illic Christum ostendere, quot periculis ac malis se obijciant, qui summum ius obstinate pertentare malunt, quàm ex æquo & bono agere: quò uehementius ad q̃uam concordiam suos exhortaretur: ubi, quæso, reperietur purgatorium? *Matth. 5.*

Petunt & ex Pauli dicto argumentum, ubi cœlestium, terrestrium, & infernorum genua Christo flecti affirmat. Infernos enim non posse intelligi, qui æternæ damnationi addicti sunt, pro confesso assumunt. Proinde superest, ut sint animæ in purgatorio laborantes. Non pessime ratiocinarentur, si Apostolus uerum pietatis cultum per geniculationem designaret: sed cum simpliciter doceat delatam esse Christo dominationem, qua subiugandæ sint uniuersæ creaturæ: quid obstat, quo minus per infernos, diabolos intelligamus: qui sane ad Domini tribunal sistentur, iudicem suum agnituri, cum terrore & trepidatione. Qualiter eandem Prophetiam Paulus ipse alibi interpretatur. Omnes, inquit, sistemur ad tribunal Christi. Scriptum est enim. Viuo ego, mihi flectetur omne genu &c. Atqui in eũ modũ interpretari non licet, quod in Apocalypsi habetur. omnem creaturam, q̃ę in cœlo, & q̃ę sup terram, & quæ sub terra, & q̃ę in mari, & q̃ę in ipsis sunt omnia, audiui dicentia: sedenti in throno, & agno, benedictio & honor & gloria & potestas in sæcula sæculorũ. Id quidem facile concedo. Sed quales hic creaturas recenseri putant? Certo enim certius est, & ratione carentes, & inanimatas comprehendi. Quo non aliud affirmatur, quam singulas orbis partes, à summo cœlorum uertice, ad usq; terræ centrũ, suo modo creatoris gloriam enarrare. Quod ex Machabeorum historia proferunt, responsione non dignabor, ne opus illud uidear in sacrorum librorum catalogum referre. At Augustinus pro canonico recepit. Primũ q̃ certa fide: scripturã, inq̃t, Machabęorũ nõ habẽt Iudęi sicut legẽ, Prophetas, et Psalmos, q̃bus testimoniũ perhibet Dñs tã q̃ testibus suis, dicẽs. Oportebat impleri oĩa, q̃ę scripta sunt in lege, et Psalmis, & Prophetis de me. sed recepta est de Ecclesia nõ inutiliter: si sobria legaẽ uel audiaẽ &c. Hieronymus aũt sine dubitatione minime ualere eius authoritatẽ ad asserenda dogmata, docet. Et ex libello illo uetusto, qui sub nomine Cypriani de expositione symboli inscribitur, aperte cõstat, locum nullum in ueteri Ecclesia habuisse. Et quid frustra hic contendo? Quasi author ipse nõ satis ostendat, quantum sibi deferendum sit, cum ueniã in fine precaẽ, si q̃d minus bene dixerit. Certe qui scripta sua indigere uenia fatetur, Spiritus sancti oraculanon esse clamat. *Philip. 2.* *Rom. 14* *Apoca. 5* *Contra secund. Gaudent. Epi. cap. 23.*

Verum habent inuictum cuneum in Paulo: qui non ita facile percellatur. Si quis superędificat, inquit, sup fundamentũ hoc aurum, argentum, lapides pręciosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscuiusq; opus quale sit, dies Dñi manifestabit: quòd in igne reuelabitur. Et uniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius *1. Cor. 3.*

opus

opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit: sed quasi per ignem.
Chrysosto. August. & alij. Quis ille ignis esse potest, nisi purgatorius? per quem peccatorum sordes absterguntur, quò puri ingrediamur in regnum Dei. Atqui alium esse senserunt veterum plerique. Nempe tribulationem seu crucem, per quam Dominus suos examinat, ne in carnis sordibus acquiescant. Idque multò probabilius, quam purgatorium confingendo. Quanquam nec illis assentior: quia mihi uideor certiorem multò & lucidiorem eius loci intelligentiam assecutus. Antequàm tamen eam profero, uelim mihi respondeant, putent ne Apostolis ac Sanctis omnibus per hunc ignē purgatorium transeundum fuisse? Negabunt, scio. Nimis enim absonum foret, eos purgari oportuisse, quorum merita ultra mensuram ad uniuersa Ecclesiæ membra redundare somniant. Verum Apostolus hoc affirmat. Neque enim dicit, quorundam opus probatum iri: sed omnium. Neque hoc meum argumentum est,
Enchiridi. ad Laurēt. cap. sed Augustini: qui sic interpetationem illam oppugnat. Et quod magis absurdū est, non dicit transituros ob quælibet opera: sed si eam summa fidelitate ædificarint, mercedem recepturos, ubi opus eorum igni fuerit examinatum. Principio, uidemus Apostolum metaphora usum esse, cum doctrinas hominum capite excogitatas, lignum, fœnum, & stipulam uocauit. Ratio quoque metaphoræ prompta est. Nempe quòd, uelut lignum, statim atque igni admotum fuerit, consumitur & deperditur: sic neque illæ perdurare poterunt, cum eas examinari contigerit. Porro eiusmodi examen à Spiritu Dei proficisci neminem latet. Quò igitur situm metaphoræ prosequeretur, ac partes iusta correlatione inter se aptaret, ignē appellauit examen Spiritus sancti. Perinde enim atque aurum & argentum, quo propius ad ignem admouentur, eo certiorē probitatis puritatisque probationem referunt: ita Domini ueritas, quò exactius spirituali examine expenditur, eò maiorem sumit authoritatis confirmationem. Quemadmodum fœnum, lignum, stipula, igni admota corripiuntur in subitam consumptionem: ita hominum inuenta, Domini uerbo non stabilita, Spiritus sancti examen ferre nequeunt, quin concidant protinus & disperant. Deniq; si commentitiæ doctrinæ, ligno, fœno, stipulæ, comparantur, quòd instar ligni, fœni, stipulę comburantur ab igne & corrumpantur in interitum: non autem conficiuntur aut profligantur, nisi à Domini Spiritu: sequitur, Spiritum esse ignem illum, à quo probabuntur. Cuius probationem uocat Paulus diem Domini, uulgato scripturæ usu. Dies enim Domini esse dicitur, quoties suam præsentiam hominibus aliquo modo manifestat. Tum uero potissimum facies eius lucet, ubi ueritas eius illucet. Iam euictum est, non alium esse ignem Paulo, quàm Spiritus sancti examen. Quomodo autem per ignem illum salui fiunt, qui operis iacturam patiuntur? Idipsum intelligere non erit difficile, si consideremus de quo genere hominum loquatur. Siquidem eos Ecclesiæ architectos notat, qui, retento legitimo fundamento, disparem materiā superstruunt. hoc est, qui non deflectentes, à præcipuis & necessarijs fidei capitibus, in minoribus nec ita periculosis hallucinantur, commenta sua Dei uerbo admiscentes. Tales, inquam, operis iacturam facere oportet, abolitis eorum commentis: ipsi autem salui fiunt, sed quasi per ignem. hoc est, non quod eorum ignorantia & hallucinatio coram Domino sit probabilis: sed quia Spiritus sancti gratia & uirtute ab illa repurgantur. Proinde quicunq; auream diuini uerbi puritatem isto purgatorij stercore infecerunt, operis iacturam facere necesse est. At uetustissima fuit Ecclesiæ obseruatio. Hanc obiectionem soluit Paulus, dum suā quoq; ætatem in ea sententia comprehendit, ubi denunciat, iacturam operis sui facere oportere omnes, qui in Ecclesiæ structura aliquid fundamento minus consentaneum posuerint. Cum ergo mihi obijciunt aduersarij, ante mille & trecentos annos usu receptum fuisse, ut precationes fierent pro defunctis: eos uicissim interrogo, quo Dei uerbo, qua reuelatione, quo exemplo factum sit? Neque enim hic scripturæ testimonia desunt tantum: sed quæcunq; illic leguntur sanctorum exempla nihil tale ostendunt. De luctu & officio sepulturæ habentur illic multæ & interdum longæ narrationes: de precibus ne minimum quidem apicem uideas.

Atqui

Atqui quò maioris momenti res est, eo magis debuerat commemorari: atq; ipsi etiam ueteres, qui preces fundebant pro mortuis, & mandato Dei, & legitimo exemplo hic se destitui uidebant. Cur ergo audebant? In eo dico aliquid humani passos esse: ideoq; ad imitationem trahendum non esse contendo, quod fecerunt. Nam cũ nihil operis debeant aggredi fideles, nisi certa conscientia, ut Paulus præcipit, in oratione potissimum requiritur hęc certitudo. Credibile tamen est, aliqua ratione ad id impulsos. Nempe solatium quærebant, quo subleuarẽt suum mœrorem: & inhumanum uidebatur non edere coram Deo aliquod suæ erga mortuos dilectionis testimonium. Ad hunc affectum quàm sit propensum hominis ingenium, omnes experimur. Verum aliud solatiũ longe melius ac solidius suppeditat scriptura, cum beatos mortuos testatur, qui in Domino moriuntur. Et ratione addit: quia ex eo requiescunt à laboribus suis. A mori autem nostro non debemus eo usq; indulgere, ut peruersum orandi morem in Ecclesia erigamus. Verum ne glorientur aduersarij nostri, quasi ueterem Ecclesiam erroris sui socium habeant: dico esse longum discrimen. Agebant illi memorias mortuorum, ne uiderentur omnem de ipsis curam abiecisse, sed simul fatebantur, se dubitare de ipsorum statu. De purgatorio certe adeo nihil asserebant, ut pro re incerta haberent. Isti, quod de purgatorio somniarunt, pro fidei dogmate haberi sine quæstione postulant. Illi parce, & tantum ut defungerentur, in communiõe sacræ cœnæ suos mortuos Domino commendabant. Hi mortuorum curam assidue urgent, & importuna prædicatione efficiunt, ut omnibus charitatis officijs præferatur. Crassiores illas superstitiones, quibus simplicium animos fascinarunt, omitto; quæ tamen sunt innumeræ, & pleræq; adeo portentosæ, ut nullo honesto colore prætexere ipsas possint. Illas quoq; turpissimas nundinationes taceo, quas in tanto mundi stupore pro sua libidine exercuerunt. Nam nec ullus futurus esset finis: & sine commemoratione satis habebunt hic pij lectores, unde conscientias suas stabiliant.

Rom. 14.

Apoc. 14.

Augu. hoc dicit. in Enchir. ad Laurent.

DE IVSTIFICATIONE FIDEI ET MERITIS OPERVM.

Caput X.

IAM mihi satis diligenter exposuisse supra uideor, quomodo hominibus à lege maledictis unicum recuperandæ salutis restet in fide subsidium. Rursum quid fides ipsa sit, & quæ in hominem Dei beneficia conferat, & quos in eo fructus edat. Summa autem hæc fuit. Christum nobis, Dei benignitatate, datum, fide à nobis apprehendi ac possideri, cuius ex participatione duplicem potissimum gratiam recipiamus, nempe ut eius innocentia Deo reconciliati, pro Iudice iam propicium habeamus in cœlis Patrem. Deinde, ut eius Spiritu sanctificati, innocentiam puritatemque uitæ meditemur. Ac de regeneratione quidem, quæ secunda est gratia, dictum fuit, quantum sufficere uidebatur. Iustificationis ratio leuius ideo attacta est, quoniam ad rem pertinebat, intelligere primum, & quam ociosa non sit à bonis operibus fides, qua sola gratuitam iustitiam, Dei misericordia, obtinemus: & qualia sint sanctorum bona opera, in quibus pars huius quæstionis uersatur. Ea ergo nunc penitus discutienda: & ita discutienda, ut meminerimus, præcipuum esse sustinendæ religionis cardinem: quò maiorem attentionem curamque afferamus.

Nisi

Nisi enim primum omnium, quo sis apud Deum loco, & quale de te sit illius iudicium, tenes: ut nullum habes stabiliendæ salutis fundamentum, ita nec erigendæ in Deum pietatis. Sed necessitas cognoscendi melius ex cognitione ipsa elucescet. Porrò ne impingamus in ipso limine, quod fieret si de re incognita disputationem ingrederemur, primum explicemus, quid sibi uelint istæ loquutiones, hominem coram Deo iustificari: iustificari fide: iustificari operibus. Iustificari coram Deo dicitur, qui iudicio Dei & censetur iustus, & acceptus est ob suam iustitiam. siquidem ut Deo abominabilis est iniquitas, ita nec peccator in eius oculis potest inuenire gratiam. proinde ubicunq; peccatum est, illic etiam se profert ira & ultio Dei, Iustificatur autem, qui non loco peccatoris, sed iusti habetur, eoq; nomine consistit coram Dei tribunali, ubi peccatores omnes corruunt. Quemadmodum si reus innocens ad tribunal æqui iudicis adducatur, ubi secundum innocentiam eius iudicatum fuerit, iustificatus apud iudicem dicitur: sic apud Deum iustificatur, qui numero peccatorum exemptus, Deum habet suæ iustitiæ testem & assertorem. Iustificari ergo operibus ea ratione dicetur, in cuius uita reperietur ea puritas ac sanctitas, quæ testimonium iustitiæ apud Dei thronum mereatur: seu qui operum suorum integritate, respondere & satisfacere Dei iudicio queat. Contra iustificabitur ille fide, qui operum iustitia exclusus, Christi iustitiam per fidem apprehendit, qua uestitus, in Dei conspectu non ut peccator, sed tanquam iustus apparet. Ita nos iustificationem simpliciter interpretamur acceptionem, qua nos Deus in gratiam receptos pro iustis habet. Eamq; in peccatorum remissione ac iustitiæ Christi imputatione positam esse dicimus.

In huius rei confirmationem extant multa & clara scripturæ testimonia. Principio hanc esse propriam & usitatissimam uerbi significationem, negari non potest. Sed quia nimis longum esset, locos omnes colligere & inter se conferre: satis sit lectores monuisse. Per se enim facile obseruabunt. Paucos tantum producam, ubi hæc, de qua loquimur, iustificatio nominatim tractatur. Vbi Paulus ait scripturam præuidisse, quòd ex fide iustificet gentes Deus, quid aliud intelligas, q̃ Deũ iustitiã ex fide imputare? Itẽ cum dicit, Deum iustificare impium, qui est ex fide Christi, quis sensus esse potest, nisi fidei beneficio à damnatione liberare, quã ipsorum impietas merebatur? Apertius etiamnum in conclusione, dum sic exclamat. Quis accusabit electos Dei? Deus est qui iustificat. Quis condemnabit? Christus est qui mortuus est imo qui resurrexit, & nunc interpellat pro nobis. Proinde enim est, ac si diceret. Quis accusabit, quos Deus absoluit? Quis damnabit, quos suo patrocinio Christus defendit? Iustificare ergo nil aliud est, q̃ eum, qui reus agebatur, tanquam approbata innocentia, à reatu absoluere. Cum itaque nos Christi intercessione iustificet Deus, non propriæ innocentiæ approbatione, sed iustitiæ imputatione nos absoluit, ut pro iustis in Christo censeamur, qui in nobis non sumus. Sic Actorum. 13. in concione Pauli. Per hunc uobis annunciatur remissio peccatorum. Et ab omnibus ijs, à quibus non poteratis iustificari in lege Moyse, omnis qui credit in eum iustificatur. Vides post remissionem peccatorum iustificationem hanc, uelut interpretationis loco poni. Vides aperte pro absolutione sumi. Vides operibus legis adimi. Vides merum Christi beneficium esse. Vides fide percipi. Sic cum publicanus dicitur iustificatus è templo descendisse, nõ possumus dicere aliquo operum merito consecutum esse iustitiam. Hoc ergo dicitur: post impetratam peccatorum ueniã pro iusto esse coram Deo habitum. Iustus ergo fuit non operum approbatione: sed gratuita Dei absolutione. Quare eleganter Ambrosius qui peccatorum confessionem uocat iustificationem legitimam. Atq; ut omittamus contentionem de uoce, rem ipsam si intuemur, qualiter nobis describitur, nulla manebit dubitatio. Nam Paulus acceptionis nomine certe iustificationem designat cum dicit Ephe. 1. Destinati, inquit, sumus in adoptionem per Christum secundum beneplacitum Dei, in laudẽ glorioseq; ipsius gratiæ, qua nos acceptos uel gratiosos habuit. Id enim ipsum uult, q̃nod alibi dicere solet, Deum nos gratuito iustificare. Quarto autem capite ad

Galat. 3.

Rom. 4

Rom. 8

In Psal. 118 sermo. 10

Roma.

Roma: primam appellat iustitiæ imputationem: nec eam dubitat in peccatorũ remissione collocare. Beatus homo, inquit, à Dauide dicitur, cui Deus accepto fert uel imputat iustitiam sine operibus: sicut scriptum est. Beati quorũ remissę sunt iniquitates. & cæt. Sed ad hanc rem locus ille est omniũ optimus, vbi hanc esse summam docet legationis Euangelicæ, ut reconciliemur Deo: quia ipse nos per Christum vult in gratiã recipere, non imputando nobis peccata. Et modum continuo.

Sed quoniam bona pars hominũ iustitiam ex fide & operibus compositã imaginatur: præmonstremus id quoq;, sic inter se differre fidei operumq; iustitiam, ut altera stante, necessario altera euertatur. Dicit Apostolus, se omnia pro stercori bus reputasse ut Christum lucrifaceret, & in illo recuperaret: nõ habens suam iustitiam, quæ est ex lege: sed quæ est ex fide Iesu Christi, iustitiã quę est ex Deo per fidem. Vides & contrariorũ esse hic comparationem: & indicari propriã iustitiã oportere pro derelicto haberi ab eo, qui uelit Christi iustitiã obtinere. Quare alibi hanc Iudæis ruinæ caussam fuisse tradidit, q; suam uolentes iustitiam stabilire, iustitiæ Dei nõ fuerunt subiecti. Si propriam iustitiam stabiliendo, Dei iustitiam eximus: ut hanc cõsequamur, oportet profecto illã penitus aboleri. Id ipsum & q; ostendit cũ negat per legẽ excludi gloriationẽ nostram, sed per fidẽ. Vnde sequit, quantisper manet quantulacunq; operũ iustitia, manere nobis nonnullam gloriandi materiam. Iam si fides omnẽ gloriationem excludit: cum iustitia fidei sociari nullo pacto iustitia operũ potest. In hunc sensum tam clare loquitur 4. cap. ad Roman. ut nullum cauillis aut tergiuersationibus locũ relinquat. Si operibus, inquit, iustificatus est Abraham: habet gloriam. Subiungit. Atqui nõ habet gloriã apud Deum. Consequens ergo est, nõ iustificatum esse operibus. Ponit deinde alterum argumentũ à contrarijs. Cum rependitur operibus merces, id fit ex debito: non ex gratia: fidei autem tribuitur iustitia secundum gratiam. Ergo id non est ex meritis operum. Valeat igitur eorum somnium, qui iustitiam ex fide & operibus conflatam comminiscuntur. Atq; his prauis dogmatibus orbem imbuerunt scholastici. Sed illi dupliciter hic falluntur: & quòd fidem appellant conscientiæ certitudinem in expectanda à Deo pro meritis remuneratione: & quòd gratiam Dei non gratuitæ iustitiæ imputationem, sed spiritum ad studium sanctitatis adiuuantem interpretantur. Legunt apud Apostolum, accedẽtem ad Deum oportet primum credere, quòd Deus sit, deinde quòd remunerator sit quærentibus se. Sed nõ animaduertunt, quis sit quærendi modus. In nomine uero gratiæ eos hallucinari, palàm fit ex eorum scriptis. Lombardus enim iustificationem per Christum nobis datam duobus modis interpretatur. Primum, inquit, mors Christi nos iustificat, dum per eam excitatur charitas in cordibus nostris, qua iusti efficimur: deinde quòd per eandem extinctum est peccatum, quo nos captiuos distinebat Diabolus, ut iam non habeat unde nos damnet. Vides ut Dei gratiam præcipue in iustificatione consideret, quatenus ad bona opera per Spiritus sancti gratiam dirigimur: uoluit scilicet Augustini opinionem sequi: sed procul sequitur, atq; etiam à recta imitatione multum deflectit: quia & obscurat, si quid ab illo perspicue dictum est, & quod non adeo impurum in illo erat, corrumpit. Scholæ in deterius semper aberrarunt, donec tandem præcipiti ruina deuolutæ sunt ad quendam pelagianismum. Ac nec Augustini quidem sententia uel saltem loquendi ratio per omnia recipienda est. Tametsi enim egregie hominem omni iustitiæ laude spoliat, ac totam Dei gratiæ transscribit: gratiam tamen ad sanctificationem refert, qua in uitæ nouitatem per Spiritum regeneramur.

Philp. 3.

Roma. 10.

Roma. 8.

Hebræ. 11.

Lib. 3. sen. dist. 19. c. 1.

Scriptura autem, cum de fidei iustitia loquitur, longe aliò nos ducit: nempe ut ab intuitu operum nostrorum auersi, in Dei misericordiam ac Christi perfectionem tantum respiciamus. Siquidem hunc iustificationis ordinem docet. Quòd principio peccatorem hominem mera gratuitaque bonitate complectatur Deus, nihil in ipso, quo ad misericordiam moueatur, reputans, nisi miseriam: quippe quem uidet à bonis operibus prorsus nudum ac uacuum: à se ipso caussam petens, cur illi benefaciat. quod peccatorem ipsum bonitatis suæ sensu afficiat, quò

de propriis operibus diffisus, totam salutis suę summam in ipsius misericordiam reiiciat. hic est fidei sensus, per quem peccator in possessionem uenit suæ salutis, dum ex Euangelij doctrina agnoscit Deo se reconciliatum, quod intercedente Christi iustitia, impetrata peccatorum remissione iustificatus sit: & quamquàm Spiritu Dei regeneratus, non in bonis operibus, quibus incumbit, sed in sola Christi iustitia, repositam sibi perpetuam iustitiam cogitat. Hęc ubi sigillatim expensa fuerint, perspicuam sententiæ nostrę explicationem reddent. Quanquàm alio quàm proposita sint ordine melius digerentur. Sed parum interest: modo inter se ita cohæreant, ut rem totam rite expositam, certoque confirmatam habeamus.

Hic memoria repetere conuenit, quam prius relationem constituimus inter fidem & Euangelium: quia inde iustificare dicitur fides, quòd oblatam in Euangelio iustitiam recipit & amplectitur. Quod autem per Euangelium dicitur offerri, eo excluditur omnis operum consideratio. Quod cum aliàs sępe, tum duobus locis clarissime Paulus demonstrat. Nam ad Romanos legem & Euangelium inter se conferens, iustitia, inquit, quæ ex lege est, sic habet. Qui fecerit hæc
Roma. 10. homo, uiuet in ipsis. Quæ autem fidei est iustitia, salutem denunciat. si credideris in corde tuo, & ore confessus fueris Dominum Iesum, & quòd Pater illum suscitauit à mortuis. Vides ne ut legis & Euangelij discrimen hoc faciat, quòd illa operibus iustitiam tribuat: hoc citra operum subsidium, gratuitam largiatur? Insignis locus, & qui nos à multis difficultatibus extricare queat: si intelligamus eam, quæ nobis per Euangelium donatur, iustitiam legis conditionibus solutam esse. Hæc ratio est, cur tanta repugnantiæ specie promissionem legi non semel op
Galat. 3. ponat. Si ex lege est hæreditas, iam non est ex promissione. & quæ eodem capite in hanc sententiam habentur. Certe & lex ipsa suas habet promissiones. Quare in promissionibus Euangelicis distinctum aliquid ac diuersum esse oportet: nisi uelimus fateri, ineptam esse collationem. Quale autem istud erit? nisi quòd gratuitæ sunt, ac sola Dei misericordia suffultæ? cum legis promissiones ab operum conditione pendeant.

Secundus locus est. Quod ex lege nemo iustificetur apud Deum, manifestum est. Quia iustus ex fide uiuet. Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit hæc
Galat. 3. homo, uiuet in ipsis. Quomodo alioqui constaret argumentum, nisi conueniat, in calculum fidei non uenire opera? Lex, inquit, est à fide diuersa: Quare? Propterea quòd ad illius iustitiam opera requiruntur. Ergo ad huius iustitiam sequitur non requiri. Ex ista relatione apparet, citra operum meritum, imo extra operum meritum iustificari, qui fide iustificantur. Quia fides eam, quam Euangelium largitur, iustitiam accipit. Euangelium autem eo à lege differt, quòd operibus non alligat iustitiam: sed in sola Dei misericordia collocat. Simile est
Roma. 4. quod ad Romanos contendit: Abraham non habere gloriandi materiam, quia fides illi in iustitiam sit imputata: ac confirmationem subijcit: quòd tum fidei iustitiæ locus est, ubi nulla sunt opera, quibus debeatur merces. Vbi, inquit, sunt opera, illis debitum præmium rependitur. quod datur fidei, gratuitum est. Siquidem hic & verborum, quibus illic utitur, sensus huc quoque pertinet: quod subnectit aliquanto post, ideo ex fide nos obtinere hæreditatem: ut secundum gratiam. Colligit gratuitam esse hæreditatem: quia fide percipitur. unde id? nisi quia fides sine operum adminiculo, tota in Dei misericordiam recumbit.

Iam perspicit lector, quanta æquitate doctrinam nostram hodie sophistæ cauillentur, cum dicimus hominem sola fide iustificari. fide iustificari hominem, quia toties in scriptura recurrit, negare non audent: sed cum nusquàm exprimatur sola, hanc adiectionem fieri non sustinent. Ita ne? sed quid ad hæc Pauli ver
Roma. 1. ba respondebunt? ubi contendit non esse ex fide iustitiam, nisi sit gratuita? Quo
Roma. 4. modo gratuitum cum operibus conueniet? Quibus etiam calumnijs eludent, quod alibi dicit, in Euangelio Dei iustitiam manifestari? Si manifestatur in Euangelio iustitia, certe nõ lacera nec dimidia: sed plena & absoluta illic cõtinetur.

Lex ergo

Lex ergo in ea locum non habet. Nec falsa modo, sed planè ridicula tergiuersatione, in exclusiua particula consistunt. An non enim satis solide soli fidei tribuit omnia, qui operibus adimit? Quid sibi, amabo, uolunt istæ locutiones, sine lege manifestatam esse iustitiam, iustificari gratis hominem, & sine operibus legis? Hic ingeniosum subterfugium habent: quod tametsi non excogitarunt ipsi: sed ab Origine, & quibusdam ueterum sumpserunt, ineptissimum tamen est. Opera legis cæremonialia excludi garriunt, non moralia. Sic proficiunt assidue rixando, ut ne prima quidem dialecticæ elementa teneant. An putant delirare Apostolum, dum ad eius sententiæ probationem locos istos adducit? Qui fecerit hæc homo, viuet in ipsis. Et maledictus omnis qui non impleuerit omnia, quæ scripta sunt in uolumine legis. Nisi insaniant, non dicent promissam uitam cæremoniarum cultoribus, nec denunciatam maledictionem solis earum transgressoribus. Si sunt de lege morali intelligendi: non dubium, quin à iustificandi potestate moralia quoq; opera excludantur. Eodem spectant istæ ratiocinationes, quibus utitur. Quoniam per legem cognitio peccati, ideo non iustitia. Quia lex iram operatur, ergo non iustitiam. Quia lex certam non potest reddere conscientiam, ideo nec iustitiam conferre ualet. Quia imputatur fides in iustitiam, ergo non est operis merces iustitia, sed indebita donatur. Quia ex fide iustificamur, abscissa est gloriatio. Si data esset lex quæ posset uiuificare, uere esset ex lege iustitia. Sed Deus conclusit omnia sub peccato, ut promissio daretur credentibus. Nugentur, si audeant, in cæremonias ista competere: non in mores. Atqui pueri quoq; ipsi explo derent tantam impudentiam. Maneat ergo nobis certum, de lege tota uerba fieri, quando legi derogatur iustificandi facultas. Si quis autem miretur, cur tali adiectione usus sit Apostolus, non contentus opera nominasse: in promptu est ratio. Siquidem ut tanti æstimentur opera, precium à Dei approbatione magis, quàm à propria dignitate illud habent. Quis enim operum iustitiam Deo uenditare audeat, nisi quam ipse approbarit: quis tanquàm illis debitam reposcere mercedem, nisi quam ille promiserit? Habent ergo id ex Dei beneficentia, quòd & iustitiæ titulo, & mercede, digna habentur. Atque adeo hac una ratione ualent, dum per ipsa propositum est, obedientiam Deo exhibere. quare ut probet alibi Apostolus, Abraham iustificari ex operibus non potuisse, allegat ferme quadringentis demum & triginta annis post percussum fœdus, latam esse legem. Riderent huiusmodi argumentum imperiti, quòd ante promulgationem legis potuerint esse iusta opera. Sed quia operibus non, nisi ex Dei testimonio ac dignatione, tantum ineſſe momenti nouerat: pro confesso assumpsit, ante legem uim iustificandi nõ habuisse. Habemus cur opera legis nominatim exprimat, dum uult illis detrahere iustificationem: quia scilicet de illis solis controuersia moueri potest. Quanquam & sine adiectione, quælibet interdum opera excipit, ut cum Dauidis testimonio beatitudinem homini asignari dicit, cui Deus sine operibus imputat iustitiam. Facere ergo nullis cauillis possunt, quin generalem exclusiuam obtineamus. Ac frustra etiam friuolam subtilitatem captant. Iustificari nos sola fide, quæ per dilectionem operatur, ut nitatur charitate iustitia, fatemur quidem cum Paulo, non aliam fidem iustificare, quàm illam charitate efficacem. Sed ab illa charitatis efficacia iustificandi uim non sumit. Imo non alia ratione iustificat, nisi quia in communicationem iustitiæ Christi nos inducit. Alioqui excideret id totum, quod tanta contentione Apostolus urget. Ei qui operatur, ait, non imputatur merces secundum gratiam: sed secundum debitum. Ei uero qui non operatur, sed credit in eum, qui iustificat impiũ, imputatur sua fides ad iustitiã. Poterat ne euidentius loqui, quàm sic agendo? Nullam esse fidei iustitiam, nisi ubi nulla sunt opera, quibus debeatur merces. Ac tum demum fidem imputari in iustitiam, ubi per indebitam gratiam iustitia confertur.

Galat. 3. & 4.

Roma. 3. & 4.

Galat. 4.

Roma. 4.

Roma. 4.

Nunc illud quàm uerum sit excutiamus, quod in finitione dictum est, iustitiam fidei, esse reconciliationem cum Deo, quæ sola peccatorum remissione constet. Semper ad illud axioma redeundum est. uniuersis iram Dei incumbere,

quàm diu peccatores esse perseuerant. Id eleganter significauit Iesaias his verbis
Iesaiæ.59 Non est abbreuiata manus Domini, ut seruare nequeat: neq; aggrauata auris eius, ut non exaudiat: sed iniquitates uestræ diuisidium fecerunt inter uos & Deum uestrum: & peccata uestra absconderunt faciem eius à uobis, ne exaudiat. Audimus, peccatum esse diuisionem inter hominem & Deum: vultus Dei auersionem à peccatore. Nec fieri aliter potest. Quandoquidem alienum est eius iustiRoma.5. tiã, quicquàm commercij habere cum peccato, unde Apostolus, inimicũ esse Deo hominem docet, donec in gratiam per Christum restituitur. Quem ergo Dominus in coniunctionem recipit, eum dicitur iustificare: quia nec recipere in gratiam, nec sibi adiungere potest, quin ex peccatore iustum faciat. Istud addimus fieri per peccatorum remissionem.

Nam si ab operibus æstimentur, quos sibi Dominus reconciliauit, reperientur etiamnum reuera peccatores: quos tamen peccato solutos purosque esse oportet. Constat itaque, quos Deus amplectitur, non aliter fieri iustos, nisi quod absit peccatorum remissione maculis, purificantur. ut talis iustitia, uno verbo, appellari queat peccatorum remissio. Vtrumque horum pulcherrime liquet ex istis
2.Corin.5. Pauli uerbis. Erat Deus in Christo, mundum sibi reconcilians, non imputans hominibus sua delicta. Et deposuit apud nos uerbum reconciliationis. Deinde summam suæ legationis subdit. Eum, qui peccatum non nouit, pro nobis peccatum fecit: ut iustitia Dei efficeremur in illo. iustitiam & reconciliationem hic promiscue nominat, ut alterum sub altero uicissim contineri intelligamus. Modum autem assequendæ huius iustitiæ docet, dum nobis delicta non imputantur. Quare ne posthac dubites, quomodo nos Deus iustificet, cum audis reconciliare
Roma.4. nos sibi, non imputando delicta. Sic ad Romanos Dauidis testimonio probat, homini imputari iustitiam sine operibus, quia ille beatum pronunciat hominem, cuius remissæ sunt iniquitates, cuius tecta sunt peccata, cui Dominus non imputauit delicta. Beatitudinem proculdubio pro iustitia illic ponit. Eam cum asseratin remissione peccatorum consistere, non est cur aliter ipsam definiamus. Pro
Luc.1. inde Zacharias pater Ioannis Baptistæ cognitionem salutis in remissione peccatorum positam canit. Quam regulam secutus Paulus in concione, quam de salutis summa apud Antiochenos habuit, concluisse in hunc modum à Luca nar-
Acto.13. ratur. Per hunc remissio peccatorum uobis annunciatur, & ab omnibus quibus non potuistis iustificari in lege Moysi: in hunc omnis qui credit iustificatur. sic remissionem peccatorum connectit cum iustitia, ut idem prorsus esse ostendat. unde merito ratiocinatur Apostolus, gratuitam esse nobis iustitiam, quam indul-
Lib.de ci- gentia Dei obtinemus. Neque inusitata uideri debet locutio: iustos non operiuit.Dei.19 bus sed gratuita acceptione esse fideles coram Deo: cum & toties occurrat in scricap.27. ptura, & ueteres etiam interdum sic loquantur. Sic enim alicubi Augustinus. Sanctorum iustitia in hoc mundo magis peccatorum remissione constat, quàm perfectione uirtutum.

Hinc & illud conficitur, sola intercessione iustitiæ Christi nos obtinere, ut coram Deo iustificemur. Quod perinde ualet, ac si diceretur, hominem non in seipso iustum esse: sed quia Christi iustitia, imputatione, cum illo communicatur. Quod accurata animaduersione dignum est. Siquidem euanescit nugamentum illud, ideo iustificari hominem fide, quoniam illa Spiritum Dei participat, quo iustus redditur. Quo nihil magis est contrarium superiori doctrinæ. Neque enim dubium, quin sit inops propriæ iustitiæ, qui iustitiam extra se
2.Corin.5. ipsum quærere docetur. Id autem clarissime asserit Apostolus: cum scribit eum, qui peccatum non nouerat, pro nobis hostiam peccati expiatricem esse factum, ut efficeremur iustitia Dei in ipso. Vides non in nobis, sed in Christo esse iustitiam nostram: nobis tantum eo iure competere, quia Christi sumus participes. sic quidem omnes eius diuitias cum ipso possidemus. Nec obstat quod alibi docet, damnatum esse de peccato peccatum in Christi carne, ut iustitia legis compleretur in nobis, ubi nõ aliud complementũ designat, q̃ quod imputatione cõsequimur.

Eo enim

Eo enim iure communicat nobiſcum Dominus Chriſtus ſuam iuſtitiam, ut mira- Roma.8.
bili quodam modo, quantum pertinet ad Dei iudicium, uim eius in nos transfun-
dat. Aliud non ſenſiſſe abunde liquet ex altera ſententia, quam paulò ante poſue-
rat. Quemadmodum per unius inobedientiam conſtituti ſumus peccatores: ita Roma.5.
per obedientiam unius iuſtificati. Quid aliud eſt, in Chriſti obedientia collocare
noſtram iuſtitiam, niſi aſſerere eo ſolo nos haberi iuſtos, quia Chriſti obedientia
nobis accepta fertur, ac ſi noſtra eſſet? Quare mihi elegantiſsime uidetur Am- Li.2. de Ia-
broſius huius iuſtitiæ paradigma in benedictione Iacob ſtatuiſſe. Nempe quem- cob & uita beata.
admodum ille primogenituram à ſe ipſo non meritus, habitu fratris occultatus,
eiuſq; ueſte indutus, quæ optimum odorem ſpirabat, ſe ipſum inſinuauit Patri,
ut ſuo commodo ſub aliena perſona benedictionem acciperet: Ita nos ſub Chriſti
primogeniti noſtri fratris precioſa puritate deliteſcere, ut teſtimonium iuſtitiæ à
conſpectu Dei referamus. Et ſane ita res habet. Nam quò in ſalutem coram facie
Dei compareamus, bono eius odore fragrare nos neceſſe eſt, & eius perfectione
uitia noſtra obtegi ac ſepeliri.

Hæc omnia tametſi luculentis teſtimonijs ueriſsima eſſe patet: tamen quàm ne
ceſſaria ſint, non prius nobis clare conſtiterit, quàm ea nobis ob oculos poſueri-
mus, quæ totius diſputationis fundamenta eſſe debent. Principio ergo nobis ſuc
currat illud: non de humani fori iuſtitia, ſed cœleſtis tribunalis, ſermonem eſſe in
ſtitutum: ne ad modulum noſtrum metiamur, qua operum integritate diuino iu-
dicio ſatis fiat. Atqui mirum eſt, quanta temeritate & audacia id vulgo definiatur.
Quinetiam uidere eſt, ut nulli confidentius & plenioribus, quod aiunt, buccis de
operum iuſtitia garriant, q̃ qui uel palpabilibus morbis prodigioſe laborant, uel
intercutibus crepant uitijs. Id fit, quia Dei iuſtitiam non cogitant, cuius uel ſi mi-
nimo ſenſu afficerentur, nunq̃ tanto ludibrio haberent. Atqui certe ultra modum
floccipenditur, ſi talis tamq; perfecta non agnoſcitur, ut nihil ei acceptum ſit, niſi
omni ex parte integrum & abſolutum, nullaq; ſorde inquinatum. Quale in homi
ne reperire nec licuit unquàm, nec licebit. facile eſt ſcilicet ac promptum cuilibet,
in ſcholarum umbraculis de operum dignitate ad iuſtificandos homines nugari,
ſed ubi in conſpectum Dei uentum eſt, faceſſant tales delitiæ oportet. Quia res
illic agitur ſerio, non ludrica logomachia exercetur. Huc huc referenda mens eſt,
ſi uolumus de uera iuſtitia cum fructu inquirere: quo modo cœleſti Iudici reſpon
deamus, cum nos ad rationem uocauerit. Statuamus nobis iudicem illum, non
qualem intellectus noſtri ſponte imiginamur, ſed qui depingitur nobis in ſcriptu
ra: cuius ſcilicet fulgore obtenebrantur ſtellæ, cuius robore liquefiunt montes, cu
ius ira terra concutitur, cuius ſapientia deprehenduntur in aſtutia ſua prudentes,
cuius puritate inquinantur omnia, cuius ferendæ iuſtitiæ nec Angeli pares ſunt,
qui nocentem non facit innocentem, cuius uindicta, cum ſemel accenſa eſt, pene-
tratuſque ad inferni nouiſsima. Sedeat, inquam, ille ad examinanda hominum Vide preci
facta: quis ſecurus ad eius thronum ſe ſiſtet? quis habitabit cum igne deuoran- puelib. Iob
te? inquit Propheta, quis manebit cum ardoribus ſempiternis? qui ambulat in
iuſtitijs, & loquitur ueritatem & cætera. Sed prodeat ille, quiſquis eſt. Imo uero Pſal.130.
facit illa reſponſio, ne quis prodeat. Ex aduerſo enim terribilis vox inſonat. Si in- Iob.4.
iquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? pereundum ſane mox Ieſaiæ.33.
ſit omnibus, ut alibi ſcribitur, nunquid homo Dei comparatione iuſtificabitur?
aut purior erit factore ſuo? Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt fideles, & in Angelis
ſuis reperit prauitatem. Quanto magis qui habitant domos luteas, qui terrenum
habent fundamentum, conſumentur donec erit? de mane uſque ad ueſperam ſuc-
cidentur. Item. Ecce, inter ſanctos eius nemo eſt fidelis: & cœli non ſunt mundi in
conſpectu eius. Quanto magis abominabilis: & inutilis homo? qui bibit quaſi Iob.15.
aquam, iniquitatem.

Huc, huc attollendi erant oculi, ut trepidare potius diſceremus, quam inaniter
exultare. facile quidem eſt, dum in hominibus ſubſiſtit comparatio, ut ſe quiſque
habere reputet, quod alij contemnere nõ debeant. Sed ubi ad Deum aſſurgimus,

corruit dicto citius ac deperit fiducia illa. Atque id prorsus animæ nostræ erga Deum usu uenit, quod erga uisibile cœlum corpori. Acies enim oculi, quantisper rebus adiacentibus perlustrandis insistit, perspicientiæ suæ documenta capit: si in solem dirigitur, nimio eius fulgore perstricta & obstupefacta, non minorem in eius intuitu debilitatem sentit, quàm in rerum inferiorum aspectu robur. Ne fallamus ergo nos uana fiducia, etiamsi reliquis hominibus uel pares, uel superiores nos esse ducimus: nihil id ad Deum, cuius ad arbitrium reuocanda est ista agnitio. Quod si domari ferocia nostra monitionibus istis nequit, respondebit nobis
Lucæ. 16. quod Pharisæis dicebat. Vos estis qui uos iustificatis coram hominibus. At quod hominibus altum est, abominabile est Deo. Eas nunc, & de iustitia tua tumide inter homines glorieris, dum illam Deus è cœlo abominetur. Quid autem serui Dei, uere eruditi eius spiritu? Ne intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.
Psal. 143.
Iob. 9.

Aliter uero, nõ poterit homo iustus esse cum Deo, si uoluerit contendere cum eo, non poterit respondere unum pro mille. Hinc iam ad liquidum audimus, qualis sit Dei iustitia, cui scilicet nullis humanis operibus satisfiet: cui mille scelerum
2. Corin. 4. nos interroganti, unius purgatio afferri non poterit. Talem nimirum iustitiam bene animo conceperat electum illud Dei organum Paulus: cum profiteretur se nihil sibi conscium esse, sed non in hoc iustificari. Nec in sacris modo literis extant talia exempla: sed omnes pij scriptores hunc sibi sensum fuisse demonstrant. Sic Augustinus. Omnium, inquit, piorum sub hoc onere corruptibilis
Lib. ad Bonifa. 3. ca. 5 carnis & in hac uitæ infirmitate gementium una spes est, quòd mediatorem unũ habemus Iesum Christum iustum: & ipse est exoratio pro peccatis nostris. Quid audimus? Si unica hæc illis spes est: ubi operum fiducia? Solam enim cum dicit, nullam aliam relinquit. Bernardus uero. Et reuera, ubi tuta firmaque infir-
Super cantica. serm. 61 mis requies, & securitas, nisi in uulneribus saluatoris? Tanto illic securior habito, quanto potentior est ad saluandum. Fremit mundus, premit corpus, Diabolus insidiatur. Non cado, quia fundatus sum supra firmam petram. Peccaui peccatum graue. Turbatur conscientia: sed non perturbabitur: quia uulnerum Domini recordabor. Postea ex ijs concludit. Meritum proinde meum miseratio Domini. Non sum plane meriti inops, quàmdiu non fuerit ille inops miserationum. Quòd si misericordiæ Domini multæ, multus ego peræque sum in meritis. Nunquid iustitias meas cantabo? Domine meminero iustitiæ tuæ solius. Ipsa enim
Qui habit. serm. 15. est & mea. Nempe factus es mihi iustitia à Deo. Item alibi. Hoc totum hominis meritum, si totam spem ponat in eum, qui totum hominem saluum facit. Ita est sane. Hoc unicum salutis asylum, in quo respirare tuto possint, sentiunt exercitatæ conscientiæ, ubi cum Dei iudicio negocium est. Nam si, quæ lucidissimæ uidebantur noctu stellæ, splendorem suum perdunt solis aspectu: quid putamus uel rarissimæ hominis innocentiæ futurum, ubi ad Dei puritatem composita fuerit? Erit enim seueriſsimum illud examen, quod inabditissimas quasque cordis cogitationes penetrabit: & quemadmodum ait Paulus, reuelabit occulta tenebrarum, & abscondita cordiũ retegetꝫ quod latitantem & restitantem conscientiam
Ibidem. proferre coget omnia, quæ nunc è memoria quoq; nostra elapsa sunt. Vrgebit accusator Diabolus, conscius omniũ flagitiorum, ad quę perpetranda nos impulerit, illic nihil proderunt externæ bonorum operũ pompæ, quę solæ nunc æstimantur. sola postulabitur uoluntatis syncerita. Quare hypocrisis, non modo qua homo corã deo sibi male cõscius, ostentare se apud hoies affectat: sed qua sibi quisq; coram Deo imponit, ut sumus ad nos palpandos adulandosq; procliues, confusa concidet: utcunque nunc plus quàm temulenta audacia superbiat. Ad eiusmodi spectaculum qui sensum suum non dirigunt, suauiter quidem & placide iustitiam sibi ad momentum adstruere possunt: sed quæ in iudicio Dei mox illis sit excutienda: non secus ac magnæ opes, per somnium cumulatæ, expergefactis euanescunt. Qui autem serio, tanq̃ sub Dei conspectu, de uera iustitię regula quærent, illi certo comperient, omnia hominũ opera, si sua dignitate censeãtur, nihil

nihil nisi inquinationem esse & sordes. Et quę iustitia uulgo habetur, eam apud Deum meram esse iniquitatem: quæ integritas censetur, pollutionem: quæ gloria dicitur, ignominiam.

Ab hac diuinæ perfectionis contemplatione ad nos sine blanditijs cæcoue amoris affectu respiciendos descendamus. Mirum enim non est, si tantopere cæcutiamus in hac parte, cum à pestilenti erga se indulgentia nemo nostrûm caueat: quam in nobis omnibus naturaliter hærere clamat scriptura. Cuique uiro, inquit Salomo, recta est uia in oculis suis. Item, Omnes uiæ hominis mundæ uidentur in oculis eius. Quid autem? an ista hallucinatione absoluitur? imò uero, quemadmodum ibidem subiungit, Dominus ponderat corda. hoc est, dum homo ob externam, quam præ se fert, iustitiæ laruam se demulcet: interim Dominus latentem cordis impuritatem trutina sua examinat. Cum ergo talibus blandimentis adeo non proficiatur: ne illudamus nobis ultro in nostram perniciem. Quo autem nos probe excutiamus, necessario ad Dei tribunal reuocanda est nostra conscientia. Illius enim luce omnino opus est, ad detegenda, quæ alioqui nimis profunde latent, prauitatis nostræ inuolucra. Tum dilucide demum perspiciemus, quid ista ualeant: longe abesse, quin iustificetur coram Deo homo putredo & uermis, abominabilis & uanus, qui bibit tanquam aquas iniquitatem. Nam quis poneret mundum, de immundo conceptum semine? ne unus quidem. Tum & idipsum experiemur, quod de se Iob dicebat: Si innocentem me ostendere uoluero, os meum condemnabit me: si iustum, prauum comprobabit. Neque enim ad sęculum unum, sed ad omnia pertinet, quod Prophęta de Israele olim querebatur. Omnes quasi oues errasse, unumquemq; declinasse in uiam suam. Siquidem omnes illic comprehendit, ad quos peruentura esset redemptionis gratia. Atque eò usque procedere debet istius examinis rigor, donec in plenam consternationem nos subegerit: eoque modo ad recipiendam Domini gratiam compararit. Fallitur enim qui putat se huius fruendæ esse capacem, nisi omnem prius animi altitudinem deiecerit. Notum est illud: Deum superbos confundere, humilibus dare gratiam.

Pro. 21. 16.

Iob. 15. & 25.

Iob. 9

Iesa. 53.

1. Pet. 5

Quæ autem humiliandi nostri ratio, nisi ut toti inopes ac uacui, Dei misericordiæ locum demus? Nõ enim humilitatem uoco, si quid nobis residuum esse putamus. Et hactenus pernitiosam hypocrisim docuerunt, qui hęc simul duo iungere: humiliter de nobis sentiendum coram Deo, & iustitiam nostram aliquo loco habendam. Si enim, contra quàm sentimus, confitemur coram Deo, improbe illi mentimur. sentire autem non possumus ut decet, quin prorsus quicquid uidetur in nobis esse glorioſum, conteratur. Cum ergo audis apud Prophetam, paratam esse salutem humili populo, deiectionem oculis superborum: primum cogita, ad salutem non patere accessum, nisi deposita omni superbia, & assumpta solida humilitate: deinde humilitatẽ illam non esse modestiam aliquam, qua Domino de iure tuo pilum cedas. (qualiter humiles uocantur coram hominibus, qui nec se fastuose efferunt, nec alijs insultant: cum tamen nonnulla excellentiæ conscientia nitantur) sed submissionem non simulatam animi, serio miseriæ inopiæque suæ sensu consternati. sic enim ubique uerbo Dei describitur. Cum Dominus apud Zephaniam sic loquitur. Auferam de te exultantem: residuum sanctam in medio populi tui afflictum & pauperem: & sperabunt in Domino: an non aperte demonstrat, qui sint humiles? Nempe qui suæ paupertatis cognitione affliguntur. Contra superbos uocat exultantes, quòd rebus prosperis lætari homines soleant exultare. Humilibus uero, quos saluare instituit, nihil facit reliquum, nisi ut sperent in Domino. Sic & apud Iesaiam. Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu, ac trementem sermones meos? Item, Excelsus & sublimis, habitans æternitatem, & sanctũ nomen eius in excelso, in sancto habitans, & cũ cõtrito humilique spiritu: ut uiuificet spiritum humilium, & cor contritorum. Cum audis toties contritionis nomen, intellige cordis uulnus, quod hominem humi prostratum attolli non sinat. Tali contritione

Psal. 18.

Zepha. 3.

Iesa. 66. Item. 57.

uulneratum esse cor tuum decet, si uelis cum humilibus, iuxta Dei sententiam, exaltari. Id si non fit, humiliaberis potenti Dei manu, in tuam confusionem. Ac ne uerbis non contentus optimus magister, in parabola, uelut in tabula, legitimæ humilitatis imaginem nobis repræsentauit. Publicanum enim profert, qui procul stans, nec oculos audens in cœlum erigere, cum multo planctu orat. Domine propitius esto mihi peccatori. Ne putemus esse hæc fictæ modestiæ signa, qui cœlum non audet intueri, nec propius accedere, quòd pectus plangendo peccatorem se fatetur: sed interioris affectus sciamus esse testimonia. Ex aduerso Phariſæum opponit, qui gratias agit Domino, quòd non sit ex uulgo hominum, aut raptor, aut iniustus, aut adulter: quoniam bis ieiunaret in sabbatho, decimas daret omnium quę possidebat. Aperta confessione agnoscit esse Dei donum, quam habet iustitiam. Sed quia iustum se esse confidit: discedit à facie Dei ingratus & odiosus. Publicanus suę iniquitatis agnitione iustificatur. Hinc uidere licet, quanta sit humiliationis nostræ gratia coram Domino: ut non pateat suscipiendæ Domini misericordiæ pectus, nisi omni propriæ dignitatis opinione prorsus uacuum. Hæc ubi occupauit, illi claudit aditum. Quod ne cui dubium foret: cum hoc mandato dimissus est Christus à Patre in terram, ut Euangelizaret pauperibus, mederetur contritis corde, prędicaret captiuis libertatẽ, clausis apertionẽ, cõsolarẽ languentes, daret illis gloriam pro cinere, oleum pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. secundum istud mandatum, nõ nisi laborantes & oneratos, ad participandam suam beneficentiam inuitat. Ergo si Christi uocationi locum dare libet, facessat procul omnis à nobis tum arrogantia, tum securitas. Illa ex stulta propriæ iustitiæ persuasione nascitur: ubi homo habere se aliquid putat, cuius merito apud Deum commendetur. hæc etiam sine ulla operum persuasione esse potest. Multi enim peccatores, quia uitiorum dulcedine inebriati, iudicium non cogitant, tanquàm ueterno quodam obstupefacti iacent, ne adspirent ad oblatam sibi misericordiam. At uero non minus excutiendus talis torpor, quàm abiicienda quæuis nostri confidentia, quò expediti ad Christum festinemus: quò uacui & ieiuni impleri ipsius bonis queamus. Nunquàm enim illi satis confidemus, nisi de nobis penitus diffisi. Nunquàm in ipso satis animos erigemus, nisi prius in nobis deiectos. Nunquàm in ipso nos satis solabimur, nisi in nobis desolati. Gratiæ ergo Dei apprehendendæ ac obtinendæ, abiecta quidem prorsus nostri fiducia, freti uero sola bonitatis eius certitudine, idonei sumus, dum, ut ait Augustinus, nostra merita obliti, Christi dona amplectimur. Ne longius hic immoremur, habeamus breuem, sed generalem certãque regulam, eum ad participandos diuinæ misericordiæ fructus comparatum, qui seipsum, non dico iustitia, quæ nulla est, sed uana uentosaq; iustitiæ imagine penitus exinaniuit. Quia tantum quisq; obiicit impedimenti Dei beneficentiæ, quantum in seipso acquiescit.

Luc. 18

Iesa. 61

Matth. 11

De uerb. Apost ca. 11.

Atq; omnino quidem duo hic præcipue spectanda sunt. ut Domino illibata constet, ac ueluti sarta tecta, sua gloria: cõscientijs uero nostris, coram ipsius iudicio, placida quies, ac serena tranquillitas. Videmus quoties ac quàm solicite scriptura nos hortatur ad reddendam soli Deo laudis confessionem, ubi de iustitia agitur. Atq; adeo hunc finẽ Domino fuisse testatur Apostolus conferendæ nobis in Christo iustitiæ, ut iustitiam suam demonstraret. Mox uero qualis illa sit demonstratio, subiungit. Nempe si solus ille iustus cognoscatur, ac iustificans eum qui ex fide Iesu Christi. Vides iustitiam Dei non satis illustrari, nisi & solus censeatur iustus, & immerentibus iustitiæ gratiam communicet: hac ratione uult omne os obturari, & obnoxium sibi reddi uniuersum mundum: quia quantisper habet homo quod in suam defensionem loquatur, Dei gloriæ nonnihil decedit. sic apud Ezechielem docet, quãtopere ex recognitione nostræ iniquitatis, nomen suum glorificemus. Recordabimini, inquit, uiarum & omnium scelerum, quibus polluti estis: & displicebitis uobis in conspectu uestro, in omnibus malitijs quas commisistis. Et scietis quia ego Dominus: cum benefecero uobis

Rom. 3

Ezech. 20

propter

propter nomen meum: & non secundum scelera uestra pessima. Si hæc in uera Dei notitia continentur, ut propriæ iniquitatis conscientia attriti, nobis benefacere indignis illum reputemus, quid magno nostro malo tentamus, uel ullam partículam ex ista gratuitæ benignitatis laude Domino suffurari? Similiter Ieremias, dum clamat, ne glorietur sapiens in sapientia sua, aut diues in diuitijs suis, aut fortis in fortitudine sua: sed qui gloriatur, in Domino glorietur: An non innuit de gloria Dei nonnihil deperire, si in semet ipso homo gloriatur? Ita est sane: nunquam in ipso uere gloriamur, nisi nostra gloria penitus abdicata. Contra, hoc habendum est catholicum theorema: aduersus Deum gloriari, quicunq; in se gloriantur. Siquidem ita demum reddi obnoxium Deo mundum censet Paulus, dum prorsus adempta est hominibus quæuis gloriandi materia. Proinde Iesaias, cum iustificationem Israel in Deo fore denunciat, addit simul & laudem: quasi diceret, in hunc finem à Domino iustificari electos, ut in ipso, non alibi, glorientur. Qualiter autem laudari nos in Domino conueniat, proximo uersu docuerat. Nempe ut iuremus esse in Domino iustitias nostras, & fortitudinem nostram. Obserua non exigi simplicem confessionem, sed iuramento confirmatam: ne ficta, nescio qua, humilitate defungendum putes. Neque hic causetur quispiã, se nequaquam gloriari, dum citra arrogantiam, propriam iustitiam recognoscit. Talis enim æstimatio esse non potest, quin fiduciam generet: nec fiducia, quin gloriam pariat. Meminerimus ergo in tota iustitiæ disputatione finem hunc esse spectandum, ut illius laus penes Dominum solida integraq; maneat. Quandoquidem in demonstrationem iustitiæ suę gratiam suam, teste Apostolo, in nos effudit: quo sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Christi. unde alio loco, cum docuisset Dominum nobis salutem contulisse, quo nominis sui gloriam illustraret: postea quasi idem repetens, subijcit. Gratia estis saluati, ac Dei dono, non operibus: ne quis glorietur. Summa hæc est: non posse hominem sibi ullam iustitiæ micam, sine sacrilegio, uendicare: quia tantundem ex diuinæ iustitiæ gloria decerpitur ac delibatur.

Ier. 9.

Iesa. 45.

Ephe. 2.

Ephe. 2.

Iam si quærimus, qua ratione serenari queat coram Deo conscientia, nõ aliam reperiemus, quàm si gratuita nobis iustitia, Dei dono, conferatur. Subeat semper illud Solomonis. Quis dicet? mundaui cor meum, purificatus sum à peccato meo. Nemo est certe, qui non infinita colluuie obruatur. In suam ergo conscientiam descendat uel perfectissimus quisq;, & facta sua ad calculum uocet: quem tandem exitum habebit? An, quasi bene composita sibi sint cum Deo omnia, suauiter conquiescet? ac non potius diris tormentis lacerabitur? cum in se damnationis materiam, si ab operibus æstimet, residere sentiet? Conscientiam, si Deum respicit, uel cum illius iudicio certam pacem habere necesse est: uel inferorum terroribus obsideri. Nihil ergo proficimus de iustitia disserendo, nisi eam statuerimus, cuius stabilitate anima nostra in Dei iudicio fulciatur. Vbi habebit anima nostra, quo et intrepida coram Dei uultu appareat, & inconcussa eius iudicium excipiat: tum sciamus demum nos non fictitiam iustitiam reperisse. Non ergo sine caussa tantopere hac parte insistit Apostolus, cuius uerbis agere, quàm meis malo. Si ex lege, inquit, promissio hæreditatis: exinanita est fides, abolita est promissio. Prius infert, exinanitam & euacuatam esse fidem: si iustitiæ promissio operum nostrorum merita respiciat, aut ex legis obseruatione pendeat. Nunquàm enim in ea secure acquiescere quisquàm posset: quando nunquam futurum est, ut certo apud se quisquam statuat, se legi satisfecisse, ut certe nullus unquam per opera plene satisfacit. Cuius rei ne longe petantur testimonia, sibi quisque testis esse potest, qui se recto oculo intueri uolet. Igitur in omnium animos subiret primum hæsitatio, demum & desperatio: dum pro se quisque subduceret, quanta debiti mole adhuc premeretur, quamque longe distaret ab imposita sibi conditione. En iam oppressam extinctamque fidem. Non enim fluctuari, uariare, sursum deorsum ferri, hæsitare, suspensum teneri, uacillare, desperare denique, fidere est: sed constanti certitudine ac solida securitate

Prouer. 20.

Rom. 4.

animum

animum offirmare, habereque ubi recumbas ac pedem figas. Alterum quoque adiungit, irritam & euanidam fore promissionem, si enim eius complementum à nostro merito dependet, quando tandem huc uentum fuerit, ut Dei beneficentiam promeremur? Quinetiam secundum istud membrum ex priore consequitur. Siquidem non implebitur promissio, nisi ijs, qui fidē illi habuerint. Collapsa igitur fide, nulla uis promissionis residua erit. Ideo ex fide hæreditas, ut secundum gratiam: ad stabiliendam promissionem. Abunde enim confirmata est, dum sola Dei misericordia nititur: quia perpetuo nexu coniunctæ sunt inter se misericordia & ueritas, hoc est, quæcunq; Deus misericorditer pollicetur, fideliter quoque præstat. Itaq; hic spem totam siltere conuenit, & uelut profunde figere: non respectare ad nostra opera: quò ex illis subsidium aliquod petatur. Sic & Augustinus agendū præcipit: ne hic nouū aliqd dicere nos putes. In ęternū, inqt, regnabit Christus in seruis suis. Hoc promisit Deus: hoc dixit Deus: si parū est, hoc iurauit Deus. Quia ergo nō secundū merita nostra, sed secundū illius misericordiā firma est promissio: nemo debet cū trepidatione prędicare, de quo nō potest dubitare. Bernardus quoq;. Quis poterit saluus esse? dicūt discipuli Christi, at ille apud homines impossibile hoc est: sed nō apud Deum. Hęc tota fiducia nostra: hæc unica consolatio: hæc tota ratio spei nostræ. Sed de possibilitate certi, de uoluntate qd agimus? Quis scit an odio uel amore dignus sit? Quis cognouit sensum Dñi, aut quis consiliarius eius fuit? Hic iam plane fidem nobis subuenire necesse est: hic oportet succurrere ueritatem: ut quod de nobis latet in corde Patris per Spiritum reueletur, & Spiritus eius testificans persuadeat cordibus nostris, q̄ filij Dei sumus. Persuadeat autē uocando & iustificando gratis per fidem: in quibus nimirum uelut medius quidam transitus est ab æterna prædestinatione ad futuram gloriam. Breuiter sic colligamus. Scriptura non esse firmas Dei promissiones indicat, nisi certa conscientiæ fiducia arripiantur. Vbicunque est dubitatio aut incertitudo, irritas fieri pronunciat. Rursum, nihil quam uacillare ac fluctuari pronunciat, si operibus nostris incumbunt. Ergo aut pereat nobis iustitia necesse est, aut ne ueniant in considerationem opera. Sed sola fides locū habeat. cuius isthæc natura est, aures arrigere, oculos claudere: hoc est, uni promissioni intentam esse: cogitationem auertere ab omni hominis uel dignitate uel merito. Ita impletur præclarum illud Zachariæ uaticinium. Quòd ubi deleta fuerit iniquitas terræ, uocabit uir amicum suum subter uineam, & subter ficum suam. Vbi Propheta innuit, non aliter uera pace frui fideles, quā post impetratam peccatorum remissionem.

Augusti. in Psalm. 88 tract. prior

Serm. 5. in dedicat. templ.

Quò res dilucidior fiat, qualis possit esse toto uitæ decursu hominis iustitia, excutiamus. Quadruplicem uero faciamus gradum. homines enim aut nulla Dei agnitione prædīti, in idololatria demersi sunt: aut sacramentis initiati, uitæ impuritate Deū, quē ore confitentur, factis abnegantes, titulo tenus sunt Christi: aut hypocritæ sunt, qui cordis nequitiam inanibus fucis tegunt: aut Spiritu Dei regenerati, ueram sanctimoniam meditantur. In primis quando naturalibus dotibus censendi sunt, à uertice capitis, ad plantam usque pedis, scintilla bōni non reperietur. Nisi forte uolumus insimulare falsi scripturam, dum ijsce elogijs uniuersos filios Adam commendat. Quòd prauo sint et præfracto corde, q̄ omne figmentum cordis eorum malum sit à primis annis, q̄ uanæ sint cogitationes, q̄ timorem Dei præ oculis non habeant, quòd nemo eorum intelligat, aut requirat Deum. Breuiter quòd caro sint. quo nomine intelliguntur opera illa omnia. quæ enumerantur à Paulo: fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum cultus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissentiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, & quidquid fœditatis & abominationis excogitari potest. hæc est dignitas scilicet, cuius fiducia superbire debeant. Quod si qui inter eos eamorum honestate pollent, quæ speciem aliquam sanctitatis habeat inter homines: quia tamen scimus Deum non morari externum splendorem, ad fontem ipsum operum penetrandum est, si quid ipsa ualere uelimus

Iere. 17 Gen. 8. Psal. 49. & 14. Gene. 6 Galat. 5.

ad iusti-

ad iustitiam. Inspiciendum, inquam, penitus est, ex quo affectu cordis opera ista prodeant. Quanquam autem latissimus hic dicendi campus patet: quia tamen paucissimis uerbis potest res expediri, sequar quantum licebit in docendo compendium.

Principio non inficior esse Dei dona, quæcunq; in incredulis apparent egregię dotes. Neq; uero sic à sensu communi dissideo, nihil ut interesse contendã inter Titi & Traiani iustitiam, moderationem, æquitatem: ac Caligulæ, uel Neronis, uel Domitiani, rabiem intemperiem, sęuitiam, inter obscœnas Tiberij libidines: & Vespasiani hac in parte cõtinentiam, ac ne in singularibus aut uirtutibus, aut uitijs immoremur: inter iuris legumq; obseruationem, ac contemptum. Tantum em̃ est iusti & iniusti discrimen, ut uel in mortuo illius simulachro appareat. Quid enim ordinatum restabit in mundo, si hęc inter se confundantur? Itaq; eiusmodi distinctionem inter honesta & turpia facinora, non modo singulorũ mentibus Dominus insculpsit: sed prouidentiæ quoq; suæ dispensatione sæpe confirmat. Videmus enim ut multis præsentis uitę benedictionibus prosequat̃ eos, qui inter homines uirtutẽ colunt. Non q̃ externa illa uirtutis imago minimũ eius beneficium mereatur, sed ita placet illi approbare, quantopere cordi sit sibi uera iustitia, dum externam quoq; & simulatam temporali remuneratione carere nõ patitur. Vnde sequitur, quod nuper confessi sumus: Dei esse dona, qualescunq; istas uirtutes, aut uirtutum potius imagines: quando nihil est ullo modo laudabile, quod non ab ipso proficiscatur. Atqui nihilominus uerum est, quod Augustinus scribit: omnes à Dei unius religione alienos, utcunque ob uirtutis opinionem admirabiles habeantur, non modo nulla remuneratione dignos; sed magis punitione: quòd pura Dei bona cordis sui pollutione contaminant. Et si enim Dei instrumenta sunt, ad conseruandam, iustitia, continentia, amicitia, temperantia, fortitudine, prudentia, hominum societatem: bona tamen hæc Dei opera pessime exequuntur: quia non syncero boni studio, sed uel sola ambitione, uel amore sui, uel alio quouis obliquo affectu, continentur à male agendo. Cum ergo ab ipsa cordis impuritate, uelut à sua origine, corrupta sint: non magis inter uirtutes ponenda erunt, quàm uitia, quæ ob affinitatem ac similitudinem uirtutis imponere solent. Denicq; cum perpetuum esse meminerimus recti finem, ut Deo seruiatur: quicquid aliò contendit, iam merito amittit recti nomẽ. Quia ergo scopum non respiciunt, quem Dei sapientia præscribit: tametsi officio bonum uidetur quod agunt, sine tamen peruerso peccatum est. Constituit igitur, omnes Fabricios, Scipiones & Catones in illis suis præclaris facinoribus hoc peccasse, quòd cum fidei luce carerent, non ad eum finem ipsa retulerunt, ad quem referre debuerunt. Nõ fuisse ergo in illis uerã iustitiam: quia non actibus, sed finibus pensantur officia. Præterea, si uerũ est quod Ioannes ait, non esse uitã extra filium Dei: qui partem in Christo non habent, quales quales sint, quicquid agant, uel moliantur, in exitium tamen & confusionem, æternæq; mortis iudicium toto cursu pergunt. Secundum hanc rationem illud ab Augustino dictũ est. Religio nostra iustos ab iniustis, nõ operum, sed ipsa fidei lege discernit: sine qua quæ uidentur bona opera in peccata uertuntur. Lib. ad Bonifac. 3. cap. 5. Quamobrem belle idem ipse alibi, dum talium hominũ studiũ erroneo cursui cõparat. Quò enim magis strenue currit quis extra uiam, eò lõgius à scopo recedit, ideoq; fit miserior. Quare melius esse contendit, in uia claudicare, q̃ extra uiam currere. Postremo malas esse arbores cõstat: quãdo sine Christi cõmunicatione, nulla est sanctificatio. pulchros ergo & aspectu speciosos, gustu etiam suaues fructus gerere possunt: bonos nequaquam. Hinc facile cernimus esse maledictum, nec modo nullius ad iustitiam precij, sed certi in damnationem meriti, quicquid cogitat, meditatur, perficit homo, antequàm Deo per fidem reconcilietur. Et quid tanq̃ dere dubia disputamus? cum iam probatum sit testimonio Apostoli, impossibile esse ut sine fide quispiam placeat Deo.

Lib. 4. contra Iuli.

Sed probatio etiamnum apertior elucebit, si naturali hominis conditioni Dei

gratia,

gratia,è regione, opponatur. Clamat enim ubiq; ſcriptura, nihil in homine Deum reperire, quo ad benefaciendum illi incitetur: ſed gratuita ſua benignitate illum præuenire. Quid enim ad uitam poſſit mortuus? Atqui dum ſui cognitione nos illuminat, dicitur à morte ſuſcitare, ac nouam creaturam facere. hoc ſiquidem titulo, præſertim apud Apoſtolum, uidemus ſæpe Dei erga nos benignitatem cõmendari. Deus, inquit, qui dives eſt in miſericordia, propter multam charitatem qua dilexit nos, etiam cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto
Ephe.2 &c. Alibi, dum ſub typo Abrahæ generalem fidelium uocationem tractat: Deus
Rom.4 eſt, inquit, qui uiuificat mortuos, & uocat ea, quę non ſunt, tanquam ſint. Si nihil ſumus, quid quæſo poſſumus? Quare arrogantiam iſtam, ualide retundit Domi
Iob.41 nus in Hiſtoria Iob in his uerbis. Quis pręuenit me, & retribuam ei? Omnia enim
Rom.11. mea ſunt. Quam ſententiam explicans Paulus, eò confert, ne putemus nos aliqd
Ephe.2. ad Dominum afferre, pręter meram confuſionem. Quare loco ſupra citato, ut probet ſola eius gratia, nõ operibus, in ſpem ſalutis nos peruenisſe, allegat nos illius eſſe creaturas, quoniam regenerati ſumus in Chriſto Ieſu, ad bona opera, quæ præparauit, ut in illis ambulemus. Ac ſi diceret. Quis noſtrũ iactet, ſe ſua iuſtitia Deum prouocaſſe? cum prima noſtra ad bene agendum potentia ex regeneratione fluat? ut enim natura conditi ſumus: citius ex lapide oleum, quàm ex nobis opus bonum exprimatur. Mirum profecto, ſi homo, tantæ ignominiæ damnatus, audet ſibi adhuc reliquum aliquid facere. fateamur ergo cum præclaro iſto Dei organo: nos à Domino uocatos uocatione ſancta: non ſecundum opera noſtra: ſed ſecundum propoſitum ac gratiam eius. Ac benignitatem dilectionemq; erga nos ſaluatoris noſtri Dei apparuiſſe: quia non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecerimus nos: ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit: ut iuſtificati illius gratia, hæredes efficeremur uitæ æternæ. Hac confeſſione, omni iuſtitia, uſq; ad minimam particulam, hominem ſpoliamus: donec ſola miſericordia in ſpem uitæ ęternæ regeneratus fuerit. Quando ſi aliquid operum iuſtitia ad nos iuſtificandos confert: falſo dicimur gratia iuſtificari. Non exciderat ſane ſibi Apoſtolus,
2.Tim.pri. cum gratuitam aſſeruit iuſtificationem, qui alio loco argumentatur, gratiam iam
Tit.3 non eſſe gratiam, ſi quid opera ualeant. Et quid aliud ſibi uult Dominus, cum negat ſe ueniſſe ad uocandos iuſtos, ſed peccatores? ſi ſoli peccatores admittuntur: quid per fictitias iuſtitias aditum quæramus? Redit eadem mihi ſubinde cogitatio: periculum eſſe, ne Dei miſericordię ſim iniurius, qui tanta anxietate in ea aſſerenda laborem: perinde ac ſi dubia obſcuraue foret. Sed quoniam ea eſt noſtra
Iesa.59 malignitas, quæ nunquam, niſi ualidiſſime depulſa, concedat Deo quod ſuum eſt: cogor paulò longius inſiſtere. Quia tamen ſatis perſpicua eſt in hac re ſcriptura, eius potius uerbis, quam meis, pugnabo. Ieſaias, ubi deſcripſit uniuerſale generis humani exitium, pulchre ordinem reſtitutionis ſubtexit. Vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius. Et uidit quia non eſt uir, & admiratus eſt, quia nõ eſt qui intercedat. Et ſalutem poſuit in brachio ſuo, & iuſtitia ſua ſe confirmauit. Vbi ſunt noſtræ iuſtitiæ, ſi uerum eſt quod ait Propheta, neminem eſſe, qui in recuperanda ſua ſalute Domino opituletur? Sic alius Propheta, ubi Dominum de reconciliandis ſibi peccatoribus agentem inducit: Deſponſabo, inquit, te mihi
Oseæ.2 in perpetuum: in iuſtitia, iudicio, gratia, & miſericordia: Dicam miſericordiam non conſecutæ, miſericordiam conſecuta. Eiuſmodi fœdus, quod primam nobis eſſe cum Deo coniunctionem conſtat, ſi miſericordia Dei nititur: nullum relinquitur iuſtitiæ noſtræ fundamentum. Et uerò, intelligere ex ijs, qui hominem cum aliqua operum iuſtitia Deo obuiam procedere fingunt, cupiam: an omnino ullam iuſtitiam eſſe putent, niſi quæ ſit accepta Deo? Id cogitare ſi inſanum eſt: quid Deo gratum ab eius inimicis prodeat, quos totos, cum omnibus ſuis factis, auerſatur? Omnes, inquam, nos eſſe capitales ac profeſſos inimicos Dei no-
Rom.5 Coloß.1. ſtri, teſtatur ueritas: donec, iuſtificati, in amicitiam recipimur. Si principium di-
1.Ioan.4 lectionis eſt iuſtificatio: quæ operum iuſtitiæ illam præcedent? Ita, ut peſtilen-
Oseæ.14. tem illam arrogantiam auertat Ioannes, diligenter nos monet, quomodo non

priores

priores eum dilexerimus. Et idipsum iam olim per Prophetam suum Dominus docuerat. Diligam, inquit, eos spontanea dilectione: quia cõuersus est furor meus. Operibus certe non instigatur, si sponte ad nos inclinat eius dilectio. Sed rude hominum vulgus nihil id aliud esse putat, nisi quod, ut redemptionem nostram perageret Christus, nemo promeritus fuerit: ut autem redemptionis possessionem adeamus, operibus nostris adiuuari. Imò uerò, utcunq; à Christo redempti simus, donec tamen uocatione Patris inserimur in illius communionem, & tenebræ & mortis hęredes, & Dei aduersarij sumus. Non enim ab immunditijs nostris purgari nos & abluí Palus docet Christi sanguine, nisi dũ purgationẽ illam Spiritus in nobis efficit. Quod idem dicere uolens Petrus, declarat Spiritus sanctificationem ualere in obedientiam, & aspersionẽ sanguinis Christi. Si Christi sanguine in purificationem per Spiritum aspergimur, ne putemus alios nos esse ante huiusmodi irrigationem, quam est sine Christo peccator. Maneat ergo illud. Principium nostræ salutis, esse quandam uelut à morte in uitam resurrectionem. 1. Corin. 6. 2. Pet. 1.

Sub hac ratione, qui secundus & tertius, in diuisione supra posita, notatus fuit hominum ordo, comprehenditur. Conscientiæ enim impuritas utroscp nondum esse Dei Spiritu regeneratos, arguit. Rursum autem regenerationẽ in eis nullam esse, hoc defectum prodit fidei. Vnde liquet, Deo nondum reconciliatos, nondũ in eius conspectu iustificatos: quandò ad hæc bona nisi per fidem non peruenitur. Quid pariant peccatores, à Deo alienati, nisi illius iudicio execrabile? hac quidem stolida confidentia cum impij omnes turgent, tũ præsertim hypocritæ, quòd utcunq; totum cor suum obscœnitate scatere norint, si qua tamen edunt speciosa opera, digna æstimant, quę Deus nõ aspernetur. Hinc pernitiosus ille error, quod sceleratæ & nephariæ mentis conuicti, adigi tamen nequeunt, ut se iustitia uacuos fateantur: sed iniustos se agnoscentes, quia inficiando non sunt, iustitiam tamen nonnullam sibi arrogant. Hanc uanitatem egregiè Dominus refutat per Prophetam, Interroga, inquit, Sacerdotes, dicens. Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora uestimenti sui, & panem aut alium cibum admouerit, nunquid sanctificabitur? Responderunt autem Sacerdotes. Non. Et dixit Haggęus. Si tetigerit pollutus in anima aliquid horum, nonne contaminabitur? responderunt Sacerdotes, contaminabitur. Dixit Haggæus. Sic populus iste ante faciem meã, dicit Dñs, Et sic omne opus manuum eorũ, & omnia qua obtulerint mihi contaminata erunt. Vtinam hæc sententia uel plenam fidem posset obtinere apud nos, uel memoriæ probe insidere. Nemo enim est, quamlibet alioqui tota uita flagitiosus, qui persuadere sibi substineat, quod hic Dominus clare pronunciat. simul ac nequissimus quisq; uno uel altero legis officio perfunctus est, non dubitat sibi iustitiæ loco acceptum ferri. At Dominus reclamat, nullam inde acquiri sanctificationẽ, nisi cor de prius bene purgato. Neq; eo contentus, cõtaminari illa cordis impuritate, quęcunq; à peccatoribus prodeunt opera, asseuerat. facessat ergo nomẽ iustitiæ ab his operibus, quæ pollutionis, ore Domini, damnantur. Et quàm eleganti similitudine illud demonstrat? poterat enim obiectari. sanctũ inuiolabiliter esse, quod Dominus præcepisset. Ipse uero contra opponit, nihil mirum esse, si quæ sanctificata sunt in lege Domini, improborum spurcicia contaminantur: cum sacrum, attrectando, immunda manus prophanet. Eandem etiam caussam egregie apud Iesaiam persequitur. Ne offeratis, inquit, sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi. Calendas & solemnitates uestras odit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens. Cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos à uobis. Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim uestræ plenæ sunt sanguine. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum. Quid istuc sibi uult, quod Dominus ita nauseat ad obsequium suæ legis? Imo uero nihil hic respuit, quod sit ex germana legis obseruatione: cuius initiũ esse ubiq; docet, syncerum sui nominis timorem. Illo sublato, non modo nugæ sunt, quæcunque illi offeruntur, sed fœtidæ abominandæq; sordes. Eant nunc hypocritæ, Haggæi. 2. Iesaiæ. 1. Vide. ca. 58

Prouer. 15. & inuolutam corde prauitatem retinentes, Deum recte operibus ſtudeant demereri. Atqui magis ac magis hoc modo irritabunt. Execrabiles enim illi ſunt impiorum uictimæ: ſola rectorum oratio accepta eſt illi. Conſtituimus ergo extra dubium, quod vulgatiſsimũ eſſe debet mediocriter in ſcripturis exercitato: Quæ uel ſummo ſplendore conſpicua ſunt opera in hominibus nondũ uere ſanctificatis, tam procul abeſſe à iuſtitia coram Domino, ut peccata cenſeantur. Ac proinde ueriſsime illi, qui non conciliari perſonæ apud Deum gratiam per opera tradiderũt: ſed è conuerſo, tum placere demum opera, ubi perſona gratiam prius in Dei conſpectu inuenerit. Religioſeq; eſt obſeruandus hic ordo, ad quẽ ſcriptura nos manu ducit. Reſpexiſſe Dominum ad Abel, ſcribit Moſes, & ad opera eius. Vides, ut Dominum hominibus propitiũ deſignet, antequam ad eorum opera reſpiciat: Quare purificationem cordis præcedere oportet: ut quæ à nobis prodeunt opera, benigne à Deo excipiantur. Porrò ſolam fidem eſſe, qua corda hominum purificantur, Spiritus ſanctus per os Petri aſſeruit, unde conſtat, primum eſſe in uera uiuaq; fide fundamentum.

Gene. 4. Auguſt. li. de pœnitẽ. & Grego. cuius uerba referuntur. 3. quæſti. 7. capi. grauibus. Acto. 15.

Inſpiciamus nunc quid habeant iuſtitiæ, quos in ordine quarto poſuimus. fatemur, dum nos, intercedente Chriſti iuſtitia, ſibi reconciliat Dominus, ac gratuita peccatorũ remiſsione donatos, pro iuſtis habet: cum eiuſmodi miſericordia coniunctã ſimul eſſe hanc eius beneficentiam, q; per Spiritum ſuum ſanctum in nobis habitat, cuius uirtute concupiſcentię carnis noſtrę magis ac magis indies mortificantur: nos uero ſanctificamur: hoc eſt, conſecramur Domino, in ueram uitæ puritatem, cordibus noſtris in legis obſequium formatis. Vt hæc ſit præcipua noſtra uoluntas, uoluntati eius ſeruire, ac eius duntaxat gloriam modis omnibus promouere. Enimuero etiam dum ſancti Spiritus ductu in uijs Domini ambulamus, ne tamen noſtri obliti animos tollamus, remanent imperfectionis reliquiæ: quæ nobis humilitatis argumentũ præbeant. Non eſt iuſtus, ait ſcriptura, qui faciat bonum & non peccet. Qualem ergo iuſtitiam ex ſuis operibus etiamnũ obtinebũt? Primum dico, quod optimum ab illis proferri poteſt, aliqua tamen ſemper carnis impuritate reſperſum & corruptum eſſe, ac tanquam aliquid fecis admixtum habere. Seligat, inquã, ex tota ſua uita ſanctus Dei ſeruus, quod in eius curſu maxime eximium ſe putabit edidiſſe: bene reuoluat ſingulas partes, deprehendet proculdubio alicubi, quod carnis putredinem ſapiat: quando nunquam ea eſt noſtra alacritas ad bene agendum, quæ eſſe debet: ſed in curſu retardando multa debilitas. Quanquam non obſcuras eſſe maculas uidemus, quibus reſperſa ſint opera ſanctorum: fac tamen minutiſsimos eſſe næuos duntaxat. Sed an oculos Dei nihil offendent, coram quibus ne ſtellæ quidem puræ ſunt: Habemus nec unum à ſanctis exire opus, quod ſi in ſe cenſeatur, non meratur iuſtam confuſionem. Deinde etiamſi fieri poſſet, ut aliqua nobis eſſent omnino pura abſolutaque opera: unum tamen peccatum ſatis eſt, ad delendam extinguendamque omnem memoriam prioris iuſtitiæ, ut ait Propheta. Cui & Iacobus conſentit. Qui offendit, inquit, in uno, factus eſt omnium reus. Iam cum hæc uita mortalis nunquam à peccato pura ſit nec uacua: quicquid iuſtitiæ à nobis comparatum foret, id ſequentibus identidem peccatis corruptum, oppreſſum, & perditũ, in conſpectu Dei non ueniret: nec in iuſtitiã nobis imputaretur. Deniq; ubi de operũ agitur iuſtitia, nõ opus legis reſpiciendũ eſt, ſed mandatum. Ideo ſi ex lege iuſtitia quæritur, fruſtra unum aut alterum opus proferamus: ſed neceſſaria eſt perpetua legis obedientia. Quare illam, de qua locuti ſumus, peccatorum remiſsionẽ non ſemel, ut multi ſtolide opinantur, nobis in iuſtitiã Deus imputat: ut, impetrata præteritæ uitę uenia, poſtea in lege iuſtitiam quæramus. Quo nihil quam in ſpem falſam inductos ridere ac luderet. Cum enim perfectio nulla obtingere nobis poſsit, quamdiu hac carne induti ſumus: lex autem mortem ac iudicium omnibus denunciet, qui non integram iuſtitiam opere præſtiterint: habebit ſemper quo nos accuſet, reoſque agat: niſi contra occurreret Dei miſericordia, quæ, aſsidua peccatorum remiſsione, nos ſubinde abſolueret. Quare id ſemper conſtat, quod principio dicebamus.

1. Reg. 8. Ezech. 18. Iacob. 2.

Si ipſi

Si ipsi ex nostra dignitate æstimamur, quidquid meditemur aut moliamur, nos tamen cum omnibus nostris conatibus & studijs morte, & confusione dignos esse. Duobus his fortiter insistendum. Nullum unquam extitisse pij hominis opus, qd si seuero Dei iudicio examinaretur, non esset damnabile. Ad hoc, si tale aliquod detur, quod possibile homini non est, peccatis tamen, quibus laborare authorem ipsum certum est, uitiatum ac inquinatum gratiam perdere. Atque hic præcipuus est nostræ disputationis cardo. Nam de principio iustificationis nihil inter nos & saniores scholasticos pugnę est: quin peccator gratuito à damnatione liberatus iustitiam obtineat: idq; per remissionem peccatorũ. Nisi q; illi sub uocabulo iustificationis renouationẽ comprehendunt, qua per Spiritum Dei reformamur in legis obedientiã. Iustitiam uero hominis regenerati sic describunt. Quòd homo p Christi fidẽ Deo semel reconciliatus bonis operibus iustus censeatur apud Deũ, & eorum merito sit acceptus. Verum Dñs contra se fidẽ imputasse Abrahæ in iustitiam pronunciat, nõ eo tempore, quo idolis adhuc seruiebat: sed cũ multis iam annis uitæ sanctitate excelluisset. Diu ergo coluerat Abrahã Deum ex puro corde, & eam legis obedientiam præstiterat, quæ ab homine mortali præstari potest. Habet tamen adhuc repositã in fide iustitiam. Vnde colligimus secundum Pauli ratiocinationẽ, non ex operibus. Similiter cum apud Prophetam dicitur: Iustus ex fide uiuet: nõ de impijs & prophanis habetur sermo, quos Dñs ad fidem conuertendo iustificet: sed oratio ad fideles dirigitur: & ijs uita promittitur ex fide. Paulus quoq; omnem scrupulum soluit, cum pro cõfirmatione illius sententiæ illũ Dauidis uersiculũ sumit. Beati quorũ remissæ sunt iniquitates. Certum est uero, Dauidem nõ de impijs, sed de fidelibus loqui: qualis ipse erat: quia ex cõscientiæ suę sensu loquebatur. Ergo hanc beatitudinem non semel habere: sed tota uita tenere nos oportet. Postremo legationẽ de gratuita cum Deo reconciliatione nõ in unũ aut alterũ diem promulgari: sed perpetuã in Ecclesia esse testatur. Proinde nõ aliã iustitiã ad finem usq; uitæ habent fideles, q̃ quæ illic describitur. Manet enim perpetuo mediator Christus, qui patrẽ nobis reconciliet: ac perpetua est mortis eius efficacia. Nempe ablutio, satisfactio, expiatio, perfecta deniq; obedientia, qua iniquitates omnes nostræ cõtegunt. Nec Paulus ad Ephesios dicit nos initiũ salutis habere ex gratia: sed per gratiã saluatos esse, non ex operibus: ne quis glorietur.

Quæ ad euadendum subterfugia quærunt hic scholastici, eos non expediunt. Aiunt nõ tanti esse intrinseca dignitate bona opera, ut ad iustitiã comparandam sufficiant: sed hoc acceptantis esse gratiæ, q; tantum ualent. Deinde quia fateri coguntur, iustitiã operum hic semp esse imperfectam: cõcedunt nos, quamdiu uiuimus remissione peccatorũ indigere, qua defectus operũ suppleatur. Sed delicta, quæ cõmittuntur, operibus supererogationis compensari. Acceptantem enim, q; uocant, gratiam, nõ aliam esse respondeo, q̃ gratuitam eius bonitatem, qua nos in Christo complectitur Pater. Dum innocentia Christi nos induit, eamq; fert nobis acceptã, ut eius beneficio, pro sanctis, puris, & innocentibus nos habeat. Iustitiã enim Christi, quæ una, & perfecta est, ita sola Dei cõspectum sustinere potest, pro nobis sisti oportet, ac iudicio repræsentari uelut sponsorem. Hac nos instructi, assiduam peccatorũ remissionem in fide obtinemus. Huius puritate uelatæ nostræ sordes & imperfectionum immunditiæ, nõ imputantur: sed uelut sepultæ contegũtur, ne in iudiciũ Dei ueniant: donec hora aduenit, qua, confecto in nobis ac planè extincto ueteri homine, diuina bonitas nos in beatã pacem cum nouo Adã recipit: ubi diem Domini expectemus: quo in gloriam cœlestis regni, receptis incorruptis corporibus, transferamur. hæc si uera sunt, nec ulla nostra opera nos ex se Deo acceptos gratiososq; reddere queunt: ac ne ipsa quidẽ placere, nisi quatenus homo, iustitia Christi opertus, Deo placet, & uitiorũ suorum remissionẽ obtinet. Neq; uerò solidius est, q̃d garrire solent, de sufficienda, p superogatiõis opera, cõpensatione. Quid enim? An nõ eò semper redeunt, unde iã sunt exclusi? Eũ qui parte legem seruat, eatenus iustũ operibus esse? Quod illis nemo sani iudicij concesserit, nimis impudenter p confesso assumunt. Toties testificatur Dñs, nullã

Tractat. de pœniten. se agnoscere operum iustitiam, nisi in perfecta legis suæ obseruatione. Quę est im probitas, cũ ea deficiamur: ne uideamur omni gloria spoliati, hoc est, prorsus Deo cessisse, nescio quibus paucorũ operum frustulis nos iactare? & quod deest, redimere per alias satisfactiones conari? satisfactiones iam potenter dirutæ supra fuerunt: ut, ne per somnium quidem, uenire nobis in mentẽ debeant. Tantum dico, eos qui sic ineptiunt, minime reputare, quã res sit coram Deo execrabilis, peccatũ, intelligerent enim profecto, totam hominũ iustitiam in unum cumulum coactã, unius compensationi parem esse non posse. Videmus namq; hominem, uno delicto, sic à Deo abiectum fuisse & abdicatum, ut simul omnem recuperandæ salutis rationem perdiderit. Sublata est igitur satisfactionis facultas, qua qui sibi blandiuntur, nunquã certe Deo satisfacient, cui nihil gratum acceptumue est, quod ab inimicis suis profectum sit. Inimici porrò sunt omnes, quibus imputare peccata instituit. Tecta igitur & remissa peccata nobis ante oportet, quam ad ullum opus nostrũ Dominus respiciat. Ex quo sequitur, gratuitam esse peccatorum remissionẽ: quam scelerate blasphemant, qui satisfactiones ullas ingerunt. Nos ergo, exemplo Apostoli, quæ retro sunt obliuiscentes, ad ea autem pergentes quæ ante nos sunt, curramus in stadio nostro, tendentes ad brauium supernæ uocationis.

Philp. 3.

Iactare uero supererogationis opera, quomodo cum illo conuenit, quod nobis præceptum est, ut cum fecerimus, quæcunq; precipiuntur nobis, dicamus nos seruos esse inutiles, nec plus fecisse, quam quod debuimus? Dicere coram Deo, non est simulare aut mentiri: sed quod pro certo habeas, apud te constituere. Iubet itaque Dominus nos syncere sentire, & nobiscum reputare, nulla sibi præstare grauita officia, sed debitas operas reddere. Et merito, serui enim sumus tot obsequijs defœnerati, quod defungi non possumus, etiam si omnes nostræ cogitationes, omniaque membra in legis officia uerterentur. Ideoque, quod ait, cum feceritis quæcunque præcipiuntur uobis, perinde ualet, ac si plusquam omnes hominum iustitiæ unius forent. Nos ergo, quorum nemo non longissime abest ab ista meta, audeamus gloriari nos cumulum addidisse ad iustam mensuram? Nec est quod excipiat quispiam, nihil obstare, q̃ minus ultra necessaria officia prodeat eius studium, qui à necessarijs aliqua in parte cessat. Sic enim penitus habendũ, nihil nobis uel quod ad Dei cultum, uel quod ad dilectionem conferat, in mentem uenire posse, quod non sub Dei lege comprehendatur. Quòd si pars est legis: ne uoluntariam liberalitatem iactemus, ubi astringimur necessitate. Atque in hanc rem intempestiue allegatur illa Pauli gloriatio.

Lucæ. 17.

2. Corin. 9.

Quòd inter Corinthios iure suo sponte cesserit, quod licebat alioqui, si libuisset, usurpare. Nec illis tantum impenderit, quod ex officio debebat: sed gratuitam operam, ultra officij finem, largitus sit. Atqui animum aduertere conueniebat ad rationem illic signatam. hoc fecisse, ne infirmis offendiculo foret. Venditabant enim se hoc benignitatis lenocinio mali fraudulenti q; operarij, quo & fauorem sonticis suis dogmatibus conciliarent, & odium conflarent Euangelio. ut necesse Paulo fuerit, uel in periculum accersere Christi doctrinam, uel eiusmodi artibus obuiare. Agedum, si res est homini Christiano media, offendicula incurrere, cum abstinere liceat: fateor Apostolum aliquid Domino supererogasse. Sin hoc iure requirebatur à prudenti Euangelij dispensatore, dico fecisse quod debebat, denique etiam si talis caussa non apparet: uerum tamen semper est illud Chrysostomi. nostra omnia eandem habere conditionem cum seruorum peculijs, quæ, iure ipso, deberi Domino constat. Neq; id dissimulauit Christus in parabola. Interrogat enim quã gratiam habituri simus seruo, ubi tota die uario labore exercitatus, ad nos uesperi redierit? Atqui fieri potest, ut maiore industria incubuerit, q̃ ausi fuissemus exigere. Esto, nihil tamẽ fecit, quod nõ ex conditione seruitutis deberet: quia cum tota sua facultate, noster est. Taceo quales sint supererogationes, quas isti uenditare Deo uolunt. Nugæ enim sunt, quas neque ipse unquàm imperauit, neque approbat, nec, cum reddenda erit apud se ratio, acceptas feret. Hac demũ significatione concedemus esse supererogationis opera, utpote de quibus apud

bus apud Prophetam dictum est. Quis quæsiuit hæc de manibus uestris? sed me minerint, quid & alibi dicatur de ijs. Quare appenditis argentum uestrum, & non in panibus? Laborem uestrum insumitis, & non in saturitate? Non est qui- dem ualde laborioſum ocioſis iſtis Rabinis hæc ſub umbra in mollibus cathe- dris diſputare. At cum ſummus ille iudex pro tribunali ſederit, euaneſcere uento ſa huiuſmodi placida oportebit. hoc hoc quęrendũ erat, quam ad eius tribunal de fenſionis fiduciam afferre: non quid in ſcholis & angulis fabulari poſsimus. Iesaiæ.1 Iesaiæ.55.

Duæ ſunt potiſsimum nobis abigendæ hac parte ex animis peſtes. Ne quid in operũ iuſtitia fiduciæ ponant, ne quid illi gloriæ adſcribant. Fiducia qualibet nos paſsim depellunt ſcripturæ, cum docent iuſtitias omnes noſtras fœtere in Dei con ſpectu, niſi à Chriſti innocentia bonum odorem ducant: nihil quam irritare Dei ultionem poſſe, niſi miſericordiæ eius indulgentia ſuſtineantur. Ita porrò nihil re- liquum nobis faciunt, niſi ut iudicem noſtrum deprecemur, cum illa Dauidis con feſsione: neminem iuſtificatum iri coram ipſo, ſi rationem à ſeruis ſuis repoſcat. Id quoq; ſibi uult iſta ſententia Iob. Si impie egi, uæ mihi: ſi iuſte, nec ſic erigã caput. Nõ enim eò tantum pertinet, quod credere ultro malit, quam cum rigiditate Dei periculoſe certare: ſed ſignificat non aliam ſenſiſſe eum in ſeipſo iuſtitiam, quam quæ primo momento eſſet à facie Dei collapſura. Exacta fiducia, gloriationem quoq; omnem faceſſere neceſſe eſt. Quis enim iuſtitię laudem aſsignet operibus, quorum confidentia trepidet à Dei conſpectu? Rite ergo tum purgatus erit ani- mus, cum nec in fiducia operum, ulla ex parte recumbet: nec in gloria exultabit. Ad falſæ autem & mendacis iſtius fiduciæ flatum ſtultos homines hic error ani- mat, quod ſuæ ſalutis cauſſam in operibus ſemper locant. Verũ ſi quatuor cauſſa- rum genera reſpicimus, quæ in rerum effectu conſiderare præcipiunt philoſophi: nullum eorum reperiemus operibus, in conſtituenda ſalute noſtra, conuenire. Ef- ficientem enim uitæ æternæ nobis comparandæ cauſſam ubiq; ſcriptura prædi- cat, Patris cœleſtis miſericordiam, & gratuitam erga nos dilectionem. Materialẽ uerò, Chriſtum cum ſua obedientia, per quam nobis iuſtitiam acquiſiuit. Forma- lem quoq; uel inſtrumentalẽ quam eſſe dicamus, niſi fidem? Atq; tres ſimul iſtas una ſententia comprehendit Ioannes cum dicit, ſic Deus dilexit mundum, ut Fi lium vnigenitum daret: ut omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat uitam æternam. Porro finalem teſtatur Apoſtolus eſſe, & diuinæ iuſtitiæ demonſtratio- nem & bonitatis laudem. Vbi & alias tres diſertis verbis commemorat. ſic enim ad Romanos loquitur. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Iuſtificantur au tem gratis ipſius gratia. Hic habes caput et primum fontem, quòd Deus nos gra tuita miſericordia complexus eſt. Sequitur. Per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Hic habes ueluti materiam, qua nobis iuſtitia conficitur per fidem in ſangui ne ipſius. Hic cauſſa inſtrumentalis oſtenditur, qua Chriſti iuſtitia nobis applica tur. Poſtremo ſubiungit finem cum dicit. In demonſtrationem iuſtitiæ ipſius, ut ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum qui eſt ex fide Chriſti. Atq; ut obiter quoq; deno ter, iuſtitiam hanc reconciliatione conſtare, nominatim ponit, Chriſtum datum eſſe in reconciliationem. Sic & primo ad Epheſios capite docet nos recipi à Deo in gratiam ex uera miſericordia: id fieri Chriſti interceſsione: Fide apprehendi, omnia in hunc finem, ut diuinæ bonitatis gloria ad plenum eluceat. Cum uidea- mus omnes ſalutis noſtræ particulas ita extra nos conſtare: quid eſt, quod iam operibus uel confidamus, uel gloriemur? Nec de efficiente, nec de finali, contro- uerſiam nobis mouere poſſunt uel coniuratiſsimi diuinæ gratię hoſtes, niſi totam ſcripturam ab negare uelint. In materiali & formali fucum faciunt, quaſi dimidia- tum cum fide, Chriſtiq; iuſtitia locum opera noſtra teneant. Sed id quoq; ſcriptu ra reclamante: quæ & Chriſtum nobis eſſe in iuſtitiam & uitam ſimpliciter affir- mat: & hoc iuſtitiæ bonum ſola fide poſsideri. Ioan.3. Ephe.1. Roma.3.

Quod autem, innocentiæ integritatiſq; ſuæ memoria, ſæpiuſcule ſancti ſe con- firmant ac conſolantur, nec etiam ab ea prædicanda interdũ abſtinent, id fit bifari- am: uel quod bonam ſuam cauſſam, cum mala impiorũ cauſſa, comparando, ſecu

ritatem inde uictoriæ concipiunt, non tam suæ iustitiæ commendatione, quam iu
sta meritaq; aduersariorũ damnatione: uel quod, etiam sine aliena comparatione
dum se coram Deo recognoscunt, nonnullam illis & consolationẽ & fiduciam af
fert proprię conscientię puritas. De priore ratione postea uidebimus. Nunc de po
steriore breuiter expediamus, quomodo cũ eo conueniat, q̃d supra diximus, nulla
esse in Dei iudicio operũ fiducia subnitendũ, nulla eorum opinione gloriandũ.
Hęc porrò cõuenientia est: Quod sancti, cũ de fundanda cõstituendaq; salute sua
agũt, citra operum respectũ, in solam Dei bonitatẽ oculos intendunt. Neq; ad eam
modo ante omnia, tanq̃ ad beatitudinis principiũ, se cõuertunt: sed tanq̃ in com
plemẽto cõquiescunt. Sic fundata, erecta, stabilita conscientia, operum quoq; con
syderatione stabilit, quatenus scilicet testimonia sunt Dei in nobis habitãtis ac re
gnantis. Quando igitur istęc operũ fiducia locum nõ habet, nisi totã prius animi
fiduciam in misericordiã Dei reieceris: nõ debet illi uideri cõtraria, unde pendet,
Quare dum operũ fiduciam excludimus, hoc uolumus duntaxat: ne mens Chri
stiana ad operũ meritum, uelut ad salutis subsidium, reflectat: sed penitus resideat
in gratuita iustitiæ promissione, nõ uetamus autẽ, ne diuinæ erga se beneuolentię
signis hanc fidẽ fulciat & cõfirmet. Nam si dum memoria repetuntur quæcunq;
in nos dona Deus cõtulit, sunt nobis q̃dammodo instar radiorũ Dñi uultus, qui
bus illuminemur ad summã illam bonitatis lucẽ contemplandã: multo magis bo
norũ operum gratia, quæ spiritũ adoptionis nobis datum cõmonstrat. Cum igit̃ à
conscientiæ innocentia fidẽ suam confirmant sancti, & exultandi materiã sumũt,
nihil aliud, q̃ à fructibus uocationis, se in filiorũ locum à Dño cooptatos esse, re
putant. Quod ergo à Solomone traditũ, in timore Dñi esse firmã securitatẽ. Quod
Prouer. 11. interdũ hanc obtestationẽ sancti usurpant, q̃ exaudiantur à Dño, se ambulasse co
rã facie eius in integritate & simplicitate: locũ in iaciendo firmandę cõscientię fun
Gene. 24. damento, nullũ habent, sed tum demũ ualent, si à posteriori sumuntur: qa & nulli
4. Reg. 20 bi est timor ille, qui securitatẽ plenam offirmare queat: & sancti sibi talis integrita
tis conscij sunt, cui multæ carnis reliquiæ adhuc sunt permixtæ, sed quoniã, ex re
generationis fructibus, habitantis in se Spiritus sancti argumentũ capiunt, inde se
nõ mediocriter ad expectandũ in omnibus necessitatibus Dei auxiliũ confirmãt,
cum in re tanta patrẽ experiuntur. Ac ne id quidẽ possunt, nisi primũ Dei bonita
tem, nulla alia quã promissionis certitudine obsignatam, apprehenderint. Nam
si illam æstimare incipiunt à bonis operibus, nihil erit incertius, nec magis infir
mũ. Quandoquidẽ si per se opera æstimentur, non minus iram Dei sua imperfe
ctione arguent, q̃, utcunq; inchoata puritate beneuolentiã testantur. Videmus iã
non eam in sanctis fiduciã operum esse, quæ uel eorũ merito aliq̃d tribuat (quan
do ea nõ aliter quam Dei dona intuentur, unde eius bonitatẽ recognoscant: non
aliter q̃ uocationis signa, unde electionẽ reputent) uel quippiã deroget gratuitæ,
quam in Christo consequimur, iustitiæ, quando ab ea dependet, nec sine ea subsi
stit. Hoc ipsum Augustinus paucis uerbis sed eleganter significat cũ scribit. Non
dico Dño, opera manuum mearũ ne despicias. Exquisiui Dominũ, manibus me
is, & nõ sum deceptus. Sed opa manuum mearũ non cõmendo. Timeo enim ne,
cum inspexeris, plura inuenias peccata, q̃ merita. Hoc solũ dico: hoc rogo, hoc cu
In Psal. 137 pio. Opera manuũ tuarum ne despicias. Opus tuũ in me uide: non meum. Nam
si meũ videris, damnas: Si tuũ videris, coronas. Quia & quæcunq; mihi sunt ope
ra bona, abs te sunt. Duas causas ponit, cur nõ ausit sua opera Deo uenditare, qa
si q̃d bonorum operũ habet, illic nihil uidet suũ. Deinde qa id quoq; peccatorum
multitudine obruitur. Vnde fit, ut plus inde timoris & cõsternationis sentiat cõ
scientia, q̃ securitatis. Ergo nõ aliter Deũ intueri uult sua recte facta: q̃ ut uocatio
nis suę gratiã in illis recognoscens, opus, q̃d inchoauit, perficiat. Quod autẽ præ
terea bona fidelium opera, scriptura causas esse ostendit, cur illis Dñs benefaciat, id
sic intelligendũ est, ut stet incõcussum, q̃d antea posuimus. Effectũ nostræ salutis
in Dei Patris dilectiõe situ esse, materiã in Filij obediẽtia, instrumentũ in Spiritus
illuminatiõe, hoc est fide, sinẽ esse tantę Dei benignitatis gloriã. Istis nihil obstat,

quominus

quominus opera Dominus, tanquam causas inferiores, amplectatur, sed undq id: Nempe qs, sua misericordia, æternæ uitæ hæreditati destinauit, eos ordinaria sua dispensatione per bona opera inducit in eius possessionem. Quod in ordine dispensationis precedit, posterioris causam nominat. Hac ratione ab operibus interdum uitam eternam deducit, nõ quod illis referenda sit accepta, sed quia qs elegit, iustificat, ut demum glorificet: priorem gratiam, quæ gradus est ad sequentem, causam qdammodo facit. At qties assignãda est uera causa, nõ ad opera cõfugit: sed in sola misericordiq cogitatione nos retinet. Quale em istud est, qd per Apostolũ docet: stipendiũ peccati mors, gratia Dñi uita eterna. Cur nõ ut uitam morti, sic peccato iustitiã opponit? Cur nõ ut peccatũ mortis, ita iustitiã uitę causam statuit: sic em rite cõstatura erat anthitesis, quę ista uariatione nõnihil irrumpitur. Sed Apostolus id, qd erat, exprimere ista cõparatione uoluit: meritis homi nũ deberi mortem: uitã nõ nisi in sola Dei misericordia esse repositam. Rom.6

Iam qd precipuũ est in hac causa, expediuimus: qa si operibus fulciat iustitia, corruere protinus à cõspectu Dei necesse sit: sola Dei misericordia, sola Christi cõmunicatione, ideoq sola fide, cõtineri. Precipuũ aũt hunc esse causę cardinẽ diligẽter animaduertamus, ne illa implicemur cõmuni, nõ uulgi modo, sed doctorũ etiã hallucinatione. Simul em quęrit de fidei, operũq iustificatione, decurrũt ad eos locos, q aliqd operibus meritũ corã Deo tribuere uident, perinde uero ac si euicta foret operũ iustificatio, si probatũ fuerit alicuius esse apud Deũ precij. Em uerò supra clare ostẽdimus, in pfecta tantũmodo absolutaq legis obseruatione cõsistere operũ iustitiã. unde sequit, nõ iustificari operibus hominẽ, nisi q ad summũ perfectionis euectus, nullius, uel minimę, transgressionis argui queat. Altera igit & separata est quęstio, utcunq ad iustificandũ hominẽ minime sufficiãt opera, an nõ tamẽ illi apud Deũ gratiã promereant? Primũ de meriti nomine id mihi prefari necesse est, q cunq primus illud opibus humanis, ad Dei iudiciũ cõparatis, aptauit, eũ fidei synceritati pessime cõsuluisse. Equidẽ à logomachijs libẽs abstineo, sed cuperẽ eã seruatã fuisse semper inter Christianos scriptores sobrietatẽ, ne usurpare, cũ nihil opus foret, extranea à scripturis uocabula in animũ induxissent, quę multũ pararẽt offendiculi, fructus minimũ. Quorsum em obsecro, opus fuit inuehi nomẽ meriti: cũ preciũ bonorũ operũ significãter alio nomine citra offendiculũ explicari posset? Quantũ aũt ipsum offensiõis in se cõtineat, magno eũ orbis detrimento patet. Certe, ut est fastuosissimũ, nihil q̃ obscurare Dei gratiã, & homines praua superbia imbuere potest. Vsi sunt, fateor, passim uetusti Ecclesiæ scriptores, atq utinam uoculæ unius abusu erroris materiã posteris nõ præbuissent. Quanquam nonnullis ipsi quoq locis testantur, quam nõ præiudicare uerietati uoluerint. sic em alicubi loquit Augustinus, Humana merita hic conticescãt, quæ perierunt per Adam: & regnet, quæ regnat Dei gratia, per Iesum Christum. Itẽ. Meritis suis nihil tribuunt sancti: totum nõ nisi misericordiæ tuę tribuent, ô Deus. Alibi. Et cum uiderit homo, quidquid boni habet, non se habere à se, sed à Deo suo, uidet id totum quod in eo laudatur, non de suis meritis, sed de misericordia Dei esse. Vides ut adempta homini bene agendi uirtute, meriti quoq dignitatem prosternat. Chrysostomus autem. Nostra, siqua sequunt Dei gratuitam uocationem opera, retributio sunt & debitum, at Dei munera, gratia, & beneficẽtia & largitionis magnitudo. Omisso tamen nomine, rem potius cernamus. Dicit quidem alicubi Bernardus. Vt ad meritum satis est, de meritis non presumere: sic carere meritis, satis est ad iudicium. sed continuo addita interpretatione duriciem uocis satis emollit, cum dicit. Proinde merita habere cures. Habita, data noueris, fructum speres Dei misericordiã, & omne periculũ euasisti, paupertatis, ingratitudinis, præsumptionis. Fœlix Ecclesia, cui nec merita sine presumptione, nec presumptio sine meritis deest. Et paulò ante abunde ostenderat, q̃ pio sensũ uteretur. Nam de meritis, inquit, qd solicita sit Ecclesia? cui de proposito Dei firmior securiorq existit gloriandi ratio. Non potest seipsum negare Deus: faciet quod promisit. Sic nõ est quòd quæras, qbus meritis speremus bona. Præsertim cũ audias, De prædest. sanct. Homil. 33 in Genes. In Psa. 130 In Psal. 84 Supra cãt. sermo. 63

non propter uos,sed propter me.sufficit ad meritum,scire q̄ non sufficiāt merita.

Quid promereant omnia nostra opera,scriptura ostendit, cū Dei conspectū ferre posse negat,quia immunditiæ sint plena:quid deinde promeritura sit perfecta legis obseruatio,si qua reperiri posset,cū præcipit, ut nos inutiles seruos reputemus,cum fecerimus omnia,quæ præcipiuntur nobis: quia nihil gratuitum impenderimus Dño,sed debitis obsequijs tantū defuncti simus,quibus non est habenda gratia. Luc.17. Dñs tamen quæ in nos contulit bona opera, & nostra appellat,& non tantum accepta sibi esse testatur,sed remunerationem etiā habitura. Nostrū est uicissim tāta promissione animari animosq̄ colligere,ne bene agendo defatigemur: & tantā Dei benignitatem uera gratitudine prosequi. Gratiā Dei esse non dubiū est, quicquid in operibus est q̄ laudem meret, nullā esse guttam, quā proprie nobis ascribere debeamus. Id si re uera,serioq̄ agnoscimus: euanescit quęlibet meriti non fiducia tm̄,sed opinio. Bonorū,inq̄,operum laudem,nō, ut Sophistę faciunt,inter Deum & hominem partimur:sed totā integrā ac illibatā Domino seruamus. Tantū hoc homini assignamus,quod ea ipsa,quę bona erāt, sua impuritate polluit & contaminat. Nihil enim ab homine exit,quantumuis perfecto,q̄d nō sit aliqua macula inquinatū. Vocet igit̄ Dominus in iudiciū, quę in humanis operibus optima sunt,suā in illis quidem iustitiā agnoscet:hominis uerò confusionē. Placent itaq̄ Deo bona opera, nec suis authoribus sunt infructuosa:quin magis ampissima Dei beneficia,remunerationis loco,referunt:non quia ita merent̄,sed quia diuina benignitas hoc illis ex seipsa preciū statuit. Quæ autē ista est malignitas,nō contentos illa Dei largitate, quę nihil tale merentia opera indebitis prēmijs munerat̄, sacrilega ambitione ultra cōtendere,ut operū meritis uideatur rependi,quod diuinę totū est munificentię? Hic sensum cōmunem uniuscuiusq̄ appello. Si is, q̄ usu fructū in agro aliena liberalitate habet,proprietatis quoq̄ titulū sibi uindicet:an nō huiusmodi ingratitudine,eā ipsam quā tenebat, possessionē amittere meret? Similiter si manumissus à Dño seruus, dissimulata libertinę conditionis humilitate, pro ingenuo se uendítet:an non dignus est, q̄ in pristinā redigatur seruitutem? Hic enim legitimus demum est fruendi beneficij usus,si nec plus arrogamus nobis,q̄ datum est:nec boni authorem sua laude fraudamus.quin potius sic nos gerimus, ut residere quodammodo apud eum uideatur,quod in nos transtulit. Hęc moderatio si erga homines præstanda est:uideant singuli & reputent,qualis Deo debeatur.

Cap.16 Cap.13 Scio Sophistas abuti locis quibusdā, unde probent, meriti nomen erga Deū, in scripturis reperiri. Citant ex Ecclesiastico sententiam. Misericordia faciet locū unicuiq̄ secundum meritum operum suorū. Ex epistola aūt ad Hebrēos. Beneficentiæ & cōmunicationis nolite obliuiscí:talibus enim hostijs promeret̄ Deus. In repudianda Ecclesiastici authoritate ius meū nunc remitto. Nego tm̄ fideliter citare q̄d scripsit Ecclesiasticus,q̄cunq̄ fuerit ille scriptor. Sic.n.habet Grēcū exēplar. πάσῃ ἐλεημοσύνῃ ποιήσει τόπον, ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀνεύρεσει. Omni misericordię faciet locū,unusquisq̄ secundū opera sua inueniet. Atq̄ hanc esse germanā lectionem,quę in Latina uersione deprauata sit, cū ex solo uerborū istorū cōplexu, tum ex longiore superioris orationis contextu liquet. In epistola ad Hebrēos,nō est cur decipulas in uerbulo uno nobis tendant, quando in Grēcis Apostoli uerbis nihil aliud habet̄,q̄ tales hostias placere,acceptasq̄ esse Deo. Id unum abunde sufficere debeat ad cōpescendam retundendamq̄ nostræ superbiæ insolentiā,ne quam operibus dignitatem ultra scripturę formulam affingamus. Prrò scripturæ doctrina est:aspersa esse perpetuo sordibus multis bona nostra opera,q̄bus merito Deus offendat̄, ac nobis succenseat, tantum abest ut uel conciliare illum nobis queant,uel eius erga nos beneficentiā prouocare. Quia tm̄ illa pro sua indulgētia non iure summo examinat,perinde accipere, ac si purissima essent:ideoq̄,licet immerita,infinitis beneficijs remunerari,tum præsentis uitæ tum etiam futurę. Non em̄ à doctis alioqui ac pijs uiris positā distinctionem recipio:meritoria esse bona opera earū,quę nobis in hac uita conferunt̄,gratiæ,solius fidei prēmiū esse ęternam sa-

nam ſalutem. Mercedem enim laborum, & certaminis coronam, in cœlo Dominus ſemper ferè collocat. Rurſum operum merito ſic tribuere, ut gratię adimatur, ꝙ aliis ſuper alias gratijs à Domino cumulamur, eſt contra ſcripturæ doctrinam. Tametſi enim dicit Chriſtus, habenti datum iri, & ſuper multa conſtitutum iri fidelem ac probum ſeruum, qui in paruis ſe fidelẽ geſſerit: ſimul tamen alibi oſtendit, incrementa fidelium, eſſe gratuitæ ſuæ benignitatis munera. Omnes, inquit, ſitientes uenite ad aquas: & qui non habetis argentum, uenite, emite abſq; argento & abſq; ulla cõmutatione uinum & lac. Quicquid ergo nunc in ſalutis adminiculum pijs confertur, tum ipſa beatitudo, mera eſt Dei beneficentia. Tamen & in hac, & illis, teſtatur ſe operum habere rationem: quia ad teſtandam erga nos dilectionis ſuæ magnitudinem, non modo nos, ſed quæ nobis largitus eſt dona, ſic honorare dignatur. Ieſa. 55

Hæc ſi, quo oportuerat, ordine tractata digeſtaq; eſſent anteactis ſęculis: nunq; tantum turbarũ ac diſſenſionum ortum eſſet. Paulus ait in architectura Chriſtianę doctrinæ retinendum, quod poſuerat ipſe fundamentũ apud Corinthios, præter quod, nullũ aliud poni queat. Id aũt eſſe Ieſum Chriſtũ. Quale nobis in Chriſto fundamentũ eſt: an quod initium nobis ſalutis fuit, ut cõplementum à nobis ſequereẽ? & uiam aperuit tantum, per quam ipſi noſtro marte pergeremus? minime uerò, ſed quomodo paulò ante poſuerat, illum dũ agnoſcimus nobis datum eſſe in iuſtitiam. Nemo ergo bene in Chriſto fundatus eſt, niſi qui ſolidam habet in ipſo iuſtitiam: quandò non dicit Apoſtolus, miſſum eſſe, quò ad iuſtitiam conſequendam nos iuuet: ſed ut ipſe ſit noſtra iuſtitia. Nimirũ ꝙ in ipſo electi ſumus ab æternitate ante mundi conſtitutionem: nullo noſtro merito, ſed ſecundũ diuini beneplaciti propoſitũ: ꝙ eius morte ipſi à mortis damnatione redempti, ac liberati à perditione ſumus: ꝙ in ipſo adoptati ſumus in filios & hæredes à Patre cœleſti: ꝙ per ipſius ſanguinem huic ſumus reconciliati: quod illi in cuſtodiã dati, per eundi excidendiq; periculo eximimur: ꝙ illi ita inſerti, iam uitæ æternæ quodammodo ſumus participes, in regnum Dei per ſpem ingreſſi. Necdum finis. Quòd talem eius participationem adepti, utcunq; ſimus adhuc in nobis ſtulti, ipſe nobis coram Deo ſapientia eſt: ut peccatores ſimus, ipſe nobis iuſtitia: ut immundi ſimus, ipſe nobis puritas: ut infirmi ſimus, ut inermes & Sathanæ expoſiti, noſtra tamen eſt, quę ipſi data eſt in cœlo & in terra poteſtas, qua pro nobis Sathanã conterat, & infernorum portas confringat: ut corpus mortis adhuc nobiſcum circunferamus, ipſe tamen nobis uita eſt. Breuiter quòd omnia illius noſtra ſunt, & nos in illo omnia habemus, in nobis nihil. Super hoc, inquam, fundamentũ ædificari nos conuenit, ſi uolumus in templum Domino ſanctum creſcere. At lõge aliter iampridem inſtitutus eſt orbis. Reperta ſunt moralia neſcio quæ bona opera, quibus gratioſi Deo reddantur homines, antequam Chriſto inſerantur. Quaſi uerò mentiatur ſcriptura, cum dicit in morte eſſe omnes, qui filium non poſſederint. Si in morte ſunt, quomodo uitæ materiam generarent? Quaſi nihil illud ualeat, peccatum eſſe, quicquid fit extra fidem. Quaſi arboris malæ poſſint extare boni fructus. Chriſto uero, ubi ſuam uirtutẽ exerat, quid peſtilentiſſimi Sophiſtæ reliquerunt? Aiunt meruiſſe nobis primã gratiã, hoc eſt, occaſionẽ merendi. Eſſe iam noſtrarũ partiũ, occaſioni oblatę nõ deeſſe. O proiectã impietatis impudentiã. Quis expectaſſet, ut Chriſti nomen profeſſi, illum, ita denudatũ ſua uirtute, tantũ non proculcare auderent? Hoc teſtimoniũ illi paſſim redditur: ꝙ iuſtificati ſint, quicunq; in eum credunt: iſti nihil aliud beneficij ab eo prouenire docent, niſi ut ſingulis ad ſe ipſos iuſtificandos aperta ſit uia. Vtinam uero guſta- Tit. 3
rent quid ſibi uelint iſtæ ſententiæ: uitam habere, quicunq; filium Dei habeant: quicunque credit, tranſijſſe à morte in uitam: iuſtificatum illius gratia, ut hæres efficeretur uitę æternę: Chriſtum habere in ſe manentẽ, per quem Deo adhæreat: participem uitæ eius, ſedere cum ipſo in cœleſtibus: traductum eſſe in regnum Dei, & ſalutem conſecutum. & ſimiles innumeræ. Non enim aut comparandæ iuſtitiæ, aut ſalutis acquirendæ facultatem fide Chriſti obtingere ſignificant: ſed

utrunq;

utrunq; nobis donari. Proinde simul atq; per fidem insertus es Christo, iam filius Dei factus es, cœlorum hæres, iustitiæ particeps, uitæ possessor. ac quo melius eorum mendacia coarguant, non adeptus merendi oportunitatē: sed omnia Christi merita. Siquidem tibi communicantur. Ita Sorbonicæ scholæ, errorum omnium matres, iustificationem fidei, quę pietatis est totius summa, nobis sustulerūt. Fatentur quidē uerbo iustificari fide formata hominem, sed id postea interpretantur, quoniā à fide habent bona opera, ut ad iustitiam ualeant. ut pene per ludibrium uideātur nominare fidē: quia sine ingenti inuidia sileri nō poterat, cū toties à scriptura reputat. Necdū etiā contenti, in laude bonorū operū Deo suffurant, q̄d ad hominē transferant. Quia uident parū ualere ad hominē attollendū bona opera, ac ne merita quidē proprie uocari, si diuinę gratię fructus censeant: ex ui liberi arbitrij ea eliciūt: oleum scilicet ex lapide. Ac principalē quidem causam in gratia esse non negant: sed eo tamen contendunt nō excludi liberum arbitrium, per q̄d sit omne meritum. Neq; id tradunt posteriores modo sophistæ, sed eorum Pytha-
Lib. sentē. goras Lombardus: quem si cum istis cōpares sanum & sobrium esse dicas. Mirę
2. disti. 17. profecto cæcitatis fuit, cum Augustinum toties in ore haberet, non uidisse quā-
ta solicitudine uir ille cauerit, ne ulla ex bonis operibus glorię particula in hominē deriuaret. Supra, cum de libero arbitrio disputatio esset, recitauimus aliquot
In Psa. 144 in hanc rem ipsius testimonia: quibus similia identidē in eius scriptis recurrunt. Vt cum uetat, ne merita nostra usq; iactemus, quia & ipsa Dei dona sunt. & cum
Epist. 105. scribit, omne meritum nostrū non nisi à gratia esse, non parari per nostram suffi-
cientiam: sed per gratiam totum fieri. &c. Ad scripturæ lucem cæcutisse minus mirum: in qua non ita fœliciter exercitatum fuisse apparet. Nihil tamen desiderari
Ephe. 2 possit aduersus eos clarius isto Apostoli uerbo. interdicta em̄ Christianis omni gloriatiōe, rationē, cur gloriari nefas sit, subiūgit. Quia Dei factura sumus, creati ad bona opera, quę præparauit ut in illis ambulemus. Cū ergo nihil à nobis boni prodeat, nisi quatenus regenerati sumus: regeneratio autē nostra, tota, citra exceptionē, Dei sit: nō est cur unciā nobis in bonis operibus uindicemus. Postremò dum assidue inculcant bona opera, sic interim cōscientias instituunt, ut cōfidere nunq; ausint, Deū se propitiū ac fauentē suis operibus habere. Nos autem contra, nulla meriti mentione, singulari tamen consolatione fidelium animos nostra doctrina erigimus, dum eos docemus in suis operibus Deo placere, indubieq; acceptos esse. Quin etiam hic exigimus, ut nullū quisq; opus tentet aut adgrediatur, sine fide: hoc est, nisi certa animi fiducia prius definiat, Deo placiturum.

Quamobrem ab unico illo fundamento nequaq; abduci nos, ne latum quidē
1. Ioann. 4 unguē, patiamur. Quo iacto, sapientes deinde architecti recte atq; ordine super-
1. Petri. 4. ędificant. Nā siue doctrina et exhortatiōe opus est, admonent, q̄ in hoc Dei filius
2. Timot. 2. apparuit, ut dissoluat opera diaboli: ne peccent qui ex Deo sunt: sufficere prętéritum tēpus implendis gentiū desiderijs: electos Dei, uasa esse misericordię selecta in honorē, quę à sordibus emundari debeant. Sed omnia semel dicunt, cū ostenditur, q̄ tales uelit Christus discipulos, qui seipsis abnegatis, ac sublata sua cruce, ipsum sequant. Qui seipsum abnegauit, malorū omniū radicē execuit, ne amplius quęrat quę sua sunt. Qui crucem suam sustulit, ad omnē patientiā ac mansuetudinem se cōparauit. At Christi exemplū, & hæc & alia omnia pietatis ac sanctitatis officia cōplectitur. Ille se patri obedientē præstitit, ad mortem usq;. ille totus fuit in operibus Dei perficiendis. ille patris gloriā toto pectore spirauit. ille animam suā pro fratribus posuit. ille hostibus suis bene & fecit & precatus est. Quod
2. Corint. 4 si cōsolationis opus fuerit, mirificā afferent consolationē: q̄d affligimur, nō tamē anxij reddimur: laboramus, sed nō deserimur: humiliamur, sed nō cōfundimur: deijcimur, sed nō perimus: mortificationem Iesu Christi semper in corpore nostro circumferentes, ut uita Iesu manifestet in nobis. q̄ si cōmortui sumus, & cōuiue-
2. Timot. 2. mus: si compatimur, & cōregnabimus. quod ita configuramur eius passionibus,
Philip. 3. donec perueniamus ad resurrectionis similitudinē: quando Pater prædestinauit
Rom. 8. cōformes fieri imaginis filij sui, quos in ipso elegit, ut sit primogenitus inter eun-

ctos

ctos fratres. Itaq; quod neq; mors, neq; præsentia, neq; futura, separabunt nos à charitate Dei, quæ est in Christo: quin potius in bonum ac salutem cædent omnia. Ecce, non iustificamus hominem ex operibus coram Deo: sed omnes qui ex Deo sunt, dicimus regenerari, & nouam creaturam fieri: ut ex regno peccati transeant in regnum iustitiæ. hoc testimonio certam facere suam uocationem, & tanq̃ arbores, à fructibus iudicari.

Hoc uno uerbo refelli potest impiorum quorundam impudentia, qui calumniantur nos abolere bona opera, atq; ab eorum studio abducere homines, cũ dicimus eos nõ iustificari ex operibus, nec salutẽ mereri. deinde nimis facile ad iustitiã iter sternere, cũ in gratuita peccatorũ remissione ipsam iacere docemus, & hac illecebra homines, suapte sponte plus nimio procliues, ad peccandum allicere. Hæ, inq̃, calumniæ uno illo uerbo satis refutantur. breuiter tamen respondebo ad utranq;. Per fidei iustificationem causantur destrui bona opera. Quid si magis erigantur & stabiliant? Nõ enim aut fidem somniamus bonis operibus uacuam, aut iustificationẽ, quę sine ijs cõstet. hoc tantum interest, q; cum fidẽ & bona opera necessario inter se cohærere fateamur: in fide tamen, nõ operibus, iustificationẽ ponimus. Id qua ratione, facile explicare promptũ est: si ad Christũ modo cõuertamur, in quẽ dirigit fides, & unde totã uim accipit. Quare ergo fide iustificamur? quia fide apprehendimus Christi iustitiã, qua una Deo reconciliamur. Hanc uero apprehendere nõ possis, quin & sanctificationẽ simul apprehẽdas. Datus est enim nobis in iustitiã, sapientiã, sanctificationẽ, redemptionẽ. Nullum ergo Christus iustificat, quem nõ simul sanctificet. Sunt enim perpetuo & indiuiduo nexu coniuncta hæc beneficia, ut quos sapientia sua illuminat, eos redimat: quos redimit, iustificet: quos iustificat, sanctificet. Sed quia de iustitia & sanctificatione tantum quæstio est, in ijs insistamus. Inter se distinguamus licet, inseparabiliter tamen utramque Christus in se continet. Vis ergo iustitiam in Christo adipisci? Christum ante possideas oportet, possidere autem non potes, quin fias sanctificationis eius particeps: quia in frusta discerpi non potest. Cum ergo hæc beneficia, non nisi se ipsum erogando, fruenda nobis Dominus cõcedat: utrumq; simul largitur, alterum nunq̃ sine altero. Ita liquet, q̃ uerum sit, nos non sine operibus, neq; tamen per opera iustificari. quoniam in Christi participatione, qua iustificamur, nõ minus sanctificatio continetur, quàm iustitia.

Illud quoq; falsissimum est, abduci hominum animos ab affectu bene agendi, cum illis merendi opinionem tollimus. Nam q; aiunt nullam fore curam bene instituendę uitæ, nisi spe mercedis proposita, tota uia errãt. si enim hoc tantum agitur, ut homines mercedem spectent, cum Deo seruiunt, & illi suas operas locent aut uendant, parum proficitur. Gratis coli uult, gratis amari. hunc, inquam, cultorem probat, qui præcisa omni spe recipiendæ mercedis, colere tamen eum non desinat. Porrò si incitandi sunt homines, nemo possit acriores admouere stimulos, q̃ à redemptionis ac uocationis nostræ fine. quales adhibet uerbum Domini, cum tradit sanguine Christi emundari ab operibus mortuis conscientias nostras, ad seruiendum Deo uiuenti. Liberatos esse nos è manu hostium nostrorum, ut sine timore, seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus uitæ nostræ. In hoc apparuisse gratiam Domini, ut abnegata omni impietate, & mundanis desideriis, sobrie, sancte, & pie uiuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem & apparitionem gloriæ magni Dei & saluatoris. Quare nos non esse constitutos, ut iram nobis concitemus, sed ut salutem cõsequamur per Christum. nos esse templa Spiritus sancti, quæ prophanari sit nefas. nos tenebras non esse, sed lucem in Domino, quos ut filios lucis ambulare oporteat. nos non ad immundiciem uocatos, sed ad sanctitatem: quia hæc sit uoluntas Dei, sanctificatio nostra, ut nos abstineamus ab illicitis desideriis. uocationem nostrã esse sanctam: ei non responderi, nisi uitę puritate. In hoc nos esse liberatos à peccato, ut iustitiæ obediamus. An incitari ad charitatẽ ullo uiuaciori argumẽto possimus, q̃ illo Ioannis: ut mutuo nos diligamus, quemadmodũ dilexit nos

2. Pet. pri.
Hebr. 9
Luc. pri.
Tit. 2
1. Thes. 5.
Ephe. 2.
2. Cor. 6.
1. The. 4.
Roma. 6
1. Ioan. 4.
Rom. 14

nos Deus. In hoc differre eius filios à filijs diaboli, filios lucis à filijs tenebrarum, quia in dilectione manent, illo item Pauli: nos, si Christo adhæremus unius esse corporis membra, quæ inuicem adiuuari mutuis officijs conueniat. An ad sanctitatem fortius prouocari? quàm dum rursum ab Ioanne audimus, omnes qui habent hanc spem, sanctificare seipsos: quoniam Deus eorum sanctus est. Q̃ dum Christum audimus, se nobis exemplar proponentem ut sua uestigia sequamur? Atq; hęc quidē paucula tantum in gustum proposui. Nam si singula persequi esset animus, longum uolumen cōtexendum foret. Toti paræneſibus, adhortationibus, castigationibus pleni sunt Apostoli, quibus hominem Dei ad omne opus bonum instituant idque citra meriti mentionem. Quin potius inde potissimas ducunt exhortationes, quòd nullo nostro merito, sola Dei misericordia, stet nostra salus. Quemadmodum Paulus, ubi tota epistola disseruit, nullam esse nobis spem uitæ, nisi in Christi iustitia: ubi ad paræneses descendit, per illam Dei miserationem, qua nos dignatus est, obsecrat. Et sane hæc nobis una causa satis esse debuerat, ut Deus in nobis glorificetur. quod si qui Dei gloria non adeo uehementer afficiuntur, memoria tamen beneficiorum eius sufficientissima est, quæ tales ad benefaciendum incitet. Verum isti quia seruilia forte aliqua coactaq; legis obsequia ingerendis meritis extundunt: metiuntur nos nihil habere, quo ad bona opera exhortemur: quia non eadem ingredimur uia. Quasi uero talibus obsequijs ualde oblectetur Deus, qui profitetur se hilarem datorem diligere: & quicquàm dari, quasi ex tristitia aut necessitate, uetat. Neq; id dico quòd id uel respuam, uel negligam adhortationis genus, quòd scriptura sæpenumero usurpat, ne ullam omittat nos undiq; animandi rationem. Cōmemorat enim mercedem, quam Deus redditurus sit unicuiq; secundum opera sua. sed illud, unicum, atq; etiam in multis præcipuum esse, nego. Deinde, exordium inde sumendum non concedo. Ad hęc, nihil facere ad erigenda, qualia isti prædicant, merita contendo: quemadmodum postea uidebimus. postremo neq; usui esse, nisi doctrina illa præoccupauerit, solo Christi merito, quod per fidem apprehendatur, nos iustificari: nullis autem operum nostrorum meritis: quia nulli ad sanctitatis studium apti esse possunt, nisi qui doctrinam hanc prius imbiberint. Quod & Propheta pulchre innuit, dum sic Deum alloquitur, Apud te est propiciatio Domine, ut timearis. nullum enim esse Dei cultum ostendit, nisi agnita eius misericordia, qua sola & fundatur, & stabilitur.

1. Ioan. 3.
Ioan. 15
Rom. 12
Matt. 5.
Chrysost. Homili. in Genes. 28
2. Cor. 9
Psal. 130

Longe uero futilissima calumnia, inuitari ad peccandum homines, cum gratuitam peccatorum remissionem, in qua collocatam ducimus iustitiā, affirmamus. Tanti enim esse dicimus, ut nullo nostro bono pensari possit. Ideoq; nunquàm impetrandam, nisi gratuita foret. Porrò nobis quidem esse gratuitam, Christo nō item, cui tam magno cōstitit. Nempe suo sacratissimo sanguine, extra quem nullum satis dignum precium fuit, quòd Dei iudicio solueretur. Hæc cum docentur homines, admonentur per ipsos non stare, quo minus toties sacratissimus ille sanguis effundatur, quoties peccant. Ad hoc, dicimus eam esse nostram fœditatem, quæ nisi huius purissimi sanguinis fonte nunquàm eluatur. Hæc qui audiunt, an non maiorem debent concipere horrorem peccati, quàm si bonorum operum aspersione abstergi diceretur? Et siquid Dei habent quomodo non horreant, semel purificati, denuo se in lutum prouoluere, quo huius fontis puritatem, quantum in se est, conturbent & inficiant? Laui pedes meos, inquit fidelis anima apud Solomonem, quomodo rursum inquinabo illos? Nunc palam est, utri & uiliorem peccatorum remissionem faciant, & iustitiæ dignitatem magis prostituant. Illi Deum friuolis suis satisfactionibus, hoc est stercoribus, placari nugant. Nos grauiorem asserimus esse peccati noxam, quàm quæ tam leuibus nugis expietur: grauiorem Dei offensam, quàm quæ his nihili satisfactionibus remittatur: proinde hanc solius sanguinis prærogatiuam esse. Illi iustitiam, sicubi deficiat, instaurari dicūt ac reparari satisfactorijs operibus. nos preciosiorem esse putamus, quàm ut æquari ulla operum compensatione queat. Ideo, ut restituatur, ad solam Dei misericor-

Canti. 5

misericordiam confugiendum esse. Cætera, quæ ad peccatorum remissionem pertinent, ex capite nono petantur.

Nunc persequamur alia quoq; argumenta: quibus Sathan, per suos satellites, fidei iustificationem aut diruere, aut deterere, molitur. Illud iam excussum esse puto calumniatoribus, ne nobiscum perinde agant, atq; bonorum operum inimicis, siquidem operibus detrahitur iustificatio, nō ut nulla bona fiant opera, aut bona esse negentur, quæ fiunt: sed ne illis fidamus, ne gloriemur, ne salutem adscribamus. Fiducia enim hæc nostra est, hæc gloria & unica salutis anchora, q̄ Christus Filius Dei noster est, ac nos in ipso uicissim filij Dei regniq; cœlestis hęredes Dei benignitate, non nostra dignitate, in spem æternæ beatitudinis uocati. Sed quia aliis præterea machinis, ut dictum est, nos impetunt: age in illis quoq; propulsandis pergamus. Primum redeunt ad legales promissiones, quas legis suæ cultoribus edidit Dominus. Et rogant, uelimus ne irritas esse prorsus, an efficaces? irritas dicere quoniā absonum ac ridiculum fuerit: pro confesso assumunt, alicuius esse efficaciæ. Hinc raciocinantur, non sola fide nos iustificari. sic enim Dominus loquitur. Eritq;, si audieris præcepta & iudicia hæc, custodieriscq; ea & feceris, custodiet etiam tibi Dominus pactum & misericordiam, quam iurauit patribus tuis: diliget te ac multiplicabit, & benedicet tibi. & cæt. Item. Si benedixeritis uias uestras, & studia uestra, non ambulaueritis post Deos alienos, iudicium feceritis inter virum & virum, nec in malitiam recesseritis, ambulabo in medio uestri. Nolo mille eiusdem formæ frustra recitare, quæ quando nihil sensu differunt, istarū solutione explicabuntur. summa, proposita testatur Moses in lege benedictionē & maledictionem: mortem & uitam. aut benedictionē istam ociosam infructuosamq; faciamus, oportet: aut non solius esse fidei iustificationem. Iam supra ostendimus, quomodo si in lege hæreamus, omni benedictione defectis, sola nobis maledictio imminet, quę uniuersis transgressoribus edicta est. nō enim promittit Dominus quippiā, nisi perfectis legis suę cultoribus, qualis nemo reperitur. Manet igitur illud, totum hominum genus per legem argui, maledictioni & iræ Dei obnoxium: à qua ut soluantur, è potestate legis exire necesse est, & uelut ab eius seruitute in libertatem asseri: non carnalem quidē illam, quę ab obseruatione legis nos subducat, ad rerum omnium licentiam inuitet, concupiscentiam nostrā, uelut ruptis repagulis, aut effusis habenis lasciuire permittat: sed spiritualem, quæ perculsam & consternatam conscientiam soletur & erigat, liberam illam ostendens à maledictione ac damnatione, qua illam lex uinctam ac constrictam premebat. Hanc à subiectione legis liberationem, & ut ita dicam, manumissionē assequimur, cum, per fidem, misericordiam Dei in Christo apprehendimus, qua securi certiq; reddimur de peccatorum remissione, quorum sensu pungebat nos lex ac mordebat. Hac ratione, & quæ in lege nobis offerebant promissiones, inefficaces forent oēs & irritæ, nisi Dei bonitas per Euangelium succurreret. Hæc enim conditio, ut legem perficiamus, à qua ipsæ pendent, & à qua demum præstandæ sunt, nunquam implebitur. Sic autē opitulatur Dominus, nō partem iustitiæ in operibus nobis relinquendo, partem ex sua indulgentia sufficiendo: sed dum unicum Christū pro iustitiæ complemento assignat. Nam Apostolus præfatus se alioscq; Iudæos, scientes quod ex legis operibus nō iustificatur homo, in Iesum Christum credidisse: rationē subiicit, nō ut adiuuarentur ad iustitiæ summā, ex fide Christi: sed ut illa iustificarentur, nō ex operibus legis. Si fideles à lege in fidem demigrant, ut in hac iustitiam inueniant, quā abesse ab illa uident: certe iustitiæ legis renunciant. Itaq; amplificet nunc qui uolet retributiones, quæ legis obseruatorē manere dicuntur: modo simul animaduertat, nostra prauitate fieri, ne fructū inde ullum sentiamus, donec aliā ex fide iustitiam fuerimus adepti. Sic Dauid, ubi retributionis meminit, quā præparauit seruis suis Dñs statim ad peccatorum recognitionē descēdit, quibus illa exinanitur. Psal. 19. magnifice legis beneficia depredicat: sed continuo exclamat. Delicta qs intelliget? ab occultis meis munda me Dñe. Item alibi, cum dixisset, cunctas uias Domini bonitatē & ueritatem, timentibus eum, subnectit. Pro

Deut. 7.
Ieremi. 7.
Deut. 21.
Galat. 2.
Psal. 25.

c pter

pter nomen tuum Domine propiciaberis prauitati meæ, multa est enim. sic & nos recognoscere debemus, expositam quidem esse nobis in lege Dei beneuolentiã, si operibus eam demereri liceat; sed illorum merito nunq̃ ad nos peruenire. Quid ergo? an datæ sunt, ut sine fructu euanescerent? Iam nuper testatus sum, non esse id meæ sententiæ, dico sane, efficaciam suam ad nos nõ proferre, q̃ diu ad operũ me-
Leuit. 18. rita respiciunt, quare, si in se cõsyderentur, q̃dammodo aboleri. Sic præclaram illã
Ezech. 20. promissionem, dedi uobis bona præcepta, quæ q̃ fecerit, uiuet in ipsis, nullius momenti esse Apostolus docet, si in ea resistamus, nec pilo plus profuturam, q̃ si data nõ esset, qa ne sanctissimis quidem Dei seruis cõpetit: qui procul oẽs absunt à legis cõplemento, multis uero transgressionibus sunt circundati. Sed dum promissiones Euangelicæ substituuntur, quæ gratuitam peccatorũ remissionẽ denuncient, nõ efficiunt modo, ut ipsi Deo accepti simus: sed ut operibus quoq; nostris sit sua gratia, neq; hoc tm̃, ut ea Dñs grata habeat: sed benedictionibus etiam, quę ex pacto debebant legis suæ obseruationi, psequatur. Fateor ergo fideliũ operibus rependi, quę iustitię & sanctitatis cultoribus in lege sua Dñs promisit, uerũ in hac retributione cõsideranda semper est causa, q̃ gratiam operibus conciliet. Eam porro triplicẽ esse cernimus. Prima est, quod Dñs, auerso ab operibus serui sui intuitu, quæ confusionẽ magis quam laudẽ perpetuo merentur, ipsum in Christo complectitur, ac sola fide intercedente, citra operum subsidium, reconciliat sibi. Altera, q̃ opera, nõ æstimata eorum dignitate, paterna benignitate atq; indulgẽtia huc honoris attollit, ut alicuius precij habeat. Tertia, q̃d ea ipsa cum uenia suscipiat, nõ imputata imperfectione, qua omnia inquinata, peccatis magis quã uirtutibus accensenda alioq; foret. Atq; hinc apparet, quanto opere delusi sint sophistę, q̃ belle se absurda oĩa euasisse putarũt cum dicerent, nõ intrinseca sua bonitate ualere opera ad salutẽ demerendam, sed ex pacti ratione: quia Dñs liberalitate sua tanti ęstimauit. Atq; non obseruabãt interim, q̃ meritoria opera esse uolebant, quantũ abessent à promissionum conditione, nisi & iustificatio sola fide subnixa, & peccatorum remissio, per quam à maculis bona quoque opera abstergi necesse habent, præcederet. Itaq; ex tribus diuinæ liberalitatis causis, quibus fit, ut accepta sint fidelium opera, unam tantam adnotabant, duas, & eas quidem præcipuas, supprimebant.

Acto. 10. Citant Petri sententiã, quam Lucas in actis recitat: in ueritate cõperio, q̃d non sit personarũ acceptor Deus: sed in omni gente, q̃ facit iustitiã, acceptus est illi. Atque hinc, quod minime dubiũ esse uidet, colligunt: si rectis studijs cõciliat sibi homo Deum, nõ solius esse Dei beneficiũ, quod salutẽ consequitur. imò sic pro sua misericordia Deum peccatori succurrere, ut operibus ad misericordiam flectatur. Verũ scripturas nullo modo conciliare possis, nisi duplicẽ hominis apud Deum acceptionẽ recognoscas. Qualis enim natura est homo: nihil in eo reperit Deus, q̃ ad misericordiam inclinetur, præter unicam miseriam. Nudum ergo & egenum omnis boni, omni cõtra malorum genere refertũ & oneratum hominẽ, si constat esse, ubi primũ à Deo suscipit: quam ob dotem, quęso, dignum illũ Domini uocatione dicemus? faceßat ergo inanis meritorũ imaginatio: ubi gratuitam clementiam Dominus tam euidenter cõmendat. Nam quod ibidem Cornelio, angeli uoce, dicitur, orationes eius & eleemosynas ascendisse in Dei conspectũ, pessime detorquetur ab ijs, præperari hominẽ recipiendam Dei gratiam bonorum operum studio. Iam enim spiritu sapientiæ illuminatum fuisse Cornelĩũ oportuit, qui uera sapientia, timore scilicet Dei, præditus erat. eodem spiritu sanctificatum, qui iu-
Galat. 5. stitiæ cultor erat, quam illius certissimum esse fructum. Apostolus docet. Ea itaq; omnia, quæ Deo placuisse in eo referuntur, habebat à Dei gratia: tantum abest, ut ad eam recipiendam illis suo marte se præpararet. Nulla sane scripturæ syllaba proferetur, quæ non huic doctrinæ consentiat. Nullam esse aliam Deo causßam hominis ad se recipiendi: nisi qa modis omnibus perditũ uidet, si sibi relinquatur. Perditum autem quia non uult, suam in ipso liberando misericordiam exercere. Nunc uidemus, ut ista acceptio non hoĩs iustitiã spectet: sed purũ sit diuinę, erga miseros, tantoq; beneficio lõge indignissimos peccatores, bonitatis documentũ.

Postquam

Postquam uero Dominus hominem ex abyssо perditionis reductū sibi per gratiam adoptionis segregauit: quia illum regenerauit ac reformauit in nouam uitā, iam ut nouam creaturam, cum Spiritus sui donis, amplectitur. Hæc illa est acceptio, cuius meminit Petrus: qua post suam uocationem Deo fideles approbātur, operum quoq; respectu: quia Dominus non amare & oscularí non potest, quæ per Spiritum suum in illis effecit bona. Verū id semper memoria repetendū est, non aliter operum ratione illos esse Deo acceptos, nisi qa illorum caussa & gratia Dominus ipsa opera, sua acceptione dignatur. Vnde enim illis bona opera, nisi q Dominus illos, quemadmodum uasa in honorem elegit, ita vult uera puritate exornare? Vnde etiam bona reputantur, ac si nihil illis deesset? nisi q næuis & maculis, quæ illis adhæresc unt, ueniam benignus Pater indulget. In summa nihil aliud significat hoc loco, q̄ gratos esse Deo, & amabiles suos Filios, in quibus notas & lineamenta uultus sui uidet. Regenerationem enim alibi, imaginis diuinę reparationem in nobis esse, docuimus. Quoniam ergo, ubicunq; faciem suam Deus contemplatur, & merito amat, & in honore habet, non sine caussā dicitur illi placere fidelium uita, ad sanctitatem & iustitiam composita: sed quia pij, mortali carne circūdati, adhuc sunt peccatores, & opera eorū bona, inchoata duntaxat, & carnis uicium redolentia, neq; illis, neq; his, propitius esse potest, nisi in Christo magis quam in seipsis, amplexetur. In hunc modum accipiendi sunt loci, qui clementem ac misericordē iustitiæ cultoribus Dñm testantur. Dicebat Moses Israelitis. Deut. 7. Dominus Deus tuus custodiens pactum ac misericordiam diligentibus se, & custodientibus præcepta sua in mille generationes. quæ sententia in frequentem formulam usurpata postea à populo fuit. Sic Solomo in solemni precatione. Dominus Deus Israel, qui custodis pactum & misericordiā seruis tuis q̄ ambulant corā te, in toto corde suo. Eadē verba & à Nehemia repetuntur. Siquidem ut in omnibus misericordię suę pactis integritatem ac sanctimoniā uitę uicissim à seruis suis Dominus stipulatur, ne ludibrio sit sua bonitas, neue quis inani ob eam exultatio ne turgidus, benedicat animæ suæ, ambulans interim in prauitate cordis sui: ita in Deute. 29. fœderis communionem admissos, vult hac uia in officio continere. Nihilo tamen minus fœdus ipsum, & gratuitum initio feritur, & perpetuo tale manet. 2. Reg. 8. Nehe. 1.

Atq; hic obiter notare profuerit, quid distent istæ loquendi formæ à legalibus promissionibus. Legales promissiones appello nō quæ ubiq; sparsæ sunt in libris Mosaicis: quando in illis quoq; Euangelicæ multæ occurrunt: sed quę proprie ad legis ministerium pertinent. Euiusmodi promissiones, quocunq; nomine uocare libeat, sub conditione, si feceris quod tibi præcipitur, paratam esse remunerationē denunciāt. At cum dicitur Dominum custodire pactum misericordię ijs qui se diligunt, magis demonstratur, quales sunt serui Domini, qui bona fide eius fœdus susceperint, quàm exprimatur caussa, cur illis Dominus benefaciat. Hęc porrò de monstrationis ratio. Quemadmodum in hunc finem æternæ uitæ gratia nos dignatur Dominus, ut diligatur, timeatur, colatur à nobis: ita quęcunq; misericordię in scriptura promissiones habentur, merito ad hunc diriguntur finem, ut reuereamur & colamus beneficiorum authorem. Quoties ergo audimus Dominum benefacere ijs qui legem suam obseruant, meminerimus Dei filios ab officio designari, quod in illis perpetuum esse debet. Hac ratione à Domino nos esse adoptatos, ut ipsum patris loco ueneremur. Ne ergo ipsi adoptiōis iure nos abdicemus: huc semper enitendum, quò tendit nostra uocatio. Id tamen rursum teneamus, nō pendere ab operibus fidelium, complementum misericordiæ Domini. Sed Dominum ideo salutis promissionem adimplere in ijs, qui uitæ rectitudine suæ uocationi respondent, quia in illis germana demum filiorum insignia agnoscit, qui spiritu eius ad bonum reguntur. Huc referatur, quod est in Psalmo decimo quinto, de ciuibus Ecclesiæ. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, & quis requiescet in monte tuo sancto? innocens manibus & mundo corde & cæt. Item apud Iesaiam. Quis habitabit cum igne deuorante? Qui facit iustitiam, loquitur recta: Iesaiæ. 33. & cætera. Non enim firmamentum, quo fideles coram Domino subsistant, descri-

bitur: sed modus, quo & in suum consortium eos clementissimus Pater introducit, & in ipso tuetur & confirmat. Quia enim peccatum detestatur, iustitiam amat: quos sibi coniungit, eos spiritu suo purificat, ut, sibi regnoque suo reddat conformes. Ergo si prima caussa quęratur, unde patefiat sanctis accessus in Dei regnum, unde habeant, ut consistant in eo ac permaneant, prompta est responsio, ꝙa Dñs eos sua misericordia & adoptauit semel, & ꝓpetuo tuet. Si aũt de modo quęstio est, tũ ad regenerationẽ est descendendũ, eiusꝙ fructus, ꝙ Psalmo illo recensent;

At uero plus longe difficultatis esse uidetur in his locis, qui & bona opera iustitiæ titulo insigniunt, & hominẽ illis asserunt iustificari. Plurimi sunt prioris generis, ubi mandatorũ obseruationes, iustificationes uocantur, seu iustitiæ. Alterius generis exemplũ est, quod apud Mosen habetur. Erit hæc iustitia nostra, si custodierimus præcepta ista omnia, ac si promissionẽ esse legalem excipias, quę adnexa cõditioni impossibili, nihil probet: sunt alia, de quibus idem respondere nõ possis, quale est illud. Eritꝙ tibi id pro iustitia coram Dño, reddere pauperi depositum. &c. Item quod Propheta dicit, zelum, in uindicando Israelis probro, imputatũ fuisse Phinees in iustitiã. Itaꝙ Pharisæi nostri temporis amplam insultandi materiã hic se habere putant. Nam cum dicamus erecta fidei iustitia cedere operum iustificationẽ, eodem iure argumentantur. si ex operibus iustitia, ergo falsum est nos sola fide iustificari. Quòd legis obseruationes nuncupantur iustitiæ, nihil mirũ, sunt enim reuera. Neꝙ hoc denegamus legi Dei, quin perfectã iustitiam cõtineat. Tametsi enim quia debitores sumus omniũ quæ præcipit, etiam plena eius obedientia defuncti, serui inutiles sumus: quia tamẽ eam honore iustitiæ Dñs dignatus est: nõ detrahemus quod ille dedit. Fatemur ergo lubenter absolutã legis obedientiam, esse iustitiã: mandati uniuscuiusꝙ obseruationẽ, esse iustitiæ partẽ: siquidem in reliquis etiã partibus tota iustitiæ summa cõstet. Sed extare usquãta lem iustitiæ formã negamus. Atꝙ ideo legis iustitiã tollimus, nõ quod manca per se sit ac mutila: sed quod ob carnis nostrę debilitatẽ, nusquã compareat. Atquí nõ modo præcepta Dñi simpliciter scriptura iustitias uocat, sed operibus quoꝙ sanctorum tribuit hoc nomẽ. Vt cum Zachariã & eius coniugẽ refert ambulasse in iustitijs Dñi. sane dum ita loquitur, opera magis ex legis natura æstimat, quã propria ipsorum conditione. Dominus enim ea, quæ lege continentur, mandauit hominibus in iustitiam: sed eam iustitiam non exequimur, nisi totam legem obseruãdo. Qualibet enim transgressione corrumpitur. Cũ ergo lex nihil nisi iustitiã prę scribat: si in ipsam respicimus, iustitiæ sunt, singula eius mandata. Si homines spectamus, à quibus fiunt: iustitiæ laudẽ minime consequunt ex uno opere, in multis transgressores. & ex eo opere, ꝙd aliqua semꝑ ex parte, propter imperfectionẽ, uitiosum est. Sed uenio ad secundũ genus, in quo præcipua est difficultas. Nihil magis firmũ habet Paulus, ad probandam fidei iustitiam, quam ꝙ de Abraham scribitur, fidem illi suam ꝓ iustitia imputatam fuisse. Cũ ergo editũ facinus à Phinees, imputatum illi fuisse ad iustitiam dicatur, quod de fide cõtendit Paulus, licebit nobis de operibus ratiocinari. Proinde aduersarij nostri, quasi re euicta, constituunt nos quidẽ sine fide nõ iustificari: sed neꝙ per eam iustificari solã. Opera esse, quæ iustitiam nostram impleant. Ego hic pios obtestor, ut si ueram iustitię regulam ex sola scriptura petendam norunt, mecũ religiose & serio expendant, quomodo scriptura secum ipsa, sine cauillis, rite cõciliari possit. Cum sciret Paulus fidei iustificationẽ suffugium esse ijs, ꝙ propria iustitia deficiuntur: audacter infert iustitia operũ excluſos, quicunꝙ fide iustificantur. Qm̃ uero constat omniũ illam esse fideliũ communem, ex eo pari fiducia constituit, operibus neminẽ iustificari, quin magis contra nullo operũ adminiculo, iustificari. Sed aliud est disputare, ꝙd per se ualeant opa: aliud q̃ loco, post stabilitam fidei iustitiam, habenda sint. Si operibus statuendum est pro dignitate sua precium, indigna esse dicimus, quæ in conspectum Dei prodeant. Ideo nihil operum habere hominem, quo apud Deum glorietur. Inde omni operum adminiculo exutum sola fide iustificari. Eam porrò iustitiam definimus, ꝙ in Christi cõmunionem receptus peccator, eius gratia, Deo reconciliatur:

Deut. 6.

Deut. 24.

Psal. 105.

Luce. 1.

ciliatur: dum illius sanguine purificatus, peccatorum remissionem obtinet: et iusti
tia, nõ secus ac propria, uestitus, coram cœlesti tribunali securus subsistit. Præpo=
sita peccatorum remissione, quæ iam sequuntur bona opera, aliam, q̃ à suo meri=
to, æstimationem habent: quia quicquid in illis est imperfectũ, Christi perfectione
contegitur, quicquid næuorum est aut sordium, eiusdẽ puritate abstergitur, ne in
iudicij diuini quæstionem ueniat. Obliterata igitur omniũ transgressionum cul=
pa: quibus impediuntur homines, ne quicq̃ Deo gratum proferant, sepulto etiam
imperfectionis uitio, quod bona quoq; opera fœdare solet: q̃ fiunt à fidelibus bo=
na opera, iusta censentur, uel quod idem est, in iustitiam imputantur. Nunc mihi
si quis istud obiectet, ad impugnandam fidei iustitiam, primum interrogabo: num
homo iustus censeatur ob unum aut alterum sanctum opus, reliquis uitæ operi=
bus legis transgressor? Plusquàm absurdum quidem est. Deinde requiram, an ob
multa quoq; bona opera? siquidem præuaricationis, aliqua in parte, reus tenetur.
Ne hoc quidem contendere audebit, reclamantæ legis sanctione, maledictosque
omnes proclamante, qui nõ omnia legis mandata ad ultimũ impleuerint. Adhæc
ultra progrediar. Sed ne ullum opus, quod nullius impuritatis aut imperfectio=
nis argui mereatur? Et quomodo esset coram ijs oculis, quibus nec stellæ satis
mundæ sunt, nec angeli satis iusti? Ita nullum extare bonum opus, concedere co=
getur, quod nõ & appositis sibi transgressionibus, & sua ipsius corruptione, pol=
lutione, ne iustitiæ honorem teneat. Quod si constat, à iustificatiõe fidei proficisci,
ut opera impura alioqui, immunda, dimidiata, indigna Dei conspectu, nedũ amo
re: iustitiæ imputentur: quid huius iactatione, destruere illam moliuntur, quæ si
non esset, hanc frustra iactarent? uipereum ne partum facere uolunt? Eò enim ten
dunt impiorum dicta, fidei iustificationem principium, fundamentum, caussam,
argumentum, substantiam operum iustitiæ non possunt inficiari. Concludunt ta
men fide non iustificari hominem, quòd bona opera quoq; in iustitiam reputen=
tur. Omittamus ergo istas ineptias, & quod res est, fateamur. Si à fidei iustifica=
tione dependet, qualiscunq; tandem censetur operum iustitia, non modo per hãc
nihil imminui: sed potius confirmari: quo nimirum uis eius potentior elucet. Ne=
que etiam sic putemus commendari post gratuitam iustificationem opera, ut &
ipsa in locum iustificandi hominis postea succedant: aut eiusmodi officium cum
fide partiantur. Nisi enim perpetuo maneat solida fidei iustificatio, illorum im=
mundicies detegeret. Nihil autem absonum est, sic fide hominem iustificari, ut nõ
ipse modo iustus sit, sed opera quoque eius, supra dignitatem, iusta censeantur.
Hac ratione concedemus, non partialem modo in operibus iustitiam, quod ipsi
aduersarij uolunt: sed perinde approbari Deo, ac si perfecta absolutaq; foret. Sed
si meminerimus, quo fundamento fulciatur: soluta erit omnis difficultas. Gratũ
enim opus tunc demũ esse incipit, ubi cũ uenia suscipitur. Porrò tum unde uenia?
nisi quia Deus nos & nostra omnia in Christo intuetur? Quemadmodum ergo
nos ipsi, ubi in Christum insiti sumus, ideo iusti apparemus coram Deo, quia eius
innocentia conteguntur nostræ iniquitates, sic opera nostra iusta sunt & haben=
tur, quia quidquid aliàs vitij in ipsis est, Christi puritate sepultum non imputatur.
Ita merito dicere possumus, sola fide non tantum nos, sed opera etiam nostra iu=
stificari. Iam si ista qualiscunque operum iustitia à fide & gratuita iustificatione
pendet, & ab ea efficitur: debet sub eam includi, & tanquàm effectus caussæ suæ,
ut ita loquar, subordinari. Tantum abest, ut erigi debeat ad illam uel destruendã
uel obscurandam. Sic Paulus ut extorqueat, beatitudinem nostram, Dei miseri= *Psal. 31.*
cordia, non operibus constare: urget maxime illud Dauidis. Beati quorum re= *Psal. 113.*
missæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus cui non imputauit *Prouer. 14.*
Dominus peccatum. Si quis contra obtrudat innumera elogia, quibus uidetur *Psal. 1.*
beatitudo operibus dari. qualia sunt, Beatus vir qui timet Dominum, qui mise= *Iacob. 1.*
retur pauperis, qui non ambulauit in concilio impiorum, qui suffert tentationem. *Psal. 106. & 119.*
Beati qui custodiunt iudicium, immaculati pauperes spiritu, mites misericor= *Matth. 5*
des, & cæte. non efficient, quò minus uerum sit, quod ait Paulus. Quoniam enim

illa,quę prędicantur,omnia nunquam sic sunt in homine, ut Deo per se approbẽ
tur: conficitur,miserum semper esse hominem,nisi à miseria,per ueniam peccato
rum eximatur. Quoniam ergo uniuersa, quæ scripturis extolluntur, beatitudinis
genera,irrita concidunt,ut nullius fructum percipiat homo,nisi beatitudo in pec
catorum remissione obtineatur, quæ deinde illis locum faciat: sequitur hanc esse
non modo summam & præcipuam: sed unicam, nisi forte uelis ab illis eneruari,
quæ in ea sola consistunt. Multo iam minus rationis est,cur nos conturbare debe
at appellatio iustorum,quæ fidelibus plærunq; tribuitur. Iustos certe à uitæ sanctimonia nuncupari fateor,sed cum in iustitiæ studium magis incumbant, quàm iustitiam ipsam impleant: qualemcunq; hanc iustitiam, fidei iustificationi cædere par est,unde habet id quod est.

Sed enim cum Iacobo plus adhuc negocij nobis restare aiunt, ut qui aperta uo
Iacob. 2. ce nobis repugnet, docet enim & Abraham ex operibus fuisse iustificatũ, & nos quoq; omnes operibus iustificari,nõ sola fide. Quid igitur? pertrahent ne in certamen Paulũ cum Iacobo? Si Iacobum pro Christi ministro habent, sic accipienda est eius sententia,ne à Christo,per os Pauli loquente,dissentiat. Spiritus per os Pauli asserit,Abraham fide,non operibus,iustitiam fuisse consecutum: nos quoq; fide,sine operibus legis, iustificari. Idem spiritus per Iacobum tradit, & Abrahæ, & nostram iustitiam,operibus,non fide tantum,constare. Spiritum secum nõ pugnare certum est. Quæ erit ergo istorum concordia? aduersarijs abunde est,si cõuellerint,quam altissimis radicibus stabilitam uolumus,fidei iustitiam: suam autem conscientijs tranquillitatem reddere,non magnæ curę est,unde uideas quidę eos fidei iustificationem strenue arrodere,sed nullam interim constituere iustitiæ metam,ubi conscientiæ sistantur. Triumphent ergo,ut libet: modo non aliam iactare uictoriam possint,quam omnem iustitiæ certitudinem se sustulisse. Ac miseram quidem hanc uictoriam obtinebunt,ubi extincta ueritatis luce, mendaciorũ tenebras offundere illis Dominus permittet. Vbicunq; autem stabit Dei ueritas, nihil proficient. Nego itaq; Iacobi sententiam,quam assidue tanq; Achillis clypeum nobis obtendunt,illis uel tantillum suffragari. Id quò planum fiat,intuendus primum erit Apostoli scopus. deinde obseruandum,ubi hallucinentur. Quoniam tum erant plærique (quod malum in Ecclesia perpetuum esse solet) qui infidelitatem suam manifeste prodebant,quæcunq; propria sunt fideliũ opera negligendo,ac omittendo: falso tamen fidei nomine gloriari non desinebant: stolidam talium fiduciam hic eludit Iacobus. Non est ergo illi propositum,uere fidei uim ulla ex parte deterere: sed ostendere, quam inepte nugatores isti uacuæ eius imagini tantum arrogarent,ut hac contenti,secure diffluerent in omnem uitiorum licentiam. hoc statu concepto, facile erit animaduertere, ubi peccent nostri aduersarij. Incidunt enim in duplicem paralogismum. Alterum in fidei uocabulo. Alterum in verbo iustificandi. Quòd fidem nominat Apostolus,inanem opinionem, procul à fidei ueritate disitam, concessionis est Rhetoricæ. Quod ab initio ipse demonstrat his uerbis. Quid prodest,fratres mei, si quis fidem dicat se habere,opera autem non habeat? non dicit,si fidem quis habeat sine operibus: sed si iactet. Clarius etiam paulò post,ubi deteriorem diabolica notitia per ludibriũ facit: postremo,ubi mortuam uocat. Sed à definitione sufficienter deprehendas,q̃d uelit. Tu credis,inquit,quód Deus est,sane si nihil in ista fide continetur,nisi ut credaĩ Deum esse: iam nihil mirum est, si non iustificet. Nec uero dum hoc illi adimitur, quidquàm derogari putemus fidei Christianæ,cuius lõge diuersa est ratio. Quo enim modo uera fides iustificat, nisi dum nos Christo conglutinat,ut unum cum illo facti, participatione iustitiæ eius fruamur? non ergo eò iustificat, quòd diuinæ essentiæ notitiam concipiat: sed quod in misericordiæ certitudine recumbit. Nondum scopum attigimus: nisi discutiamus & alterum paralogismum. siquidem iustificationis partem in operibus Iacobus reponit. Si & reliquis scripturis & sibi ipsi consentaneum Iacobum facere uelis, necessarium est, iustificandi uerbum alio significatu accipere, quam apud Paulum. Iustificari

cari enim dicimur Paulo, cum obliterata iniuſtitiæ noſtræ memoria, iuſti reputamur. Eò ſi ſpectaſſet Iacobus, præpoſtere citaſſet illud ex Moyſe. Credidit Abraham Deo &c. ſic enim contexit. Abraham operibus conſecutus eſt iuſtitiam, quòd filium immolare, iubente Deo, non dubitauit. Atque ita impleta eſt ſcriptura, quæ dicit illum credidiſſe Deo, & imputatum ei ad iuſtitiam. Si abſurdum eſt, effectum eſſe ſua cauſa priorem: aut falſo teſtatur Moyſes eo loco, imputatam fuiſſe Abrahæ fidem in iuſtitiam: aut ex ea, quam in Iſaac offerendo præſtitit, obedientia iuſtitiam non fuit promeritus. Nondum concepto Iſmaele, qui iam adoleuerat, antequàm Iſaac naſceretur, fide ſua iuſtificatus fuit Abraham. Quomodo igitur dicemus, obedientia diu poſt ſecuta: iuſtitiam ſibi comparaſſe? Quare aut perperam ordinem inuertit Iacobus (quod cogitare eſt nefas) aut iuſtificatum noluit dicere, quaſi promeritus ſit, ut iuſtus cenſeretur. Quid ergo? certe de iuſtitiæ declaratione, non autem imputatione ipſum loqui apparet. Ac ſi diceret. Qui uera fide iuſti ſunt, ij ſuam iuſtitiam obedientia boniſq; operibus probant, non nuda & imaginaria fidei larua. In ſumma, non diſputat qua ratione iuſtificemur: ſed iuſtitiam operatricem à fidelibus requirit. Et quemadmodum Paulus citra operum adminiculum iuſtificari contendit: ita hic iuſtos haberi non patitur, qui bonis careant operibus? huius ſcopi conſyderatio nos omni ſcrupulo extricabit. Nam hinc præcipue falluntur noſtri aduerſarij: quòd putant Iacobum iuſtificationis rationem definire, cum nihil aliud ſtudeat, quàm prauam eorum ſecuritatem diſtruere, qui excuſando bonorum operum contemptui, fidem inaniter obtendebant. Ergo quoslibet in modos Iacobi uerba torqueant, nihil præter duas ſententias expriment. Inane fidei ſpectrum non iuſtificare: & fidelem tali imaginatione non contentum, operibus bonis ſuam iuſtitiam declarare.

Quod autem ex Paulo in eundem ſenſum citant, minimum eos iuuat, factores legis, non auditores iuſtificari. Nolo ſolutione Ambroſij euadere, ideo eſſe illud dictum, quia complementum legis, ſit in Chriſtum fides. Video enim merum eſſe effugium, quo nihil opus eſt, ubi aperta patet uia. Illic ſtolida confidentia Iudæos deijcit Apoſtolus, qui ſola legis agnitione ſe uendítabant: cum interim ſummi eſſent eius contemptores. Ne ergo nuda legis peritia tantopere ſibi placerent: admonet, ſi ex lege quæratur iuſtitia, non eius notitiam, ſed obſeruationem quæri. Nos certe iſtud in dubium non uocamus, quin legis iuſtitia conſiſtat in operibus. Ac ne illud quidem, quin conſiſtat in operum iuſtificatione iuſtitia, ſed nondum probatum eſt operibus nos iuſtificari, niſi unum aliquem proferant, qui legem impleuerit. Non aliud autem ſenſiſſe Paulum, erit ſatis amplo teſtimonio orationis contextus. Poſtquàm gentes ac Iudæos in commune iniuſtitiæ damnauerat: tum ad diſtributionem deſcendit, ac dicit eos, qui ſine lege peccauerunt, ſine lege perire (quod ad gentes refertur) qui uero in lege peccauerunt, per legem iudicari (quod Iudæorum eſt.) Porrò quoniã illi, ſuis præuaricationibus conniuentes, ſola lege ſuperbiebant, adiungit, quod optime congruebat. Non ideo latam eſſe legem, ut audita ſolummodo eius uoce, iuſti redderentur: ſed tum demum, ſi obedirent. ac ſi diceret. in lege quæris iuſtitiam? ne auditum eius prætexas, qui parui eſt ponderis: ſed afferas opera, quibus declares, legem non tibi fruſtra poſitam. his quoniam deficiebantur omnes: ſequebatur, legis gloriatione eſſe ſpoliatos. itaq; contrarium potius ex mente Pauli argumentum formandum eſt. Iuſtitia legis in operum perfectione ſita eſt. Nemo iactare poteſt, ſe per opera legi ſatisfeciſſe. Nulla ergo eſt à lege iuſtitia. Rom. 2.

Iam & ex locis illis pugnãt, quibus ſuam iuſtitiam fideles examinandam Dei iudicio audacter offerunt, ac ſecundum eam de ſe ſtatui cupiunt. Quales ſunt. Iudica me Dñe ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiã meam, quæ ſunt in me. Item, exaudi Deus iuſtitiã meã, probaſti cor meum & uiſitaſti nocte, & nõ eſt inuenta in me iniquitas. Itẽ, retribuet mihi Dñs ſecundum iuſtitiã meã,

Psal.26. & secundum puritatem manuum mearum rependet mihi. Quia custodiui uias
Psa.7.18.20 Domini, nec impie defeci à deo meo. Et ero immaculatus, & obseruabo me ab iniquitate mea. Item, iudica me Domine, quoniam in innocentia mea ambulaui. Non sedi cum uiris mendacibus: cum iniqua gerentibus non introibo: ne perdas cum impijs animam meam, cum uiris sanguinum uitam meam: in quorum manibus iniquitates sunt, dextera ꝙrum repleta est muneribus. Ego aũt innocẽter ambulaui. Dixi supra de fiducia, quam sibi sancti simpliciter ab operibus sumere uidentur. Quæ autem huc adduximus testimonia, nos non ualde impedient, si secundum suam περίστασιν, hoc est complexum, uel ut uulgo loquuntur, circumstantiam accipiãtur. Ea porrò duplex est. Nã nec de ipsis in uniuersum quæstionem haberi uolunt, ut pro totius uitæ tenore, uel damnentur uel absoluantur, sed specialem causam in iudicium disceptandam afferunt. Nec diuinæ perfectionis respectu, sed ex improborum ac sceleſtorum comparatione, iustitiam sibi arrogant. Primum, cum de homine iustificando agitur, non tantum quæritur, ut bonam in re aliqua particulari causam habeat: sed perpetuam quandam tota uita iustitiæ symmetriam. Atqui sancti, dum ad comprobandam suam innocentiam, Dei iudicium implorant: non seipsos omni noxa solutos, & omni ex parte inculpatos offerunt: sed cũ in sola eius bonitate salutis fiduciam defixerint, confisi tamen esse uindicem pauperum, præter ius & æquitatem afflictorum: causam, in quo innocentes opprimuntur, illi commendant. Dum uerò secum aduersarios ad tribunal Dei sistunt, non iactant innocentiam, quæ Dei puritati responsura sit, si seuere conquiratur: sed quia præ aduersariorum malitia, improbitate, astutia, nequitia, syncritatem, iustitiam, simplicitatem, puritatemque suam Deo compertam gratamque esse norunt: non reformidant, inter se & illos, iudicem inuocare. Sic cum Dauid Sauli dicebat, reddat Do-
1.Samu.26 minus unicuique secundum iustitiam & ueritatem eius, non intelligebat, ut Dominus unumquemque per se examinaret ac muneraretur pro meritis, sed Do-
2.Corint.1. minum attestabatur, quanta esset sua innocentia, præut erat Saulis iniquitas, ac ne Paulus quidem, cum hac gloriatione se iactat, quod bonum habeat con-
1.Cor.4. scientiæ testimonium: se cum simplicitate & integritate uersatum esse in Ecclesia Dei: uult eiusmodi gloriatione apud Deum niti, sed coactus impiorum calumnijs, fidem ac probitatem suam, quam diuinæ indulgentiæ acceptam esse sciebat, aduersus quamlibet hominum maledicentiam asserit. Videmus enim qd alibi dicat: se nihil esse sibi male conscium: sed non in hoc iustificari. Quia scilicet intelligebat, iudicium Dei humanam lippitudinem longe transcendere. Ve-
Psalm.143 cunque ergo pij contra impiorum hypocrisim suam innocentiam, Deo teste
Psalm.63 ac iudice, defendant: ubi tamen cum solo Deo negocium est, omnes uno ore clamant. Ne ingrediaris in iudicium cum seruis tuis, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. suisq; operibus diffisi, libenter canunt, Bonitas tua melior quàm uita.

Sunt & alij non absimiles superioribus loci, in quibus resistere etiamnum qs possit. Dicit Solomon, eum qui ambulat in integritate sua, iustum esse. Item, in
Pro.10.12 semita iustitiæ esse uitam, ac in ea ipsa nõ esse mortẽ. Qua ratione Ezechiel per-
Ezec.18.33 hibet uita uicturum, qui iudicium ac iustitiam fecerit. Nihil eorum uel inficiamur, uel obscuramus. Sed prodeat unus ex filijs Adam cum tali integritate. Si nemo est: aut pereant à conspectu Dei oportet, aut ad misericordiæ asylum confugiant. Neque interim negamus, quin fidelibus sua integritas, dimidiata licet ac imperfecta, gradus sit ad immortalitatem. Sed unde id: nisi quoniam quos in fœdus gratiæ assumpsit Dominus, eorum opera non excutit pro meritis, sed paterna benignitate osculatur. Quò non tantum intelligimus quod tradunt scholastici: à gratia acceptante habere opera suum ualorem. Illi enim sentiunt, impasria alioqui opera saluti comparandæ, in æqualitatis tamen precium Dei acceptione euehi. Ego autem dico, ea, tum alijs transgressionibus, tum suis ipsorum maculis

maculis inquinata, non aliud ualere, nisi quod Dominus ueniam utriusq; indulget. Quod est, gratuitam homini iustitiam largiri. Neq; tempestiue hic obtrudun- tur illæ Apostoli precationes, ubi tantam fidelibus perfectionem optat, ut sint in culpati & irreprehensibiles in die Domini. Hæc quidem uerba Cœlestini ualde olim exagitabant, ad perfectionem iustitiæ in hac uita asserendam. Sed quod arbitramur sufficere, breuiter post Augustinum respondemus, ad hanc quidem metam adspirare pios omnes debere, ut immaculati aliquando & inculpati appareant coram Dei facie. Sed quia optima & præstantissima uitæ præsentis ratio nihil aliud est, quàm profectus: ad eam metam nos tum demum peruenturos, ubi hac peccati carne exuti, Domino ad plenum adhæserimus. Neque tamen pertinaciter cum eo litigabo, qui perfectionis titulum sanctis tribuere uolet: modo eam quoque Augustini ipsius uerbis definiat. Perfectam, inquit, sanctorum uirtutem cum nominamus, ad ipsam perfectionem pertinet etiam imperfectionis tum in ueritate, tum in humilitate cognitio.

Ephes. prii. 1. The. 3. & alibi.

L. ad Boni fa. 3. capit. 4.

Transeamus nunc ad eas sententias, quæ affirmant Dominum unicuique redditurum secundum opera sua, cuiusmodi sunt. Vnusquisque referet quod gesserit in corpore, siue bonum siue malum. Gloria & honor operanti bonum. Tribulatio & angustia in omnem animam operantis malum. Et ibunt, qui bona egerint, in resurrectionem uitæ: qui malefecerint, in resurrectionem iudicij. Venite benedicti patris mei: esuriui & dedistis mihi cibum, sitiui & potum tribuistis &c. Atque illis quoque eas coniungamus, quæ mercedem operum appellant uitam æternam. Quo in genere sunt. Retributio manuum hominis restituetur ei. Qui timet mandatum, remunerabitur. Gaudete & exultate, ecce merces uestra copiosa est in cœlis. unusquisque mercedem accipiet secundum laborem. Quòd unicuiq; dicitur redditurus Deus secundum opera, paruo negocio dissoluitur. Ordinem enim consequentiæ magis, quàm causam, indicat ista locutio. Extra dubium autem est, Dominum his misericordiæ suæ gradibus salutem nostram consummare, dum electos à se uocat, uocatos iustificat, iustificatos glorificat. Tametsi ergo sola misericordia Dominus suos in uitam suscipiat: quia tamen in eius possessionem ipsos deducit, per bonorum operum stadium, ut quo destinauit ordine suum in illis opus impleat: nihil mirum, si secundum opera sua dicuntur coronari: quibus haud dubie ad recipiendam immortalitatis coronam præparantur. Quin hac ratione apposite dicuntur salutem suam operari, dum bonis operibus incumbendo, uitam æternam meditantur. Neque tamen inde sequitur, uel ipsos esse salutis suæ authores, uel ab ipsorum operibus eam emanare. Quid ergo? simul per Euangelij notitiam, & Spiritus sancti illuminationem adsciti sunt in Christi consortium, inchoata est in illis æterna uita. Iam quod in illis bonum opus inchoauit Deus, & perfici oportet usque in diem Domini Iesu. Perficitur porrò, cum iustitia & sanctitate patrem cœlestem referentes, se filios eius non degeneres esse probant. Ex mercedis nomine nō est, cur opera nostra ratiocinemur causam esse salutis. Principio istud sancitum sit in cordibus nostris: regnum cœlorum, non seruorum stipendium: sed filiorum esse hereditatem, quam soli potientur, qui à Domino in filios coptati fuerint: neque ullam aliam ob causam, quàm ob hanc adoptionem. non enim erit hæres filius ancillæ, sed filius liberæ. Adeoque in ijs ipsis locis, quibus gloriam æternam, mercedem operibus fore pollicetur Spiritus sanctus, hæreditatem nominatim exprimendo, aliunde nobis prouenire demōstrat. Sic Christus opera recenset, quę cœli remuneratione compensat: dum in eius possessionem electos uocat: sed simul adiungit, hæreditatis iure possidendum. Sic Paulus iubet seruos, fideliter agentes quod officij sui est, sperare retributionem à Domino: sed addit, hæreditatis.

Matth. 16. 2. Corint. 5. Rom. 2. Ioann. 5. Matth. 25. Prouerb. 13. Matt. 5. Luc. 6. 1. Cor. 3.

Phil. prii.

Ephe. prii. Galat. 4.

Matth. 25. Coloß. 3.

Videmus ut quasi præscriptis uerbis diligenter caueant, ne acceptam feramus operibus æternam beatitudinem, sed Dei adoptioni. Cur ergo simul operum mentio-

mentionem faciunt? Vno ſcripturæ exemplo iſta quæſtio eluceſcet. Ante na-
Gene.15. tiuitatem Iſaac, promiſſum erat Abrahæ ſemen, in quo benedicendæ erant
& 17.18 omnes terræ nationes: ſeminis propagatio, quæ æquatura eſſet ſtellas cœli, &
Gen.22 arenas maris, aliaque ſimilia. Multis poſt annis, ut erat oraculo iuſſus, Abra-
ham ad filium immolandum ſe accingit. Iſta obedientia defunctus recipit pro-
miſſionem. per memetipſum iurauí, dicit Dominus, quia feciſti hanc rem, &
non pepercíſti proprio filio unigenito, benedicam tibi & multiplicabo ſemen
tuum, ſicut ſtellas cœli, & arenas maris: poſsidebit ſemen tuum portas inimi-
corum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ: quia obe-
diſti uoci meæ. Quid audimus? an obedientia ſua promeritus eſt benedictio-
nem Abraham? cuius promiſsionem receperat, antequam ederetur præce-
ptum. hic profecto citra ambages tenemus, iis bonis remunerare Dominum
fidelium opera, quæ illis iam ante cogitata opera dederat: nihil dum cauſæ
habens, cur ipſis benefaceret, niſi ſuam miſericordiam. Neque tamen fruſtra-
tur aut ludit nos Dominus, cum ait ſe operibus rependere, quod gratis ante o-
pera donauerat. Quia enim bonis operibus uult nos exerceri, ad meditan-
dam eorum, quæ promiſit reuelationem: ac per ea decurrere, ut contenda-
mus ad beatam ſpem nobis propoſitam in cœlis: rite & illis aſſignatur pro-
miſsionum fructus: ad cuius maturitatem nos producunt. Eleganter expreſsit
Coloſſ.1. utrumque Apoſtolus, cum diceret officijs charitatis ſtudere Coloſſenſes, pro-
pter ſpem in cœlis ſibi repoſitam, de qua ante audierant per ſermonem ueracis
Euangelij. Nam cum ait eos ex Euangelio cognouiſſe, ſpem ſibi in cœlis repo-
ſitam, declarat ſolo Chriſto, nullis autem ſuffultam operibus. Dum ipſos ait
eius cauſſa laborare, ſignificat currendum eſſe fidelibus toto uitæ ſpacio, ut ap-
prehendant. Ne uero putaremus ad meriti modum redigi, quam nobis Do-
minus mercedem pollicetur: parabolam propoſuit, in qua ſe fecit patremfami-
lias, qui quoſcunque habet obuios, mittit in uineæ ſuæ culturam, alios quidem
hora diei prima, alios ſecunda, alios tertia, quoſdam etiam undecima. ueſpe-
ri rependit omnibus æquale precium, cuius interpretationem breuiter & uere
complexus eſt, quicunque ſit ille tandem uetuſtus ſcriptor, cuius liber de uo-
L.1.cap.5 catione gentium, ſub Ambroſij nomine fertur. Eius uerbis potius quàm meis
utar. huius, inquit, comparationis regula, Dominus multimodæ uocatio-
nis uarietatem ad unam gratiam pertinentem adſtruxit: ubi ſine dubio, qui ho-
ra undecima intromiſſi in uineam, totius diei operarijs exæquantur, eorum pro-
ferunt ſortem, quos ad commendandam gratiæ excellentiam, in defectu diei,
& concluſione uitæ, diuina indulgentia munerauit: non labori precium ſol-
uens: ſed diuitias bonitatis ſuæ in eos, quos ſine operibus elegit, effundens.
ut etiam qui in multo labore ſudarunt, nec amplius quàm nouiſsimi acceperunt,
intelligant donum ſe gratiæ, non operum accepiſſe mercedem. Poſtremo hoc
quoque notatu dignum eſt, in his locis, ubi uita æterna merces operum uoca-
tur, non ſimpliciter pro illa communicatione accipi, quam habemus cum Deo
ad locatam immortalitatem, cum nos Paterna beneuolentia in Chriſto ample-
ctitur: ſed pro beatitudinis poſſeſsione uel fruitione, ut uocant, ſicut etiam ſonant
ipſa Chriſti uerba. In futuro uitam æternam. Et alibi. Venite poſſidete regnum. et
c. Hac ratione & Paulus uocat adoptionem, reuelationē adoptionis, quę in reſur
rectione fiet: ac poſtea interpretatur redēptionem corporis noſtri. Alioquí autem
quemadmodum alienatio à Deo æterna mors eſt: ſic, cum homo in gratiā à Deo
recipitur, ut communicatione eius fruatur, unumq; cum eo fiat, tranſfertur à mor-
te ad uitam. Id quod fit ſolius adoptionis beneficio.

Itaque ne cogitemus Spiritum ſanctum huiuſmodi promiſſione commendan
te operum noſtrorum dignitatem, ac ſi talem mercedem promererentur. Nihil e
nim nobis ſcriptura reliquum facit, quo in conſpectu Dei exaltemur. Quin poti-
us tota in hoc eſt, ut arrogantiam noſtram retundat, nos humiliet, deijciat, &
prorſus conterat. Verum noſtræ imbecillitati ſic occurritur: quę ſtatim alioquí
colla-

collaberetur ac concideret: nisi hac se expectatione sustineret ac solaretur. primũ quàm durum sit, non modo sua omnia, sed se quoq; ipsum relinquere & abnegare, reputent pro se quisq; singuli. Et tamen hoc tyrocinio discipulos suos, hoc est, pios omnes, Christus initiat. Deinde sic per omnem uitam sub crucis disciplina erudit, ne cor adijciant ad bonor; præsentium uel cupiditatem uel fiduciã. Breuiter sic fere tractat, ut quocũq; flectant oculos, quàm longe hic mundus patet, non nisi desperationem sibi ubiq; obuersantem habeant. Vt Paulus dicat miserabilio res esse nos omnibus hominibus, si in hoc mundo duntaxat speremus. In his tantis angustijs ne deficiant, adest illis Dominus, qui monet ut altius caput exerant, & longius oculos conijciant: beatitudinem, quam in mundo non uident, apud se reperturos, hanc beatitudinem, præmium, mercedem, retributionem uocat: non operum æstimans meritum, sed compensationem esse significans eorum pressuris, passionibus, contumelijs &c. Quamobrem nihil obest, quo minus uitam æternam, remunerationem, scripturæ exemplo, uocemus: q; in ea Dominus suos ex laboribus in quietem, ex afflictione in consolationem, ex mœstitia in gaudium, ex paupertate in affluentiam, ex ignominia in gloriam recipiat. Omnia denicq; quæ perpessi sunt, mala bonis maioribus permutet. sic & nihil erit incommodi, si uitæ sanctitatem, existimemus esse uiam: non quidem quæ aditum aperiat in gloriam cœlestis regni: sed qua electi à Deo suo in eius manifestationem ducantur. Quando hæc bona eius uoluntas est, glorificare quos sanctificauit. Tantum ne correlationem meriti ac mercedis imaginemur, in quo importune hærent Sophistæ; quia istum, quem exponimus, finem non consyderant. Quàm autem prępostere sit, ubi in unum finẽ uocat nos Dominus, aliorsum respicere? Nihil clarius est, & ad subleuandam aliquo solatio carnis nostræ debilitatem, non autem ad inflandos gloria animos, mercedem bonis operibus promitti. Qui ergo meritum operum inde colligit, à recto Domini scopo aberrat. Proinde cum scriptura dicit, Deum iustum iudicem redditurum olim suis iustitię coronam, non tantum cum Augustino excipio: cui redderet iustus iudex coronam, si non donasset gratiam misericors Pater? & quomodo esset iustitia, nisi præcessisset gratia, quæ iustificat impium? quomodo ista debita redderentẽ, nisi prius illa indebita darentur? sed aliud etiam addo: quomodo iustitiam imputaret nostris operibus, nisi quod iniustitiæ in illis est, absconderet sua indulgentia? Quomodo censeret digna mercede, nisi quod in illis pœna dignum est, immensa benignitate aboleret? Solet enim ille uir gratiam nominare uitam æternam, quia gratuitis Dei donis reddatur, dum operibus rependitur. At scriptura nos ultra humiliat. Nam præterquàm quòd in operibus gloriari uetat, quia sunt gratuita Dei dona: simul fecibus quibusdam semper iniquinata esse docet ut Deo satisfacere non possint, si ad iudicij eius regulã examinentur. Etsi autem paulò aliter q̃ nobis loquitur: in re tamen non ita dissentire constabit ex eius uerbis libro ad Bonifacium 3. Vbi cum inter se duos cõtulisset homines, alterũ uitę usq; ad miraculum sanctę & absolutæ: alterũ probum quidem & integris moribus, nõ tamen adeo perfectũ, quin desyderari in eo multũ queat: tandem infert. Nempe iste, qui moribus illo uidetur inferior, propter rectam in Deum fidem, ex qua uiuit, & secundũ quã in omnibus delictis suis se accusat, in omnibus bonis operibus Deum laudat, sibi tribuens ignominiam, illi gloriam: atque ab ipso sumens & indulgentiam peccatorum, & dilectionem recte factorum de hac uita liberandus in consortium Christi migrat. Quare, nisi propter fidem? Quæ licet sine operibus neminem saluat: (ipsa enim est non reproba fides, quæ per dilectionem operatur) tamen per ipsam etiam peccata soluuntur. quia iustus ex fide uiuit. sine ipsa uero quæ uidentur bona opera in peccata uertuntur. Hic certe non obscure fatetur, quod tantopere contendimus, inde pendere bonorum operum iustitiam, quòd per ueniam Deo approbantur.

1. Cor. 15

Augusti. ad Valent. de gratia & liberali.

Cap. 9.

Superioribus locis proximum sensum habent isti. facite uobis amicos de mamona iniquitatis: ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Diuitibus

Luc. 16
1. Timot. 6

bus huius sæculi præcipue,nō superbe sapere, neq; sperare in incertis diuitijs: sed in Deo uiuo, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant uitam æternam. Opibus enim comparantur bona opera,quibus in beatitudine uitæ æternæ fruamur. Respondeo,nos ad ueram eorum intelligentiam nunquam accessuros,nisi oculos in scopum conuertamus,quo sua uerba Spiritus dirigit. Si uerum est quod ait Christus,ibi animum nostrum residere, ubi est thesaurus noster:quemadmodum filij sæculi intenti esse solent ad ea comparanda, quæ ad præsentis uitæ delitias faciunt: ita fidelibus uidendum est,postquam hanc uitam instar somnij mox euanisturam didicerunt, ut ea,quibus uere frui uolunt,eò transmittant, ubi solidam uitam sunt habituri. Quod ergo faciunt,qui demigrare instituunt in locum aliquē, ubi perpetuam uitæ sedem elegerunt, nobis imitandum est. pręmittunt illi suas facultates, neq; illis ad tempus ægre carent,quia se beatiores eo putant,quo plus habent bonorum,ubi diu sunt futuri. Nobis si cœlum patriam esse credimus, illuc potius transmittere opes nostras conuenit quam hic retinere, ubi subita migratione peritura nobis sint. Quomodo autem transmittemus? nempe si pauperum necessitatibus communicamus: quibus quicquid erogatur, sibi datum Dominus imputat, unde egregia illa promissio. Qui largitur pauperi, Domino fœneratur. Item, Qui benigne seminat,benigne metet. Deponuntur enim in manum Domini, quæ fratribus ex charitatis officio impenduntur. Ille, ut est bonæ fidei depositarius,olim restituet cum copioso fœnore. Ergo ne tanti sunt apud Deum nostra officia,ut sint in eius manu quasi reconditæ nobis opes? Et quis horreat ita loqui,cum toties ac tam aperte id testetur scriptura? Cæterum si quis à mera Dei benignitate transilire uelit ad operum dignitatem, his testimonijs, ad errorem adstruendum,nihil iuuabitur. Nihil enim rite inde colligas,nisi meram diuinæ erga nos indulgentiæ propensionem: quandoquidem, quo nos ad benefaciendum animet, quamlibet uel solo eius intuitu indigna sint, quæ illi exhibemus obsequia, nullum tamen perditum sinit.

Prouer.19
2.Cor.9.

Sed magis urgent Apostoli uerba:qui dum Thessalonicenses in tribulationibus consolatur:eas immitti illi docet, ut digni habeant regno Dei pro q̄ patiunt. Siquidem,inquit, iustum est apud Deū,reddere ijs,qui uos affligunt afflictionē, uobis autem relaxationem nobiscum: cum reuelabitur Dominus Iesus è cœlo. Author uero epistolæ ad hebræos. Non est,inquit,iniustus Deus, ut obliuiscatur operis uestri,& dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius: quòd ministratis sanctis. Ad priorem locum respondeo. Nullam illic meriti dignitatem significari,sed qa Deus Pater uult nos q̄s elegit filios, Christo primogenito cōformari: sicut oportuit illum primo pati,& tum demum intrare in gloriam sibi destinatam: ita & nos per multas tribulationes oportet ingredi in regnum cœlorum. Tribulationes ergo dum patimur pro Christi nomine,quædam ueluti notæ imprimuntur nobis,quibus oues gregis sui Dominus signare solet. hac ergo ratione digni habemur regno Dei:quia stigmata Domini nostri portamus in corpore,quæ sunt filiorum Dei signa. Huc & illę sententiæ pertinent: nos circumferre mortificationē Iesu Christi in corpore nostro, ut uita ipsius manifestetur in nobis. Nos passionibus eius conformari: ut perueniamus ad similitudinem resurrectionis ex mortuis. Quæ subijcitur ratio, non ad probandam ullam dignitatem: sed spem regni Dei confirmandam pertinet,ac si diceret. ut iusto Dei iudicio conuenit,uindictam ab inimicis uestris expetere earum,quas uobis intulerint, uexationum:ita uobis relaxationem & quietem à uexationibus impertiri. Alter locus, qui sic iustitiam Dei decere tradit, suorum obsequia obliuioni non mandare: ut prope iniustum forè innuat,si obliuiscatur. hanc rationem habet. Dominus, quò segniciem nostram acueret,fiduciam nobis fecit, non irritum forè, quem in gloriam nominis sui susceperimus laborē. semper meminerimus,hanc promissionē, ut cæteras omnes,nihil fructus nobis allaturam, nisi pręcederet gratuitum misericordię fœdus, cui tota salutis nostræ certitudo incumberet. Eo autem freti,

2.Thess.1.
Heb.6.

confidere

confidere ſecure debemus, obſequijs etiam noſtris, quamlibet indignis, non defuturam à Dei benignitate retributionem. In ea expectatione ut nos confirmet Apoſtolus: Deum aſſerit non eſſe iniuſtum: quin conſtaturus ſit fidei ſemel datę. iuſtitia igitur iſta magis ad diuinæ promiſſionis ueritatem, quam ad reddendam debiti æquitatem refertur. In quem ſenſum inſigne eſt dictum Auguſtini: quod ut vir ſanctus repetere ſæpius pro memorabili non dubitauit: ita non indignum iudico, quod aſsidue memoria repetamus. fidelis, inquit Dominus: qui ſe nobis fecit debitorem: non aliquid à nobis accipiendo, ſed omnia promittendo. *In Pſal. 32. 109. & alibi ſæpe.*

Adducuntur & illæ Pauli ſententiæ. Si habeam omnē fidem, ita ut montes loco dimoueam, charitatē autem non habeam, nihil ſum. Item. Nunc manent ſpes, fides, charitas: ſed maxima in his charitas. Item. Super omnia habete charitatem, quæ eſt uinculū perfectionis. Ex primis duobus contendunt noſtri Phariſęi, charitate nos iuſtificari potius quam fide: uirtute nimirū, ut ipſi aiunt, potiore. At nullo negocio diluitur hæc argutatio. Expoſuimus enim alibi ad ueram fidem nihil pertinere, quæ primo loco dicuntur. Alterum nos quoq; de uera fide interpretamur. qua maiorem eſſe charitatem dicit. non tanquam ſit magis meritoria: ſed qa magis fructuoſa eſt, quia latius patet, quia pluribus ſeruit, quia ſemper uiget, cum fidei uſus ad tempus conſiſtat. Si excellentiam ſpectamus, merito Dei dilectio primas teneat: de qua hic ſermo Paulo non eſt. Siquidē unum iſtud urget, ut mutua charitate nos in Domino uiciſsim ędificemus: ſed fingamus, modis omnibus charitatem fidei præcellere. Quis tamē ſano iudicio, imo quis omnino ſano cerebro, ex eo ratiocinetur, magis iuſtificare ſ uis iuſtificandi, quæ penes fidem eſt, non indignitate operis locatur. Sola Dei miſericordia, & merito Chriſti, cōſtat noſtra iuſtificatio: quam dum fides apprehendit, iuſtificare dicitur. Nunc ſi aduerſarios interroges, quo ſenſu iuſtificationem charitati aſsignent ſ reſpondebunt, quia officium eſt Deo gratum, eius merito, ex diuinæ bonitatis acceptatione, iuſtitiam nobis imputari. Hinc uides, quam belle procedat argumentum. fidem iuſtificare dicimus, nō quia iuſtitiam nobis ſua dignitate mereatur: ſed quia inſtrumentū ſit, quo Chriſti iuſtitiam gratis obtinemus. Iſti, prætermiſſa Dei miſericordia, Chriſtoq; præterito, ubi ſumma iuſtitiæ eſt, charitatis beneficio nos iuſtificari pugnāt, qa ſupra fidē excellat. Proinde ac ſi qs aptiorē eſſe regē diſputet conficiendo calceo, q̄ ſutorem, quia ſit infinito præſtantior. Hic unus ſyllogiſmus amplo documento eſt: ſcholas omnes Sorbonicas, ne ſummis quidem labris deguſtare, quid ſit fidei iuſtificatio. Si quis autē rixator adhuc interpellet, cur fidei nomē tantulo interuallo aqud Paulum uarie accipiam, huius interpretationis nō leuis ratio mihi conſtat. Cum enim dona illa, quæ enumerat Paulus, fidei & ſpei quodammodo ſubſint, quia ad cognitionem Dei ſpectant, ea omnia, κατ' ἀναφαλαίωσιν, ſub nomine fidei & ſpei complectitur. ac ſi diceret. Et Prophetia, & linguæ, & interpretandi gratia, & ſcientia, hunc habent ſcopum, ut nos ad cognitionē Dei deducant. Deum autem non niſi per ſpem & fidem in hac uita agnoſcimus. Cum ergo fidem & ſpem nomino: hæc omnia ſimul comprehendo. Manent itaq; hæc tria, ſpes, fides, charitas. hoc eſt. Quantacunq; ſit donorum uarietas, huc oia referuntur. Inter pręcipua eſt charitas & cæt. Ex tertio loco inferunt. ſi perfectionis uinculum eſt charitas: ergo & iuſtitiæ, quæ nihil aliud eſt quā perfectio. primo, ut omittamus perfectionem illic à Paulo uocari, dum probe conſtitutæ Eccleſiæ membra inter ſe bene cohærent: ac fateamur, charitate nos coram Deo perfici: quid tamen noui afferunt ſ Ego enim ſemper cōtra excipiā, ad perfectionē iſtam nunquā nos peruenire, niſi charitatem impleamus. indeq; inferam: cum omnes à charitatis cōplemento ſint remotiſsimi, ſpem omnem illis perfectionis abſciſſam eſſe. *1. Corin. 13. Coloſſ. 3.*

Nolo ſingula perſeq, quę hodie ſtulti Sorboniſtę arrepta ex ſcripturis temere, ut quodq; primum obuiū ſe tulit, teſtimonia aduerſum nos iaculantur. ſunt enim quædam ita ridicula, ut nec commemorare ipſe poſsim, niſi uelim haberi merito ineptus. itaq; finem faciā, ubi Chriſti ſententiam explicuero, qua mirum in modū ſibi placent. reſpondet enim legiſconſulto roganti, qd eſſet ad ſalutē neceſſariū. Si

d uis ad

Matth. 19. uis ad uitam ingredi, serua mandata. Quid ultra, inquiunt, uolumus? cum ab ipso gratiæ authore per mandatorum obseruationẽ acquirere iubeamur regnum Dei? Quasi uero nõ constet, Christum ijs responsa sua attemperasse, quibus cum negociũ esse sibi uidebat. hic à legis doctore interrogatus, de ratione obtinendæ beatitudinis, neq; id simpliciter: sed quid faciendo, ad ipsam perueniãt homines? Et loquentis persona & ipsa interrogatio, Dominum inducebat, ut sic responderet. Ille, persuasione legalis iustitiæ imbutus, in operũ fiducia cæcutiebat. Deinde nõ aliud quærebat, nisi quæ essent opera iustitiæ, quibus salus comparetur. Ergo merito remittitur ad legem: in qua est absolutum iustitiæ speculum. Nos quoq; clara uoce prædicamus, seruanda esse mandata, si in operibus uita quæritur. Atq; hæc doctrina cognitu necessaria est Christianis. Quomodo enim ad Christum cõfugerent, nisi se agnoscerent à uia uitæ in mortis præcipitium excidisse? Quomodo autem intelligerent, quam procul aberrarint à uia uitæ, nisi prius qualis sit illa, intelligant? Tum igitur demum recuperandę salutis asylum in Christo esse admonentur, dum cernunt, quantum sit uitæ suę, cum diuina iustitia, quę legis obseruatione continetur, dissidium. Summa hæc est: si in operibus salus quæritur, seruanda esse mandata, quibus instituimur ad perfectam iustitiam. Sed non est hic hærendum, nisi uelimus in medio cursu deficere. Nemo enim nostrũ seruandis mandatis par est. Quoniam ergo legis iustitia excludimur, ad aliud subsidiũ nos conferamus necesse est, nempe ad fidem Christi. Quamobrem ut hic Dominus, quę uana operum confidentia turgere nouerat, legis doctorem ad legem reuocat: unde discat se esse peccatorem, iudicio obnoxium: sic, qui eiusmodi sui notitia iam humiliati sunt, alibi, omissa legis mentione, gratiæ promissione solatur. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam uos.

Tandem, postquam scripturam inuertendo defatigati sunt, ad argutias & sophismata delabuntur. Cauillantur in eo, quòd fides alicubi opus uocatur, atq; inde colligunt, nos perperam fidem operibus opponere. Quasi uerò fides, quatenus obedientia est diuinæ uoluntatis, suo merito iustitiam nobis concilíet: ac nõ potius, quod Dei misericordiam amplectendo, Christi iustitiam, ab ea nobis oblatam in Euangelij prædicatione, cordibus nostris obsignat. Talibus ineptijs diluendis si non immoror, ueniam dabunt lectores. Ipsæ enim sine alieno impetu suapte debilitate satis franguntur. Obiectionem tamen unam, quæ speciem habet aliquam rationis, obiter discutere libet: ne quibus, non adeo exercitatis, negocium faciat. Cum eandem esse contrariorum regulam dictet sensus communis: ac peccata singula iniustitiæ nobis uertantur, consentaneum esse aiunt, singulis quoque bonis operibus iustitiæ & laudem tribui. Qui respondent ab una infidelitate proprie prodire hominum damnationem, non à particularibus peccatis, mihi non satisfaciunt. Equidem illis assentior, fontem ac radicem omnium malorum, incredulitatem esse.

Est enim prima à Deo defectio, quam sequuntur deinde uoluntatis diuinæ transgressiones. Sed quòd uidentur eandem statuere bonorum & malorum operum rationem, in æstimanda iustitia uel iniustitia, in eo cogor ab ipsis dissentire. Iustitia enim operum est, perfecta legis obedientia. Itaque iustus operibus esse non potes, nisi hanc uelut rectam lineam perpetuo uitæ tenore sequeris. Ab ea ubi primum deflexisti, in iniustitiam prolapsus es. Hinc apparet, iustitiam non ex uno aut paucis operibus contingere: sed ex inflexibili indefessaque obseruatione diuinæ uoluntatis. At iudicandæ iniustitiæ multò diuersissima est ratio. Qui enim scortatus est, aut furatus, uno delicto, mortis est reus: quia in Dei maiestatem offendit. Impingunt ideo nostri isti argutatores, quod ad illud Iacobi non aduertunt animum. Qui peccauerit in uno, factum omnium rerũ iam esse. Quia qui uetuit occidere, uetuit & furari & cæt. Proinde absurdũ uideri non debet, cum dicimus, mortem, iustum esse uniuscuiusq; peccati stipendiũ: quia Domini indignatiõe ac ultione digna sunt singula. Sed insulsus eris ratiocinator,

si ex

si ex aduerso inferas, uno bono conciliari posse hominem Deo, qui multis peccatis eius iram promeretur.

DE SIMILITVDINE AC DIFFERENTIA VETERIS ET noui testamenti.

Caput XI.

SVMMAM doctrinæ, qua ex vera Dei nostriq; notitia, in salutis communionẽ peruenimus, supra, ut potui, exequutus sum. Nunc quod ad stabiliendam eius fidem non parum interest, uice appendicis subnectam, quoscunque homines ab initio mundi Deus in populi sui sortem cooptauit, eos hac lege, atq; huius doctrinę uinculo fuisse illi fœderatos. Quanquam autem, quæ ex lege ac Prophetis, ad eius probationem, collegimus testimonia, palàm faciunt, non aliam unquam fuisse in Dei populo religionis pietatisq; regulam: quia tamen apud scriptores multa sæpe de discrimine ueteris ac noui testamenti disputantur, quæ scrupulum parum acuto lectori injcere possint, huic rei melius atq; exactius discutiendæ peculiarem locum iure destinabimus. Quinetiam quod utilissimum alioqui futurum erat, necessarium nobis fecerunt furiosi nonnulli ex Anabaptistarum secta: qui non aliter de Israelitico populo sentiunt, quam de aliquo porcorum grege, utpote quẽ nugantur à Domino in hac terra saginatum, citra spem ullam cœlestis immortalitatis. hunc ergo pestiferum errorem ut arceamus à pijs animis: simul etiam ut difficultates omnes eximamus, quæ, audita diuersitatis mentione, inter uetus ac nouum testamentũ, suboriri protinus solent: obiter inspiciamus, quid simile, quidue diuersum habeant, quod olim cum Israelitis fœdus, ante Christi aduentum, Dominus pepigit: & quod nunc, eo manifesto, percussit nobiscum.

Ac uno quidem verbo expediri utrunque potest. Patrum omniũ fœdus adeò substantia & re ipsa nihil à nostro differt, ut unum prorsus atque idem sit. Administratio tamen uariat, sed quia ex tanta breuitate nemo certam intelligentiam assequeretur, longiorem explicationem, si quid prodesse uolumus, persequi necesse est. Cæterum in similitudine, uel potius unitate ostendenda, singulas particulas, quæ alibi expeditæ sunt, ex integro retractare superuacuũ fuerit. In tribus maxime capitibus hic insistendum est. Primum ut teneamus, non carnalem opulentiam ac fœlicitatem, metam fuisse Iudæis propositam, ad quam demum adspirarent: sed in spem immortalitatis fuisse cooptatos, atque huius adoptionis reuelationem illis fuisse, tum oraculis, tum lege, tum prophetijs, certò commendatam. Deinde fœdus, quo conciliati Domino fuerunt, nullis eorum meritis, sed sola Dei uocantis misericordia fuisse suffultum. Tertium, & habuisse ipsos & cognouisse mediatorem Christum, per quem & Deo coniungerentur, & promissionum eius compotes forent. Ex quibus secundum notissimum esse nobis debet. Tot ac tam luculentis Prophetarum testimonijs confirmauimus, à mera fuisse bonitate ac indulgentia, quidquid unquam Dominus populo suo bene fecit ac promisit. Tertium quoq; suas habuit sparsim non obscuras demonstrationes. Ac ne primũ quidem intactum reliquimus. In hoc ergo explicando, quia & leuius supra attactum est, & de ipso plus controuersiæ nobis faciunt, intentiorem ponemus operam, sic tamen, ut si quid aliorum explicationi deest, obiter sufficiatur. Sane de omnibus simul dubitationem eximit Apostolus, cum ait, Deum Patrem, Euangelium, quod de Filio suo secundum tempus destinatum promulgauit, longe ante per Prophetas in scripturis sanctis promisisse. Item fidei iustitiã, quę per Euan- *Roma. 1.* *Roma. 3.*

gelium ipsum docetur, testimonium habere à lege & Prophetis. Euangelium siquidem hominum corda non in præsentis uitæ lætitia detinet: sed ad spem immortalitatis euehit, non terrenis delitijs affigit: sed spem in cœlo repositam annuncians, illuc quodammodo transportat. sic enim alibi definit. Posteaquã Euangelio credidistis, obsignati estis spiritu promissionis sancto, qui est arrabo hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitæ promissionis. Item. Audiuimus fidem
Ephe. 1. Coloss. 1. 2. Thes. 2.
vestram in Christo Iesu, & charitatem erga sanctos: propter spem vobis repositam in cœlis, de qua audistis per sermonem ueracem Euangelij. Item. vocauit nos per Euangelium, in participationem gloriæ Domini nostri Iesu Christi. Vnde & uerbum salutis, & potentia Dei ad saluandos fideles, & regnum cœlorum nuncupatur. Quod si spiritualis est Euangelij doctrina, & ad uitæ incorruptibilis possessionem aditum aperit: ne putemus eos, quibus promissum ac denunciatum fuit, præterita neglecta que animę cura, in captandis corporis uoluptatibus, instar pecudum obstupuisse. Nec cauilletur hic quispiam, promissiones, quæ in lege & Prophetis de Euangelio sunt consignatæ, nouo populo esse destinatas. Nam
Roma. 3.
paulò post quam illud posuit, de Euangelio in lege promisso, subijcit, quæcunq; lex continet, ad eos sine dubio proprie dirigi, qui sub lege sunt. In alio id quidem argumento, fateor. Sed non adeo erat obliuiosus, ut cum diceret ad Iudæos uere pertinere, quæcunq; lex docet, non cogitaret, quid paucis ante uersibus affirmasset, de Euangelio in lege promisso. Clarissime ergo demonstrat Apostolus, ad futuram uitam præcipue spectasse testamentum uetus, cum sub eo dicit Euangelij promissiones contineri. Eadem ratione sequitur, & gratuita Dei misericordia constitisse, & Christi intercessione fuisse confirmatum. Nam & Euangelica prædicatio nihil aliud, quàm, Paterna Dei indulgentia, iustificari præter suum meritum peccatores pronunciat: & tota eius summa in Christo terminatur. Quis igitur expertes Christi Iudæos facere ausit, quibuscum audimus fuisse percussum Euangelij fœdus, cuius unicum fundamentum Christus est? Quis alienos reddere à gratuitæ salutis beneficio, quibus administratam fuisse audimus iu-
Ioan. 8.
stitiæ fidei doctrinam? Ac ne diu de re liquida disceptemus, habemus insignem Domini sententiam.

Abraham exultauit ut uideret diem meum: uidit, & gauisus est. Et quod de Abraham testatur illic Christus, ostendit Apostolus in fideli populo fuisse uni-
Hebr. 13.
uersale, cum dicit Christum manere heri, hodie, & in sæcula. Neque enim de Christi æterna diuinitate simpliciter illic loquitur: sed de eius manifestatione, quę perpetuo fidelibus fuit dispensanda. Quare & beata uirgo, & Zacharias in suis canticis reuelatam in Christo salutem, exhibitionem esse dicunt promissio-
Luce. 1.
num, quas Abraham & Patriarchis olim fecerat Dominus. Si Christum suum exhibendo iurisiurandi sui ueteris fidem soluit Dominus: dici non potest, quin eius finis in Christo & uita æterna semper fuerit. Quin Apostolus non fœderis tantum gratia pares nobis facit Israelitas: sed etiam sacramentorum significatione. Nam pœnarum exemplis, quibus castigatos olim fuisse illos scri-
1. Corin. 10
ptura recitat, deterrere Corinthios uolens, ne in similia flagitia incurrerent, à præfatione ista orditur. Non esse cur ullam prærogatiuam nobis uendicemus, quæ nos à Dei uindicta eripiat, quam illi subierant. siquidem non ijsdem modo beneficijs prosecutus sit illos Dominus: sed ijsdem quoque symbolis illustrem inter eos gratiam suam reddiderit. Ac si diceret. si confiditis uos extra periculum esse, quia & Baptismus, quo insigniti estis, & cœna, quam quotidie suscipitis, eximias habent promissiones: interim, contempta Dei bonitate licentiose lasciuitis: scitote nec Iudæos talibus symbolis caruisse, aduersus quos tamen iudicia sua Dominus seuerissime exercuit. Baptizati sunt in transitu maris & nube, qua protegebantur ab ardore solis. Transitum illum Baptismum carnalem fuisse aiunt, qui spirituali nostro, secundum quandam proportionem respondeat. Verum si id recipitur, non procederet Apostoli argumentum,

qui hic

qui hic vult ademptum Christianis, ne, Baptismi prærogatiua, Iudæos præcellere se putent. Nec obnoxium est huic cauillo, quod protinus sequitur. Illos eandem nobiscũ spiritualem escam manducasse, ac eundem bibisse spiritualem potum: quem Christum interpretatur. Obijciunt quidem, ad frangendam hanc Pauli sententiam, quod ait Christus. Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. qui manducat carnem meam, non morietur in æternum. Quæ duo inter se nullo negocio conciliantur. Dominus, quia sermonem habebat ad auditores, qui tantum uentris alimento quærebant saturari, uerum animæ cibum nõ curabant: ad eorum captum orationem aliquantum attemperat. præsertim uero cõparationem mannæ & corporis sui pro eorum sensu statuit. Postulabant ut, adquirendæ sibi authoritatis gratia, suam uirtutẽ miraculo aliquo approbaret, quale ediderat Moyses in deserto, cum manna è cœlo impetrauerat. In manna autem nihil apprehendebant, nisi carnalis inediæ, qua populus tunc afflictabatur, remedium: ad mysterium illud sublimius, quod Paulus respicit, nõ penetrabant. Christus ergo, ut demonstret quantò præstantius à se beneficium expectare debeant, quàm quod à Moyse collatum patribus suis prædicarent, hanc comparationem format. si magnum fuit opinione vestra & memorabile miraculum, quòd Dominus per Moysen populo suo, ne in deserto fame periret, cœlestem cibum submini strauit, quo sustentaretur ad modicum tempus: hinc colligite, quanto excellentior sit cibus, qui immortalitatem largitur. Videmus, cur quod in manna præcipuum erat, prætermiserit Dominus: infimam tantum eius utilitatem notarit. Nempe quoniam Iudæi, uelut exprobrandi studio, Moysen illi obijecerant, qui populi necessitati, mannæ remedio, opitulatus esset: Respondet se longe superioris gratiæ esse administrum, præ qua uilescere merito debeat carnalis populi educatio, quam solam tanti æstimabant. Paulus, quia nouerat Dominum, cum manè cœlo deplueret, non in uentris duntaxat pastum effudisse: sed spiritualis quoq; mysterij loco dispensasse: ad figurandam, quæ in Christo habetur, spiritualem viuificationem: partem istam, quæ consideratione dignissima erat, nõ negligit. Quare certo, clareq; conficitur, non easdem modo, quibus nos dignatur nunc Dominus, uitæ æternæ ac cœlestis promissiones communicatas fuisse Iudæis: sed etiam sacramentis uere spiritualibus obsignatas.

Quod si forsan malunt lectores, eam ipsam spiritualis testamenti reuelationẽ in lege & Prophetis perspicere, quam illic contineri ex Christo & Apostolis audiunt, huic quoq; uoto obsequemur. Eòq; libentius, quòd ita certius conuincentur aduersarij, ne quid postea tergiuersari queant. Atq; ab ea quidem demonstratione incipiemus, quam tametsi Anabaptistarum supercilio futilem, & pene ridiculam fore scio, apud dociles tamen & sanos plurimum ualebit. Quoniam enim quos in gratiam recepit Dominus, ijs se per verbum uitæ communicauit: inde colligo, beneficium quoq; uitæ æternæ illis fuisse communicatum. Dico in verbo Dei eam inesse uitæ efficaciam, ut eius communicatio, certissima sit animæ viuificatio. Communicationem intelligo, non illam generalem, quæ per cœlum & terram, omnesque mundi creaturas diffunditur: quæ licet uniuersa uiuificet, pro suæ unumquodque naturæ modo, nõ tamen à corruptionis necessitate eruit: sed istam specialem, qua piorum animæ & illuminantur in Dei notitiam, & illi quodammodo copulantur. Huiusmodi uerbi illuminatione cum adhæserint Deo Adam, Abel, Noah, Abraham, & reliqui patres: dico minime dubium esse, quin illis in regnum Dei immortale fuerit ingressus. Erat enim solida Dei participatio, quæ extra æternæ uitæ bonum esse non potest. Si tamen illud nonnihil implicitum uidetur: age, ad ipsam fœderis formulam transeamus: quæ non placidis modo ingenijs satisfaciet: sed eorum insciti am abunde coarguet, qui contra dicere nituntur. sic enim semper pepigit cum seruis suis Dominus. Ero uobis in Deum, uos eritis mihi in populum. Quibus uerbis & uitam, & salutem, & omnẽ summam beatitudinis comprehendi, Prophetæ quoque exponebant. Non enim Dauid sine caussa sæpius pronunciat, beatum populũ, cuius Dominus est Deus: Ioan. 6. Psal. 33. & 144.

beatam gentem, quam in hæreditatem sibi elegit. nec terrenæ quidem fœlicitatis gratia: sed quoniam à morte eripit, perpetuo conseruat, æternaque misericordia prosequitur, quos in populum assumpsit.

Habac. 1. Quemadmodũ est apud alios Prophetas. Tu Deus noster: nõ moriemur. Do-
Iesaiæ. 33. minus rex noster, legislator noster, ipse saluabit nos. Beatus es Israel, quia in Do-
Deute. 33. mino Deo saluaris. sed ne in re superuacua multum laboremus, passim in Prophetis recurrit hæc admonitio: nihil ad bonorum omnium affluentiam, adeòque salutis certitudinem deesse, modo nobis Dominus sit in Deum. Et merito. si enim facies eius, simul atque illuxit, præsentissimum est salutis pignus: cuinam se homini in Deum manifestet, cui non salutis quoque thesauros aperiat? hac enim cõ-
Leuit. 26. ditione Deus noster est, ut in medio nostri habitet: quemadmodum per Moysen testabatur. Obtineri autem talis eius præsentia non potest: ut non simul uita possideatur. Atque ut nihil ultra exprimeretur, satis claram habebant uitæ spiritualis promissionem in his verbis, sum Deus vester. Non enim solis utique corporibus Deum fore denunciabat, sed animis præcipue. animæ autem, nisi per iustitiam Deo coniunctæ, ab ipso alienæ in morte manent. Adsit rursum illa coniunctio: perpetuam salutem secum ducet. Accedit eò, quòd non modo se illis Deum esse testabatur, sed se quoque semper fore promittebat: quo spes eorum, præsentibus bonis non contenta, in æternitatem protenderetur. Id porrò ualuisse apud eos temporis futuri notationem, ostendunt multæ uoces: ubi se non in præsentibus tantum malis, sed in posterum consolantur fideles: quòd sibi Deus nunquam defuturus esset. Iam uero, quæ pars erat secunda promissionis, ipsos de Dei benedictione extra terrenæ uitę limites erga se proroganda, clarius etiam-num confirmabat. Ero Deus seminis uestri post uos. Nam si suam erga mortuos beneuolentiam declaraturus erat, benefaciendo posteris, erga ipsos multo minus defutura erat eius benignitas. Neque enim instar hominum est Deus: qui suum ideo amorem ad amicorum filios transferunt, quia morte interrumpitur eorum facultas, quo minus ijs, quibus beneuolebant, impendant sua officia, at Deus, cuius beneficentia morte non impeditur, suæ profecto misericordiæ fructum mortuis non tollit, quam eorum caussa transfundit in mille generationes. Præclaro igitur documento magnitudinem atque affluentiam suæ bonitatis, quam post mortem sensuri essent, uolebat illis Dominus commendare, cum talem describebat, quæ in totam familiam exuberaret. huius uero promissionis ueritatem tum obsignauit Dominus, & quasi complementum protulit, cum Deum se Abraham, Isaac, & Iacob, longe post eorum mortem, appellaret.
Exodi. 3 Quid enim? an non ridicula erat appellatio, si perierant? Perinde enim fuis-
Matth. 22. set, ac si ita foret locutus. Ego sum Deus eorum qui non sunt. Proinde uno isto argumento Sadducæos à Christo constrictos fuisse Euangelistæ referunt,
Lucæ. 20. ut ne inficiari quidem possent resurrectionem mortuorum à Moyse esse testatam. Nempe qui ex ipso Moyse didicerant omnes sanctos esse in manu illius. Vnde inferre promptum erat, ne morte quidem extingui, quos in tute-
Deute. 33. lam, custodiam, protectionemque suam recepisset, qui mortis & uitæ est arbiter.

Iam, qui prȩcipuus est cardo in hac controuersia, dispiciamus an non ipsi quoque fideles sic instituti fuerint à Domino, ut meliorem alibi uitam sibi esse sentirẽt: ac, neglecta terrena, illam meditarẽtur. Primum, quam illis dispensabat uiuendi conditionem, assiduum erat exercitium: quo admonerentur, se omnium esse misserrimos, si in hac modo uita fœlices essent. Adam, uel sola recordatione perditæ fœlicitatis infœlicissimus, anxijs laboribus egestatem suam ægre sustentat. Ac ne in solis manuum laboribus Dei maledictione prematur, unde solatium illi restabat, extremum luctum percipit. Ex duobus filijs alter illi, nefando fratris patricidio, eripitur. Eum habet superstitem, cuius aspectum merito detestetur ac horreat. Abel in ipso ætatis flore crudeliter trucidatus, exemplum

emplum est humanæ calamitatis. Noe bonam ętatis partem, dum totus orbis secure delíciatur, cum magna fatigatione, in arca extruenda deterit. Quod mortem effugit, id fit maioribus eius molestijs, quàm si centum mortes obeundæ essent. Nam, præterquam quòd arca illi est, quasi sepulchrum decem mensium, insuauius nihil esse potest, quam in animalium stercoribus penè immersum tamdiu detineri. Postquam tantas difficultates eluctatus est, in nouam mœroris materiam incidit. Ludibrio se haberi à proprio filio uidet. Et quem magno Dei beneficio saluum ex diluuio receperat, suo ipsius ore maledicere cogitur. Abraham, ubi primum uocatur à Domino, à patria, parentibus, amícis, auellitur: in quibus præcipuam uitæ dulcedinem esse putant, ac si illum, destinato consilio, omnibus uitæ oblectamentis spoliare Dominus uellet. Símul terram ingressus est, in qua iubetur habitare, fame inde exígitur. Eò ad opem quærendam refugit, ubi, quò se incolumen seruet, necesse habet uxorem prostituere: quod incertum an multis mortibus fuerit acerbius. ubi in terram habitaculi sui reuersus est, inde rursum fame expellitur. Qualis est fœlícitatis, eam terram incolere, ubi toties esuriendum? imo uero inedia pereundum, nisi ausugias? simul eodem necessitatis redigitur apud Abimelech: ut caput redimere uxoris iactura, opus habeat. Dum huc atque illuc multos annos incertus uagatur, assíduis seruorum rixis compellitur, nepotem, quem filij loco habebat, à se dimittere. Quæ discessio sine dubio non aliter ab eo accepta fuit, quàm si membri unius sectionem passus foret. Paulò post captiuum ab hostibus abrípi audit. Iam ubi ad effœtam senectutem uentum est, quod habet ea ætas insuauissimum & acerbissimum, orbitate mulctatum se uidet: donec præter spem Ismaelem gignit: cuius tamen natiuitatem magno redímit, dum Saræ probris fatigatur, perinde ac si ancillæ contumaciam fouendo, domesticæ perturbationis ipse caussa esset. Nascitur demum Isaac: sed ea mercede, ut exturbetur primogenitus Ismael, ac pro derelicto penè hostiliter proijciatur. Vbi solus relictus est Isaac, in quo acquiescat defessa boni uiri senectus, paulò post mactare ipsum præcipitur. Quid calamitosius excogitet humana mens, quàm Patrem fieri filij carnificem? si morbo absumptus foret, quis non putasset miserrimum esse senem, cui in ludibrium datus esset filius, ob quem orbitatis dolor ei geminaretur? si ab extraneo aliquo interfectus, indignitate multum esset aucta calamitas. Istud uerò omnia calamitatis exempla superat, Patris manu trucidari. Sic denique toto uitæ curriculo iactatus ac uexatus fuit, ut si quis, uelut in tabula, exmplar calamitosæ uitæ depingere uelit, nihil reperiat magis appositum. Neque obijciat quispiam, eo non fuisse prorsus infœlícem, quòd à tot tantisque tempestatibus prospere tandem emerserit. Non enim beatam uitam ducere illum dicemus, qui per infinitas difficultates ad longum spacium laboriose eluctetur: sed qui sine malorum sensu, præsentibus bonis placide fruatur. Isaac, qui minoribus malis afflictatur, uix tamen minimum suauitatis gustum percipit, eas ipse quoque uexationes experitur, quæ beatum esse hominem in terra non sinant. Illum fames fugat, è terra Chanaan. Vxor è sinu illi eripitur, uicíni illum subinde exagitant, ac modis omnibus premunt, ut de aqua etiam cogatur decertare. Domi suæ à nuribus multum molestiarum sustinet. filiorum dissídio angitur: nec mederi tanto malo potest, nisi per exilium eius, cui benedixerat. At uerò Iacob nihil quàm extremæ infœlícitatis insigne est exemplar. Puerítiam domi inquietissime transigit, inter fratris primogeniti minas ac terrores: quibus demum cedere cogitur. Profugo à parentibus, ac natalí solo præterquàm quod acerbum est exulare, apud Laban auunculum nihilo mitius aut humanius accipitur. Parum est, durissimam atque austerissimam septem annis seruire seruitutem: nisi dolo malo in uxore eludatur. Alterius uxoris gratia in nouam seruitutem ingrediendum est: ubi totum diem solis æstu torreatur, noctu peruígil urgeatur gelu ac frígore, quemadmodum ipse conqueritur.

Tantam uitę aſperitatem dum annos uiginti ſuſtinet, quotidie nouis ſoceri iniu-
rijs affligitur. Nec domi ſuæ quietus eſt: quam uidet uxorum odijs, iurgijs, æmu
lationibus diſtractam ac penè diſſipatam. ubi domum iubetur ſe recipere: abi-
tum captare illi neceſſe eſt, ignominioſæ fugæ ſimilem: nec tamen ſoceri ini-
quitatem ita poteſt effugere, quin eius probris ac contumelijs in medio itine-
re uexetur. Excipit mox eum multo ſæuior difficultas. Nam dum ad fratrem
accedit, tot mortes habet in conſpectu, quot ab homine crudeli & inimico pa-
rari queant. Diris ergo terroribus ſupra modum diſcruciatur ac diſcerpitur,
quamdiu aduentum eius expectat, ubi in conſpectum eius prodit, tanquam ſe-
mimortuus ad pedes procumbit, donec placatiorem ſentit, quàm ſperare au-
ſus fuerat. Ad hæc Rachele, unice dilecta coniuge, primo terræ ingreſſu, pri-
uatur. Poſtea, quem ab ea filium ſuſtulerat, eòque præ alijs amabat, à fera la-
ceratum audit: cuius ex morte quantum mœrorem ceperit, declarat ipſe, quòd
poſt diuturnas lachrymas ſolatijs omnibus uiam obſtinate claudit, nihil ſibi
reliquum faciens, niſi ut deſcendat ad filium lugens, in ſepulchrum. Interim
raptus & defloratio filiæ, in ijs uindicandis filiorum audacia, quæ illum non
ſœtere modo fecerat apud omnes regionis incolas, ſed præſentiſsimum inter-
nitionis periculum illi creauerat, quantæ anxietatis, luctus, tædij cauſſæ erant?
Sequitur horrendum illud flagitium Ruben primogeniti, quo nihil grauius
accidere poterat. Nam cum inter ſumma infortunia reponatur uxoris pollu-
tio: quid dicendum ſit, ubi à proprio filio perpetratum eſt id ſcelus? aliquan-
to poſt, altero inceſtu contaminatur familia, ut conſtantiſsimum alioqui & in-
fractum calamitatibus animum tot dedecora labefactare debeant. Sub extre-
mum uitæ, dum ſuæ ac ſuorum inediæ ſuccurrere quærit, noui infortunij nun-
cio percellitur, qui intelligit filium alterum in uinculis detineri: quem ut reci-
piat, Beniamin unicum ſuum deſyderium, permittere alijs cogitur. Quis pu-
tet in tanta malorum congerie momentum illi datum, quo ſaltem ſecure reſ-
piraret? Itaque ipſe, optimus de ſe teſtis, aſſeuerat Pharaoni, dies ſuos breues
ac malos fuiſſe ſuper terram. Qui per continuas miſerias uitam ſe tranſegiſſe
pronunciat, negat profecto eam proſperitatem ſe ſenſiſſe, quæ illi à Domino
promiſſa fuerat. Ergo aut malignus ingratusque Dei gratiæ æſtimator erat Ia-
cob: aut uere ſe miſerum fuiſſe ſuper terram profitebatur. ſi uera fuit affirmatio: ſe
quitur non habuiſſe ipſum ſpem in rebus terrenis defixam. ſi ſancti iſti Patres,
quod utiq; indubitatum eſt, beatam uitam expectarunt è manu Domini: aliam,
q̃ terreſtris uitę beatitudinem & cogitarunt, & uiderunt. Quod etiam pulcherri-
mè oſtendit Apoſtolus. Fide, inquit, demoratus eſt Abraham in terra promiſſio-
nis, tanq̃ aliena: in caſulis habitando, cum Iſaac, & Iacob, conſortibus eiuſdem hę
reditatis. Expectabat enim bene fundatam ciuitatẽ, cuius opifex ac conditor De-
us. In fide defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis promiſſionibus: ſed procul eas
inſpicientes, ac credentes, confitentesq;, quod hoſpites & inquilini forent ſuper
terram. Quo ſignificant ſe patriam inquirere. ac, ſi deſyderio eius, quam reliquę-
rant, tacti fuiſſent, erat facultas reuertendi. ſed meliorem appetebant, nempe cœ-
leſtem. Vnde Deus non erubeſcit uocari eorum Deus: quando parauit illis ci- Heb. 11.
uitatem. ſtipitibus enim obtuſiores fuiſſent, tam pertinaciter promiſſiones conſe-
ctando, quarum nulla ſpes in terris adparebat: niſi complementum earum alibi
expectaſſent. Id uerò in primis non ſine ratione urget: quòd peregrinationem, Gene. 47
hanc uitam nuncuparunt: qualiter & Moyſes refert. Si enim peregrini & inqui-
lini ſunt in terra Chanaan: ubi promiſſio Domini, qua illius conſtituuntur hæ-
redes? Manifeſte ergo indicat longius ſpectare, quod de poſſeſſione illis Do-
minus promiſerat. Quare pedem in terra Chanaan non acquiſierunt, niſi in ſe-
pulchrum. Quo teſtabantur, ſe ſperare fructum promiſsionis, non niſi poſt
mortem, percepturos. Atque hæc cauſſa eſt, cur tanti æſtimauerit Iacob illic ſe
peliri, ut iureiurando adegerit filium Ioſeph, ad eam pollicitationem. cur Io-
ſeph poſt aliquot ſæcula transferri oſſa ſua, iam pridem in cinerem collapſa, uo-
luerit.

luerit. Denique aperte constat, in omnibus uitæ studijs propositam futuræ uitæ beatitudinem habuisse. Quorsum enim primogenituram tantopere affectasset, tantoque periculo ambijsset Iacob? quę exilium & tantum non abdicationem illi conflatura erat, boni uerò nihil prorsus allatura, nisi ad altiorem benedictionem respexisset. Atque eum sibi sensum fuisse declarauit ea uoce, quam inter ultimos spiritus edidit, salutare tuum expectabo Domine. Quam salutem expectasset, cum intelligeret se animam expirare: nisi in morte initium nouæ uitæ cerneret? Et quid de sanctis ac filijs Dei susceptamus, cum eiusmodi intelligentiæ gustu ne is quidem caruerit, qui ueritatem oppugnare alioqui nitebatur? Quid enim sibi uolebat Bileam cum diceret, moriatur anima mea morte iustorum: & fiant nouissima mea similia eorum? nisi quod sentiebat id quod postea Dauid prodidit, pretiosam esse mortem sanctorum in conspectu Domini: mortem uerò peccatorum pessimam. Si ultima linea & meta in morte forent: nullum in ea notari posset discrimen iusti & impij. sorte, quæ post mortem utroscp diuersa manet, inter se distinguuntur. Genes. 49 Nume. 23 Psalm. 116 Psalm. 34

Nondum ultra Moysen progressi sumus: quem isti nihil aliud officij habuisse ducunt, quàm ut carnalem populum, agri ubertate, rerumcp omnium copia, ad colendum Deum induceret: & tamen nisi quis sponte semet offerentem lucem refugiat, perspicua iam extat spiritualis fœderis declaratio. Quod si ad Prophetas descendamus: illic, plenissimo fulgore, & uita æterna & regnum Christi se profert. Ac primum Dauid, qui ut tempore alijs fuit superior, ita pro ordine diuinæ dispensationis, cœlestia mysteria obscurius, quàm illi, adumbrauit, quanta tamen perspicuitate ac certitudine ad eum scopum omnia sua dirigit? Terrestrem habitationem qualiter æstimarit, testatur hæc sententia. Aduena hic sum & peregrinus: quemadmodum omnes patres mei. Vanitas omnis homo uiuens, uelut umbra quisque obambulat. Et nunc quæ expectatio mea Domine? spes mea ad te ipsa. Sane qui nihil esse in terra solidum aut stabile confessus, spei tamen in Deum firmitatẽ retinet, alibi repositam sibi fœlicitatem contemplatur, ad eam contemplationem fideles reuocare solet, quoties uult eos uere consolari. Nam alibi, postquam de breuitate fluxaque & euanida imagine humanæ uitæ locutus est, subijcit. Misericordia autem Domini usque in æternum, super timentes eum. Cui simile est quod habet etiam Psalmo centesimo nono. Initio Domine tu fundasti terram, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt: tu autem permanes. uelut uestis ueterascent: & sicut indumentum mutabis eos. Tu autem idem ipse perstas, & anni tui non deficient. filij seruorum tuorum habitabunt, & posteri eorum coram te stabilientur. Si ob cœli ac terræ interitum non desinunt pij stabiliri coram Domino: sequitur eorum salutem cum Dei æternitate esse coniunctã. Atque omnino non potest stare spes ista, nisi in promissionem recumbat, quæ apud Iesaiam exponitur. Cœli, inquit Dominus, sicut fumus liquescent, terra sicut uestimentum atteretur, & habitatores eius, sicut hæc, interibunt. salus autem mea in æternum erit: & iustitia mea non deficiet. ubi iustitiæ ac saluti tribuitur perpetuitas, non quatenus penes Deum resident: sed quatenus ab hominibus sentiuntur. Neque uerò aliter accipere liceat, quæ de fidelium prospero successu passim canit, nisi ut in cœlestis gloriæ manifestationem conferantur. Qualia sunt. custodit Dominus animas sanctorum suorum: de manu peccatoris liberabit eos. lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Item. iustitia pij manet in sæculum sęculi: cornu eius exaltabitur in gloria: desyderium peccatorum peribit. Item. ueruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: habitabunt recti cum uultu tuo. Item. In memoria æterna erit iustus. Item. Redimet Dominus animas seruorum suorum. Siquidem seruos suos Dominus impiorũ libidini non uexandos modo: sed lacerandos perdendosq; sæpe permittit. In tenebris & squallore languere patiẽ bonos, dũ impij pœnę inter stellas refulgent: nec illos ita uultus sui serenitate exhilarat, ut diuturna lætitia fruantur. Quamobrem ne ipse quidem dissimulat, si in pręsentem rerum statum Psalm. 102 Psalm. 97 Psalm. 139. Psalm. 111 Psalm. 34 Iesa. 51

oculos

oculos defigant fideles, grauissima tentatione perculsum iri, ac si nulla esset innocentiæ apud Deum gratia nec merces. Adeò impietas ut plurimum prosperatur ac floret: dum piorum natio ignominia, paupertate, contemptu, omnique crucis genere premitur. Parum, inquit, abfuit, quin lapsus pes meus, quin effusi fuerint gressus mei: Dum urit me fortuna stultorum, dum improborum
Psalm. 72 prosperitatem uideo. Tandem post narrationem concludit. Instituebam cogitationem, si possem hæc cognoscere: sed tormentum est spiritui meo, donec ingrediar in sanctuarium Domini, & intelligam nouissimum eorum. Ergo uel ista Dauidis confessione discamus, non ignorasse sanctos patres sub ueteri testamento, quam raro, uel nunquam, in hoc mundo repræsentet Deus, quæ seruis suis pollicetur: atque ideo animos ad Dei sacrarium sustulisse, in quo reconditum habebant, quod in præsentis uitæ umbra non apparet. Hoc erat ultimum Dei iudicium, quod cum oculis minime cernerent, fide contenti erant intelligere. Qua fiducia freti, quidquid eueniret in mundo, uenturum tamen aliquando tempus, non dubitabant, quo Dei promissiones implerentur. Qualiter istæ uoces testantur. Ego in iustitia contemplabor faciem tuam, satiabor specie
Psalm. 17. tua: Ego sicut oliua uiridis in domo Domini. Item. iustus ut palma florebit, si-
Psal. 52. cut cedrus libani frondescet. Plantati in domo Domini, in atrijs Dei nostri flo-
Psal. 92 rebunt. adhuc fructificabunt, in senecta pingues, ac uirides erunt. Vbi species ista & decor fidelium, nisi ubi mundi huius facies, regni Dei manifestatione, uniuersa fuerit? In illam æternitatem cum oculos conuerterent, contempta præsentium calamitatũ momentanea asperitate, secure in hac uoces erumpebant. Non dabis in æternum ut moriatur iustus. Tu uero præcipitabis scæ-
Psal. 55. lestos in puteum interitus. Vbi in hoc mundo puteus æterni exitij, qui sceleratos absorbeat, in quorum fœlicitate hoc quoque alibi numeratur, quod diem extremum in puncto, sine multo languore claudunt? Vbi tanta sanctorum stabilitas, quos ipse Dauid non modo concuti: sed opprimi & conteri prorsus ubique conqueritur? Nempe ob oculos sibi statuebat, non quid ferat instabilis & plusquam æstuaria mundi uicissitudo: sed quid facturus sit Dominus, cum ad æternam cœli ac terræ constitutionem olim sederit. Quemadmodum alio loPsal. 49 co eleganter describit. Nituntur stulti opulentia sua, ob diuitias multas superbiunt. Et tamen nemo, quantalibet excellentia polleat, redimere fratrem suum à morte possit: nemo precium redemptionis Deo soluere. Cum autem uideant & sapientes mori, peruersos pariter & stultos interire, & alienis relinquere diuitias suas, cogitant domos sibi permansuras in sempiternum: habitationes in sæcula: & nomina sua in terra celebrant. At homo in honore non permanebit: similis erit pecudibus, quæ intereunt. hæc meditatio eorum, summa stultitia est: quam tamen posteri cupide æmulantur. Instar gregis apud inferos collocabuntur, mors præsidebit illis. Exorta luce, recti dominabuntur eorum: forma ipsorum peribit: infernus ipsorum domicilium. Primum illa stultorum irrisio, quòd in lubricis & uolubilibus mundi bonis acquiescant, ostendit longe aliam sapientibus quærendam esse fœlicitatem. sed illic resurrectionis mysterium euidentius referat, ubi, illis perditis & extinctis, piorum regnum erigit. Quem enim quæso dicemus esse illum lucis exortum, nisi nouæ uitæ reuelationem, quæ finem præsentis sequitur? Inde illa nascebatur cogitatio, quam in miseriarum solatium, ac tolerantiæ remedium, fideles usurpabant. Momentum in indignatio-
Psal. 30. ne Domini, uita in eius misericordia. Quomodo afflictiones momento terminabant, qui per totam ferè uitam affligebantur: ubi tantam uidebant diuinæ benignitatis durationem, cuius uix minimum gustum delibabant? Si in terra hæsissent, nihil tale reperire poterant. sed quia cœlum intuebantur, agnoscebant punctum esse temporis, quo exercentur per crucem sancti à Domino: miserationes sæculi esse, quibus colliguntur. Rursum impiorum, qui per somnium beati ad diem unum essent, æternum ac nunquam finiendum exitium præuidebant. Vnde illæ uoces. Memoria iusti in benedictione erit, nomen autem impiorũ putrescet.

Preciosa

Prouer.10.

Pretiosa mors sanctorum in conspectu Domini: mors peccatorum pessima. Item apud Samuelem. Dominus pedes sanctorum seruabit, & impij in tenebris conticescent. quæ significant illos probe cognouisse: utcunq; uarie circumferren tur sancti, ultimum tamen eorum exitum, uitam ac salutem. Impiorum fœlicitatem amœnam esse uiam, qua in mortis uoraginem producantur. Ideo istorum mortem uocabant exitium incircumcisorum: ut quibus resurrectionis spes præcisa esset. Quare nullam hac excogitare potuit Dauid grauiorem imprecationem. Deleantur de libro uitæ, & cum iustis non scribantur. Præ alijs uerò insignis illa sententia Iob. scio quia redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & in carne mea uidebo Deum saluatorem meum. reposita est hæc spes mea, in sinu meo. Qui uolunt uenditare suum acumen, cauillantur, non esse hæc intelligenda de ultima resurrectione: sed de primo quoque die, quo sibi mitiorem fore Deum Iob expectabat. Quod ut illis ex parte demus: extorquebimus tamen, uelint, nolint, ad eam spei amplitudinem non potuisse peruenire Iob, si cogitatione in terra resedisset. Necesse ergo est fateamur, oculos in futuram immortalitatem sustulisse, qui sibi, uel in sepulchro iacenti, redemptorem affore conspexerit. Siquidem de præsenti tantum uita cogitantibus, mors, extrema est desperatio: quæ nec ipsa spem eius abscindere poterat. Etiam si me occiderit, dicebat, in ipso nihilominus sperabo. Nec mihi obstrepat hic nugator quispiam, paucorum fuisse istas uoces, unde minime probetur, talem fuisse inter Iudæos doctrinam. Responsum enim à me statim accipiet, paucos istos non prodidisse talibus sententijs arcanam aliquam sapientiam, ad quam seorsum ac priuatim excellētia tantū ingenia admitterent: sed, ut erant cōstituti à Spiritu sancto plebis doctores, quæ cōmuniter ędiscēda essent Dei mysteria, & popularis religionis principia esse deberent, palam promulgasse. Cum ergo audiamus publica Spiritus sancti oracula, quibus de spirituali uita tam clare ac dilucide in Iudæorum Ecclesia disseruit: intolerabilis pertinacię fuerit, eos ad carnale tantummodo fœdus ablegare, ubi solius terræ, ac terrestris opulentiæ fiat mentio.

Psa.116 & 34. 1.Samuel.2

Ezec.28.31 & alibi.

Psalm.69

Cap.19

Iob.13.

Si ad posteriores Prophetas descendam, illic uerò liceat, quasi in campo nostro, libere spaciari. Nam si in Dauide, Iob, Samuele, fuit non difficilis uictoria: illic multo est facilior. Hanc enim œconomiam & hunc ordinem in dispensando misericordiæ suæ fœdere tenuit Dominus, ut quò propius, temporis progressu, ad plenam exhibitionem accedebatur, ita maioribus indies reuelationis incrementis illustraret. Proinde initio, cum prima salutis promissio Adæ data fuit, quasi tenues scintillæ emicarunt: postea, facta accessione, maior lucis amplitudo cœpit exeri, quæ magis ac magis deinde emersit, latiusque fulgorem suum protulit: donec tandem, nubibus omnibus discussis, sol iustitiæ Christus uniuersum terrarum orbem ad plenum illuminauit. Non est ergo metuendum, ne si, ad causam nostram comprobandam, Prophetarum petamus suffragia, illa nos deficiant. sed quia ingentem materiæ syluam fore uideo: in qua diutius multo immorari necesse sit, quam ferat instituti ratio (esset enim opus longi uoluminis) simulque uel parum perspicaci lectori uiam me strauisse ex superioribus arbitror, qua, inoffenso cursu, pergere queat: à prolixitate, non adeo in præsens necessararia, abstinebo. Præmonitis tamen lectoribus, ut uiam sibi ea claui expedire meminerint, quam prius in manum illis dedimus. Nempe quoties fidelis populi beatitudinem prophetæ commemorant, cuius uix minima uestigia in presenti uita conspiciantur, ad hanc distinctionem confugiant. Dei bonitatem quò melius Prophetæ commendarent, temporarijs beneficijs uelut lineamentis quibusdam populo adumbrasse: sed talem eius pinxisse effigiem, quæ mentis extra terram, elementa mundi huius, & periturum sæculum, raperet: atq; ad cogitandam futuræ ac spiritualis uitæ fœlicitatem necessario excitaret. Exemplo uno contenti erimus. Cum Israelitæ, Babylonem deportati, suam dissipationem morti similimam esse cernerent: dimoueri ab ea opinione uix poterant, quin

fabulosum

Ezech.37 fabulosum putarent esse, quod de sua restitutione uaticinabatur Ezechiel. quòd perinde id æstimabant, ac si denunciasset suscitatum in uitam iri putrida cadauera. Dominus ut ostenderet, nec ea ipsa difficultate se impediri, quominus beneficio suo locum faceret, Prophetæ campum aridis ossibus plenum, per uisionem, ostendit: quibus, sola uerbi sui uirtute, Spiritum uigoremq; uno momento reddidit. Seruiebat quidem ad præsentem incredulitatem corrigendam uisio. sed interim Iudæos commonefaciebat, quantum ultra populi reductionem uirtus Domini protenderetur, quæ arida & dispersa ossa, solo nutu, adeo facile uegetaret.

Iesa.26 Quare sententiam illam cum altera Iesaiæ rite comparabis. uiuent mortui, cum corporibus resurgent, expergiscimini, & exultate, qui habitatis in puluere: quia ros uiridis campi, ros tuus: & terram gigantum detrahes in ruinam. Vade populo mi, intra in tabernacula tua: claude ostia tua super te, absconde pauxillum, donec pertranseat indignatio. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo: ut uisitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum: & reuelabit terra sanguinem suum, nec operiet diutius interfectos suos. Quanquam si quis ad eiusmodi canonẽ omnia redigere tentet, absurdum fecerit. sunt enim aliquot loci, qui nullo integumento, futuram, quę in regno Dei, fideles manet, immortalitem demonstrant. Quales nonnullos recitauimus: & quales sunt, cum alij plerique, tũ præcipue duo isti, alter apud Iesaiam. Sicut cœli noui & terra noua, quæ facio stare coram me: sic stabit semen uestrum. Et erit mensis ex mense, sabbathum ex sabbatho: ue-

Iesaiæ. ult. niet omnis caro, ut adoret coram facie mea, dicit Dominus. Et egedientur & uidebunt cadauera uirorum, qui præuaricati sunt in me, quod uermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. alter uerò Danielis. In tempore illo consur-

Dani.12. get Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi sui: & ueniet tempus angustiæ, quale non fuit, ex quo gentes esse cœperunt. Et tunc saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et ex ijs, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in uitam æternam, alij in opprobrium sempiternum.

Iam in duobus reliquis probandis, Patres scilicet Christum, in fœderis sui pignus, habuisse, atq; in ipso omnem benedictionis fiduciam reposuisse, quia & minus controuersiæ, & plus claritatis habent, non laborabo. Constituamus ergo secure, quod nec ullis Diaboli machinis reuelli queat, uetus testamentum, seu fœdus, quod in Israelitico populo percussit Dominus, non rebus terrenis fuisse limitatum: sed spiritualis æternæque uitæ promissionem continuisse, cuius expectationem omnium animis impressam oportuit, qui in fœdus uere concedebant. Hanc uero insanam ac pernicioſam opinionem procul summoueamus, aut Dominum nihil aliud proposuisse Iudæis, aut illos nihil quæsiuisse præter uentris saturitatem, carnis delitias, florentes opes, externam potentiam, liberorum fœcunditatẽ, & quidquid animalis homo in precio habet. Non enim aliud cœlo-

Matt.8 rum regnum hodie promittit suis Christus Dominus, quam ubi recumbant cum

Actor.3. Abraham, Isaac, & Iacob. ac Iudęos sęculi sui Petrus, hęredes esse Euangelicę gratię asserebat, quòd filij essent Prophetarum, comprehensi in fœdere, quod Dominus olim cum sua gente pepigisset. Ac ne id solis uerbis testatum esset, Dominus facto quoq; approbauit. Eo enim, quo resurrexit momẽto, multos sanctorum resurrectionis suæ consortio dignatus est, ac uisendos in ciuitate præbuit: certo arrabone sic dato, quidquid fecit ac passus est, in æternæ salutis acquisitionem, ad

Matt.27. ueteris testamenti fideles, non secus quam ad nos pertinere. Nempe & eodem fi-

Actor.15. dei Spiritu, quo in uitam regeneramur teste Petro, prędi ti fuerunt. Cum Spiritũ illum, qui est ueluti quędam immortalitatis in nobis scintilla, unde & arrabo hæreditatis nostræ alibi uocatur, in illis similiter audimus habitasse, quomodo illis uitæ hæreditatem adimere audeamus? Quo magis mirum est, eo stuporis olim recidisse sadducæos, ut tum resurrectionem, tum animarum substantiam, abnegarent: quorum utrunq; tam illustribus scripturæ testimonijs consignatum habebant. Nec minus prodigiosa hodie foret totius nationis stoliditas, in expectando terrestri Christi regno, nisi hanc repudiati Euangelij pœnã daturos, scripturæ

multò

multò ante prædixissent, sic enim iusto Dei iudicio conueniebat mentes cæcitate percutere, quæ oblatum Dei lumen respuendo, tenebras ultro sibi accersiuissent. Moysen ergo legunt, & assidue reuoluunt: sed opposito uelamine impediuntur, ne cernant lucem in eius vultu refulgentem. atq; ita manebit illis obtectus ac inuolutus, donec ad Christum conuertatur, à quo illum nunc, quantum possunt, abducere ac distrahere student.

Quid ergo? inquies, nullum ne discrimen ueteris & noui testamenti relinquetur? Et quid fiet tot scripturæ locis? ubi tanquam res diuersissimæ inter se conferuntur. Ego uero libenter recipio, quæ in scriptura commemorantur, differentias: sed ita, ut nihil constitutæ iam unitati derogent: quemadmodum uidere erit, ubi eas ordine tractauerimus. sunt autem illæ, quantum animaduertere mihi licuit, & meminisse possum, numero quatuor præcipue. Quibus si quintam adiungere libeat, minime reclamo. Eas omnes sic esse dico, & ostensurum me profiteor, ut ad modum administrationis potius, quam ad substantiam, pertineãt. hac ratione nihil impedient, quo minus eædem maneant ueteris ac noui testamenti promissiones, atque idem ipsarum promissionum fundamentum, Christus. Porrò prima est. Quòd tametsi olim quoque Dominus populi sui mentes in cœlestem hæreditatẽ uolebat collimare, arrectosque esse animos: quò tñ in spe illius melius alerentur, contemplandam sub beneficijs terrenis, ac quodammodo degustandam, exhibebat: nunc clarius liquidiusque reuelata per Euangelium futuræ uitæ gratia, recta ad eius meditationem, omissa inferiori, quam apud Israelitas adhibebat, exercitatione, mentes nostras dirigit. Hoc consilium Domini qui non animaduertunt, non putant ueterem populum altius conscendisse, quàm ad illa, quæ corpori promittebantur, bona. Audiunt toties terram Chanaam nominari, uelut insigne, adeòque unicum legis diuinæ cultoribus præmium. Audiunt, nihil seuerius Dominum eiusdem legis transgressoribus interminari, q̃ ab eius terrę possessione, expellendos, ac dispergendos in alienas regiones. Vident in hãc ferè summã recidere, quęcunq; uel benedictiones uel maledictiones à Mose denunciant. Ex ijs minimæ dubitanter constituunt, Iudæos, non sua causſa, sed aliena fuisse à cæteris populis segregatos. nempe ut imaginem haberet Christiana Ecclesia, in cuius externa specie spiritualium rerum documenta cerneret. sed cum aliquoties scriptura demonstret, huc terrena, quibus eos prosequebatur, beneficia Dominum destinasse, ut ad spem cœlestium ita ipsos manu duceret: eiusmodi dispensationem non considerare, nimiæ imperitiæ, ne dicam hebetudinis, fuit. Cum hoc hominum genere status controuersiæ nobis est, quod illi possessionem terræ Chanaan, Israelitis pro summa atque ultima beatitudine habitam: nobis, post reuelatum Christum, cœlestem hęreditatem figurare docent. Nos contra contendimus: in terrena, qua fruebantur, possessione, uelut in specula, futuram, quam sibi in cœlis pręparatam crederent, hæreditatem esse intuitos. Id melius elucebit ex similitudine, quam posuit Paulus ad Galatas. Comparat Iudæorum gentem hæredi paruulo, qui ad se regendum nondum idoneus, tutoris aut pædagogi, cuius custodiæ commissus est, ductum sequitur. Quod autem eam ad cæremonias similitudinem potissimum refert, nihil obstat, quominus huc quoque aptissime applicetur. Eadem ergo illis hæreditas, quæ nobis, destinata fuit, sed cuius adeundæ & tractandæ nondum per ętatem capaces forent. Eadem inter illos Ecclesia: sed cuius ætas adhuc puerilis erat. Sub hac ergo pædagogia illos continuit Dominus, ut spirituales promissiones non ita nudas & apertas illis daret: sed terrenis quodammodo adumbratas. Abraham ergo, Isaac & Iacob, eorumque posteritatem cum in spem immortalitatis cooptaret, terram Chanaam in hæreditatem illis promisit: non in qua spes suas terminarent: sed cuius aspectu, in spem uerę illius, quę nondum apparebat, hæreditatis se exercerent ac confirmarent: ac ne hallucinari possent, dabatur superior promissio, quæ terram illam non supremum esse Dei beneficium testaretur. Sic Abraham in accepta terrę promissione torpere non sinitur: sed maiori promissione erigitur illius mens in Dominum. Audit enim.

Gene.15. Abraham, ego protector tuus, & merces tua magna ualde. Hic uidemus, Abrahamo proponi finem suæ mercedis in Domino: ne illam quærat fluxam ac lubricam in elementis huius mundi: sed immarcessibilem esse reputet, subiungi de inde terræ possessionem, non alia conditione, quàm ut sit diuinæ beneuolentiæ symbolum, ac cœlestis hæreditatis typus. Quem sanctis fuisse sensum, eorum uoPsal.73. ces declarant. sic Dauid à benedictionibus temporarijs ad summam illam atque Psal.15. ultimam assurgit. Languet, inquit, tui desyderio cor meum & caro mea. Deus Psal.142. portio mea in tempiternum. Item. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es qui conseruas hæreditatem meam mihi. Item. Clamaui ad te Domine: dixi tu es spes mea, portio mea in terra viuorum. Qui sic loqui audent; Psal.37 se profecto, mundum, & quidquid est bonorum præsentium, spe sua transcenIob.18. dere profitentur. Hanc tamen futuri sæculi beatitudinem Prophetæ sæpius sub Prouer.2. typo, quem à Domino acceperant, describunt. Qualiter intelligendæ sunt istæ Apud tesa. sententiæ. Quòd pij hæreditate obtinebunt terram, scelerati autem ex ea dispermultis lodentur. Quòd Hierusalem omne genus diuitijs abundabit, & Syon rerum omcis. nium copia diffluet. Quæ omnia videmus non in terram peregrinationis nostræ, Psal.131. aut in terrestrem Hierusalem proprie competere: sed in ueram patriam fidelium, ac cœlestem illam ciuitatem, in qua Dominus benedictionem & uitam mandauit in perpetuum. Hæc ratio est, cur maioris, quàm nunc deceat, æstimasse mortalem uitam, eiusque benedictiones, sancti legantur, sub ueteri testamento. Tametsi enim probe nouerant, non esse in ea, tanquam in cursus sui meta, consistendum: quia tamen recognoscebant, quæ illic, ad eos, pro teneritudinis ipsorum modulo, exercendos, gratiæ suæ lineamenta Dominus impresserat: maiori eius suauitate afficiebantur, quam si ipsam per se consyderassent. Queamdmodum autem Dominus, beneuolentiam suam erga fideles præsentibus bonis testando, spiritualẽ fœlicitatem eiusmodi typis ac symbolis tunc adumbrabat: ita èconuerso dabat, in pœnis corporeis, in reprobos iudicij sui documenta. Itaque, ut Dei beneficia in rebus terrenis magis conspicua erant: ita pœnæ. Hanc inter pœnas & præmia analogiam ac conuenientiam, ut sic loquar, dum imperiti non expendunt, mirantur tantam in Deo uarietatem: ut qui ad quælibet hominis delicta seuis horrendisque supplicijs uindicanda olim subitus, nunc, uelut posito pristinæ iracundiæ affectu, & mitius, & rarius multò puniat, & parum abest, quin ob id diuersos ueteris & noui testamenti Deos imaginentur. Verum talibus scrupulis facile expediemur: si animum referemus ad istam Domini dispensationem. Quòd tum futuræ ac æternæ fœlicitatis gratiam, terrestribus beneficijs: tum spiritualis mortis grauitatem, corporeis pœnis significare & figurare pro eo tempore uoluit: quo testamentum suum, quodammodo adhuc inuolutum, Israelitico populo tradebat.

Alterum ueteris & noui testamenti discrimen statuitur in figuris: quòd illud, absente ueritate, imaginem tantum, & pro corpore umbram ostentabat; hoc præsentem ueritatem & corpus solidum exhibet. Atque huius ferè fit mentio, ubicunque ueteri testamento nouum opponitur. fusior tamen est eius tractatio in Epistola ad Hebræos, quam alibi usquam. Illic disputat Apostolus aduersus eos, qui legis Mosaicæ obseruationes aboleri posse non putabant, nisi ut secum traherent religionis totius ruinam. Quò hunc errorem refutet, assumit quòd de Christi sacerdotio prædictum apud Prophetam fuerat. Nam cum æternum illi deferatur sacerdotium: certum est aboleri sacerdotium illud, ubi alij alijs successores quotidie substituebantur. Præualere autem noui istius sacerdotis institutionem probat, quòd iuramento stabilitur. subiungit postea, in ea sacerdotij translatione uerti etiam testamenti mutationem. Atque id necessarium fuisse, ratione confirmat, quoniam ea erat legis imbecillitas, Cap.7.8.9 quæ nihil adducere ad perfectionem posset. Tum deinde prosequitur, quæ 10. illa fuerat imbecillitas: quòd externas carnis iustitias habuerit, quæ cultores suos

ſuos non poſſent ſecundum conſcientiam perfectos reddere: quod pecudum uictimis nec peccata delere, nec ueram ſanctitatem conciliare poterat. Concludit ergo, umbram fuiſſe in ipſa futurorum bonorum: non uiuam rerum ſpeciem: ideoq; non aliud habuiſſe officij, niſi ut introductio eſſet in ſpem meliorem, quæ in Euangelio exhibetur. Hic uidendum eſt, qua parte fœdus legale, cum fœdere Euangelico: Chriſti miniſterium, cum Moſaico conferatur. Nam ſi ad promiſſionum ſubſtantiam pertineret comparatio, magnum extaret inter duo teſtamenta diſſidium. ſed cum ſtatus quæſtionis alio nos ducat, eò tendendum eſt, ut uerum reperiamus. Fœdus ergo, quod æternum & nunquam interiturum ſemel ſanciuit, in medio ſtatuamus. Illius complementum, unde tandem habet, ut ſtatum ratumque ſit, Chriſtus eſt. Talis confirmatio dum expectatur, cæremonias Dominus per Moyſem præſcribit: quæ ſunt uelut ſolemnia confirmationis ſymbola. Id in contentionem ueniebat, cedere ne oporteret Chriſto, quę in lege ordinatæ erant ceremonię? Hę uero tametſi fœderis duntaxat accidentia erant, uel certe acceſsiones ac annexa, & ut uulgus loquitur, acceſſoria: quia tamen inſtrumenta erant illius adminiſtrandi, fœderis nomen habent. Qualiter & alijs ſacramentis dari ſolet. Proinde, in ſumma, uetus teſtamentum hoc loco appellatur, ſolemnis confirmandi fœderis ratio, cæremonijs & ſacrificijs comprehenſa. In ea quoniam nihil ſolidum ſubeſt, niſi ulterius tranſeatur, oportuiſſe antiquari & abrogari, contendit Apoſtolus, ut Chriſto potioris teſtamenti ſponſori ac mediatori locus daretur, per quem æterna ſanctificatio electis ſemel acquiſita eſt: & tranſgreſsiones obliteratę, quæ ſub lege manebant. Quod ſi malis, ita accipe: uetus fuiſſe Domini teſtamentum, quod umbratuli & inefficaci cæremoniarum obſeruatione inuolutum tradebatur. Ideoque temporarium fuiſſe: quia ueluti in ſuſpenſo erat, donec firma & ſubſtantiali confirmatione ſubniteretur. Tum uero demum nouum æternumque factum fuiſſe, poſtquam Chriſti ſanguine conſecratum ſtabilitumque fuit. Vnde calicem, quem diſcipulis in cœna porrigit, Chriſtus noui teſtamenti calicem uocat, in ſuo ſanguine: ut ſignificet tum uere Dei teſtamento ſuam conſtare ueritatem, per quam nouum fit & æternum, dum ſanguine ſuo obſignatur. hinc liquet, quo ſenſu dixerit Apoſtolus, legis pædagogia deductos fuiſſe Iudæos ad Chriſtum: antequam ipſe in carne exhiberetur. Illos quoque filios & hæredes Dei fuiſſe fatetur: ſed qui propter pueritiam ſub pædagogi cuſtodia habendi eſſent. Conueniebat enim, ſole iuſtitiæ nondum exorto, nec tantum eſſe reuelationis fulgorem, nec tantam intelligendi perſpicaciam, ſic ergo ueriſui lucem illis Dominus diſpenſauit, ut eam eminus adhuc & obſcure cernerẽt. Ideo hanc intelligentiæ tenuitatem pueritiæ uocabulo Paulus notat: quam elementis huius mundi, & externis obſeruatiunculis, tanquam regulis puerilis diſciplinæ, uoluit Dominus exerceri: donec effulgeret Chriſtus: per quem fidelis populi cognitionem adoleſcere oportebat. Hanc diſtinctionem ſignauit Chriſtus ipſe cum diceret, legem & Prophetas fuiſſe uſque ad Ioannem: ex eo Euangelizari regnum Dei. Quid lex & Prophetæ ſui temporis hominibus prodiderunt? Nempe guſtum præbebant eius ſapientiæ, quæ olim ad liquidum manifeſtanda erat: & procul emicantem præmonſtrabant. Vbi autẽ digito poteſt oſtendi Chriſtus, reſeratum eſt regnum Dei. In ipſo enim expoſiti ſunt theſauri omnes ſapientiæ & intelligentiæ: quibus propè ad ipſa cœli adyta penetrat. Nec obſtat, quod nemo ferè in Chriſtiana Eccleſia reperiri queat, qui fidei præſtantia ſit cum Abrahã componendus. Quòd ea ui ſpiritus excelluerint, Prophetæ, qua hodieque orbem uniuerſum illuminant. Non enim quid in paucos gratiæ contulerit Dominus, hic quæritur: ſed quam in populo docendo ordinatam diſpenſationẽ ſecutus ſit. Qualis apud illos ipſos Prophetas, qui peculiari ſupra alios cognitione prædíti fuerunt, habetur. Nam & obſcura, ceu de rebus longinquis, & typis incluſa eſt eorum prædicatio. Ad hæc utcunque mirifica in illis noritia emineret, cum tamen ad communem populi pædagogiam ſubmittere ſe neceſſe habuerint, in puerorum grege ipſi quoque cenſentur. Poſtremo, nunquàm tanta ullis tunc

Matth. 26.

Gal. 3. et 4.

Matth. 11.

Coloſſ. 2.

Matth. 13 contigit perſpicientia, quæ nõ ſęculi obſcuritatẽ, aliqua ex parte, reſiperet. Vnde illud Chriſti. Multi reges & Prophetę deſyderarunt uidere quę uos uidetis, & nõ uiderunt: & audire quæ uos auditis, nec audierunt. Itaque ueſtri oculi beati, quia uident: & aures quia audiunt. Et ſane hac prærogatiua Chriſti præſentiam pollere æquũ fuit, ut ab ea dilucidior emergeret cœleſtium myſteriorum reuelatio.

Nunc ad tertium diſcrimen; quod ex Ieremia ſumitur, cuius ſunt uerba. Ecce dies uenient, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, et domui Iuda fœdus nouũ; non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus ueſtris, in die, qua apprehendi

Ieremi. 31. manum eorum, ut educerem eos è terra Aegypti. pactum quod irritum fecerunt, quàmuis dominarer eis. ſed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael. ponam legem meam in uiſceribus eorum, cordibus eorum inſcribam eam: & propitiabor iniquitati eorum. Et non docebit unuſquiſq; proximum ſuum, uir fratrem ſuum. Omnes enim cognoſcent me, à minimo uſque ad maximum. Ex quibus occaſionem accepit Apoſtolus, comparationis huius inter legem & Euangeliũ ſtatuendæ: ut illam, uocaret literalem: hoc ſpiritualem doctrinam: illam diceret fuiſſe deformatam in tabulis lapideis: hoc fuiſſe cordibus inſcriptũ: illam eſſe prædicationem mortis, hoc uitæ: illam damnationis, hoc iuſtitiæ: illam euacuari, hoc permanere. Cum Apoſtolo propoſitum fuerit, mentem Prophetæ enarrare, uerba unius expendere ſatis fuerit, ut aſſequamur utriuſque ſenſum. Quanquam eſt

2. Corin. 3. aliquid inter eos diſſimile. Odioſius enim loquitur de lege Apoſtolus, quã Propheta. Neque id ſimplici legis reſpectu, ſed quod erant nebulones quidam, legis λαχοζηλοί, qui peruerſo cæremoniarum ſtudio, Euangelij claritatem obſcurabant: de legis natura, ſecundum eorum errorem, ac ſtultam affectionem, diſputat. Ergo id peculiare in Paulo obſeruare operæprecium erit. Vterque uero quia uetus ac nouum teſtamentum per contentionem inter ſe componebat, nihil in lege conſyderat, niſi quod proprium eius eſt. Exempli gratia. Lex, miſericordiæ promiſſiones paſsim continet, ſed quia ſunt aliunde aſcitæ, non ueniunt in legis rationem: cum de pura eius natura ſermo habetur. Hoc illi tantum tribuunt, ut præcipiat quæ recta ſunt, ſcelera prohibeat, præmium edicat cultoribus iuſtitiæ, pœnam tranſgreſſoribus minetur: cordis interim prauitatem, quę cunctis hominibus naturalis ineſt, non immutet aut emendet. Nunc membratim Apoſtoli collationem explicemus. Vetus teſtamentum literale eſt, quod ſine ſpiritus efficacia promulgatum eſt. Nouum ſpirituale, quod Dominus hominũ cordibus ſpiritualiter inſculpſit. Ideo ſecunda antitheſis, eſt ueluti primæ declaratio. Vetus mortiferum eſt: quia nihil poteſt, quam maledictione inuoluere uniuerſum hominum genus. Nouum eſt uitæ organum: quia à maledictione liberatos, in gratiam cum Deo reſtituat. Illud damnationis miniſterium eſt, quia reos peragit iniuſtitię omnes filios Adam. Hoc iuſtitiæ, quia Dei miſericordiam reuelat, per quam iuſtificamur. Poſtrema antitheſis ad legis cæremonias referenda. Quia illæ rerum abſentium imaginem habebant, interire ac euaneſcere tempore oportuit. Euangelium, quia ipſum corpus exhibet, firmam perpetuamque retinet ſtabilitatem. Vocat quidem Ieremias & leges morales, infirmum ac fragile fœdus: ſed alia ratione. Quia ſcilicet ingrati populi ſubita defectione mox abruptum fuit. ſed quia eiuſmodi uiolatio eſt à culpa populi, in teſtamentum proprie non conferetur. Cæremoniæ uero, quoniam ſuo ipſorum infirmitate Chriſti aduentu fuerunt diſſolutæ, cauſam infirmitatis intra ſe habebant. Porrò differentia illa literæ & ſpiritus nõ ſic accipienda eſt, ac ſi nullo cum fructu legem ſuam Iudæis Dominus tuliſſet, nullo eorum ad ſe conuerſo: ſed per comparationem poſita eſt: ad commendandam gratiæ affluentiam, qua Euangelij prędicationem Dominus honorauit. Nam ſi eorum multitudinem recenſemus, quos ex populis omnibus per Euangelij prædicationem ſpiritu ſuo regeneratos, in Eccleſiæ ſuæ communionem collegit: paucíſsimos, ac penè nullos dicemus, qui prius cordis affectu, atque ex animo, fœdus Domini amplexi ſint, qui tamen multi fuerunt, ſi ſuopte numero, ſine comparatione, cenſeantur.

Ex tertio

Ex tertio discrimine quartum emergit. Vetus enim testamentum scriptura uocat seruitutis, quòd timorem in animis generet: nouum autem libertatis, quòd in fiduciam ac securitatem eosdem erigat. Sic Paulus Romanos octauo. Non accepistis, inquit, spiritum seruitutis iterum ad timorem: sed spiritum adoptionis, per quem clamamus, Abba, Pater. Huc pertinet quod habetur ad Hebræos. non accessisse nunc fideles ad corporeũ montem, & incensum ignẽ, ac turbinem, & caliginẽ, & procellam: ubi nihil audiatur, aut videat, nisi q̃d terrore mentes percellat: adeò ut ipse quoque Moyses expauescat, ubi vox terribilis insonat, quam audire omnes deprecentur: sed accessisse ad montem Syon, & ciuitatem Dei uiuentis, Hierusalem cœlestem, & cętera. Quod autem in sententia, quam ex Romanis adduximus, breuiter tangit Paulus, fusius explanat ad Galatas, cum ad allegoriam trahit duos Abrahæ filios, in hunc modum. Quod Agar serua, typus sit montis Synai, ubi legem accepit populus Israel. Sara libera, figura sit cœlestis Hierusalem, à qua fluit Euangelium. Quòd quemadmodum semen Agar seruum nascitur, quòd ad hæreditatem nunquam perueniat: Saræ liberum, cui hæreditas debeatur: ita per legem addicamur in seruitutem, per solum Euangelium in libertatem regeneremur. Huc autem summa redit, uetus testamentum pauorem ac trepedationem incussisse conscientijs: noui beneficio fieri, ut in lætitiam soluantur. Illud iugo seruitutis conscientias adstrictas tenuisse: huius liberalitate in libertatem manumitti. Quòd si ex populo Israelitico sancti Patres obijciuntur, quos cum eodem fidei spiritu nobiscum pæditos fuisse constet, sequitur eiusdem & libertatis, & lætitiæ, fuisse participes: respondemus, neutrum à lege habuisse: sed cum se per legem, & seruili conditione premi, & conscientiæ inquietudine fatigari sentirent, ad Euangelij subsidium confugisse. Ideoque peculiarem noui testamenti fructum fuisse, quòd præter communem ueteris testamenti legem illis malis exempti fuerunt. Deinde negabimus, ita libertatis & securitatis spiritu fuisse donatos, ut non experti sint aliqua ex parte, & timorem à lege, & seruitutem. Vtcunque enim illa, quam per Euangelij gratiam assecuti erant, prærogatiua fruerentur, erant tamen ijsdem obseruationum uinculis & oneribus cum vulgo obnoxij. Cum ergo ad eas cæremonias solicite obseruandas adigerentur, quæ pædagogiæ, seruituti similis, symbola erant, & chirographa, quibus se peccati reos faterentur, ab obligatione non soluerent: iure, prę nobis, sub seruitutis ac timoris testamento fuisse dicuntur: dum respicitur communis illa dispensatio qua tunc cum Israelitico populo Dominus agebat.

Hebræ. 12.

Galat. 4.

Tres, quas posteriores retulimus, comparationes, sunt legis & Euangelij. quare in illis lex, ueteris testamenti: Euangelium, noui nomine, signatur. Prima latius extenditur. Comprehendit enim sub se, & quæ ante legem editæ sunt promissiones. Quod autem ipsas sub ueteris testamenti nomine censendas Augustinus negauit, optime in eo sensit. Nec aliud uoluit, quam quod docemus. siquidem ad illas Ieremiæ & Pauli sententias respiciebat, ubi uetus testementum à verbo gratiæ & misericordiæ discernitur. Istud quoque scitissime eodem loco subiungit: pertinere ab initio mundi ad nouum testamentum filios promissionis, regeneratos à Deo, qui fide, per dilectionem operante, obedierunt mandatis. In spe non carnaliũ, terrenorum, temporalium: sed spiritualium, cœlestium æternorum bonorum: præcipuè credentes in mediatorem: per quem non dubitarunt, & spiritum sibi administrari, ut bene facerent: & ignosci, quoties peccarent. Id enim ipsum est, quod asserere in animo fuit: Eiusdem nobiscum benedictionis in æternam salutem consortes fuisse omnes sanctos, quos ab exordio mundi peculiariter à Domino selectos, scriptura commemorat. Inter nostram ergo & illius partitionem hoc interest: quòd nostra, secundum illam Christi sententiam: lex & Prophetæ usque ad Ioannem: ex eo regnum Dei euangelizatur: inter Euangelij claritatem, & obscuriorem, quæ pręcesserat, verbi dispensationem distinguit. altera simpliciter legis debilitatem secernit ab Euangelij firmitudine. Atque hic quoque de sanctis patribus adnotandum est: ita sub ueteri testamento

Li. 3. ad bonifa.

e iij uixisse,

uixisse, ut non illic restiterint: sed aspirarint semper ad nouum, adeoque certam eius communionem amplexi sint. Qui enim præsentibus umbris contenti, mentem ad Christum non extenderunt, eos cæcitatis ac maledictionis damnat Apostolus. ut enim reliqua taceamus, quænam maior cæcitas fingi possit, quàm à pecude mactata peccati expiationem sperare? quam in externa aquæ irrigatione animæ purgationem quærere? quam frigidis Deum cæremonijs, perinde atque illis ualde oblectetur, uelle placare? ad istas enim omnes absurditates delabuntur, qui, sine Christi respectu, in legis obseruationibus hærent.

Quintum, quod adiungere licet, discrimen in eo iacet. Quod ad Christi usque aduentum, gentem unam segregauerat Dominus, in qua fœdus gratiæ suæ
Deute. 32. contineret. Quando distribuebat altissimus gentes, quando diuidebat filios Adam, inquit, Moyses, in possessionem illi cessit populus suus: Iacob funiculus hæreditatis eius. Alibi sic populum alloquitur. En Domini Dei tui est cœ-
Deut. 10. lum, & terra, & omnia quæ in ea sunt. Patribus tamen tuis tantummodo adhæsit, amauit eos, ut eligeret semen eorum post eos: nempe uos ipsos, è cunctis gentibus. Populũ ergo illum, ueluti solus ad se ex hominibus pertineret, nominis sui cognitione dignatus est solum: fœdus suum quasi in eius sinu deposuit, præsentiam sui numinis illi manifestauit, omnibus prærogatiuis eum honorauit. sed ut reliqua omittamus beneficia: quod unum hic agitur, illum verbi sui communione sibi deuinxit, ut eius appellaretur & haberetur Deus. Interea gentes alias, quasi nihil secum haberent rei aut commercij, in uanitate ambulare sinebat, nec, ut earum exitio mederetur, quod unicum erat remedium, afferebat: verbi scilicet sui prædicationem. Itaque Israel tunc filius Domino delicatus: alij extranei. Ille cognitus, & in fidem tutelamque susceptus: alij tenebris suis relicti. Ille à Deo sanctificatus: alij prophani. Ille Dei præsentia honoratus: alij omni propinquitate excluſi. At ubi uenit plenitudo temporis, instaurandis omnibus destinata, exhibituſque est ille Dei & hominis conciliator: diruta macería, quæ tam diu misericordiã Dei intra Israelis fines concluſam tenuerat, annunciata pax est ijs qui procul erant, non secus atque ijs qui prope coniuncti: ut Deo simul reconciliati in unum populum coalescerent.

Ephe. 2. Quare nulla iam Græci aut Iudæi, circumcisionis uel præputij ratio: sed omsic alibi. nia in omnibus Christus, cui datæ sunt gentes in hæreditatem, & termini terræ in peculium. Vt sine discrimine dominetur à mari usque ad mare, & à fluminibus usque ad ultimos orbis fines. Gentium igitur uocatio, insignis est tessera, qua supra uetus testamentum, noui excellentia illustratur. Plurimis quidem & clarissimis Prophetarum oraculis testata ante fuerat: sed ita, ut in regnum Messiæ, eius complementum reijceretur. Ac ne Christus quidem, statim à primo suæ prædicationis exordio, ad eam progressus fecit: sed eò usque distulit, donec absolutis omnibus redemptionis nostræ numeris, ac finito humiliationis suæ tempore, acciperet à Patre nomen, quoad est supra omne nomen, coram quo omne genu
Matth. 15. flecteretur. Vnde mulieri Chananeæ, hac opportunitate nondum expleta, negat
Matth. 10. se missum, nisi ad oues perditas domus Israel: nec Apostolos in primam missionem patitur eosdem limites superare. In uiam gentium, inquit, ne abieritis: & in ciuitates Samaritanorum ne ingrediamini: sed ite potius ad oues perditas domus Israel. utcunq; autem tot testimonijs prodita foret, ubi tamen Apostolis auspicanda fuit, sic noua & insolens illis uisa est, ut tanquam prodigium aliquod exhorrerent. Trepide sane, nec sine recusatione, tandem agressi sunt. Nec mirum, uidebatur enim rationi minime consentaneum, ut Dominus, qui tot sæculis Israelem à reliquis gentibus selegerat, quasi repente mutato consilio, delectum illum tolleret. uaticinijs quidem id prædictum erat: sed non poterant uaticinijs, adeo attenti esse, ut rei nouitate, quæ se oculis ingerebat, nihil mouerentur. Neque satis ad eos permouendos ualebant, quæ iam olim futurę gentium uocationis specimina Deus ediderat. siquidem, præterquàm quod paucissimos uocauerat, illos ipsos

ipſos inſerebat quodãmodo in familiã Abrahę, ut populo ſuo accederent. Iſta uero publica uocatione non modo Iudæis æquabant gentes: ſed uelut in demortuorum locũ ſubire eas apparebat. His quatuor aut quinq; mẽbris totã ueteris & noui teſtamenti differentiã, quantũ ad ſimplicẽ docẽdi rationẽ ſufficit, puto bene ac fideliter eſſe explicatã. Verũ quia nõnulli hanc in gubernanda Eccleſia uarietatẽ, diuerſum in docendo modũ, tantã rituum ac ceremoniarũ conuerſionem pro magna abſurditate iactant, ijs quoq; reſpondendũ eſt, anteq; ad alia tranſeamus: fieri autẽ id breuiter poteſt: qa nõ tã firmæ ſunt obiectiões, ut accurata refutatiõe opus habeãt. Nõ eſt, inqunt, conſentaneũ, ut Deus, qui perpetuo ſibi conſtat, tanta mutationẽ paſſus ſit, ut, quod ſemel iuſſerat & cõmendauerat, poſtea improbaret. Reſpondeo, nõ propterea mutabilẽ iudicari Deũ debere, q; diuerſis ſęculis diuerſas formas accõmodauerit: prout cuiq; expedire nouerat. Si alia hyeme officia, alia ęſtate familię ſuę agricola pręſcribit: nõ propterea illũ inconſtantię arguemus, aut deuiare putabimus à recta agriculturę regula, quę cũ ppetuo naturę ordine cõiuncta eſt. Similiter ſi qs paterfamilias aliter ſuos liberos in pueritia, aliter in adoleſcentia, aliter in iuuentute eurudiat, regat, tractet: nõ propterea dicemus ipſum leuẽ eſſe: aut à ſua ſentẽtia diſcedere. Quid ergo inconſtantie notã Deo inurimus, q; temporũ diuerſitatẽ aptis et cõgruentibus notis diſtinxerit? Poſterior ſimilitudo penitus ſatisfacere uotis debet. Iudæos pueris ſimiles facit Paulus: Chriſtianos adoleſcẽtibus. Quid in hoc Dei regimine eſt inordinati, q; illos in rudimẽtis detinuit, quę pro ętatis modulo ipſis congruebant, nos firmiore & quaſi uiriliore diſciplina inſtituit. Ergo in eo elucet Dei cõſtantia, q; eandẽ omnibus ſæculis doctrinã tradidit. Quẽ ab initio pręcepit nominis ſui cultũ, in eo requirendo perſeuerat. Quod externã formã & modũ mutauit, in eo nõ ſe oſtendit mutationi obnoxiũ: ſed hominẽ captui, qui uarius ac mutabilis eſt, eatenus ſe attẽperauit. Atqui, unde, inquiunt, iſta diuerſitas? niſi quia talẽ eſſe Deus uoluit. Nõne tã bene ab initio q; poſt Chriſti aduentũ, perſpicuis uerbis, citra ullas figuras, reuelare potuit uitã ętternam? paucis & claris ſacramentis ſuos erudire? Spiritũ ſanctũ largiri? gratiã ſuã per orbẽ uniuerſum diffundere? Hoc uerò perinde eſt, ac ſi cũ Deo litigarent, q; mundũ tam ſero creauerit, cũ poſſet ab initio: q; alternas uices inter hyemẽ & æſtatẽ, inter diem & noctẽ eſſe uoluerit. Nos uerò, quod ſentire oẽs pij debent, quid quid à Deo factũ eſt, ſapienter & iuſte factũ ne dubitemus: etiã ſi cauſam ſępe neſciamus, cur ita fieri oportuerit. Hoc enim eſſet nimiũ nobis arrogare, nõ cõcedere Deo, ut cõſilij ſui rationes habeat, quę nos lateant. At mirũ eſt, inquiunt, q; nunc pecudũ uictimas et totũ illũ ſacerdotij leuitici apparatũ reſpuat & abominet, qbus olim oblectabat. Quaſi uerò Deũ externa iſta & caduca oblectent, aut ullo modo affi iant. Iam dictum eſt, nihil horũ feciſſe ſua cauſa: ſed omnia pro hominum ſalute diſpenſaſſe. Si medicus iuuenem optima ratione à morbo curet: in eodem poſtea iam ſene alio curationis genere utatur: num ideo dicemus ipſum medendi rationem repudiare, quę antea placuerat? Imò cũ in illa cõſtanter perſtet, rationem ętatis habet. Sic Chriſtum alijs ſignis & abſentẽ figurati, & uenturũ pręnunciari oportuit: alijs nunc exhibitum repræſentari & annunciari decet. Quod ad uocationem Dei latius per omnes populos in aduentu Chriſti ſparſam q; ante fuerat, & gratias Spiritus largius effuſas: quis, obſecro, ęquum eſſe neget, ut in manu & arbitrio Dei ſit libera gratiarum ſuarum diſpenſatio? ut quas uelit nationes illumĭnet, quibus uelit locis uerbi ſui prędicationem excitet, qualem & quantum uelit doctrinæ ſuæ profectum & ſucceſſum largiatur: nominis ſui notitiam, quibus uelit ſęculis, auferat è mundo propter ipſius ingratitudinẽ: quãdo iterũ uelit propter ſuã miſericordiã reſtituat. Videmus ergo, nimis indignas eſſe calumnias, quibus impij homines hac parte ſimplicium animos exagitant: ut uel Dei iuſtitiam uel ſcripturæ fidem in dubium uocent.

DE LIBERTATE CHRISTIANA.

Caput XII.

TRACTANDVM nunc de Christiana libertate: cuius explicatio prætermitti minime ab eo debet, cui summam Euangelicæ doctrinę compendio complecti, propositum sit. Est enim res apprime necessaria, ac citra cuius cognitionem, nihil ferè sine dubitatione aggredi conscientiæ audent, in multis hæsitant & resiliunt, semp uariãt & trepidant. Sed nos planiorẽ eius disputationẽ (nã leuiter aliquoties supra à nobis attacta est) in hunc locum reiecimus: quia, simul, atcp iniecta est aliqua mentio Christianæ libertatis, ibi aut feruent libidines, aut insani motus surgunt: nisi mature obuiã eatur lalciuis ingenijs istis, quę, alioqui optima quęcp pessime corrumpunt. Partim enim huius libertatis prętextu omnẽ Dei obedientiã excutiũt, & in effrenatã licentiã se proripiunt. partim indignãtur, putantes omnem moderationem, ordinem, rerumcp delectum tolli. Quid hic agamus talibus angustijs circumsepti? An Christiana libertate ualere iussa, huiusmodi periculis opportunitatem præcidamus? Atqui (ut dictum est) nisi ea teneatur, nec Christus, nec Euangelij ueritas recte cognoscitur. Danda potius opera, ne adeò necessaria doctrinæ pars supprimatur: & occurratur tamen interim absurdis illis obiectionibus, quæ inde enasci solent.

Christiana libertas in tribus (ut ego quidem sentio) partibus sita est. prima, ut fidelium conscientiæ, dum fiducia suæ coram Deo iustificationis quærenda est, sese supra legem erigant atque efferant, totamque legis iustitiam obliuiscantur. Nam cum lex (ut alibi iam demonstratum est) neminem iustum relinquat: aut ab omni spe iustificationis excludimur, aut ab illa nos solui oportet. Ac sic qdem, ut nulla prorsus operum ratio habeatur. Nam qui uel tantillum operum se afferre debere ad obediendum iustitiam cogitat, non potest modum aut finem præfigere: sed debitorem uniuersæ legis se constituit. Sublata igitur legis mentione, & omni operum cogitatione sepositа, unam Dei misericordiam amplecti conuenit, cum de iustificatione agitur: et auerso à nobis aspectu, unum Christum intueri. Non enim illic quæritur, quomodo iusti simus: sed quomodo, iniusti licet ac indigni pro iustis habeamur. Cuius rei si certitudinem aliquam assequi uolunt conscientiæ, nullum legi dare locum debent. Neque hinc recte quis colligat, legem fidelibus superuacaneam esse: quos non ideo docere, & exhortari, & stimulare ad bonum desinit: tametsi apud Dei tribunal in eorum conscientijs locum non habet. Hæc enim duo, ut multò diuersissima sunt, ita probe diligenterque sunt à nobis distinguenda. Tota Christianorum uita, quædam pietatis meditatio esse debet: quoniam in sanctificationem uocati sunt. In hoc situm est le-
Ephe. pri. gis officiũ, ut eos officij sui admonẽdo, ad sanctitatis & innocẽtiæ studiũ excitet. At ubi conscientiæ solicitantur, quomodo Deum habeant propitium, quid respondeant, & qua fiducia constaturæ, si ad eius iudicium postulentur: ibi non subducendũ est, quid lex requirat: sed unus Christus pro iustitia proponendus, qui omnem legis perfectionem superat. In hoc cardine totum ferè argumen-
Galat. 3. 5. tum epistolæ ad Galatas uertitur. Nam insulsos esse interpretes, qui docent Paulum in ea pro ceremoniarum tantum libertate pugnare, ex locis argumentorum probari potest. Quales isti sunt: quod Christus factus sit pro nobis execratio, ut nos ab execratione legis redimeret. Item, in libertate, qua Christus nos liberauit, state: & ne rursus iugo seruitutis implicemini. Ecce ego Paulus dico, si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit. Et qui circumciditur, debitor est uniuersæ legis. Christus uobis ocioſus factus. Quicunque per legem iustifica-

iustificamini, à gratia excidistis. Quibus certè aliquid sublimius continetur, quàm ceremoniarum libertas. Equidem fateor, Paulum illic de ceremonijs tractare: quia illi cum Pseudoapostolis pugna est, qui ueteres legis umbras, Christi aduentu abolitas, reducere in Christianam Ecclesiam moliebantur. Verum ad hanc quæstionem expediendam disputandi erant altiores loci, in quibus tota controuersia posita erat. Primum quia umbris illis Iudaicis obseruabatur Euangelij claritas, ostendit in Christo nos solidam eorum omnium exhibitionem habere, quæ Moysaicis cęremonijs adumbrabantur. Deinde quia illi impostores pessima opinione imbuebant plebem. Quòd hæc scilicet obedientia ualeret ad promerendam Dei gratiam hic plurimum insistit, ne ullis legis operibus, nedum minutis illis elementis, iustitiam se cõsequi posse corã Deo existiment fideles. Et simul docet, dãnatione legis, quæ uniuersis hominibus aliàs impẽdet, esse per crucẽ Christi libertas: ut plena securitate in uno Christo acqescant. Qui locus huc proprie pertinet. Postremo cõscientijs fidelium suam asserit libertatem, ne qua religione in rebus nõ necessarijs obstringantur.

Altera, quæ ex superiore illa pendet: ut conscientiæ non quasi legis necessitate coactæ, legi obsequantur: sed legis ipsius iugo liberæ, uoluntati Dei ultro obediant. Quoniam enim in perpetuis terroribus uersantur, quamdiu sub legis dominio sunt: alacri promptitudine in obedientiã Dei nunquam compositæ erunt, nisi huiusmodi prius libertate donatæ. Exemplo & breuius & magis perspicue assequemur, quò hæc pertineant. Legis præceptum est, ut diligamus Deum nostrum ex toto corde, ex tota anima, ex totis uiribus. Id ut fiat, anima prius omni alio sensu & cogitatione est euacuanda, cor omnibus desiderijs expurgandũ, uires in hoc unum colligendæ & cõtrahendæ. Qui prę alijs multum progressi sunt in uia Domini, longissime absunt ab hac meta. Nam etsi Deum ex animo diligunt, & syncero cordis affectu: multam tamen adhuc cordis & animæ partem occupatam habent carnis cupiditatibus: quibus retrahuntur & sistuntur, quominus citato ad Deum cursu pergant. Multo quidem conatu contendunt: sed caro partim eorum uires debilitat, partim ad sese applicat. Quid hic faciant, dum sentiunt nihil se minus, quam legem præstare? Volunt, adspirant, conantur: sed nihil ea, qua decet, perfectione. Si legem intuentur: quicquid tentant aut meditantur operis, maledictum esse uident. Nec est quod se quisq; fallat, colligens opus eo ipso non omnino malum esse, quia imperfectum: & ideo quod in eo boni est, Deo nihilominus acceptum esse. Nam lex, perfectam dilectionem exigens, omnem imperfectionem damnat. Opus igitur suum consyderet, quod pro parte bonum uideri uolebat: & eo ipso transgressionem legis esse inueniet, quia imperfectum est. En quomodo omnia nostra opera legis maledictioni subiacent, si ad legis modum exigantur. Quomodo autem tum se alacriter accingerent ad opus infœlices animæ, pro quo non nisi maledictionem se referre posse confiderent? Rursum si ab hac seuera legis exactione, uel potius toto legis rigore liberatæ, paterna lenitate se à Deo appellari audiant, hilares & magna alacritate uocanti respondebunt, & ducentem sequentur. In summa, qui legis iugo adstringuntur, seruis sunt similes: quibus certe, in singulos dies, operæ à Dominis indicuntur. Hi enim nihil effectum putant, nec in conspectum Dominorum uenire audent, nisi exactus operarum modus constiterit. filij uero, qui liberalius, & magis ingenuè à patribus tractantur, eis non dubitant inchoata & dimidiata opera, aliquid etiam uitij habentia, offerre: confisi, suam obedientiam & animi promptitudinem illis acceptam fore, etiamsi minus exacte effecerint, quod uolebant. Tales nos esse oportet, qui certo cõfidamus, obsequia nostra indulgẽtissimo Patri probatum iri: quãtulacunq; sint, & quantumuis rudia ac imperfecta. Qualiter etiam per Prophetam nobis confirmat. parcam eis, ingt, sicut solet pater filio parcere seruienti sibi. ubi parcere pro indulgere positũ cõstat: cũ simul obsequij meminerit. Neq; hæc fiducia parũ nobis necessaria est, sine qua frustra omnia conabimur, si quidem nullo nostro opere se coli reputat Deus, nisi quod Mal. 3.

nisi quod in eius cultum uere à nobis fiat. Id autem qui possit inter illos terrores, ubi dubitatur, offendatur ne Deus, an colatur nostro opere? Atque ea causa est, cur author epistolę ad Hebręos quicquid in sanctis patribus bonorum operum fuisse legitur, ad fidem referat, & ea duntaxat ex fide æstimet. De hac libertate illustris est locus in epistola ad Romanos. ubi Paulus ratiocinatur, peccatum non debere nobis dominari: quia non sumus sub lege, sed sub gratia. Cū enim fideles hortatus esset, ne peccatum in eorum mortali corpore regnaret, neue exhiberent membra sua arma iniquitatis peccato, sed Deo se deuouerent, tanquā ex mortuis uiuentes, & membra sua arma iustitiæ Deo: illi uerò contra obijcere possent, se adhuc carnem secum ferre, plenam concupiscentijs, & peccatum in se habitare; subijcit eam consolationem à legis libertate, ac si diceret: Tametsi nondum extincti peccatū, nec dū iustitiā in se uiuere plane sentiant, nō tñ esse cur formidēt, & animo deijciant, quasi Deum semper offensum habeant, ob peccati reliquias; quā do per gratiā à lege sint manumissi: ne, eius regula, sua opera examinent. Qui uerò peccandū inferunt, quia non simus sub lege: hanc libertatem nihil ad se pertinere intelligant: cuius finis est, nos ad bonum animare.

Heb. 11.

Rom 6

Tertia ut nulla rerum externarum, quæ per se sunt ἀδιαφόρα, religione coram Deo teneamur: quin eas nunc usurpare, nunc omittere, indifferenter liceat. Atq; huius etiā libertatis cognitio perq̄ nobis necessaria est. Quæ si aberit, nulla conscientijs nostris futura est quies, nullus superstitionū finis. Videmur hodie plerisq; inepti, qui disceptationē mouemus de libero esu carniū, de libero feriatę uestiumq; usu, & similibus (ut illis quidē uidetur) friuolis nugis, sed plus istis inest momenti, q̄ uulgo creditur. Nam ubi semel se in laqueum coniecerunt conscientię, longum & inextricabilem labyrinthū ingrediuntur: unde non facilis postea exitus patet. Si quis dubitare incœperit, an sibi in linteis, indusijs, sudarijs, mantilibus, lino uti liceat: nec de canabe postea securus erit, tandem & de stuppis incidet dubitatio. Secum enim uolutabit, an non sine mantilibus cœnare possit? an non sudarijs carere? Si cui paulò delicatior cibus illicitus usus fuerit, demum nec cibarium panem, ac uulgaria edulia tranquillus coram Deo comedet: dum in mentem uenit, se uilioribus adhuc cibis posse corpus sustentare. Si in suauiori uino hæsitauerit, deinde nec uappam, cum bona conscientiæ pace, bibet. postremo nec dulciorem, mundioremq; alijs aquam attingere audebit. Deniq; eo demum ueniet, ut super transuersam (quod dicitur) fustucam incedere, nefas ducat. Nō enim hic leue certamē inchoat: sed hoc controuertit̄, an his aut illis nos uti Deus uelit: cuius uoluntas cōsilijs nostris ac factis omnibus prę ire debet. Hinc alios desperatione in confusionē abripi necesse est: alios, contempto Deo, & abiecto eius timore, uiam sibi ruina facere, quam expeditam non habeant. Quicunq; enim tali dubitatione impliciti sunt, quoquo se uertant, præsentem ubiq; conscientię offensionē uident. Scio, inquit Paulus, quia nihil commune est (per commune, prophanum accipiēs) nisi qui existimat aliquid commune, illi commune est. Quibus uerbis res omnes externas libertati nostræ, subijcit: modo eius libertatis ratio animis nostris apud Deum constet. Verum si qua superstitiosa opinio scrupulum nobis injiciat: quæ suapte natura pura erant, nobis contaminantur. Quare subijcit. Beatus, qui non iudicat se ipsum, in eo quod probat. At qui dijudicat, si ederit, condemnatus est: quoniam non edit ex fide. Porrò quod non est ex fide, peccatum est. Inter huiusmodi angustias qui omnia secure nihilominus audendo, se animosiores ostendunt, nonne se tantundē à Deo auertunt? Qui uerò aliquo Dei timore penitius afficiuntur, cum & ipsi cogantur multa admittere, auersante conscientia, formidine consternuntur ac concidunt.

Rom. 14.

1. Timot. 4

Omnes, quotquot tales sunt, nihil donorum Dei accipiunt cum gratiarum actione. qua tamen sola, nobis omnia in usum nostrum sanctificari, testatur Paulus. Intelligo autē gratiarum actionem ex animo profectam, qui Dei beneficentiam & bonitatem in suis donis agnoscat. Nam multi quidem eorum, Dei bona esse intelligunt, quibus utuntur, & Deum in operibus suis laudant. sed cum sibi data

sibi data esse persuasum non habeant, quomodo gratias Deo agerent tanquam datori? Videmus in summa, quorsum hæc tendat libertas: nempe, ut Dei donis, nullo conscientiæ scrupulo, nulla animi perturbatione, utamur, in quem usum nobis à Deo data sunt. qua fiducia & pacem cum eo habeant animæ nostræ, & eius erga nos largitatem agnoscant. Hic etiam cõprehendunt oẽs liberę obseruationis ceremonię, ne qua necessitate ad eas obseruandas cõscientię adstringantur: sed earum usum Dei beneficio sibi ad ędificationẽ subiectũ esse meminerint.

Est autem diligenter obseruandum, Christianam libertatem omnibus suis partibus rem spiritualem esse: cuius tota uis in formidolosis conscientijs, coram Deo, pacificandis posita sit. siue de peccatorum remissione inquietæ sint, ac solicitæ: siue anxiæ sint, utrum opera imperfecta, & uitijs carnis nostræ inquinata, Deo placeant: siue de rerum indifferentium usu torqueantur. Quare peruerse interpretantur, uel qui suis cupiditatibus ipsam prætexunt, ut bonis Dei donis abutantur in suam libidinem: uel qui nullam esse putant, nisi coram hominibus usurpatam: ideoq; in ea utenda nullam infirmorum fratrum rationem habent. Primo genere maiorem in modum hoc sęculo peccatur. Nullus ferè est, cui sumptuoso esse per facultates liceat, quem non delectet, in cœnarum apparatu, in cultu corporis, in extruendis domibus, luxuriosus splendor: qui non omni lautitiarum genere inter alios eminere uelit, qui non sibi in suo nitore mirifice blandiat. Et hæc omnia sub Christianæ libertatis prætextu defenduntur. Aiunt, res esse indifferentes. fateor: modo ijs indifferenter quis utatur. Cæterum ubi nimis cupide appetuntur, ubi superbe iactantur, ubi luxuriose effunduntur, ijs uitijs conspurcantur. Inter res indifferentes optime distinguit illud Pauli: Omnia munda mundis. coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum, quando polluta est eorum mens & conscientia. Cur enim maledicuntur diuites, qui consolationẽ suã habẽt, qui saturati sunt, qui nunc ridẽt, q dormiunt in lectis eburneis, qui coniungunt agrum agro, quorum conuiuia cytharam, lyram, tympanum, & uinum habent? Certè & ebur, & aurum, & diuitiæ, bonæ Dei creaturæ sunt, hominum usibus permissæ: imo, Dei prouidentia, destinatæ. Nec ridere, aut saturari, aut nouas possessiones ueteribus atque auitis adiungere, aut concentu musico delectari, aut uinum bibere, usquam prohibitum est. Verum istud quidem. sed ubi rerum copia suppetit, in delitijs uolutari, ac se ingurgitare, mentem & animum inebriare præsentibus uoluptatibus, nouisque semper inhiare: hæc à legitimo donorum Dei usu longissime absunt. Tollant ergo immoderatam cupidinem, tollant immodicam profusionem, tollant uanitatem & arrogantiam: ut pura conscientia, Dei donis pure utantur. Vbi ad hanc sobrietatem animus compositus fuerit, habebunt legitimi usus regulam. Desit rursum hæc moderatio, plebeiæ communesque delitiæ nimiæ sunt. Nam illud uere dicitur: In burrho & rudi panno, sæpe animum purpureum habitare: interdum sub bysso & pupura simplicem humilitatem latere. Ita in suo quisque ordine uel tenuiter, uel modice, uel splendide uiuat: ut meminerint omnes se à Deo ali, ut uiuant, non ut luxurientur, ac legem hanc Christianæ libertatis putent, si cũ Paulo didicerint, in quibus sunt, ijs contenti esse: si norint & humiles esse, & excellere: si docti sint ubique & in omnibus, & saturari, & esurire, & abundare, & penuriam pati.

Tit. 1. Luc. 6. Amos. 6. Iesa. 5.

Philip. 4.

Errant & in eo plerique, quod perinde ac si sua libertas incolumis, ac salua nõ esset, nisi testes haberet homines, promiscue & imprudenter ea utuntur. Qua importuna usurpatione infirmos fratres sępenumero offendunt. Videas hodie quosdam, quibus sua libertas non uidetur consistere, nisi per esum carniũ, die ueneris, in eius possessionem uenerint. Quod edunt, non reprehendo: sed exigenda est ex animis falsa ista hæc opinio. siquidem cogitare debebant, nihil se sua libertate nouum consequi in hominum conspectu, sed apud Deum: & tam in abstinendo constitutam esse, quàm in utendo. Si coràm Deo nihil referre intelligunt, uescantur ne carnibus, an ouis: rubrisne, an nigris uestibus induantur: satis

superq; est. Iam soluta est conscientia, cui eius libertatis beneficium debebatur. Ergo etiamsi posthac carnibus tota uita abstineant, & colorem unum perpetuo ferant, non minus liberi sunt. Imò ideo quia liberi sunt, libera conscientia abstinent. Pernicioſissime uerò labuntur, quòd fratrum infirmitatem nullius pensi habent: quam sic sustineri à nobis decet, ne quid temere admittamus, cum eius offendiculo. Verum interdum quoq; interest, coram hominibus asseri nostram libertatem. Et hoc fateor, modus tamen summa cautione tenendus est: ne infirmorum curam, quos nobis tantopere Dominus commendauit, abijciamus. Dicam hic itaque de scandalis nonnihil, quo in discrimine habenda sint, quę cauenda, quæ item negligenda: unde postea statuere liceat, quis sit inter homines libertati nostræ locus.

Placet autem uulgaris illa partitio, quæ scandalum, aliud datũ, aliud acceptũ, tradit: quando & apertum scripturæ testimonium habet, nec inepte exprimit, quod significat. Si quid importuna aut leuitate, aut lasciuia, aut temeritate, non ordine, nec suo loco facias, quo imperiti imbecilles q; offendantur: scandalum abs te datum dicetur: quoniam tua culpa factum fuerit, ut eiusmodi offensio suscitaretur. Ac omnino scandalum in re aliqua datum dicitur, cuius culpa ab authore rei ipsius profecta est. Scandalum acceptum uocatur, cum res alio qui non impro be, nec importune admissa, maleuolentia, aut sinistra quadam animi malignitate, in offensionis occasionem rapitur. Non enim hic datum erat scandalum: sed sinistri illi interpretes, sine causa, accipiunt. Priore illo scandali genere, non nisi infirmi offenduntur: hoc autem secundo acerba ingenia & Pharisaica supercilia. Qua re alterum uocabimus scandalum infirmorum, alterum Phariseorum, ac sic libertatis nostrę usum temperabimus, ut fratrum infirmorum ignorantiæ cedere debeat: Phariseorum austeritati nequaquam. Quid enim infirmitati dandum sit, abunde multis locis ostendit Paulus. Infirmos, inquit, in fide suscipite. Item. Ne posthac alius alium iudicemus: uerum illud magis, ne offendiculum ponatur fratri, aut lapsus occasio. Et multa in eum sensum: quę ex eo loco peti satius est, quam hic referri. Summa est: ut nos, qui potentes sumus, infirmitates impotentium sufferamus, nec placeamus nobis ipsis. Sed unusquisq; nostrũ proximo placeat in bonum, ad ædificationem. Alibi, sed uidete, ne quo modo facultas uestra offendiculo sit ijs, qui infirmi sunt. Item. Omnia quę in macello uenduntur, edite, nihil interrogantes propter conscientiam: porrò conscientiam uestram dico, non alterius. Denicq; tales estote, ut nullum præbeatis offendiculum, neq; Iudęis neq; Gręcis, neq; Ecclesię Dei, alio etiam loco. In libertatem uocati estis fratres, tantũ ne libertatem uestram detis in occasionem carni, sed per charitatem seruite uobis inuicem. Ita est sane. Libertas nostra non aduersus imbecilles proximos data est, quorum nos per omnia seruos charitas statuit: sed magis, ut pacem cum Deo in animis nostris habentes, pacifice etiam inter homines uiuamus. Phariseorum autem offensio quanti sit facienda, discimus ex uerbis Domini: quibus iubet omitti illos, quia cęci sunt, duces cęcorum. Admonuerant discipuli, eos sermone ipsius offensos fuisse. Respondet: negligendos, nec curandam esse eorum offensionem.

Rom. 14.

1. Cor. 8. 10

Galat. 5.

Matt. 15.

Res tamẽ adhuc incerta pendet: nisi teneamus, qui nobis sint habendi infirmi, & qui Phariseι. quo discrimine sublato, non uideo quis prorsus restet inter offensiones libertatis usus qui nunquam sine summo periculo foret. Verum mihi clarissime definisse uidetur Paulus, tum doctrina, tũ exemplis, quatenus uel moderanda sit libertas nostra, uel offendiculis redimenda. Timotheum cum in consortium suum assumeret, circuncidit. Titum ut circuncideret, adduci non potuit. Diuersa facta: nulla consilij nec animi mutatio, nempe, in circuncidendo Timotheo, cũ liber esset ab omnibus, omnibus semetipsum seruũ fecit: & factus est Iudęis quasi Iudæus, ut Iudęos lucrifaceret: ijs qui sub lege erãt, quasi esset sub lege, ut eos q; sub lege erant lucrifaceret: infirmis, quasi infirmus, ut infirmos lucrifaceret: omnibus omnia: ut multos seruaret, quemadmodum alibi scribit. Habemus iustam libertatis moderationem, si cum fructu aliquo indifferenter contineri possit.

Acto. 19
Gala. 2.

1. Corint. 9

2. Cor. 9

posſit. Quid reſpexerit cum Titum circumcidere fortiter abnuit, ipſe teſtatur, ſic Galat. 2
ſcribens: Sed neq; Titus, qui mecum erat, cum eſſet græcus, compulſus fuit circum
cidi: propter obiter ingreſſos falſos fratres, qui ſub introierant ad explorandum li
bertatem noſtram, quam habemus in Chriſto Ieſu, quò nos in ſeruitutem adige=
rent, quibus ne ad tempus quidem ceſſimus per ſubiectionem, ut Euangelij uerí=
tas maneret apud uos. Habemus & neceſsitatem uindicandæ libertatis ſi per íní=
quas exactiones pſeudoapoſtolorũ ea infirmis in conſcientijs periclitatur. Vbiq;
ſtudendum charitati, & ſpectanda proximi ædificatio. Omnia, inquit alibi, mihi
licent: at omnia non expediunt. Omnia mihi licent: at non omnia ædificant. Ne= 1. Corin. 10
mo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius. Nihil iam hac regula expeditius: q̃
utendum libertate noſtra, ſi in proximi noſtri ædificationem cedat: ſin ita proxí=
mo non expediat, ea tunc abſtinendum. Sunt qui Paulinam prudentiam ſimu=
lant in abſtinentia libertatis, nihil minus quam in officia charitatis eam conferen=
tes. Suæ enim quieti ut conſulant, omnem libertatis mentionem ſepultam optant,
cum non minus interſit proximorum, libertatem in eorum bonum & ædificatio=
nem interdum uſurpare: quam pro ipſorum commodo, eam loco moderari. Pij au
tem hominis eſt cogitare, ſibi liberam in rebus externis poteſtatem ideo eſſe con=
ceſſam, quò ſit ad omnia charitatis officia expeditior.

Quicquid autem de cauendis offendiculis docui, ad res medias & indifferen=
tes referri uolo. Nam quæ neceſſaria ſunt factu, nullius offendiculi timore omit=
tenda ſunt. Quemadmodum enim charitati ſubijcienda eſt noſtra libertas: ita ſub
fidei puritate ſubſidere uicíſsim charitas ipſa debet. Equidem & hic charitatis ra=
tionem haberi decet, ſed uſq; ad aras: hoc eſt, ne, in gratiam proximi, Deum offen
damus. Non probo eorum intemperiem, qui nihil niſi tumultuando agunt, & q
perrumpere omnia malunt quàm diſſuere. At nec eos audio, qui cum in mille ím=
pietatis formas duces ſe præbent, ſic ſibi agendũ fingunt, ne proximis ſint offen=
diculo, quaſi non interim proximorum conſcientias in malum ædificent: præſer=
tim ubi nulla ſpe exitus, in eodem ſemper hærent luto. Et ſuaues homines, ſeu do
ctrina, ſeu uitæ exemplo ſit inſtituendus proximus, aiunt lacte paſcendum eſſe:
quem peſsimis exitialibuſq; opinionibus imbuunt. Lactis potu ſe aluiſſe Corín=
thios Paulus commemorat. Sed ſi tum inter eos fuiſſet Papalis miſſa: an ſacrifica=
ret, ad præbendum ipſis lactis paſtum? At lac uenenum non eſt. Mentiuntur er= 1. Corin. 3.
go ſe alere, quos ſub blanditiarum ſpecie crudeliter necant. Atq; ut demus, pro=
bandam ad tempus iſtiuſmodi diſsimulationem: quouſq; tamen pueros ſuos eo=
dem potabunt lacte? Nam ſi nunquam grandeſcunt, ut uel tenuem ſaltem aliquẽ
cibum ferre poſsint: nec lacte fuiſſe unquam educatos, certum eſt.

Iam uero cum hac libertatis prærogatiua, qualem antea deſcripſimus, donatæ
fideles conſcientiæ, id Chriſti beneficio conſecutæ ſint, ne ullis obſeruationum la=
queis in ijs rebus implicentur, in quibus eas eſſe liberas Dominus uoluit: omniũ
hominum poteſtate exemptas eſſe conſtituimus. Eſt enim indignum, aut Chriſto
gratiam tantæ ſuæ liberalitatis perire: aut conſcientijs ipſis fructum. Neq; res le=
uicula exiſtimanda nobis eſt, quam uidemus tanti Chriſto conſtitiſſe. Vtpote,
quam non auro aut argento, ſed proprio ſanguine æſtimauit, ut Paulus non du=
bitet dicere, irritam fieri eius mortem, ſi animas noſtras hominibus in ſubiectio=
nem tradimus. Síquidem non aliud agit aliquot capitibus Epiſtolæ ad Galatas,
quàm Chriſtum nobis obſcurari, uel potius extingui, niſi in ſua libertate ſtent cõ
ſcientiæ noſtræ: à qua certe exciderunt, ſi poſſunt, hominum arbitrio, legum ac cõ
ſtitutionum uinculis illaqueari. Verum ut res eſt cognitu digniſsima, ita longio=
ri magiſq; perſpicua explicatione indiget. Statim enim atq; de humanarum con=
ſtitutionum abrogatione uerbum factum eſt, ingentes turbæ partim à ſeditioſis,
partim à calumniatoribus commouentur: quaſi uniuerſa ſimul tollatur ac ſub=
uertatur hominum obedientia. Ad eum ergo lapidem ne quis impingat: primũ
animad uertamus, duplex eſſe in homine regimen: alterum ſpirituale, conſcien=
tia ad pietatem & cultum Dei inſtituitur: alterum politicum, quo ad humanita=

tis & ciuilitatis officia, quæ inter homines seruanda sunt, homo eruditur. Vulgo appellari solent, iurisdictio spiritualis, & temporalis: non impropriis nominibus quibus significatur, priorem illam regiminis speciem ad animæ uitam pertinere: hanc autem, in his, quæ præsentis uitæ sunt, uersari, non quidem in pascendo tantum, aut uestiendo: sed in præscribendis legibus, quibus homo inter homines ui tam sancte, honeste, modesteq; exigat. Nam illa in animo interiori sedem habet: hæc autem externos mores duntaxat componit. Alterum uocare nobis liceat, regnum spirituale: alterum, regnum politicum. Hæc autem duo, ut partiti sumus, seorsum singula dispicienda semper sunt: & dum alterum consyderatur, auocandi auertendique ab alterius cogitatione animi. Sunt enim in homine ueluti mundi duo, quibus & uarij reges, & uariæ leges præesse possunt. Hac distinctione fiet, ne quod de spirituali libertate docet Euangelium, perperam ad politicum ordinẽ trahamus: ac si minus secundum externum regimen humanis legibus subijcerentur Christiani, quia solutæ sunt coram Deo ipsorum conscientię: quasi propterea eximerentur omni carnis seruitute, quòd secundum spiritum liberi sunt. Deinde quia in ijs etiam constitutionibus, quæ ad spirituale regnum videntur pertinere, potest aliqua esse hallucinatio, inter has etiam ipsas discernere oportet, quæ legitimæ habendæ sint, ut Dei verbo consentaneæ: quæ locum apud pios habere nõ debeant. De ciuili regimine erit alibi dicendi locus

De legibus Ecclesiasticis aliquid iam dictum est, cum de potestate Ecclesiæ scriberemus; quod supereſt, breuiter est tractandum.

DE TRADITIONIBVS HVMANIS.

Caput XIII.

QVVM ergo ad spirituale regnũ pertineat, quicquid de Christiana libertate à nobis dictum est, in hoc sermone ut diximus nullam aduersus politicum legum aut legislatorum ordinem nobis certamen est: nihilo etiam magis contra sanctas & salutares Ecclesiæ constitutiones, quæ uel ad disciplinam, uel publicam honestatem conseruandam faciunt: sed contra extraordinariam duntaxat potestatem, quam usurpant sibi, qui pastores Ecclesiæ uideri uolunt; re autem uera sæuissimi sunt carnifices. Quas enim leges condunt, spirituales esse aiunt, ad animã pertinentes: & eas ad uitam æternam necessarias affirmant. sic autẽ regnum Christi inuaditur: sic libertas, ab ipso fideliũ conscientijs data, opprimitur penitus ac disijcitur. Taceo nũc, quanta impietate legum suarum obseruationem sanciant: dum ex ipsa & peccatorum remissionem, & iustitiam, & salutem quærere, docent: dum totam religionis & pietatis summam in ipsa statuunt. Hoc unum contendo, necessitatem imponi conscientijs non debere, in quibus rebus à Christo liberantur; nec nisi liberatæ (ut antea docuimus) quiescere apud Deum possunt. Vnicum regẽ agnoscant, suum liberatorem Christum: & una libertatis lege, nempe sacro Euangelij verbo, regantur oportet, si gratiam, quam in Christo semel obtinuerunt, retinere uolunt, nulla seruitute teneantur, nullis uinculis adstringantur. Fingunt quidem Solones isti, suas constitutiones, leges esse libertatis, suaue iugum, onus leue: sed mera esse mendacia quis non uideat? Nullam ipsi quidem legum suarũ grauitatem sentiunt, qui abiecto Dei timore, tam suas, quàm diuinas leges secure ac strennue negligunt. Qui uero aliqua salutis suæ cura tanguntur, plurimum abest, quin

quin se liberos existiment, quamdiu his laqueis implicantur. Videmus quanta cautione uersatus sit in hac parte Paulus, ut ne una quidem in re laqueum iniícere ausus fuerit, neq; id nulla causa. Prospiciebat certe, quantum vulnus infligeretur cõscientijs, si earũ rerum necessitas illis imponeretur, quarum relicta esset à Domino libertas. Contra numerari uix possunt constitutiones, quas isti grauissime æternæ mortis denunciatione sanxerunt, quas seueriss ime exigunt, tanquàm ad salutem necessarias. Et in his permultæ sunt obseruatu difficilimæ: omnes uero, si in turbam suam congerantur, impossibiles, tantus est aceruus. Qui ergo fieri potest, ut, non extrema anxietate & terrore perplexi urantur, quibus tanta difficultatis moles incumbit? Huius generis ergo constitutiones hic impugnare animus est, quæ in hoc feruntur, ut animas intus coram Deo ligent: & religionem iniíciant, ac si de rebus ad salutem necessarijs præciperent. Tales autem sunt, quæ hodie uocantur Ecclesiasticæ constitutiones in Papatu: quæ pro uero ac necessario Dei cultu ingeruntur. Atq; ut sunt innumeræ, ita infinita sunt ad captandas illaqueandasq; animas uincula.

Ac de his quidem superius, cum de Ecclesię potestate haberetur sermo, nonnihil attigimus. Sed quia iustam tractationẽ distuleramus in hunc locũ, studebo totã summam, quo potero optimo ordine, colligere. Et quia de tyrannide, quã sibi in licentia docendi quidq d libuerit arrogãt pseudoepiscopi illic exposuimus, quantum satis esse uidebatur, totã illam partem omittam: in explicanda tm̃, quam se habere dicunt, legũ ferendarum potestate hic immorabor. Hoc igitur prætextu pseudoepiscopi nostri conscientias nouis legibus onerant, q; sint spirituales legislatores à Dño constituti, ex q̃ illis commissa est Ecclesiæ gubernatio. Itaq; quidqd iubent ac præscribũt, id necessario obseruandũ esse contendunt à populo Christiano. Qui uiolauerit, eum duplicis inobedientię reum esse, q̃d Deo & Ecclesię sit rebellis. Sane si ueri Episcopi essent, aliqd eis in hac parte authoritatis tribuerẽ. Nõ quantũ sibi postulant, sed quantũ ad politiam Ecclesiæ rite ordinandã requiritur. Nunc cũ nihil minus sint, q̃ quod haberi uolunt, non possunt tantillũ sibi sumere, quin modũ excedant. Sed quia hoc quoq; alibi uisum est: demus eis in præsentia, quidqd potestatis habent ueri Episcopi, id iure in eos cõpetere. Nego tñ propterea, legislatores esse fidelibus impositos, q; præscribere à seipsis possint uiuendi regulã, uel ad sua placita plebẽ sibi cõmissam adigere. Cum hoc dico, intelligo ipsis minime licere, q̃d ipsi à se absq; Dei verbo excogitauerit, Ecclesię obseruandũ pro necessario mandare. Id ius cũ & Apostolis fuerit incognitũ, & toties Ecclesię ministris, ore Dñi, ademptum: miror q; eam, præter Apostolorũ exemplum, & contra manifestã Dei prohibitionẽ arripere ausi fuerint, & hodie defendere audeant. Quòd ad perfectã bene uiuendi regulã pertinebat, id totũ sic cõplexus est Dñs lege sua, ut nihil hominibus reliquerit, q̃d ad summam illam adderent. Id q; eò fecit, primũ, ut, q; a tota uiuendi rectitudo in hoc sita est, si omnia nostra opa ad eius uoluntatẽ, tanq̃ ad normam, exigantur, unicus uitæ magister ac director à nobis haberetur: deinde ut testatũ faceret, se à nobis nihil magis requirere, q̃ obedientiam. Hac ratione Iacobus. Qui iudicat fratrem, inquit, iudicat legẽ. Qui legem iudicat, nõ est obseruator legis: sed iudex. Vnus autẽ legislator, qui potest seruare & perdere. Audimus Deum hoc sibi uni uelut propriũ asserere, ut uerbi sui imperio ac legibus nos regat. Atq; id ipsum ante ab Iesaia dictum fuerat, q̃uis paulò obscurius. Dñs rex noster, Dñs legislator noster, Dñs iudex noster, ipse saluabit nos. Vtroq; sane loco ostenditur, uitæ & mortis esse arbitrũ, qui ius habet in animã. Imò Iacobus hoc clare pronunciat. Id porrò sibi nemo hominũ sumere potest. Deum igitur unicũ animarum regẽ agnosci oportet: penes quẽ unũ seruãdi perdendiq; potestas est: aut (ut illa Iesaię verba sonant) & regẽ, & iudicem, & legislatorem, & seruatorẽ. Itaq; Petrus, dum pastores officij sui admonet, sic gregem pascant hortatur, ne Dominium exerceãt aduersus cleros: quo nomine hęreditatem Dei, hoc est, fidelium populum significat. Id si rite expendimus, nefas esse ad hominẽ transferri, quod Deus suum unius facit: intelligemus ita præcisum quidquid sibi potestatis

Iacob. 4.

Iesaiæ. 33.

1. Pet. 5.

ſtatis uindicant, q̃ ſe ad aliquid in Eccleſia iubendũ ſine verbo Dei efferre uolunt;

Porro quoniam tota cauſſa inde pendet, ſi Deus eſt unicus legislator, non licere hominibus id ſibi honoris ſumere: ſimul duas illas rationes quas poſuimus, memoria tenere conuenit, cur hoc ſibi uni Dñs aſſerat. Prior aũt eſt, ut eius uolũtas p̃fecta nobis ſit omnis iuſtitiæ & ſanctitatis regula: Atq; ita in eius cognitiõe perfecta ſit bene uiuendi ſciẽtia. Altera, ut ipſe unus cenſeatur imperiũ habere in animas noſtras, cui parère, & à cuius nutu pendere debeamus. His duabus rationibus obſeruatis, facilis erit diȷudicatio, quæ hominũ conſtitutiones ſint verbo Domini cõtrariæ. Sunt autẽ eius generis oẽs, quę ad uerum Dei cultũ finguntur pertinere, & quibus ſeruandis conſcientiæ obligantur, quaſi obſeruatu neceſſariæ eſſent. Hac ergo lance meminerimus ponderandas eſſe oẽs humanas leges, ſi uolumus habere certũ examen, quod nus q̃ aberrare nos ſinat. Priore cõtendit Paulus in Epiſt. ad Colloſ. aduerſus pſeudapoſtolos, qui nouis oneribus premere Eccleſias tentabant. Secunda magis utitur in Galatis, in ſimili cauſſa. Hoc ergo in Epiſtola ad Colloſſen. exequit: non eſſe de uero Dei cultu petendã ab hominibus doctrinã: quia Dñs fideliter nos & ad plenũ inſtituit, qualiter ſit colendus. Quò hoc demonſtret, primo capite dicit in Euangelio contineri omnẽ ſapientiam, qua perfectus reddatur homo Dei in Chriſto. Initio ſecundi, dicit oẽs ſapientię & intelligentiæ theſauros in Chriſto eſſe abſconditos. Inde poſtea cõcludit. Caueant fideles, ne per inanẽ philoſophiam ab ducant à grege Chriſti, ſecundũ conſtitutiones hominũ. In fine aũt capitis maiore adhuc fiducia dãnat oẽs ἐθελοθρησκείας, hoc eſt, fictitios cultus, q̃s homines ſibi ipſi cõminiſcuntur, uel ab aliȷs accipiunt, & quæcunq;, de cultu Dei tradere præcepta hoĩes audent. Habemus ergo, impias eſſe oẽs conſtitutiones, in quarũ obſeruatione cultus Dei ſitus eſſe fingit. Loci uero, quibus in Galatis urget, nõ eſſe laqueos cõſcientiȷs induendos, quas à ſolo Deo regi conuenit, ſatis ſunt aperti. Præſertim cap. 5. Ideo ſufficiat adnotaſſe.

Sed quia exemplis res tota melius patefiet, anteq̃ ultra progredimur, operę pretiũ eſt hanc doctrinã ad noſtra tempora accõmodare. Conſtitutiones, quas uocãt Eccleſiaſticas, q̃bus Papa cum ſuis onerat Eccleſiã, dicimus pernitioſas eſſe & impias: aduerſariȷ noſtri ſanctas eſſe & ſalutares defendũt. Sunt aũt duo earũ genera. Nam alię ſunt de cęremoniȷs & ritibus, alię ad diſciplinã magis ſpectant. Eſt ne igitur iuſta cauſſa, quæ nos ad eas impugnãdas moueat? Iuſtior certe q̃ uellemus. Primũ noñe authores ipſi clara uoce definiũt, ipſiſſimũ, ut ita loquar, Dei cultũ in ipſis cõtineri? In quem finẽ conferunt ſuas cęremonias, niſi ut p̃ illas Deus colat? Neq; id fit ſolo errore imperitę multitudinis: ſed eorũ approbatione, q̃ locũ docẽdi habent. Quod ergo tolerabile nõ eſſe docuit Paulus, legitimũ colendi Dei ritum ad hominũ arbitrium redigi, ſi hodie ferre nõ poſſumus, quid peccamus? præſertim uero cum ſecundũ elementa mundi huius colere præcipiunt q̃d Paulus aduerſari Chriſto, teſtatur. Rurſum q̃ præciſa neceſſitate ſtringant conſcientias ad ſeruandũ quidquid iubent, nõ eſt ignotũ. Hic dũ reclamamus, cauſſam habemus cũ Paulo cõmunẽ: q̃ nullo modo patit, fideles cõſciẽtias in hoim ſeruitutẽ redigi.

Porro iſtud peſsimum accedit, q̃ ubi talibus uanis figmentis definiri religio ſemel cœpta eſt, peruerſitatẽ illam perpetuo ſequit & altera execrabilis maledictio, quã Phariſæis Chriſtus exprobrabat: ut irritum fiat præceptũ Dei, propter hominũ traditiones. Nolo cõtra præſentes noſtros nomothetas uerbis meis pugnare,

Matth. 15

Vicerint ſane, ſi q̃ modo ab hac Chriſti accuſatione purgare ſe poterunt. Sed quo modo excuſarent? cum immenſo apud eos ſceleratius ſit, auriculare confeſsionẽ, uertente anno, prætermiſsiſſe: q̃ nequiſsimam uitã in ſolidum annũ ꝓduxiſſe, linguam die ueneris infeciſſe modico carnis guſtu, q̃ totum corpus, diebus omnibus ſcortando, fœdaſſe, manũ die ſanctulis, neſcio quibus, cõſecrato admouiſſe honeſto operi, q̃ peſsimis facinoribus aſsidue membra omnia exercuiſſe. ſacrificũ legitimo uno cõnubio copulari, q̃ illigari mille adulteriȷs. Votiuã peregrinationem nõ perſoluiſſe, q̃ in promiſsis omnibus fidẽ fallere, in prodigioſos, nec minus ſupuacuos ac inutiles templorũ luxus nõ aliquid profudiſſe, q̃ defuiſſe ultimis pau-

perum

perum neceſsitatibus. Idolũ ſine honore prętęriſſe, q̃ hoim omne genus contume lioſe tractaſſe. Non demur muraſſe certis horis longa ſine ſenſu verba, q̃ legitimã orationem animo nunq̃ concepiſſe. Quid eſt irritũ facere propter ſuas traditiones Dei pręceptũ, niſi hoc eſt? Cũ obſeruationẽ mandatorũ Dei frigide tm̃ & defunctorie cõmendantes, ſuorum exactã obedientiam nihilominus ſtudioſe & anxie urgent, q̃ ſi totam pietatis uim in ſe cõtinerent. Cum diuinę legis tranſgreſsionẽ leuibus ſatisfactionũ mulctis ulciſcentes, unius ſui decreti uel minimã offenſionẽ nulla leuiore pœna plectunt, q̃ carcere, exilio, incẽdio, aut gladio, in Dei cõtemptores non ita aſperi & inexorabiles, ſuos contemptores implacabili odio ad extremum perſequunt. Ac eos oẽs ſic inſtituunt, q̃rum ſimplicitatẽ captiuam tenent, ut ęquiore animo uniuerſam Dei legẽ ſubuerſam uiſuri ſint, q̃ apiculum in pręceptis (ut uocant) Eccleſiæ uiolatũ. Primum grauiter in eo delinquitur, q̃ ob res leuiculas, & ſi Dei iudicio ſtaretur, liberas, alter alterũ contemnit, iudicat, abijcit. Nunc uerò quaſi id parũ mali eſſet, pluris appenduntur friuola illa huius mundi elemẽta (ut Paulus Galatis ſcribens nuncupat) q̃ cœleſtia Dei oracula. Et q̃ propè in ad- *Galat. 4.*
ulterio abſoluitur, iudicatur in cibo. Cui ſcortũ permittitur, interdicitur vxor. hoc ſcilicet pręuaricatrice illa obedientia proficitur, quæ tm̃ à Deo auertitur, quantũ ad homines inclinat. Sunt alia quoq̃ duo nõ leuia uitia, quæ in ijſdẽ cõſtitutionibus improbamus. Primum q̃ magna ex parte inutiles, interdũ etiam ineptas obſeruationes pręſcribunt: deinde q̃ immenſa earũ multitudine opprimuntur pię cõſcientiæ, & in Iudaiſmũ quendã reuolutæ, umbris ſic adhæreſcunt, ut ad Chriſtũ nequeãt peruenire. Ineptas q̃ dico & inutiles, ſcio carnis prudentiæ credibile non futurũ: cui tantopere arrident, ut Eccleſiam prorſus deformari putet, ubi auferuntur. Sed hoc eſt, q̃ Paulus ſcribit, habere ſpeciem ſapientiæ, in cõmentitio cultu, in humilitate, & eò q̃ auſteritate ſua ualere ad damnandã carnem uidentur. Saluberrima certe admonitio, quæ excidere nobis nunquam debet. Fallunt, inquit, humanæ traditiones ſub ſpecie ſapientiæ. Vnde hunc colorẽ habẽt? Nempe q̃a cõfictę ſunt ab hominibus, humanũ ingenium, q̃d ſuum eſt, illic recognoſcit, & recognitũ libentius amplectitur, quàm optimũ aliquid, q̃d ſuæ uanitati minus cõueniret. Deinde q̃a uidentur apta eſſe rudimenta ad humilitatem, q̃ hominum mentes iugo ſuo depreſſas humi detinent, hinc alterã habent cõmendationem. Poſtremo q̃a uidentur eò ſpectare, ut carnis delicias cohibeant, & abſtinentię rigore illã ſubigãt, ideo uidentur prudẽter excogitatę. Quid autẽ ad hæc Paulus? Nõ laruas illas excutit, ne falſo prætextu ſimplices deludantur? Qm̃ hoc ſatis, ad refellendũ eſſe cẽſuerat, q̃ dixerat eſſe hominum commenta, hæc omnia, tanq̃ q̃ nihilo habeat, ſine refutatione prætexit. Imò q̃a nouerat in Eccleſia oẽs cõmentitios cultus eſſe damnatos, & eò magis ſuſpectos eſſe fidelibus, q̃ humanum ingeniũ magis oblectant: q̃a nouerat falſam illã externæ humilitatis imaginẽ à uera humilitate tantũ diſtare, ut facile diſcerneretur: q̃a denicq̃ nouerat illam pędagogiã non pluris ęſtimari, quàm corporis exercitationẽ: ea ipſa q̃ humanarum traditionũ refutatione uoluit eſſe fidelibus, quorũ gratia illę apud imperitos cõmendabantur. Sic hodie cæremoniarũ ſpectaculo nõ modo uulgus indoctũ, ſed ut quiſq̃ mundana prudẽtia maxime inflatus eſt, mirifice capitur. Hypocritę uero & fatuę mulierculę nihil nec ſpecioſius nec melius cogitari poſſe exiſtimãt. At q̃ penitius diſcutiunt & uerius expendunt ſecundũ pietatis regulã, quid tot ac tales cęremonię ualeant: intelligũt primũ nugas eſſe, q̃ nihil utilitatis habeãt: deinde preſtigias, q̃ ſpectantiũ oculos inani põpa deludunt. De ijs cęremonijs loquor, q̃bus ſubeſſe magna myſteria uolunt Romanẽſes magiſtri, nos nihil q̃ mera ludibria experimur. Nec mirũ eſt eaũ authores eò delapſos eſſe, ut friuolis ineptijs & ſe & alios luderẽt, q̃a partim ex gẽtium delirijs exẽplar ſibi ſumpſerũt, partim ſimiarum more temere imitati ſunt ueteres Moſaicę legis ritus, q̃ nihilo magis ad nos pertinebãt, q̃ pecudũ uictimæ, & reliqua his ſimilia. Sane etiamſi nullum aliud ſit argumentum: tm̃ ex farragine tam male cõſuta nemo ſanus aliquid boni ſperabit. Et res ipſa palã demõſtrat, plurimas cęremonias nõ alium habere uſum, niſi ut populũ obſtupefaciant magis q̃ doceant.

doceant. Sicet in nouitijs istis canonibus, qui disciplinam inuertunt magis quàm conseruant, multum momenti reponunt hypocritæ, si quis introspiciat melius, reperiet nihil esse præter umbratile & euanidum disciplinæ spectrum.

Iam uero, ut ad alterum ueniã, quis nõ uidet traditiones, alias alijs coaceruando, in tantum numerũ excreuisse, ut Christianæ Ecclesiæ nullo modo sint tolerabiles? Hinc factũ est, ut in cæremonijs appareat Iudaismus nescio qs: aliæ obseruationes grauem pijs animis carnificinam afferant. Conquerebatur Augustinus, q̃ suo tẽpore, neglectis Dei pręceptis, tã multis pręsumptionibus plena essent omnia, ut grauius corriperetur, q̃ per octauas suas terrã nudo pede tetigerat, q̃ q̃ mentem uiolentia sepelierat. Conquerebatur, Ecclesiam, quã Dei misericordia liberã esse uoluit, sic premi, ut tolerabilior fuerit Iudæorũ conditio. Si in sæculum nostrũ incidisset sanctus ille vir: quibus quærelis deplorasset eam, quæ nunc est, seruitutẽ? Nam & numerus est decuplo maior: & singuli apices centuplo rigidius, q̃ tũc, exiguntur. Ita fieri solet, ubi semel puersi isti legislatores imperium occuparunt, nullum finẽ iubendi & uetandi faciũt: donec ad extremũ morositatis perueniãt.

Ad Ianuar. Epist. 119.

Quod Paulus etiã eleganter indicauit his verbis. Si mortui estis mundo: quid quasi uiuentes decretis tenemini? Ne manducaris, ne gustaueris, ne attrectaris. Nam cum verbũ ἅπτεσθαι, & manducare & tangere significet: in priore significatu hic proculdubio accipitur, ne superuacua sit repetitio. Hic ergo pseudapostolorũ progessus pulcherrime describit. Initiũ à superstitione est: q̃ non tm̃ edere uetãt: sed etiã tenuiter esitare. Vbi hoc obtinuerunt, iã gustare etiã prohibent. Postq̃ hoc quoq; illis concessum est, ne digito quidem contrectare fas esse dicunt. Hinc tyrannidem in humanis constitutionibus merito hodie reprehendimus, qua factum est, ut innumeris edictis & immodica eorum exactione miseræ conscientiæ mirabiliter torquerentur. De canonibus ad disciplinã pertinẽtibus alibi dictũ est.

Coloss. 2.

De cęremonijs qd dicam? Quibus hoc, pfectum est, ut semisepulto Christo ad Iudaicas figuras redierimus. Dñs noster Christus, inqt Augustinus, sacramentis numero paucissimis, significatiõe præstantissimis, obseruatione facilimis, noui populi societatẽ colligauit. Ab hac simplicitate quantũ absit rituũ multitudo & uarietas, qbus hodie implicari Ecclesia, satis enarrari non potest. Scio q̃ artificio nonnulli acuti hoies hanc peruersitatẽ excusent. Aiunt inter nos esse plurimos peræque rudes, atq; fuerũt in populo Israelitico. Illorũ causa institutã esse eiusmodi pædagogiã: qua tametsi firmiores carere possunt, negligere tm̃ eam nõ debent, cum uideãt infirmis fratribus esse utilẽ. Respondeo, nos nõ nescire, quid fratrũ infirmitati debeatur. Sed exaduerso excipimus, nõ esse hanc rationẽ, qua cõsulatur infirmis, ut magis cæremoniarũ aceruis obruantur. Nõ frustra hoc discrimẽ posuit Deus inter nos & ueterẽ populum: q̃ illum uoluit pueriliter erudire signis & figuris, nos simplicius sine tanto externo apparatu. Quemadmodũ, inquit Paulus, puer à pædagogo, p ætatis captu, regitur, & sub custodia cõtinetur: ita sub lege custodiebãtur Iudęi. Nos aũt adultis similes sumus, qui à tutela & curatione liberati puerilibus rudimẽtis opus nõ habẽt: Dñs certe quale futurũ esset in Ecclesia sua vulgus prouidebat, & qualiter regendũ foret. Hoc tm̃, quo dictũ est, modo inter nos & Iudæos discreuit. Sulta igitur ratio est, si uolumus imperitis cõsulere, Iudaismum à Christo abrogatũ erigendo. Hanc quoq; dissimilitudinẽ ueteris & noui populi notauit Christus suis verbis: cũ diceret mulieri Samaritanæ, uenisse tempus q̃ ueri cultores adorarent Deũ in spiritu & ueritate. Hoc profecto semp factum fuerat. Sed in hoc differũt noui cultores à ueteribus, q̃ sub Moyse spiritualis Dei adoratio multis cęremonijs adumbrata, et quodammodo implicita erat, quibus abolitis nũc simplicius adorat. Proinde qui hãc dissimilitudinẽ confundunt, ordinẽ euertunt à Christo institutũ & sancitum. Ergo ne, inquies, nihil cæremoniarũ rudioribus dabitur, ad iuuandã eorum imperitiã? Id ego nõ dico. Omnino enim utile illis esse sentio hoc genus adminiculi. Tantũ hic cõtendo, ut is modus adhibeatur, qui Christũ illustret, nõ obscuret. Cæremoniæ ideo nobis diuinitus paucæ datæ sunt, & minime laboriosæ, q̃ præsentẽ Christum demonstrẽt. Iudæis igitur plures datæ

Epist. 118. ad Ianuar.

datę ſunt, quò eſſent abſentis imagines. Abſentē aūt fuiſſe dico, nō uirtute ſed ſignificandi modo. Proinde modus ut retineaī, illam in numero paucitatē, in obſeruatione facilitatem, in ſignificatione dignitatem, quę etiam claritate cōſtat, retinere neceſſe eſt. Id nō eſſe factū quid attinet dicere? Res.n. eſt in omniū oculis.

Hic prętereo, q̄ pernitioſis opinionibus imbuantur hominū mentes: ſacrificia eſſe, quibus rite litetur Deo, quibus expientur peccata, quibus iuſtitia & ſalus cōparetur. Negabunt enim extraneis eiuſmodi erroribus uitiari res bonas: cū in operibus quoq; à Deo pręcepti hac parte nō minus peccari queat. Hoc tamen plus indignitatis habet: operibus temere humano arbitrio cōfictis tantū honoris tribui, ut meritoria uitę ęternę credantur. Ideo enim opera à Deo mandata renumerationē habent, q̄ legislator ipſe obedientię reſpectu ea accepta habet. Non igit̄ à propria dignitate proprioue merito precium accipiunt: ſed q̄ Deus obediētiam erga ſe noſtram tanti ęſtimat. De ea operum perfectione hic loquor, quæ à Deo mandatur, non ab hominibus prędicatur. Ideo enim nec opera legis, quæ facimus, niſi ex gratuita Dei benignitate, gratiā habent, quia in ipſis infirma & mutila obedientia eſt. Sed q̄a hic nō diſputaī, quid opera ſine Chriſto ualeāt: quęſtionē illā omittamus. Quod prędentis argumenti propriū eſt iterū repeto: q̄dquid in ſe cōmendationis habent opera, habere obediētię intuitu, quā ſolā Deus reſpicit, ut teſtaī per Prophetā. Nō prędcepi de ſacrificijs & uictimis: ſed tantū ut audiendo audiatis uocē meā. De fictitijs aūt operibus alibi loquitur. Appendītis argentum ueſtrū, & nō in panibus. Item, fruſtra me colunt prędceptis hominū. Hoc ita q̄ nullo modo excuſabūt, q̄ patiunī miſerā plebē in externis illis nugis iuſtitiā, quā Deo opponāt, & qua ſe ante cœleſte tribunal ſuſtineant, quędrere. Prędterea an nō hoc dignū inſectatione uitium eſt, q̄ non intellectas ceremonias uelut hiſtrionicā ſcenā aut magicā incantationē oſtentant? Certū enim eſt ceremonias omnes corruptas eſſe & noxias, niſi per eas hoīes ad Chriſtū dirigaī. Quę autē in uſu ſunt ceremonię ſub papatu, à doctrina ſęparaī, ut hoīes in ſignis omī ſignificatiōe cārētibus retineāt. Poſtremo, ut ingenioſus artifex eſt uēter, apparet multas ab auaris ſacrificulis inuētas eſſe: ut eſsēt captādę pecunię aucupia. Quācū q̄ aūt habeāt originē: ſic oēs ſunt ad fœdū quæſtū proſtitutę, ut bonā partē reſcindere neceſſe ſit, ſi efficere uolumus, q̄minus ꝓfana & ſacrilega nūdinatio in Eccleſia exerceaī.

Tametſi uideor nō perpetuā doctrinā de humanis cōſtitutionibus tradere: q̄ ętati noſtrę prorſus accōmodata eſt hęc oratio: nihil tamen dictum eſt, quod nō ſit omnibus ſęculis futurum utile. Nam quoties obrepit hęc ſuperſtitio, ut Deum ſuis figmentis colere homines uelint: quęcū q̄ in eum finem feruntur leges ſtatim ad craſſos iſtos abuſus degenerant. Hanc enim maledictionem non uni aut alteri ætati, ſed omnibus ſęculis minatur Deus, q̄ cęcitate & ſtupore percutiet eos, à quibus colitur doctrinis hominum. Hæc excæcatio perpetuo facit, ut nullum abſurditatis genus fugiant, qui contemptis tot Dei monitis ſponte ſe in exitiales iſtos laqueos induunt. Quòd ſi remotis circumſtantijs ſim pliciter habere libet, quæ ſint omnium temporum humanæ traditiones, quas ab Eccleſia repudiari, & à pijs omnibus improbari conuenit: erit illa, quam ſuperius poſuimus, certa & clara definitio. Eſſe omnes leges ſine Dei uerbo in hunc finem ab hominibus poſitas, ut uel modum colendi Dei præſcribant, uel conſcientiæ religione obſtringant, quaſi de rebus præcipiant ad ſalutem neceſſarijs. Si ad alterum uel ad utrumque iſtorum accedunt alia uitia, quòd ſua multitudine Euangelij claritatem obſcurent, quòd nihil ædificent, ſed inutiles ſint ac luſoriæ occupationes potius quàm uera pietatis exercitia: quòd ſint ad ſordes ac turpem quæſtum expoſitæ, quòd ſint obſeruatu nimium difficiles, q̄ ſint malis ſuperſtitionibus ingnatæ: hęc erunt adiumenta, ut facilius deprehendamus, quantum ſit in ipſis mali. Audio q̄d ipſi pro ſe reſpondeāt: ſuas traditiōes nō à ſe ſed à Deo eſſe. Eccleſiā eīm, ne errare poſſit, à Spiritu ſancto regi. Eius uero authoritatē penes ſe reſidere. Hoc impetrato, ſimul cōficitur, eorū traditiones Spiritus ſancti eſſe reuelationes, quę niſi impie, ac contēpto Deo, contēni nequeant. Et ne q̄d tentaſſe ſine magnis

Ieſa. 29

authoribus uideantur, bonam suarum obseruationem fluxisse ab Apostolis, credi uolunt. Et satis uno exemplo ostendi contendunt, quid in alijs fecerint Apostoli: quando in unum concilium coacti, ex concilij sententia gentibus omnibus denunciarunt, ut se ab idolothytis, sanguine, & suffocato abstinerent. Iam alibi exposuimus, quàm falso, ad se uenditandos, ementiantur Ecclesiæ titulum. Quãtum interest præsentis causæ, si detractis laruis ac fucis omnibus, id uere, quod nobis curæ imprimis esse debet, ac nostra etiam potissimum refert, intuemur, qualem scilicet Ecclesiam habere uelit Christus, ut ad ipsius regulam nos formemus ac comparemus, facile nobis constabit, Ecclesiam non esse, quæ, præteritis uerbi Dei finibus, ferendis nouis legibus lasciuit ac luxuriat. An non enim illa semel Ecclesiæ dicta lux æterna manet? Quod præcipio tibi, hoc obseruabis ut facias. Non addes quidquàm nec detrahes. Et alibi. Non addas ad uerbum Domini, neque minuas ex eo: ne te forte arguat, inueniarisque mendax. Id cum Ecclesiæ dictum negare non possint: quid aliud quàm ipsius contumaciam prædicant, qui post talia interdicta addere nihilominus & admiscere de suo doctrinæ Dei ausam fuisse iactant? Absit autem, ut eorum mendacijs assentiamur, quibus tantã Ecclesiæ cõtumeliam irrogant. Sed falso Ecclesiæ nomen prætendi intelligamus, quoties de ista humanæ temeritatis libidine agitatur, quæ sese intra Dei præscripta continere non potest, quin procaciter exultet, ac in suas inuentiones excurrat. Nihil in uerbis istis inuolutum, nihil obscurum, nihil ambiguum: quibus addere uerbo Dei aut detrahere quidquàm uetatur Ecclesia uniuersa, cum de Domini cultu & salutaribus præceptis agitur. Verum de lege sola id dictum fuit: quam subsecutæ Prophetiæ, & tota Euangelij administratio. Fateor certe: & simul addo, quæ legis complementi sunt potius, quàm uel additamenta uel defectiones. Quod si uerò Dominus ministerio Moyse, plurimis inuolucris, (ut ita dicam) obscuro, nihil tamen addi nec detrahi sustinet, donec per seruos suos Prophetas, ac tandem per dilectum Filium clariorem doctrinam administret: cur non multò nobis seuerius uetitum arbitremur, ne quid legi, Prophetis, Psalmis, Euangelio addamus? Non à semetipso degenerauit Dominus: qui nulla re tantopere se offendi, iampridem declarauit, quàm dum humanis inuentionibus colitur. Vnde illæ apud Prophetas præclaræ uoces: quæ auribus nostris continenter insonare debuerant. Non sum locutus patribus uestris, quo die eduxi eos ex Aegypto, uerba de sacrificio & holocausto. Sed hoc uerbum præcepi eis dicens Audiendo audite uocem meam: & ero uobis Deus, & eritis mihi populus, & ambulabitis in omni uia, quam mandauero uobis. Item. Contestando contestatus sum patres uestros: Audite uocem meam. Aliæ eiusdem generis: sed hæc præ alijs insignis. Nunquid uult Dominus holocausta & uictimas: & non potius ut obediatur uoci suæ? Melior enim est obedientia quàm uictimæ: & auscultare magis, quàm offerre adipem arietum. Quoniam quasi peccatum ariolandi, repugnare: & quasi idololatriæ iniquitas, non acquiescere. Quidquid igitur humanarum inuentionum hac in parte Ecclesiæ authoritate defenditur, cum ab impietatis crimine excusari nequeat, falso Ecclesiæ id imputari, arguere promptum est.

Deu. 12
Prouer. 30.
1. Samu. 15.

Hac ratione in istam humanarum traditionum tyrannidem, quę sub Ecclesiæ titulo superstitiose nobis ingeritur, libere inuehimur. Neq; enim, quod nostri aduersarij ad faciendum nobis inuidiam inique mentiuntur, Ecclesiam ludibrio habemus: sed obedientiæ laudem, quia maiorem nullam agnoscit, illi tribuimus. Ipsi potius uehementer sunt Ecclesiæ iniurij, qui aduersus Dominum suum contumacem illam faciunt, dum ultra progressam fingunt, quàm per uerbum Dei licuerit. Vt taceam, insignem esse imprudentiam cum pari malitia coniunctam, assiduè de Ecclesiæ potestate uociferari: interim & quid illi à Domino mandatum sit, & quàm Domini mandato obedientiam debeat, dissimulare. At si uobis, ut par est, animus fuerit cum Ecclesia consentire, hoc magis ad rem pertinet, spectare ac meminisse, quid nobis ac Ecclesiæ à Domino præcipiatur: ut illi uno consensu

consensu obediamus. Non enim dubium est, quin cum Ecclesia optime consen-
turi simus, si nos Domino per omnia obedientes præstemus.

Iam uerò referre ad Apostolos traditionum originem, quibus hactenus op-
pressa est Ecclesia, meræ fuit impostura. Quando tota in hoc incumbit Aposto-
lorum doctrina, ne nouis obseruationibus onerentur conscientiæ, aut Dei cul-
tus nostris inuentionibus contaminetur. Et si qua historijs uetustisq; monumen
tis ineſt fides, Apostolis non ignotũ modo, sed inauditum fuit, quod illis tribu-
unt. Nec garriant, pleraque eorum placita usu & moribus recepta fuisse, quæ
scriptis tradita non sint. Illa scilicet, quæ Christo adhuc uiuente intelligere non
poterant: post eius autem ascensum Spiritus sancti reuelatione didicerint. De
eius loci interpellatione alibi usum est. Quod ad præsentem causam satis est,
ridiculos profecto se faciunt, dum ingentia illa mysteria, quæ tanto tempore
Apostolis incomperta fuerint, partim obseruationes esse fingunt aut Iudaicas
aut gentiles: quarum, illæ inter Iudæos: hæ uerò apud gentes omnes pro-
mulgatæ multò ante fuerant: partim ineptas gesticulationes, & inanes cere-
moniolas, quas insulsi sacrificuli, qui nec nare sciunt nec literas, perquàm ri-
te peragunt. Imò quas pueri & moriones adeò appositè effingunt, ut uide-
ri possit, nullos esse magis idoneos talium sacrorum Antistites. Si nullæ essent
historiæ: ex re tamen ipsa æstimarent sani homines, non subito erupisse in Ec-
clesiam tantam rituum & obseruationum congeriem: sed sensim obrepsisse.
Nam cum sanctiores illi Episcopi, qui Apostolis ætate proximi fuerunt, non-
nulla instituissent, quæ ad ordinem ac disciplinam pertinebant: subsecuti po-
stea sunt homines, alij post alios, neque satis consyderati, & nimis curiosi ac cu-
pidi: quorum ut quisque posterior erat, ita stulta æmulatione cum suis deceſſo-
ribus certauit, ne rerum nouarum inuentione cederet. Et quia periculum erat,
ne breui obsolescerent sua inuenta, ex quibus laudem ad posteros affectabant,
in exigenda eorum obseruatione erant multò rigidiores. Hæc πεπολυλία bo-
nam istorum rituum partem nobis peperit, quos isti pro Apostolicis nobis
uenditant. Verum id quoque historiæ testantur. Ne omnium catalogum tex-
endo simus nimium prolixi, uno exemplo contenti erimus. In cœna Domini
administranda fuit sub Apostolis magna simplicitas. Proximi successores, ad
ornandam mysterij dignitatem, aliquid addiderunt: quod non esset improban
dum. Sed postea superuenerunt stulti illi imitatores, qui uaria frustula subin-
de consuendo, hunc quem in missa uidemus sacerdotis uestitum, hæc altaris or-
namenta, has gesticulationes & totam eorum inutilium supellectilem nobis com
posuerunt. Atqui obijciunt, fuisse hanc olim persuasionem, quæ in Ecclesia
uniuersa uno consensu fierent, ab ipsis Apostolis prodijsse. Quod etiam Au- Ephe. 1.
gustinus scribit. Ego uerò non aliunde, quàm ex ipsius Augustini uerbis solu-
tionem afferam. Quæ toto, inquit, terrarum orbe seruantur, uel ab ipsis Aposto-
lis, uel concilijs generalibus, quorum est saluberrima in Ecclesia authoritas, sta-
tuta esse, intelligere licet. Sicuti quòd Domini passio, & resurrectio, & in cœ-
lum ascensio, & aduentus Spiritus sancti, anniuersaria solennitate celebrantur.
Et si quid aliud tale occurrerit, quod seruatur ab uniuersa, quacumque se dif-
fundit, Ecclesia. Cum tam pauca enumeret exempla: quis non uideat eum ad au-
thores fide & reuerentia dignos referre uoluisse usitatas tunc obseruationes,
nisi simplices illas & raras & sobrias: quibus Ecclesiæ ordinem contineri uti-
le est? Quantum autem hoc ab eo distat, quod Romanenses magistri extorque-
re uolunt, ut nulla sit apud eos ceremoniola, quæ non pro Apostolica cen-
seatur: Ne longior sim, unum tantum exemplum proferam. Si quis eos inter-
roget, unde aquam suam lustralem habeant: protinus respondent, ab Apo-
stolis. Quasi non hanc inuentionem nescio cui Romano Episcopo tri-
buant historiæ: qui si Apostolos adhibuisset in consilium, nunquàm profe-
cto contaminasset baptismum alieno & intempestiuo symbolo. Etsi nec mi-
hi uerisimile est, tam uetustam esse eius consecrationis originem quàm illic

scribitur.

scribit. Quod.n.dicit Augustinus quasdã suo tẽpore Ecclesias solennẽ Christi imitationem in lotione pedum refugisse,ne ad baptismum ritus ille pertinere uideret,subindicat nullum fuisse lotionis genus,quod cum baptismo ullam haberet similitudinem. Quidquid sit,hoc à Spiritu Apostolico profectum fuisse mihi me concedam:ut,dum quotidiano signo baptismus in memoriam reducit, quodammodo repeteret. Nec moror,q alibi ipse idem Augustinus alia quoq; Apostolis adscribit. Nam cum nihil præter coniecturas habeat: non debet ab ipsis de re tanta iudicium fieri. Postremo,ut etiam demus illa quæ commemorat ab ætate Apostolorum fluxisse:multum tamen interest,instituas ne aliquod pietatis exercitium,quo libera conscientia utantur fideles:si autem non erit illis utilis usus,abstineant:an legem feras,quæ conscientias seruitute illaqueet. Nunc uerò à quocunque authore emanarint,postquam uidemus in tantum abusum prolapsas esse,nihil obstat,quominus sine ulla eius contumelia abrogemus. Quando nunquam ita sunt commendatæ,ut perpetuo immobiles esse oporteat.

Nec magnopere eos iuuat, quod ad excusandã suam tyrannidem prætexunt Apostolorũ exemplũ. Apostoli, inquiunt,& seniores primæ Ecclesiæ decretum præter Christi mandatũ sanxerunt:quo præcipiebant gentibus omnibus se abstinere ab idolothitis,suffocato, et sanguine. Id si illis licuit:cur nõ & successoribus, quoties ita res postulat,idem imitari liceat? Vtinam uero cum semper aliàs, tum in hac re eos imitarentur. Nam(quod ualida ratione confirmare promptum est) Apostolos nouum illic quidq; instituiste aut decreuisse nego. Siquidem cum in eo concilio Petrus tentari Deũ pronunciet,si iugum imponitur ceruicibus discipulorũ:suam ipse sententiam subuertit,si iugum postea aliq̃d cõsentit imponi. Imponitur autem,si sua authoritate decernant Apostoli,prohibendum gentibus, ne idolothyta,sanguinem, & suffocatum attingant. Manet quidem adhuc scrupulus,quòd nihilominus uideantur prohibere. Atqui facile dissoluetur, si quis propius decreti ipsius sensum animaduertat: cuius primum ordine,& momento precipuum caput est, relinquendam esse gentibus suam libertatem, nec illis perturbandam esse, aut de legis obseruationibus exhibendam molestiam. Hactenus nobis egregie patrocinatur. Quæ autem proxime sequitur exceptio, nec noua lex est ab Apostolis lata,sed diuinum æternumq; Dei mandatum,de non uiolanda charitate: nec punctum ex illa libertate delibat, sed gentes dũtaxat admonet, qua ratione sese fratribus attemperent, ne sua libertate in eorum offensionem abutantur. Sit hoc igitur secundum caput,ut innoxia libertate utantur gentes, ac citra fratrum offensionem. At certum tamen aliquid præscribunt. Nempe,quatenus pro tempore expediebat,docent ac designant,quibus rebus in fratrum offensionem possint incurrere: quò ab illis caueant. Nihil tamen nouum ad æternam Dei legem,quæ fratrum offensionem prohibet,de suo afferunt. Quemadmodum si,qui Ecclesijs nondum bene constitutis præsunt fideles pastores omnibus suis edicant,ne,donec imbecilles, q̃buscum uiuunt,adolescant palam die ueneris carnibus uescant: aut ferijs in publico laborent,aut simile quidpiã. Hæc,enim,tametsi,seposita superstitione,indifferentia per se sint:ubi tamen accedit fratrum offensio,sine delicto admitti nequeunt. Sic autem sunt tempora, ut spectaculum hoc infirmis fratribus proponere non possint fideles, quin eorum conscientias grauissime uulnerent. Quis,nisi columniator,sic nouam ferri ab ijs legem dicat? quos constat duntaxat scandalis occurrere,quæ sunt à Domino satis diserte prohibita. Nihilo aũt magis & de Apostolis dici potest: q̃bus nihil aliud propositũ erat,offensionum materiam tollendo,q̃ diuinã urgere legẽ de uitanda offensione. Ac si dixissent, Præceptum Domini est ne fratrem infirmum lædatis. Quę idolis oblata sunt,suffocatum,& sanguinẽ manducare non potestis,quin offendant infirmi fratres. Edicimus igitur uobis in uerbo Dñi, ne cum scandalo manducetis. Idq; ipsum spectasse Apostolos, Paulus optimus est testis, q̃ certe non nisi ex concilij sententia sic scribit. De escis, quæ idolis immolantur, scimus quia simulachrum nullum est. Quidam autem cum conscientia Idoli,quasi Idolis immola-

Acto.15.

1.Cori.8.

immolatum, manducant: & conscientia eorum, infirma cum sit, polluitur. Videte ne facultas uestra offendiculum fiat infirmis. Cui isthæc probe perpensa fuerint, ei posthac fucus non fiet, qualem faciunt, qui suæ tyrannidi Apostolos prætexunt, ac si Ecclesiæ libertatem suo decreto infringere cœpissent. Verum ut effugere nequeant, quin sua etiam confessione solutionem hanc approbent: respondeant mihi, quo iure illud ipsum decretum ausi sint abrogare. Nempe quia ab illis offensionibus ac dissidijs, quibus occurrere uoluerant Apostoli, nihil amplius periculi erat. Legem uerò à suo fine æstimandam. Cum igitur lex ista respectu charitatis lata sit, in ea nihil præscribi, nisi quantũ charitatis interest. Cum fatentur nihil aliud esse legis huius transgressionem, q̃ uiolationem charitatis: nõne simul agnoscunt, non commentitium aliquod esse additamentũ ad legem Dei: sed germanam simplicẽq; accõmodationem ad tempora & mores q̃bus destinabatur?

At uerò, ut iniquę centies sint nobis, & iniurię eiusmodi leges: esse tamen sine exceptione audiendas cõtendunt. Non em̃ hic agi, ut erroribus cõsentiamus: sed tantum ut dura præfectorum imperia subditi perferamus: quę detrectare non est nostrũ. Verum hic quoq; optime uerbi sui ueritate occurrit Dñs, noscq; à tali seruitute in libertatem uindicat, quã sacro suo sanguine nobis acq̃siuit: cuius beneficium uerbo suo non semel obsignauit. Non enim, quod malitiose fingunt, id solũ agit̃ ut grauẽ aliquã oppressionẽ in corpore nostro perferamus: sed ut cõscientiæ libertate sua, hoc est, sanguinis Christi beneficio spoliatę, seruiliter crucient̃. Quã q̃stud etiã ac si parũ ad rem faceret, omittemus. At quàti putamus referre, suum Dño regnũ eripi, q̃d tãta seueritate sibi asserit? Eripi t̃ aũt, quoties humanæ inuẽtionum legibus colitur. Cũ solus ipse cultus sui uelit haberi legislator. At ne rẽ esse nihili q̃s existimet audiamus, q̃ti reputet̃ à Dño. Quoniã, inquit, timuit me populus iste mandato & doctrinis hominũ: ecce ego obstupefaciã eũ miraculo grandi & stupendo. Peribit em̃ sapientia à sapientibus eius: & intelligentia à senioribus recedet. Alibi frustra me colunt, docẽtes doctrinas, præcepta hominũ. Mirantur plerique, cur adeò acriter interminetur Dominus se facturum stupenda populo, à quo mandatis hominum colebatur: & se frustra coli pronunciet hominum præceptis. At si spectarent quid sit in religionis, hoc est, cœlestis sapientię causa ab uno Dei ore pendere: simul uiderent, nõ leuem esse rationem, cur peruersa huiusmodi obsequia sic abominet̃ Dñs, quę pro humani ingenij libidine sibi præstant̃. Nã tametsi speciẽ habent quandã humilitatis in sua hac obedientia, q̃ eiusmodi legibus in Dei cultũ parent: minime tamen sunt corã Deo humiles, cui easdẽ præscribunt leges, quas ipsi seruant. Hæc uerò ratio est, cur nos tam diligenter cauere uult Paulus, ne decipiamur per traditiões hominũ, & illã, quã uocat ἐθελοθρησκείαν, id est, uoluntariũ cultũ, & præter Dei doctrinam ab hominibus excogitatũ. Sic est profecto, stultescere & nostrã nobis ipsis, & omniũ hominũ sapientiam oportet: quò solũ illũ sapere permittamus. Quã uiã minime tenent, qui cõfictis hominũ arbitrio obseruatiunculis illi se approbare meditant̃. Qualiter & aliquot ante sæculis, & nostra memoria factũ est, & fit hodie quoq; in ijs locis, in q̃bus creaturę pluris est q̃ creatoris imperiũ. Vbi religio, si tamen religio uocari ea meret̃, pluribus magisq; insulsis superstitionibus conspurcata est, q̃ ulla unq̃ paganitas. Quid em̃ posset parere hoim̃ sensus q̃ carnalia fatuaq; oia, & q̃ suos authores uerè referãt.

Cur igit̃, inquiunt, ferri uoluit Christus onera illa importabilia, quę alligabant Scribę & Pharisęi? Imo cur alibi idẽ Christus caueri uoluit à fermento Pharisęorum: fermentũ (interprete Matthęo Euangelista) appellans, quidq̃d proprię doctrinę uerbi Dei puritati admiscerent. Quid apertius uolumus, q̃ q; totam eorum doctrinã iubemur fugere & cauere? Vnde nobis certissimum fit neq; altero loco, Dominum uoluisse, suorum conscientias propijs Pharisæorum traditionibus uexari. Et uerba ipsa (si modo non torqueantur) nihil tale sonãt. Illic siquidẽ Dominus, acerbe in Pharisæorum mores inuehi instituẽs, simpliciter suos auditores ante erudiebat, ut quàmquàm nihil in illorum uita cernerent quod sequerentur, non tamen ea facere desinerent, quæ uerbo docebant; cum in cathedra Moseh, hoc est,

Iesa. 29

Matt. 15

Coloss. 2

Matth. 23

Matt. 23

hoc est, ad enarrandam legem sederent. Non ergo aliud uoluit, quàm præcaue-
re, ne malis docentium exemplis plebs ad contemptum doctrinæ induceretur.
Verum quia nonnulli rationibus minime permouentur, authoritatem semper re-
quirunt: subijciam Augustini uerba, quibus idem prorsus dicitur. Habet ouile
Domini prepositos, partim filios, partim mercenarios. Præpositi qui filij sunt, ue-
ri pastores. Audite tamen quòd & mercenarij necessarij sunt. Multi quippe in
Ecclesia commoda terrena sectantes, Christum prædicant: & per eos uox Chri-
sti auditur, & sequuntur oues nõ mercenarium, sed pastorem per mercenarium.
Audite mercenarios ab ipso Domino demonstratos. scribæ, inquit, & Phari-
sæi cathedram Moysi insident: quæ dicunt, facite: quę autem faciunt, facere no-
lite. Quid aliud dixit, nisi per mercenarios uocem pastoris audite? sedendo enim
in cathedra legem Dei docent. Ergo per illos Deus docet: sua uerò si illi docere
uelint, nolite audire, nolite facere.

Aug. in Io an. tract. 46.

Quando uero imperiti plerique dum humanis traditionibus & impie ligari ho-
minum conscientias, & frustra Deum coli audiunt, eadem litura leges omnes in-
ducunt, quibus Ecclesiæ ordo constituitur: illorum quoque errori commodum hic
occurrendum est. Falli hic sane perquàm est lubricum: quia non prima statim fa
cie apparet, quantum inter illas & has intersit. Sed ego ita diluci de rem totam
paucis expediam, ne cui imponat similitudo. Hoc primum habeamus: si in omni
hominum societate necessariam esse politiam aliquam uidemus, quæ alendam
communem pacem & retinendam concordiam ualeat: si in rebus agendis aliquē
ritum, qui ad publicam pertinet honestatem, atque adeò humanitatem ipsam: id
in Ecclesijs præsertim obseruandum esse: quę cum bene composita rerum omniũ
constitutione optime sustinentur: tum uerò sine concordia nullæ sunt prorsus.
Quamobrem si Ecclesię incolumitati bene prospectum uolumus: diligenter om-
nino curandum est quod Paulus iubet, ut decenter omnia & secundum ordinem
fiant. At cum in hominum moribus tanta insit diuersitas, tanta in animis uarie-
tas, tanta in iudicijs ingenijsque pugna: neque politia ulla satis firma est, nisi certis le-
gibus constituta: nec sine stata quadam forma seruari ritus quispiam potest. Huc
ergo quę conducunt leges, tantum abest ut damnemus, ut his ablatis, dissolui suis
neruis Ecclesias, totasque deformari ac dissipari, contendamus. Neque enim aliter
haberi potest, quod Paulus exigit, ut decenter omnia & ordine fiant: nisi addi-
tis obseruationibus, tanquàm uinculis quibusdam, ordo ipse & decorum consi-
stat. Id tantum semper in istis obseruationibus excipiendum est, ne aut ad salu-
tem credantur necessariæ, atque ita conscientias religione obstringant: aut ad Dei
cultum conferantur, atque ita in illis reponatur pietas.

Habemus ergo optimam & fidelissimam notã, quę inter impias illas constitu
tiones distinguat, quibus ueram obscurari religionem & conscientias subuerti
dictum est, & legitimas Ecclesię obseruationes: si his meminerimus alterum sem
per ex duobus esse propositum, aut utrumque simul. Vt in sacro fidelium cœtu de
center peragantur omnia, & qua conuenit dignitate: ut ipsa hominum commu-
nitas uelut quibusdam humanitatis & moderationis uinculis in ordine retinea-
tur. Vbi enim semel publicę honestatis causa posita lex intelligitur: iam sublata
est superstitio, in quam incidunt, qui humanis inuentis Dei cultum metiuntur.
Rursum, ubi ad cõmunem usum spectare cognoscitur: euersa est falsa illa obliga-
tionis & necessitatis opinio, quę ingentem terrorem conscientijs injiciebat, cum
putarentur traditiones ad salutem necessariæ. Siquidem hic nihil quęritur, nisi ut
communi officio alatur inter nos charitas. Sed operęprecium est clarius adhuc de
finire, quid sub illo decoro, quod Paulus commendat, quid item sub ordine cõ-
prehendatur. Ac decori quidẽ finis est, partim, ut dum adhibẽtur ritus, qui ue-
nerationẽ rebus sacris conciliẽt, talibus adminiculis ad pietatẽ excitemur: par-
tim etiam, ut modestia & grauitas, quę in omnibus honestis actionibus spectari
debet, illic maxime eluceat. In ordine hoc primum est, ut qui præsunt, regulam ac
legẽ bene regendi nouerint, plebs uerò quę regitur ad obedientiã Dei rectamque
disciplinam

disciplinam assuefiat. Deinde ut bene compositio Ecclesiæ statu paci & tranquillitati consulatur. Decorum ergo non uocabimus, in quo nihil præter inane oblectamentum inerit. Quale exemplum uidemus in illo theatrico apparatu, q̃ utuntur Papistæ in suis sacris. Vbi nihil quàm inutilis elegantiæ larua, & luxus sine fructu apparet. Sed illud nobis decorum erit, quod ita erit ad sacrorum mysterio rum reuerentiam aptum, ut sit idoneum ad pietatem exercitium: uel saltem quod ad ornatum faciet actioni congruentem; neq; id ipsum sine fructu: Sed ut fideles admoneant, quanta modestia, religione, obseruantia sacra tractare debeant. Porrò ut pietatis exercitia sint cæremoniæ, ad Christum recta manu ducãt necesse est. Similiter ordinem non constituemus in illis nugatorijs pompis, quæ nihil habent præter euanidum splendorem: sed in ea compositione, quæ omnem confusionem, barbariem, contumaciam, turbas omnes & dissidia tollat. Prioris generis exempla sunt apud Paulum, ut ne profana sympolia cum sacra Domini cœna commisceantur, ne mulieres in publicum nisi uelatæ prodcedant. Et alia plurima in quotidiano usu habemus. Quale est, quod flexis genibus nudoq; capite oramus, quòd Domini sacramenta non sordide, sed cum aliqua dignitate administramus, quòd in sepeliendis mortuis quandam honestatem adhibemus: & quæ alia eodem pertinent. In altero genere sunt horæ publicis precationibus, concionibus, & mysticis actionibus destinatæ, in ipsis concionibus quies ac silentium, loca destinata, hymnorum concentus, dies celebrandæ Domini cœnæ præfixi, quod Paulus uetat, ne mulieres in Ecclesia doceãt: & si qua sunt similia. Imprimis uero quæ disciplinam conseruant, ut catechesis, censuræ Ecclesiasticæ, excommunicatio, ieiunia: & quæ in eundem catalogum referri possunt. Ita omnes Ecclesiasticas constitutiones, quas pro sanctis & salutaribus recipimus, in duo capita referre licet. Alteræ enim ad ritus & cæremonias: alteræ disciplinam & pacem respiciunt.

Sed quia hic periculum est, ne ab una parte pseudoepiscopi prętextum inde capient, ad impias suas & tyrannicas leges excusandas: ab altera sint quidam nimis meticulosi, qui superioribus malis admoniti, nullum quamlibet sanctis legibus locum relinquant: hic testari operæprecium est, eas demum humanas constitutiones me probare, quæ & Dei authoritate fundatæ, & ex scriptura desumptę, adeoq; prorsus diuinæ sint. Exemplum sit in geniculatione, quæ fit, dum solemnes habentur precationes. Quæritur, sit ne humana traditio, quam repudiare uel negligere cuiuis liceat. Dico sic esse humanam, ut simul sit diuina. Dei est quatenus pars est decori illius, cuius cura et obseruatio nobis per Apostolum commendatur: hominum autem, quatenus specialiter designat, quod in genere fuerat indicatum magis quàm expositum. Ab hoc uno exemplo æstimare licet, quid de toto hoc genere sit sentiendum. Nempe quia Dominus & totã ueræ iustitiæ summam, & omnes cultus nominis sui partes, & quidquid ad salutem necessariũ erat, sacris suis oraculis tum fideliter complexus est, tum perspicue enarrauit, in his solus magister est audiendus. Quia autem in externa disciplina & cæremonijs non uoluit sigillatim præscribere quid sequi debeamus, quòd istud pendere à temporum cõditione prouideret, neq; unam sæculis omnibus formã conuenire, confugere hic oportet ad generales, quas dedit, regulas: ut ad eas exigantur quæcunq; ad ordinem & decorum præcipi necessitas Ecclesiæ postulabit. Postremo, quia ideo nihil expressum tradidit, quia nec ad salutem hæc necessaria sunt, & pro moribus uniuscuiusq; gentis ac sæculi uarie accommodari debent ad Ecclesiæ ædificationem, prout Ecclesię utilitas requiret, tam usitatas mutare & abrogare, quàm nouas instituere conueniet. Fateor equidem non temere nec subinde nec leuibus de causis ad nouationem esse decurrendum. Sed, quid noceat uel ędificet, charitas optime indicabit: quam si moderatricem esse patiemur, salua erunt omnia. Iam uero Christiani populi officium est, quæ secundum hunc canonem fuerint instituta, libera quidem conscientia, nullaq; superstitione, pia tamen & facili ad obsequendum propensione seruare, non contemptim habere, non supina negligentia præterire, tantum abest, ut per fastum & contumaciam uiolare aperte debeat.

Qualis,inquies,in tanta obseruantia & cautione,conscientiæ libertas esse poterit? Imò uero præclare constabit: ubi reputabimus, non fixas esse & perpetuas sanctiones,quibus adstricti simus: sed externa humanæ infirmitatis rudimenta: quibus tametsi non indigemus omnes,tamen omnes utimur,quia alij alijs,ad fouendam inter nos charitatem,mutuo sumus obnoxij. Hoc in exemplis superius positis recognoscere licet. Quid? An in mulieris carboso sita religio est,ut nudo capite egredi sit nefas? An sanctum de eius silentio decretum, quod uiolari sine summo scelere non possit? An aliquod in genuflexione, in humando cadauere mysterium,quod præteriri sine piaculo non possit? Minime. Nam si tali festinatione opus sit mulieri in iuuando proximo, quæ uelare caput non sinat: nihil delinquit,si aperto capite accurrat. Et est,ubi loqui non minus opportunũ illi sit, quàm alibi tacere. Stantem quoq; orare,qui morbo impeditus curuare genua nequit,nihil uetat. Denicq; satis est maturè humare mortuum, quàm ubi linteum deest,ubi nõ adsunt qui deducãt,expectare dum inhumatus putrescat. Sed est nihilominus in istis rebus quod agendum aut cauendum mos religionis, institutа, ipsa denicq; humanitas & modestiæ regula dictet. Vbi si imprudentia & obliuione quid eratum fuerit,nullum admissum crimen est: sin contemptu, improbanda est contumacia. Similiter dies ipsi qui sint, & horæ,quæ locorum structura, qui quo die canantur Psalmi,nihil interest. Verum & certos dies, & statas esse horas cõuenit, & locum recipiendis omnibus idoneum, si qua seruandæ pacis ratio habetur. Nam quantarum rixarum semen futura sit earum rerum confusio: si prout cuiq; libitum sit, mutare liceat, quæ ad communem statum pertinent? Quando nunquàm futurum est,ut omnibus idem placeat: si res,uelut in medio positę,singulorum arbitrio relictæ fuerint. Quòd si quis obstrepat,& plus sapere hic uelit quàm oportet, uiderit ipse, qua morositatem suam ratione Domino approbet. Nobis tamen istud Pauli satisfacere debet: nos contendendi morem non habere: neque Ecclesias Dei. 1.Corin. 11

Porro summa diligentia incumbendum est,ne quis irrepat error, qui purum hunc usum uel inficiat uel obscuret. Quod quidem obtinebitur,si quęcunq; erũt obseruationes,manifestam utilitatem præseferant: si parcissimæ admittantur: potissimũ uero si accedit fidelis pastoris doctrina,quæ prauis opinionibus uiam precludat. Hæc aũt cognitio facit, ut sua cuiq; in his rebus omnibus libertas constet: & quandam nihilominus suæ quisq; libertatiti necessitatem ultro imponat,quatenus aut illud quod diximus τὸ πρέπον, aut charitatis ratio exiget. Deinde ut & in earum rerum obseruatione nulla superstitione uersemur ipsi: nec morose nimium ipsam ab alijs requiramus, ne potiorem Dei cultum cæremoniarum multitudine æstimemus: ne Ecclesia Ecclesiam ob externæ disciplinæ uarietatem contemnat. Postremo ut nullam hic perpetuam legem nobis statuentes, totum obseruationum usum & finem ad Ecclesiæ edificationem referamus: qua postulante non modo mutari aliquid, sed quidquid ante in usu nobis obseruationum fuerit, inuerti,nulla offensione, feramus. Hoc enim ferre temporum rationem,ut ritus quosdam,non impios alioqui nec indecoros, pro rei opportunitate abrogari conueniat,præsenti experimento est hæc ætas. Nam quæ superiorum temporum cæcitas fuit & ignorantia, tam corrupta opinione tamque pertinaci studio, antehac in cæremonijs hæserant Ecclesiæ, ut uix satis repurgari à prodigiosis superstitionibus queant, quin multæ cæremoniæ tollantur, nec abs re olim forte institutæ, & nulla per se impietate notabiles.

Quibus defendendis obstinate insistere, nocentissimum fuerit studium. Si quis enim ipsas per se censeri uelit, iam confessi sumus, nihil habere mali. At si suis circumstantijs æstimentur: apparebit tantum è cæremoniarum abusu hominum animis errorem insedisse, ut non facile emendari possit, nisi subductis è conspectu spectaculis,quæ nouam subinde errandi materiam suggerunt. Sic Spiritus sancti testimonio laudatus est Ezechias, quòd serpentem æneum excide- 2.Reg. 18
rit,qui

rit, qui iussu Domini à Moyse fuerat erectus, & quē in diuini beneficij μνημόσυνον seruari malum non erat, nisi populi idololatriæ seruire cœpisset. Verum cum rationem corrigendæ impietatis aliam optimus Rex non haberet, non minore caussa confregit, quàm à Moyse erectus fuerat. Sunt enim curanda peruersa hominum iudicia non secus ac ægri collapsique stomachi: quibus cibi concoctione paulum difficiles adimuntur, qui sanis innoxij futuri erant.

DE PRAEDESTINATIONE ET PROVIDENTIA Dei.

Caput XIIII.

IAM uero quòd non apud omnes peræque homines fœdus uitæ prædicatur: & apud eos, quibus prædicatur, non eundem locum perpetuo reperit, in ea diuersitate mirabilis diuini iudicij altitudo se profert. Nec enim dubium, quin æternæ Dei uoluntatis arbitrio hæc quoque uarietas seruiat. Quod si palàm est, Dei nutu fieri, ut alijs ultro offeratur salus, alij ab eius aditu arceantur: hic magnę & arduæ protinus emergunt quæstiones, quæ aliter explicari nequeunt, quàm si de electione ac prædestinatione constitutum habeant piæ mentes, quod tenere conuenit. Hic autem locus duobus membris continetur. Prius enim expediendum, qualiter intelligi debeat, quod hominum alij ad salutem, alij ad damnationem prædestinantur. Deinde cum æterna quoque rerum omnium dispensatio, ex Dei ordinatione pendeat: quomodo prouidentia illius regatur hic mundus, declarandum. Sed, antequam in rem ipsam ingredior, cum duplici hominum genere mihi bifariam præfandum est. Disputationem de prædestinatione, cum per se sit aliquantum impedita, ualde perplexam, atque adeò periculosam reddit hominum curiositas, quæ nullis repagulis cohiberi potest, quin & in uetitas ambages euagetur, & in sublime se propipiat: nihil, si liceat, arcani, quod non scrutetur, atque euoluat, Deo relictura. In hanc audaciam & improbitatem, cum multos uideamus passim ruere, & in ijs quosdam, alioqui non malos, opportune admonendi sunt, quis sit in hac parte officij sui modus. Primum ergo meminerint, in prædestinationem dum inquirunt, se in diuinæ sapientiæ adyta penetrare, quò si quis secure ac confidenter prorumpat, nec quo suam curiositatem satiet, assequetur: & labyrinthum ingredietur, cuius nullum reperiet exitum. Neque enim æquum est, ut quæ in se ipso abscondita esse uoluit Dominus, impune homo excutiat, & sapientiæ sublimitatem, quam adorari & non apprehendi uoluit, ut per ipsam quoque admirabilis nobis foret, ab ipsa æternitate euoluat. Quæ nobis communicanda censuit uoluntatis suæ arcana, ea uerbo suo commendauit. Censuit autem, quatenus nostra interesse, nobisque conducere prouidebat.

Peruenimus in uiam fidei, inquit Augustinus: eam constanter teneamus. Ipsa perducit ad cubiculum regis, in quo sunt omnes thesauri scientiæ & sapientiæ abscon-

 Non enim ipse Dominus Christus suis magnis & selectissimis discipulis

scipulis inuidebat, cum diceret. Multa habeo uobis dicenda. Sed non potestis portare nunc. Ambulandum est, proficiendum est, crescendum est: ut sint corda nostra capacia earum rerum, quas capere modo non possumus. Quòd si nos ultimus dies proficientes inuenerit; ibi discemus, quod hic non potuimus. Hæc cogitatio si apud nos ualeat, verbum Domini unicam esse uiam, quæ adinuestigandum, quidquid de eo teneri fas est, nos deducat: unicum esse lumen, quod ad perspiciendum, quidquid de ipso conspici oportet, nobis præluceat: facile nos ab omni temeritate retinebit, ac cohibebit. Sciemus enim ubi primum verbi fines excesserimus, nobis extra uiam & in tenebris esse cursum, in quo errare, labi, impingere, identidem necesse sit. Sit igitur primum nobis hoc præ oculis, aliam prædestinationis notitiam appetere, quàm quæ verbo Dei explicatur, non minoris esse insaniæ, quàm si quis uel per inuium incedere, uel in tenebris cernere uelit. Neque uero nos pudeat, nos aliquid in ea re nescire, ubi est aliqua docta ignorantia. Quin potius libenter ab eius scientiæ inquisitione abstineamus, cuius est cum stulta, tum periculosa, atque adeo exitialis affectatio. Quod si nos sollicitat ingenij lasciuia, semper illud, quo retundatur, opponamus. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Est enim cur ab ea audacia absterreamur, quæ nihil quam in ruinam præcipitare nos potest.

Augusti. homil. in Ioan. 55.

Prouer. 25.

Sunt alij, qui dum huic malo mederi uolunt, tantum non sepeliri iubent omnem prædestinationis mentionem. Sane à qualibet eius quæstione, non secus atque à scopulo, refugere docent. Quorum tametsi iure in eo laudanda est moderatio, quòd tanta sobrietate delibanda censent mysteria: quia tamen nimis infra modum descendunt, parum proficiunt apud humanum ingenium: quod se coerceri non temere patitur. Ergo ut hac quoque in parte legitimum finem teneamus, redeundum erit ad verbum Domini: in quo habemus certam intelligentiæ regulam. Est enim scriptura, schola Spiritus sancti, in qua ut nihil prætermissum est scitu & necessarium & utile: sic nihil docetur, nisi quod scire conducat. Quidquid igitur de prædestinatione in scriptura proditur, cauendum est ne ab eo fideles arceamus: ne uideamur, aut illos maligne fraudare Dei sui beneficio, aut Spiritum arguere ac sugillare, qui ea vulgarit, quæ utile sit ullo modo supprimi. Permittamus, inquam, Christiano homini cunctis, qui ad eum diriguntur Dei sermonibus mentem auresque reserare: modo cum hac temperantia, ut cum primum Dominus sacrum os clauserit, ipse quoque uiam sibi, ad inquirendum, præcludat. Hic optimus sobrietatis terminus erit: si non modo in discendo præeuntem semper sequamur Deum: sed ipso finem docendi faciente, sapere uelle desinamus. Neque tanti est, quod timent periculum, ut à Dei oraculis auertere animos, ideo debeamus. Arripiunt subito, fateor, profani homines in prædestinationis materia, quod uel carpant, uel cauillentur, uel allatrent, uel subsannent.

Atsi nos absterret eorum procacitas, celanda erunt præcipua quæque fidei dogmata, quorum ferè nullum à blasphemia inuiolatum, aut ipsi, aut eorum similes relinquunt. Refractarium ingenium non minus insolenter se efferet, cum audierit tres in Dei essentia subesse personas, quam si audiat, Deum præuidisse, quid de homine futurum esset, cum crearet. Nec abstinebunt à cachinnis cum intellexerint paulùm supra quinque annorum millia effluxisse à creatione mundi. Quærent enim, cur tamdiu ociosa fuerit ac sopita Dei uirtus? Nihil denique proferetur, quod non ludibrijs suis impetant. Quo hæc sacrilegia compescamus, an de Filij & Spiritus diuinitate tacendum, an silendo transmittenda mundi creatio? Imo uero potentior est, & in hac parte, & ubique, Dei ueritas, quàm ut impiorum maledicentiam reformidet. Quemadmodum & Augustinus in opusculo de bono perseuerantiæ ualide contendit. Videmus enim Pseudoapostolos non potuisse efficere, ueram Pauli doctrinam infamando ac criminando, ut eum

Capi. 15. usque ad 20.

ut eum ipſius puderet. Quod autem piſs quoque mentibus periculoſam eſſe ducunt totam hanc diſputationem, quia ſit exhortationibus aduerſa, quia fidem quatefaciat, quia cor ipſum conturbet atque exanimet, inane eſt. Has ob cauſſas redarguí ſe ſolitum non diſsimulat Auguſtinus, quod prædeſtinationem nimium libere prædicaret. Sed, quod illí promptum erat, abunde refellit. Nos autem, quia multæ & uarię hucingeruntur abſurditates, unamquamque ſuo loco dilu-endam ſeruare maluimus. Tantum illud, in uniuerſum obtinere apud eos cupio, ut quæ in occulto recondita Dominus reliquit, ne ſcrutemur: quæ in apertũ pro-tulit, ne negligamus: ne aut una ex parte nimiæ curioſitatis, aut ex altera ingrati-tudinis damnemur. Nam & illud ſcite ab Auguſtino dictum eſt. Nos tuto ſcri-pturam ſequi poſſe, quæ uelut materno inceſſu ſubmiſsius graditur, ne infirmita-tem noſtram deſerat.

De bono perſeue. capi. 14.

Libro. 5. de gene. ad li-teram.

Præſcientiæ, prædeſtinationis, electionis, prouidentiæ uocabula uarie finierũt ueteres. Nos, omiſſa ſuperuacua contentione, proprietatem etymologiæ ſimpli-citer ſequamur. Præſcientiam cum tribuimus Deo, ſignificamus omnia ſemper fuiſſe, ac perpetuo manere ſub eius oculis: ut eius notitiæ nihil futurum aut præ-teritum, ſed omnia ſint præſentia. Et ſic quidem præſentia, ut non ex Idæis tantum imaginetur, qualiter nobis obuerſantur ea, quorum memoriam mens no ſtra retinet: ſed tanquàm ante ſe poſita, uere intueatur ac cernat. Atque hæc præſcientia ad uniuerſum mundi ambitum, & ad omnes creaturas extenditur. Prædeſtinationem uocamus, æternum Dei decretum, quo apud ſe conſtitutum habuit, quid uno quoque homine fieri uellet. Non enim pari conditione crean-tur omnes: ſed alijs uita æterna, alijs damnatio æterna præordinatur. Itaque pro-ut in alterutrum finem quiſque conditus eſt, ita uel ad uitam, uel ad mortem, præ-deſtinatum dicimus. Vſus inualuit, ut prouidentiam uocemus, quam in mun-di rerumque omnium gubernatione æconomiam Deus tenet. De prædeſtinatio-ne ſit nobis prima diſputatio. Quod ergo ſcriptura clare oſtendit: dicimus Do-minum, æterno ac immutabili conſilio, ſemel conſtituiſſe, quos olim aſſumeret in ſalutem, quos rurſum exitio deuoueret. Quos ſalutis participatione dignatur, eos gratuita eius miſericordia, nullo propriæ dignitatis reſpectu, dicimus coop-tari. Quos in damnationem tradit iſs iuſto quidem & irreprehenſibili, ſed incom prehẽſibili ipſius iudicio, uitę aditũ pręcludi. Iam uero in electis uocationẽ ſtatui-mus, electionis teſtificationem: iuſtificationem deinde alterum eius manifeſtan-dæ ſymbolum, donec ad gloriam, in qua eius complementum extat, perueni-tur. Quemadmodum autem uocatione & iuſtificatione electos ſuos Dominus ſignat: ita reprobos uel à notitia ſui nominis, uel à ſpiritus ſui ſanctificatione ex-cludendo, quale maneat eos iudicium, iſtis ueluti notis aperit. Multa hic præ-teribo figmenta, quæ ad euertendam prædeſtinationem commenti ſunt ſtulti ho-mines. Non enim refutatione indigent, quæ ſimul ac proferuntur, ſuam ipſa falſitatem abeunde redarguunt. In iſs tantum immorabor, uel de quí-bus inter doctos diſceptatur, uel quæ difficultatem ſimplicibus adferre poſ-ſint, uel quæ ſpecioſe, ad ſugillandam Dei iuſtitiam, prætendit impietas.

Quod de gratuita fidelium electione poſuimus, controuerſia non caret. vulgo enim exiſtimant, Dominum, prout cuiuſque merita fore prouidet, ita inter ho-mines diſcernere. Quos ergo ſua gratia fore non indignos præcognoſcit, eos in filiorum locum cooptare: quorum ingenia ad malitiam & impietatem pro-penſura diſpicit, eos mortis damnationi deuouere. Neque hæc, vulgo recepta, opinio ſolius vulgi eſt. Habuit enim ſæculis omnibus magnos authores. Quod ingenue fateor: ne quis cauſſæ noſtræ magnopere obfuturum confidat, ſi eorum nomina contrà opponantur. Certior eſt enim hic Dei ueritas, quàm ut concutia-tur: clarior, quàm ut obruatur hominum authoritate. Paulus cum docet nos in Chriſto electos fuiſſe, ante mundi creationem, omnem certe dignitatis noſtræ re-ſpectum tollit. Perinde enim eſt, ac ſi diceret, Quoniam in uniuerſo Adæ ſemine,

nihil electione sua dignum reperiebat cœlestis Pater, in Christum suum oculos conuertisse: ut tanquàm ex eius corpore membra, eligeret, quos in uitæ consortium assumpturus erat. Valeat igitur apud fideles hæc ratio, ideo nos in Christo fuisse in cœlestem hereditatem adoptatos, quia in nobis ipsis non eramus tantæ excellentiæ capaces. Quod & alibi quoque notat: cum hortatur ad gratiarum
Coloss. 1. actionem Colossenses, ex eo quòd à Domino redditi fuerint idonei, ad participã dam sortem sanctorum. Si gratiam istam Domini, ut idonæi ad gloriam futuræ uitæ obtinendam reddamur, præcedit electio, quid iam reperiet in nobis Deus, quo ad nos eligendos moueatur? Apertius etiamnum altera eius sententia, quod uolo, exprimetur. Elegit nos, inquit, antequàm iacerentur mundi fundamenta, secundum beneplacitum uoluntatis suæ, ut essemus sancti & immaculati, & irreprehensibiles, in conspectu ipsius. Dei beneplacitum quibuslibet nostris meritis opponit.

Vbicunque enim regnat hoc Dei placitum, nulla in considerationem ueniunt opera. Antithesin quidem hic non prosequitur: sed subaudienda est, qualis
2. Tim. 1. alibi explicatur ab ipsomet. Vocauit nos, inquit, uocatione sancta, non secundum opera nostra: sed secundum propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis à Christo, ante tempora sæcularia. Quod autem sequitur, ut essemus sancti & immaculati, scrupulum omnem adimit. Dic enim, Quoniam futuros præuidit sanctos, ideo elegit: & ordinem Pauli inuertes. Sic ergo colligere tuto potes. si elegit nos ut sancti essemus, non elegit, quia futuros tales præuidebat. Pugnant enim inter se hæc duo. Habere pios ab electione, ut sancti sint: & ad eam, ratione operum, peruenisse. Neque ualet hic cauillum, quò subinde confugiunt, nullis præcedentibus meritis Dominum rependere electionis gratiam: futuris tamen concedere. Cum enim dicitur, electos fuisse fideles, ut sancti essent: simul innuitur, quæ in ipsis futura erat sanctitas, ab electione habuisse exordium. Et quomodo quadrabit istud verbum: quæ ab electione deriuantur, electioni causam dedisse? Idipsum quod dixerat, uidetur magis postea confirmare, ubi ait: secundum propositum uoluntatis suæ, quod proposuerat in semetipso. siquidem Deum in seipso proposuisse, perinde ualet, ac si diceretur, nihil extra se consyderasse, cuius rationem in decernendo haberet. Itaque protinus subijcit, huc pertinere totam electionis nostræ summam, ut simus in laudem diuinæ gratiæ. Certe Domini gratia non sola prædicari in electione nostra meretur, nisi hæc gratuita sit. Porrò hæc
Ioan. 15. gratuita non erit: si in suis eligendis Dominus, qualia sint futura cuiusque opera, reputat. Proinde quod suis discipulis dicebat Christus, in uniuersum ualere inter omnes fideles comperitur. Non uos me elegistis: sed ego elegi uos, ubi non præterita tantum merita excludit, sed nihil habuisse in se
Roma. 11. ipsis significat, cur eligerentur, nisi sua misericordia anteuertisset. Quomodo & illud Pauli intelligendum. quis prior dedit illi, & retributionem accipiet? Siquidem ostendere uult sic Dei bonitatem homines præuenire, ut nihil apud ipsos nec præteritum, nec futurum reperiat, quo ipsis concilietur.

Iam ad Romanos, ubi argumentum hoc & repetit altius, & fusius prosequitur, sub exemplo Iacob & Esau, electorum simul & reproborum conditio-
Roma. 9. nem sic tractat. Cum nondum nati essent, nec quidpiam boni aut mali fecissent, ut secundum electionem propositum Dei maneret: non ex operibus, sed ex uocante dictum est. Maior seruiet minori, sicut scriptum est. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid nam ad hæc obscuranda prætexent, qui operibus uel præteritis, uel futuris locum aliquem in electione assignant? Hoc enim est prorsus eludere quod contendit Apostolus, non ex aliqua operum ratione, sed ex mera Dei uocatione pendere fratrum discrimen, quia inter nondum natos constitutum fuerit. Neque uerò eum latuisset istorum argutia, si

quid

quid solidi habuisset: sed quia optime nouerat, in homine Deum præuidere nihil boni posse, nisi quod electionis suæ beneficio iam prius largiri statuerit: non confugit ad præposterum illum ordinem, ut opera bona caussæ suæ præferat. Habemus ex uerbis Apostoli, solius diuinæ electionis arbitrio, fundatam esse fidelium salutem.

Neque illum fauorem operibus conciliari, sed ex gratuita uocatione prouenire. Habemus & eius rei propositam quasi hypothesim. Fratres sunt Esau & Iacob, ijsdem geniti parentibus, eodem adhuc utero concluſi, nondum editi in lucem. In illis omnia paria: diuersum tamen de illis Dei iudicium. alterum enim assumit, alterum reijcit. sola erat primogenitura, cuius iure alter alterum præcederet. Atqui, illa quoque præterita, iuniori defertur, quod negatur maiori. Imò in alijs quoque destinato consilio primogenituram uidetur semper contempsisse Dominus, ut omnem gloriandi materiam carni præcideret. Repudiato Ismaele, animum ad Isaac adjecit. Postposito Manasse, Ephraim magis honorat. Quod si quispiam interpellet, ab istis inferioribus & minutis beneficijs, non statuendum esse de summa futuræ uitæ: ut qui in primogenituræ honorem euectus fuerit, ideo reputetur in cœli hæreditatem coptatus (sunt enim plurimi qui ne Paulo quidem parcant, quasi ad alienum sensum scripturam detorserit, in his testimonijs citandis) Respondeo, nec incogitantia lapsum fuisse Apostolum, nec scripturæ testimonijs sponte fuisse abusum. Sed uidebat, quod ipsi considerare non sustinent, uoluisse Dominum spiritualem Iacob electionem, quæ apud inaccessum eius tribunal alioqui latebat, terreno symbolo declarare. Nisi enim concessam illi primogenituram ad futurum sæculum referimus: inanis fuerit & ridicula benedictionis species, ex qua nihil ei accesserit, præter summam calamitatem. cum ergo citra dubitationem, Dominum externa benedictione testificatum cerneret, quam in regno suo benedictionem seruo suo parauerat: non dubitauit, ad hanc comprobandam, ex illa petere argumentum. Eligitur ergo Iacob, Esau repudiato, & Dei prædestinatione discernitur, à quo nullis meritis differebat. Caussam si quæres, hanc reddit Apostolus: Quia Moysi dictum sit. Miserebor cuius misereor: & miseratione dignabor, quemcumque miseratione dignabor. Et quid hoc quæso sibi uult? Nempe clarissime Dominus pronunciat, nullam hominibus benefaciendi rationem in ipsis se habere: sed á sola sua misericordia sumere. Ideoque suum esse opus, suorum salutem. Cum tuam in se uno salutem Deus statuat: cur ad teipsum descendas? Cum unam tibi suam misericordiam assignet, cur ad propria merita decurras? Cum tuam cogitationem in sua miseratione contineat, cur ad operum tuorũ intuitum partem reflectes? At Ambrosius, Origenes, Hieronymus censuerunt, Deum suam gratiam inter homines dispensare, prout ea quẽq; bene usurum præuiderit. Adde & Augustinum in ea fuisse aliquando sententia. Sed cum melius in scripturæ cognitione profecisset, non retractauit modo, ut euidenter falsam, sed fortiter confutauit. Quin & post retractationem, Pelagianos prẽstringens, quod in eo errore persisterent. Quis istum, inquit, acutissimum sensum Apostolo, defuisse non miretur? Nam cum rem stupendam proposuisset, de illis nondum natis, & deinde sibi quæstionem obijceret. Quid ergo? nunquid est iniquitas apud Deum? erat locus, ut responderet, Deum prẽuidisse utriusq; merita: non tamen hoc dicit, sed ad iudicia & misericordiam confugit.

Li. retrct. 1. Cap. 11.

Epistol. ad Sixtũ. 105

Et alibi, cum omnia ante electionem merita sustulisset. Hic certe, inquit, uacat uana illorum ratiocinatio, qui præscientiam Dei defendunt contra gratiam Dei: & ideo dicunt nos electos ante mundi constitutionem, quia præsciuit Deus futuros nos bonos: non seipsum nos facturum bonos. Nõ hoc dicit, qui dicit. Non uos me elegistis: sed ego elegi uos. Nã si propterea nos elegisset, qa bonos futuros p̃sciuerat; simul etiã p̃sciuisset, q̃ eramus eũ electuri, & q̃ in eã rẽ sequunt.

Homilia in Ioan. 81.

Valeat Augustini testimonium apud eos, qui libenter in Patrum authoritate acquiescunt. sed age fingamus ipsum non loqui: ad rẽ ipsam intendamus. Difficilis quæstio mota erat. Num iuste faceret Deus, qui certos homines sua gratia dignaretur? Qua se uno uerbo expedire Paulus poterat, si operum respectum obtendisset. Cur ergo id non facit? Quin sermonẽ potius continuat, qui in eadem difficultate uersetur. Cur, nisi quia non debuit? Non enim obliuionis uitio laborabat Spiritus sanctus: qui per os eius loquebatur. Nullis ergo ambagibus respondet, ideo suis electis fauere Deum, quia uelit: ideo misereri, quia uelit. Perinde enim ualet oraculum: Miserebor, cuius miserebor, & miseratione complectar, quem miseratione cõplectar: ac si diceretur, Deum non alia ratione ad misericordiam moueri, nisi quia misereri uelit. Verũ ergo manet illud Augustini, gratiam Dei non inuenire eligendos, sed facere. Ac ne illam quidem Thomæ argutiam moramur: præscientiam meritorum non ex parte quidem actus prædestinantis esse prædestinationis causam: ex parte autem nostra, quodammodo sic uocari posse. Nempe secundum particularem prędestinationi s æstimationem, ut cum dicitur Deus prædestinare homini gloriam ex meritis, quia gratiam ei largiri decreuit, qua gloriam mereatur. Cum enim nihil in electione, nisi meram bonitatem, uelit nos intueri Dominus: si quis plus aliquid prospicere hic cupiat, præpostera erit affectatio. Quod si certare subtilitate libeat: non deest quo istam Thomæ argutiolam retundamus. Ipse contendit, gloriam electis quodam modo prędestinari ex meritis, quia gratiam illis prædestinat Deus, qua gloriam mereantur. Quid si contra excipiam? Prædestinationem ad gratiam, electioni ad uitam subseruire: esseque eius ueluti pedissequam, gratiam ijs prædestinari, quibus gloriæ possessio iam diu assignata sit: quia in iustificationem ex electione filios suos adducere, Domino placeat. Inde enim sequetur, prędestinationẽ glorię, caussam potius esse prędestinationis gratię, quã è conuerso. Sed ualeant hæc certamina: ut sunt superuacua inter eos, qui satis sapientiæ sibi in uerbo Dei esse ducent. Vere enim illud ab Ecclesiastico scriptore olim dictum fuit. Qui Dei electionem meritis assignant, eos plusq̃ oportet, sapere.

Homil. in Ioan. 38
Epist. 100. In pri. sent. tent. tra. 25 quæst. 13
Amb. deuoca. gent. li. 2. cap. 2

Nunc de reprobris: quos simul illic coniungit Apostolus. ut enim Iacob, nihildum bonis operibus promeritus, assumitur in gratiam: Sic Esau, nullo adhuc scelere inquinatus, in odio habetur. Si ad opera conuertimus oculos: iniuriam irrogamus Apostolo, quasi id ipsum, quod nobis perspicuum est, non uiderit. Porrò non uidisse conuincitur, quando hoc nominatim urget, cum nihildum boni aut mali designassent: alterum electum, alterum reiectum: ut probet diuinæ prædestinationis fundamentum in operibus non esse. Deinde ubi obiectionem mouit, num iniquus sit Deus? illud, quod certissimũ & apertissimum fuisset iustitiæ eius patrocinium, non usurpat: Deum rependisse Esau secundum suam malitiam: sed diuersa solutione contentus est, quod in hunc finem excitentur reprobi, ut Dei gloria per ipsos illustretur. Demum subnectit clausalam, Deum, cuius uult, misereri: & quem uult, indurare. Vides ut in solum Dei arbitrium utrumq; conferat? Ergo si non possumus rationem assignare, cur suos misericordia dignetur, nisi quando ita illi placet: neq; etiam in alijs reprobandis aliud habebimus, quam eius uoluntatem. Cum enim dicitur Deus uel indurare uel misericordia prosequi, quem uoluerit: eo admonentur homines, nihil caussæ quærere, extra eius uoluntatem.

Hæc uerò dum audit humanum ingenium, contineri nequit eius proteruia, quin, uelut ad cantum classici, uarie & supra modum tumultuetur. Multis modis cum Deo litigant stulti homines, quasi eum teneant suis criminationibus obnoxium. Primum ergo interrogant, quo iure suis creaturis irascatur Dominus? à quibus nulla ante offensa prouocatus fuerit. Nam exitio deuouere quos placuerit, tyranni magis libidini, quàm legitimę iudicis sententię, conuenire. Esse igitur, cur cum Deo expostulent homines, si nudo eius arbitrio, citra proprium meritum,

meritũ, in ęternã mortẽ prędeſtinant. Eiuſmodi cogitatiões ſi quãdo pĩs homini bus in mentẽ ueniãt: ad frangẽdos earũ impulſus, uel hoc uno ſatis armabunt: ſi reputẽt, quãtę ſit improbitatis, cauſas diuinę uoluntatis duntaxat percontari: cũ omniũ, quę ſunt, ipſa ſit cauſa, et merito eſſe debeat. Nã ſi ullã cauſam habet: aliqd eã antecedat oportet, cui ueluti alligeť, q̃d nefas eſt imaginari. Adeo eñ ſumma eſt iuſtitię regula, Dei uoluntas: ut qdqd uult, eo ipſo q̃d uult, iuſtũ habendũ ſit. Vbi ergo quęrit: Cur ita fecerit Dñs? Reſpondendum eſt, quia uoluit. Quod ſi ultra pergas rogando, Cur uoluerit? maius aliquid quęris, & ſublimius Dei uoluntate: quod inueniri non poteſt. Compeſcat igitur ſe humana temeritas: & quod non eſt, ne quęrat: ut ne forte id, quod eſt, non inueniat. Hoc, inquam, freno bene continebitur, quiſquis de arcanis Dei ſui, cum reuerentia, philoſophari uolet. Aduerſus impiorum audaciam, qui Deo palam maledicere non formidant, Dominus ipſe ſua iuſtitia, ſine noſtro patrocinio, ſatis ſe defendet: cum eorum conſcientijs omnem tergiuerſationem adimendo, conuictas ſtringet, reaſcę peraget. Sed ne illos ſacrum nomen ſuum impune ludibrio habere patiamur, arma quoq; aduerſus eos nobis ex uerbo ſuo ſuppeditat. Proinde ſi quis nos huiuſmodi uerbis adgrediatur, cur ab initio Deus ad mortem aliquos prædeſtinarit, qui cum nondum eſſent, mereri iudicium mortis nondum potuerant? Nos, reſponſionis loco, uiciſſim eos rogemus. Quid Deum homini debere exiſtimẽt, ſi eum à natura ſua æſtimare uelit? Qualiter peccato uitiati ſumus omnes, non poſſumus non eſſe Deo odioſi, idque non tyrannica ſęuitia: ſed æquiſſima iuſtitię ratione. Quod ſi iudicio mortis obnoxij ſunt omnes, naturali conditione: quos ad mortem Dominus prędeſtinat, de qua obſecro eius iniquitate erga ſe conquerantur? ueniant omnes filij Adam, cum ſuo creatore contendant, ac diſceptent, quòd æterna illius prouidentia, ante ſuam generationem, perpetuę calamitati addicti fuerint. Quid obſtrepere aduerſus hanc defenſionem poterunt? ubi Dominus illos, ad ſui recognitionem, contra uocabit. Ex corrupta maſſa ſi deſumpti ſunt omnes: non mirum ſi damnationi ſubiacent. Ne ergo Deum iniquitatis inſimulent, ſi ęterno eius iudicio, morti deſtinati ſint, ad quam à ſua ipſorum natura ſponte perducuntur. Atqui ad eam, quæ nunc pro damnationis cauſſa obtenditur, corruptionem, nonne, Dei ordinatione, prædeſtinati ante fuerant? Cum ergo in ſua corruptione pereunt: nihil aliud, quam pœnas luunt eius calamitatis, in quam, ipſius prædeſtinatione, lapſus eſt Adam, ac poſteros ſuos præcipitauit. An non itaque iniuſtus? qui creaturis ſuis tam crudeliter illudit? fateor ſanè in hanc, qua nunc illigati ſunt, conditionis miſeriam, Dei uoluntate, decidiſſe uniuerſos filios Adam, atque id eſt, quod principio dicebam, redeundum tandem ſemper eſſe ad ſolum Diuinæ uoluntatis arbitrium, cuius cauſſa ſit in ipſo abſcondita. Sed nõ protinus ſequit, huic obtrectationi Deũ ſubiacere. Occurremus enim cum Paulo in hunc modum. O homo? Tu quis es qui diſceptes cum Deo? Num figmẽtum dicit ei, qui ſe finxit, Cur me finxiſti ſic? An non habet poteſtatem figulus, ut ex eadem maſſa faciat uas aliud in honorem, aliud in contumeliam? Negabunt ita uere defendi Dei iuſtitiam: ſed ſubterfugium captari, quale habere ſolent, qui iuſta excuſatione deſtituuntur. Quid enim hic aliud dici uidetur, quam Deo eſſe potentiam, quæ impediri nequeat, quo minus, prout libitum fuerit, quiduis agat? Verum longe ſecus eſt. Quæ enim potentior afferri ratio poteſt, quam dum iubemur cogitare, quis ſit Deus? Quomodo enim ullam iniquitatem admitteret, qui iudex eſt orbis? Ad Dei naturam ſi proprie pertinet, iudicium facere: iuſtitiam igitur naturaliter amat, iniuſtitiam auerſatur. Proinde non quaſi deprehenſus foret Apoſtolus, ad cuniculos reſpectauit. Sed indicauit altiorem eſſe iuſtitiæ diuinæ rationem, quam ut uel humano modo metienda ſit, uel ingenij humani tenuitate poſsit comprehendi. fatetur quidem Apoſtolus, eam ſubeſſe diuinis iudicijs profunditatem, à qua mentes omnes hominum abſorbendæ ſint, ſi conentur eò penetrare. Sed quam indignum ſit, ad eam legem redigere Dei opera, ut ſimul ac eorum ratio

Hoc ex Augu. ſumptũ de gene. cõtra Manichæos Lib. 1. Cap. 3

nobis

nobis non cõstiterit, improbare audeamus? Age, adsit nunc Manichæus aliquis aut Cœlestinus, diuinę prouidẽtiæ calumniator, dico cum Paulo, rationẽ eius nõ esse reddendam: quia, magnitudine sua, intelligentiam nostram longe superet. Quid mirum? aut quid absurdum? uelit ne Dei potentiam sic limitatem esse, ut ne quid plus ad agendum ualeat, quam mens sua capiat? Epist. 106. Dico cum Augustino, esse à Dño creatos: quos in exitium ituros, sine dubitatione, præsciebat. Idq; ita factum, quia sic uoluit. Cur autem uoluerit, non esse nostrũ rationem exigere, qui cõprehendere non possumus: neq; cõuenire, ut diuina uoluntas in controuersiã apud nos descendat, de qua quoties habetur sermo, sub ipsius nomine, suprema iustitiæ regula nominatur. Quid ergo de iniquitate quæstio mouetur, ubi iustitia clare apparet? Neq; uerò nos pudeat, improborum ora, Pauli exemplo, sic obstruere: ac quoties oblatrare audebunt, identidem repetere. Qui nam estis miseri homines, qui Deo accusationem intentatis? Et ideo intentatis, quia operum suorum magnitudinem nõ ad ruditatem uestram attemperat? Quasi uero ideo peruersa sint, quia carni sint occulta. Vlterius procedendo, nihil proficiemus. nam nec satisfiet eorum petulantiæ: nec alia eget defensione Dominus, quàm qua per Spiritum suum usus est, qui per os Pauli loquebatur; & ipsi dediscimus bene loqui, ubi cum Deo loqui desinimus.

Alterum quoq; obiectum ab impietate emergit: quod tamen non tam ad Dei suggillationem, q̃ ad peccatoris excusationem recta spectat. Etsi, qui à Deo dãnatur peccator, non, nisi cum iudicis ignominia, iustificari demum potest. Sic ergo profanæ linguæ obganniunt. Cur ea uitio Deus imputaret hominibus, quorum necessitatem, sua prædestinatione, imposuit? Quid enim facerent? An cum decretis eius luctarentur? At frustra id facturi sint. quin omnino facere non possint. Non ergo iure ob ea puniuntur, quorum præcipua in Dei prædestinatione caussa est. Hic abstinebo à defensione, ad quam ferè scriptores Ecclesiastici recurrunt: non impedire Dei præscientiam, quo minus homo peccator reputetur: quandoquidem illius mala, non sua, Deus prouideat. Non enim hic subsisteret cauillatio: sed potius urgeret, Deum tamen malis, quæ præuiderit, potuisse occurrere, si uoluisset. Cum non fecerit, destinato consilio creasse hominẽ in eum finem, ut se in terra ita gereret. Quod si, Dei prouidentia, in hanc conditionem homo creatus est, ut postea faceret, quæcũq; facit: non esse illi crimini uertendum, quod nec effugere possit, & Dei uoluntate suscipiat. Ergo uideamus, quomodo rite nodus hic expediri debeat. Primum omnium, constare inter omnes debet, quod ait Salomon, Deum omnia propter semetipsum condidisse, impiũ Prouer. 16 quoq;, ad diem malum. Ecce, cum rerum omnium dispositio in manu Dei sit: cum penes ipsum resideat salutis ac mortis arbitrium: consilio nutuq; suo ita ordinat, ut inter homines nascantur, ab utero certæ morti deuoti, qui, sua perditione, ipsius nomen glorificent. Si quis causetur, nullam eis inferri necessitatem ex Dei prouidentia, sed potius ea conditione à Domino esse creatos, quoniam futuram eorum prauitatem præuiderit: neq; nihil dicit, neque totum. Solent quidem interdum hac solutione uti ueteres: sed quasi dubitanter. Scholastici uerò in ea quiescunt. ac si nihil contra opponi posset. Equidem præscientiam solam, nullam inferre necessitatem creaturis, libenter concessero, tametsi non omnes assentiantur. Sunt enim qui ipsam quoque causam rerum esse uolunt. Verum mihi acutius ac prudentius uidetur perspexisse Valla, qui superuacuã esse hanc contentionem ostendit, quoniam & uita, & mors, diuinæ magis uoluntatis, quam præscientiæ, sint actiones. Si hominum euenta præuideret Deus duntaxat, non etiam suo arbitrio disponeret ac ordinaret: tum non abs re agitaretur quæstio, ecquid ad eorum necessitatem ualeat ipsius prouidentia? Sed cum non alia ratione, quæ futura sunt, præuideat, nisi quia ita ut fierent, decreuit: frustra de præscientia lis mouetur, ubi constat, ordinatione potius & nutu omnia euenire. Inficiari ergo non poteris, quin præsciuerit Dominus, quem exitum esset habiturus homo, antequam ipsum conderet: & ideo præsciuerit, quia

quia decreto suo sic ordinarat. In præscientiam Dei si quis hic inuehatur, temere & inconsulte impingit. Quid enim, quæso, est, curreus agatur Dominus, quia non ignorauerit, quod futurum erat? In prædestinationem competit, si quid est, uel iustę, uel speciosę querimoniæ. Nec absurdum uideri debet q̃ dico, Deum, non modo primi hominis casum, & in eo posterorum ruinam præuidisse: sed arbitrio quoque suo dispensasse. ut enim ad eius sapientiam pertinet omnium, quę futura sunt, esse præscium: sic ad potentiam, omnia manu sua regere ac moderari. Hic ad distinctionem uoluntatis & permissionis recurritur, secundum quam obtinere uolunt: permittente modo, non autem uolente Deo, perire impios. Sed cur permittere dicemus, nisi quia ita uult? Quanquam nec ipsum quidem per se probabile est, sola Dei permissione, nulla ordinatione, hominem sibi accersisse interitum. Quasi uerò non constituerit Deus, qua conditione præcipuam ex creaturis suis esse uellet. Non dubitabo igitur cum Augustino simpliciter fateri, uoluntatem Dei, esse rerum necessitatem, atque id necessario futurum esse, quod ille uoluerit: quemadmodum ea uerè futura sunt, quæ præuiderit. Nũc uerò si, pro sua et impiorũ excusatione, uel Pelagiani, uel Manichęi, uel Anabaptistæ, uel Epicurei (nam cũ istis quatuor sectis nobis in hoc argumento negocium est) necessitatem, qua ex Dei prædestinatione constringuntur, obijciant: nihil afferunt, ad caussam idoneũ. Si enim prædestinatio nihil aliud est, quàm diuinæ iustitiæ, occultæ quidem, sed inculpatę, dispensatio: quia non indignos fuisse certum est, qui in eam sortem prædestinarentur, iustissimum quoq; esse interitum, quem ex prædestinatione subeunt, æque certum est. Ad hoc, si ex Dei prædestinatione pendet eorum perditio, ut causa & materia in ipsis reperiat. Lapsus est enim primus homo, quia Dominus ita expedire censuerat: cur censuerit, nos latet. Certum tamen est, non aliter censuisse, nisi quia uidebat nominis sui gloriam inde merito illustrari. ubi mentionem gloriæ Dei audis, illic iustitiam cogita. Iustum enim esse oportet, quod laudem meretur. Cadit igitur homo, Dei prouidentia sic ordinante: sed suo uitio cadit. Pronunciauerat paulò ante Dominus, omnia, quæ fecerat, esse ualde bona. Vnde ergo illa homini prauitas, ut à Deo suo deficiat? Ne ex creatione esse putaretur, elogio suo approbauerat Deus, quod profectum erat à seipso. Propria ergo malitia, quam acceperat à Domino puram naturam, corrupit. sua ruina, totam posteritatem in exitium secum attraxit. Quare in corrupta potius humani generis natura euidentem damnationis causam contemplemur, quam absconditam ac penitus incomprehensibilem inquiramus, in Dei prædestinatione. Neque immensæ Dei sapientiæ submittere hucusq; ingenium pigeat, ut in multis eius arcanis succumbat. Eorum enim, quæ scire, nec datur, nec fas est, docta est ignorantia: scientiæ appetentia, insaniæ species. Dicet fortè quispiam, me nondum attulisse, quod sacrilegam illam excusationem compesceret. Ego uerò ne id quidem effici posse fateor, quin semper fremat impietas & obmurmuret. Mihi tamen dixisse uideor, quod ad obloquendi non rationem tantum, sed prætextum quoq; adimendum, sufficeret. Excusabiles peccando haberi uolunt reprobi, quia euadere nequeunt peccandi necessitatem, præsertim cum ex Dei ordinatione sibi injciatur huiusmodi necessitas. Nos uerò, inde negamus rite excusari, quod Dei ordinationi, qua se exitio destinatos conqueruntur, sua constet æquitas, nobis quidem incognita: sed illa certissima. unde constituimus, nihil illos sustinere mali, quod non iustissimo Dei iudicio infligatur. Deinde præpostere docemus agere ipsos, qui ad quærendam suæ damnationis originem, in recondita diuini consilij adyta oculos intendant: ad naturæ corruptionem, unde illa uere scaturit, conniueant. Hanc autem imputare ne Deo possint, obstat, q̃ suæ creationi testimoniũ reddat Dominus. Tametsi enim æterna Dei prouidentia, in eam, cui subiacet, calamitatem conditus est homo: à seipso tamẽ eius materiam, non à Deo sumpsit. Quando nulla alia ratione sic perditus est, nisi quia à pura Dei creatione, in impuram peruersitatem degenerauit.

Iam &

Iam & tertia absurditate Dei prædestinationem infamant eius aduersarij. cũ enim non alio referamus, quàm ad diuinæ uoluntatis arbitrium, quod uniuersali exitio eximantur, quos in regni sui hæredes Deus assumit: ex eo colligunt, apud Deum ergo esse acceptionem personarum, quod ubicũq; scriptura negat. Ergo, uel scripturam esse sibi dissentaneam, uel in electione Dei esse meritorum respectum. Primum, alio sensu negat scriptura, Deum esse personarum acceptorem, quàm quo ipsi iudicant. siquidem personæ uocabulo, non hominem significat, sed quę in homine oculis conspicua, uel fauorem, gratiam, dignitatem conciliare, uel odium, contemptum, dedecus conflare solent. Qualia sunt, diuitiæ, opes, potentia, nobilitas, magistratus, patria, formæ elegantia, & cætera eiusmodi. Item paupertas, inopia, ignobilitas, sordes, contemptus, & similia. Sic Petrus & Paulus personarum acceptorem non esse Dominum docent, quia non discernat inter Iudęum & Gręcum, quòd solius gentis ratione, alterum respuat, amplectatur alterum. Sic Iacobus ijsdem uerbis utitur, dum uult asserere, Deum, in suo iudicio, diuitias nihil morari. Paulus autem alio loco de Deo sic loquitur, quod libertatis aut seruitutis, in iudicando, nullam habeat rationem. Proinde nihil repugnantię erit, si dicemus, Deum, secundum beneplacití sui arbitrium, eligere in filios nullo merito, quos uisum fuerit, alijs reiectis ac reprobatis. Res tamen sic explicari potest, ut plenius satisfiat. Quærunt, qui fiat, ut ex duobus, quos nullum meritum discriminat, alterum prætereat in electione sua, alterum assumat Deus? Ego uicissim rogo, putent ne in eo, qui assumitur esse aliquid, quod Dei animum ipsum inclinet? Si nihil fatebuntur: quod necesse est: sequetur, Deum non hominem intueri: sed à sua bonitate rationem petere, cur illi benefaciat. Quod igitur hominem unum eligit Deus, altero reiecto, id non prouenit ab hominis respectu: sed à sola eius misericordia: cui liberum esse debet, proferre se & exerere, ubi & quoties placet. Quare falso & pessime Deum inæqualis iustitiæ insimulant nonnulli, quod non eundum erga omnes tenorem, in sua prædestinatione, seruat. Si omnes, (inquiunt) noxios deprehendit, pereque omnes puniat: si insontes, ab omnibus iudicij rigorem abstineat. Atqui perinde cum Domino agunt, ac si uel interdicta illi foret misericordia, uel dum uult misereri, cogatur in totum iudicio renunciare. Quid est quod flagitant? si omnes sunt noxij, ut simul eandem omnes luant pœnam. fatemur communem noxam, sed dicimus, quibusdam succurrere Dei misericordiam. succurrat, aiunt, omnibus, sed excipimus, ęquum esse, ut puniendo se quoq; ęquum iudicem ostendat. Id dum non sustinent, quid aliud quam uel miserendi facultate Deum spoliare conantur: uel hac saltem lege hanc permittere, ut iudicio se prorsus abdicet? Quare pulcherrime quadrant istę Augustini sententię. Cum in primo homine uniuersa generis massa in condemnationem defluxerit: quę fiunt ex ea uasa in honorem, non proprię iustitię, sed Dei misericordię uasa esse. Quod uerò alia fiunt in contumeliam, non iniquitati, sed iudicio deputandum &c. Quòd Deus ijs, quos reprobat, debitam pœnam rependit: ijs, quos uocat, immeritam gratiam largitur, ab omni accusatione liberari similitudine creditoris, cuius in potestate est, alteri remittere, ab altero exigere. Potest igitur Dominus etiam dare gratiam quibus uult, quia misericors est: non omnibus dare, quia iustus iudex. Dando quibusdam, quod non merentur, gratuitam suam ostendere gratiam: non omnibus dando, quid mereantur omnes, declarare.

Hoc quoq;, ad euertendam prędestinationem, exagitant: quòd ipsa stante cõcidat omnis solicitudo, & bene agendi studium. Quis enim audiat, inquiunt, æterno & immutabili Dei decreto, sibi fixam esse, aut uitam, aut mortem, quin protinus in mentem ueniat, nihil interesse quomodo se gerat? quando suo opere nihil, aut impediri, aut promoueri queat Dei prędestinatio. Ita omnes proijcient se, & deploratum in morem, quocunq; libido tulerit, pręcipites ibunt. Et sanè nõ in uniuersum mentiuntur. sunt enim plærique porci, qui prædestinationis doctrinã, impuris istis blasphemijs, cõspurcant, atq; hoc etiam obtentu, admonitiões & obiurgationes quaslibet eludunt. Scit Deus, quid de nobis agere semel statuerit. Si salutem

Acto. 10
Roma. 2
Galat. 2.
Iacob. 2
Coloß. 3.
Ephe. 6.

Vide Aug. l. ad Bonif. 2. Cap. 7.

Epist. 106.

De prædesti. & grã.

De bono perseuerãt. c. 12

salutem decreuit, adducet nos ad eam suo tempore: si mortem destinauit, frustra contra tenderemus. At scriptura, dum præcipit, quanto maiori & reuerentia, & religione, sit de tanto mysterio cogitandum, tum pios in longe diuersum sensum instituit, tum scelestam illorum intemperiem probe redarguit. Non enim præ= destinationem eò commemorat, ut in audaciam erigamur, & inaccessa Dei se= creta excutere, nefaria temeritate, tentemus: sed potius, ut humiliati, ac dejecti, iudicium eius tremere, misericordiam suscipere discamus. ad hunc scopum fide= les collimabunt. Ille autem fœdus porcorum grunnitus à Paulo rite compesci= tur. Securos se in uitijs pergere dicunt, quia si sint è numero electorum, nihil obfu tura sint uitia, quo minus tandem ad uitam perducantur. Atqui in hunc finẽ ele= ctos esse nos Paulus admonet, ut sanctam ac inculpatam uitam traducamus. si ele ctionis scopus est, uitæ sanctimonia: magis, ad eam alacriter meditandam exper= gefacere, & stimulare nos debet, quàm ad desidiæ prætextum, ualere. Quantope= re enim hæc inter se dissident? à bene agendo cessare, quia electio ad salutem suf= ficiat: & electioni propositum esse finem, ut in bonorum studium incumbamus? facessant ergo eiusmodi sacrilegia, quæ totum electionis ordinem perperam in= uertunt. Quod autem suas blasphemias longius extendunt, dum eum, qui sit à Deo reprobatus, perditurum operam dicunt, si innocentia & probitate uitę se illi adprobare studeat, in eo uerò impudentissimi mendacij conuincuntur. Vnde enim tale studium oriri possit, nisi ex electione? Nam quicunq; sunt ex reprobo= rum numero, ut sunt uasa in contumeliam formata, ita non desinunt perpetuis fla gitijs iram Dei in se prouocare, & euidentibus signis confirmare, quod iam in se la tum est, Dei iudicium. Tantum abest, ut cum ipso frustra contendant. Sed ut res melius eluceścat, tum electorum uocatione, tum de excęcatione & induratione im piorum agendum est. *Ephe. 1.*

Electionem, quam in seipso alioqui absconditam habet, uocatione demum sua Dominus manifestat: quam ideo appellare soleo illius testificationẽ. Nam quos præsciuit, eos præfiniuit conformes fieri imaginis filij sui, quos autem præfiniuit, eos & uocauit, quos uocauit, eos & iustificauit, ut olim glorificet. Cum suos eli= gendo, iam in filiorum locum Dominus adoptarit: uidemus tamen, ut in tanti bo ni possessionem non ueniant, nisi dum uocantur: contra, ut uocati, quadam iam fruantur electionis suæ communicatione. Qua ratione spiritum, quem accipiunt, & adoptionis spiritum & sigillum, & arrabonem hæreditatis futuræ uocat Pau= lus. Quia scilicet eorum cordibus futuræ adoptionis certitudinem, suo testimo= nio, stabilit & obsignat. Filios ergo sibi designat, ac Patrẽ se ijs destinat Deus, ǫs elegit, uocando porrò, in familiam eos suam adsciscit, ac seipsum ijs cõmunicat. Cum autem electioni uocationem subnectit, in eum modum, scriptura satis innu= it, in ea nihil requirendum, præter gratuitam Dei misericordiam. Si enim quæri= mus quos uocet, & qua ratione, respondet, quos elegerat. Ad electionem autem dum uenitur, sola illic misericordia undecunque apparet. Atque adeò uere hic lo cum habet illud Pauli. Non esse uolentis neque currentis, sed miserentis Dei. Ne que id quemadmodum uulgo accipiunt, qui inter Dei gratiam & uoluntatẽ, cur= sumque hominis, partiuntur. Exponunt enim desyderium hominis ac conatum nihil per se quidem habere momenti, nisi Dei gratia prosperentur: sed cum adiu= uantur illius benedictione, habere suas quoque partes, in comparanda salute, con tendunt. Quorum cauillum Augustini uerbis refellere, quàm meis, malo. Si nihil aliud uoluit Apostolus, nisi non esse solius uolentis aut currentis, nisi adsit mise= ricors Dominus: retorquere è conuerso licebit, non solius esse misericordiæ, nisi adsit uoluntas & cursus. Quod si aperte impium est, non dubitemus Apsto= lum omnia misericordiæ Domini dare, nostris autem uoluntatibus aut studijs ni= hil relinquere. In hanc sententiam ille sanctus uir. Nec pilo æstimo quam indu= cunt argutiolam. Non fuisse id dicturum Paulum, nisi aliquis in nobis foret co= natus, & aliqua uoluntas. Non enim, quid esset in homine, reputauit, sed cum ui= deret quosdam salutis partem hominum industriæ assignare, simpliciter eorum *Roma. 8.* *Ephe. 1. & alibi.* *Roma. 9.* *Enchiridi. ad Laure. c. 31*

errorem damnauit priore membro: deinde totam salutis summam Dei misericordiæ uindicauit. Et quid aliud agunt Prophetæ, quam ut gratuitam Dei uocationem perpetuo deprædicent? Ad hæc, ipsa quoque uocationis dispensatio, perspicue id demonstrat, verbi siquidem prędicatione, & Spiritus illuminatione, constat. Quibus offerat verbum suum Dominus, habemus apud Prophetam. Repertus sum à non quærentibus me: palàm apparui ijs, qui me non interrogabant. Populo qui non inuocauit nomen meum, dixi. Ecce adsum. Ac ne Iudæi ad gentes modo eam clementiam pertinere ducerent, ipsis quoque in memoriam reducit, unde assumpserit patrem eorum Abraham, cum ipsum sibi conciliare dignatus est. Nimirum ex media Idololatria, in qua cum suis omnibus demersus erat. verbi sui luce dum immerentibus primum affulget, eo, gratuitæ bonitatis suę specimen satis luculentum exhibet. Sed ne glorietur caro, quod uocanti, & ultro se offerenti saltem responderit: nullas ad audiendũ nobis esse aures, nullos ad uidendũ oculos affirmat: nisi quos ipse fecerit, facere autem non secundum cuiusque gratitudinem: sed pro sua electione. Cuius rei insigne habes exemplum apud Lucam, ubi Pauli & Barnabæ concionem audiunt communiter Iudæi & gentes. Eodem tum uerbo cum edocti essent omnes, narrantur credidisse, qui ad uitam æternam erant præordinati. Qua fronte gratuitam esse uocationem negemus, in qua ad ultimam usque partem, sola regnat electio? Neque uerò hoc testimonio confutantur ij tantum, qui in uocationis complemento cooperarium hominem Deo faciunt: sed illi etiam, qui electionem sic à posteriori æstimandam tradunt, quasi suspensa esset & incerta, donec uocatione cõfirmetur. Equidem confirmari non est dubium, modo hoc uerbo nihil aliud intelligas, quàm & comprobari certa testificatione, & uelut sigillo consignari. Sed falso dicitur, tum esse demum efficacem, postquàm Euangelium amplexi sumus, suumque inde uigorem sumere.

Isaiæ. 65.

Ioſue. ulti.

Actо. 13.

Atqui ut peperam faciunt, qui electionis uim suspendũt à fide Euangelij, qua in illius communionem peruenimus: ita optimum tenebimus ordinem, si in quærenda electionis nostræ certitudine, in ijs signis posterioribus, quæ sunt certæ eius testificationes, hæreamus. Nulla tentatione uel grauius, uel periculosius, fideles percellit Sathan: quàm dum ipsos suæ electionis dubitatione inquietans, simul praua eius extra uiam inquirendæ cupiditate sollicitat. Extra uiam inquirere uoco, ubi in abditos diuinæ sapientiæ recessus perrumpere homuncio conatur: & quo intelligat, quid de se sit constitutum apud Dei tribunal, ad supremam usque æternitatem penetrare. Tunc enim se, in profundum immensæ uoraginis, absorbendum præcipitat: tunc innumeris atque inexplicabilibus laqueis se induit: tunc cæcæ caliginis abyssо se adobruit. Sic enim æquum est, horribili ruina ingenij humani stoliditatem puniri, ubi suopte marte, assurgere ad diuinæ sapientiæ altitudinem tentat. Eòque exitialior est hæc tentatio quòd ad nullam aliam propensiores simus ferè omnes. Rarissimus enim est, cuius non interdum animus hac cogitatione feriatur. Vnde tibi salus, nisi ex Domini electione? Electionis porrò quæ tibi relatio? Quæ si apud quempiam semel inualuit: aut diris tormentis miserum perpetuo excruciat, aut reddit penitus attonitum. Nullo sane certiore argumento confirmare uelim, quanta prauitate, prædestinationem imaginentur huiusmodi homines, quàm illa ipsa experientia. Siquidem nullo pestilentiori errore infici mens possit: quàm qui sua erga Deum pace ac tranquillitate conscientiam diruit ac deturbat. Ergo naufragium si timemus, sollicite ab hoc scopulo cauendum, in quem nunquam sine exitio impingitur. Et uero licet periculosi marís instar habeatur prædestinationis disputatio: patet tamen in ea lustranda, tuta & pacata, addo & iucunda nauigatio: nisi quis periclitari ultro affectet. Nam quemadmodum in exitialem abyssum se ingurgitant, qui ut de sua electione fiant certiores, æternum Dei consilium, sine verbo percontantur: ita qui rectè atq; ordine ipsam inuestigant, qualiter in uerbo continetur, eximiũ inde referunt consolationis fructum. Sit igitur hæc nobis inquirendi uia, ut exordium sumamus à Dei uoca-

Dei uocatione, & in ipsam desinamus. Quando, ea ceu tessera, vult nobis confirmare Dominus, quantum de suo consilio sciri fas est. Ne cui autem uideatur infirmum istud testimonium: reputemus quantum & claritatis & certitudinis nobis afferat. Primum si paternam Dei clementiam, propitiumque animum quærimus: ad Christum conuertendi sunt oculi, in quo solo Patris anima acquiescit. Si salutem, uitam, & regni cœlestis immortalitatem: non aliò tum quoque confugiendum est, quando ipse unus, & uitæ fons est, & salutis anchora, & regni cœlorum hæres. Iam quorsum electio pertinet, nisi ut in filiorum locum à Domino coopti, in eius dilectione, salutem & immortalitatem obtineamus? Quantumlibet reuoluas, & excutias, ultimum tamen eius scopum non ultra tendere intelliges. Proinde quos Deus sibi Filios assumpsit, non in ipsis eos dicitur elegisse, sed in Christo suo: quia non nisi in eo amare illos poterat, nec regni sui hæreditate honorare, nisi eius consortes ante factos. Quod si in eo sumus electi, non in nobis ipsis, reperiemus electionis nostræ certitudinem. ac ne in Deo quidem Patre, si nudum illum absque Filio, imaginamur. Christus ergo speculum est, in quo electionem nostram contemplari conuenit, & sine fraude licet. cum enim is sit, cuius corpori inserere destinauit Pater, quos ab æterno uoluit esse suos: ut pro Filijs habeat quotquot inter eius membra recognoscit: satis perspicuum firmumq; testimonium habemus, nos in libro uitæ scriptos esse: si cum Christo communicamus. Porrò ille certa sui communione nos donauit, cum per Euangelij prædicationem testatus est se nobis à Patre datum, ut cum suis omnibus bonis noster esset. Ille, inquã, nobis testis fuit, filiorum loco habitum iri à Patre cœlesti omnes, à quibus fide receptus fuerit. Si quid plus adpetimus, quàm ut inter Dei Filios censeamur et hęredes: supra Christum conscendamus licet. Si hæc suprema est nobis meta: quantopere insanimus, extra ipsum quærendo, quod & in ipso iam consecuti sumus, & in solo ipso inueniri potest? Præterea cum sit æterna Patris sapientia, immutabilis ueritas, fixum consilium, non est timendum, ne, quod suo sermõe nobis enarrat, ab illa, quam quærimus, Patris uoluntate, uel minimũ uariet. quin potius eam fideliter nobis aperit, qualis ab initio fuit, ac semper futura est.

Accedit ad stabiliendam fiduciam, quæ cum uocatione nostra coniungitur electionis firmitudo. Quos enim nominis sui cognitione illuminatos, in Ecclesiæ suæ consortium Christus asciscit, eos dicitur in fidem tutelamque suam recipere. Quoscunque autem recipit, ei à Patre commissi dicuntur, ac concrediti: ut in uitam æternam custodiantur. Quid nobis uolumus? clamat alta uoce Christus: quotq̃t Pater saluos esse uelit, eos sibi in protectionem tradidisse. Ergo si rescire libet, an Deo curę sit nostra salus, quęramus an Christo cõmendauerit: quẽ constituit unicum suorum omnium saluatorem. Iam si dubitamus, an simus à Christo in fidem custodiamque recepti, ille dubitationi occurrit, dum se pastorem sponte offert, ac in ouium suarum numero nos fore pronunciat, si uocem suam audiamus. Christum ergo benigne nobis expositum, & obuiam prodeuntem amplectamur, Ille autem nos in grege suo recensebit, et inter sua septa conclusos tenebit. At subit futuri status anxietas. nam ut Paulus uocari docet, qui electi ante fuerint: ita Christus ostendit, multos esse uocatos, paucos uero electos. Quinetiam ipse quoque Paulus alibi à securitate dehortatur. Qui benestat, inquit, uideat ne cadat. Item. Insertus es in populum Dei? Noli superbire: sed time. Potest enim Deus te rursum succidere, ut alios inserat. Denique, ipsa experientia, satis docemur, parui esse uocationem ac fidem: nisi accedat perseuerantia, quæ non omnibus contigit. Sed enim ista solicitudine liberauit nos Christus. Nam in posterum certe respiciunt istæ promissiones. omne quod dat mihi Pater, ad me ueniet, & eum qui uenerit ad me, non ejiciam foras. Item, hæc est uoluntas eius, qui misit me, Patris: ne quid perdam ex omnibus, quæ dedit mihi: sed resuscitem ea in nouissimo die. Item, Oues meæ uocem meam audiunt, & sequuntur me. ego cognosco eas, & uitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neque rapiet eas quisquam de manu mea:

Ioan.6. & 17.

Matth.22.

Roma.11.

Ioan.6.

Ioan.10.

Pater, qui dedit mihi, maior omnibus est, & nemo potest rapere de manu Patris mei. Quid hinc nos discere uoluit Christus, nisi ut confidamus, perpetuo nos fore saluos, quia illius semel facti sumus? At quotidie accidit, ut qui uidebantur esse Christi, rursum deficiant ab eo, & corruant. Imo eo ipso loco, ubi asserit, neminem perijsse ex ijs, qui sibi à Patre dati fuerant: excipit tamen filium perditionis. Verum est id quidem. Sed æque etiam certum, nunquam ea cordis fiducia
1. Ioan. 2. tales Christo adhæsisse, qua nobis electionis certitudinem stabiliri dico. Exierunt è nobis, inquit Ioannes, sed è nobis non erant. Si fuissent enim è nobis, permansissent utique nobiscum. Nec inficior, quo minus habeant uocationis similia cum electis signa: sed illud certum electionis stabilimentum, quod fideles à verbo Euangelij petere iubeo, illis minime concedo. Quamobrem eiusmodi exempla nequaquam nos permoueant, quominus in Domini promissione tranquilli recumbamus, ubi pronunciat, à Patre datos esse sibi omnes, à quibus uera fide recipitur. Quorum nemo, se custode ac pastore, periturus sit. De Iuda mox dicetur. Paulus non simplicem securitatem Christianis dissuadet; sed supinam ac solutam carnis securitatem, quæ fastum, arrogantiam, aliorum cõtemptum, secum trahat, humilitatem extinguat, ac reuerentiam Domini: acceptæque gratiæ oblitionem inducat. Gentiles enim alloquitur, quos docet, non esse Iudæis superbe & inhumaniter insultandum, ideo, quia, ipsis abdicatis, in eorum locum substituti essent. Timorem quoque requirit, non quo consternati uacillent, sed qui ad suspiciendam humiliter Dei gratiam nos instituens, nihil ex eius fiducia diminuat, quemadmodum alibi dictum est. Illud Domini verbum, de multis uocatis, paucis autem electis, pessime in eum modum accipitur. Vt germanum sensum habeamus, notandum, duplicem esse uocationis speciem. Est enim uniuersalis uocatio, qua, per externam uerbi prædicationem, omnes pariter ad se inuitat Deus, etiam quibus eam in mortis odorem, & grauioris condemnationis materiam, proponit. Est altera specialis, qua ut plurimum, solos fideles dignatur: dum interiori sui Spiritus illuminatione efficit, ut uerbum prædicatum eorum cordibus insideat.

Interdum tamen ijs quoque impertitur, quos ad tempus duntaxat illuminat, deinde suæ ingratitudinis merito deserit, & maiori percutit cæcitate. Iam cum uideret Dominus Euangelium, late longeque publicari, à plurimis contemptui haberi, apud paucos iusto in precio esse, Deum, sub regis persona, nobis describit, qui conuiuium solemne instituens, uocatores suos circumquaque mittat, ad magnam turbam inuitandam, à paucissimis tamen impetrare queat: quia pro se quisque impedimenta causetur, ut tandem, recusantibus illis, cogatur è triuijs obuium quemlibet accersere. Hactenus de externa uocatione intelligendam parabolam nemo non uidet. Subiungit postea, Deum, boni conuiuatoris instar agere, qui circumeat mensas, ad suos hospites comiter excipiendos. Quod si quem reperiat, ueste nuptiali non ornatum, minime passurum, ut conuiuij festiuitatem suis sordibus dehonestet. Hoc membrum fateor intelligendum de ijs, qui fidei professione in Ecclesiam ingrediuntur: sed Christi sanctificatione nequaquam induti. Talia Ecclesiæ suæ dehonestamenta, & uelut carcinomata, non sustinebit perpetuo Dominus: sed, prout meretur eorum turpitudo, extra proijciet. Pauci ergo electi sunt ex magno uocatorum numero, non tamen ea uocatione, unde fidelibus dicimus æstimandam suam electionem. Illa enim impiorum etiam communis est: hæc secum affert Spiritum regenerationis, qui est arrabo, & sigillum futuræ hæreditatis, quo in diem Domini obsignantur corda nostra. Eadem est ratio exceptionis nuper adductæ: ubi ait Christus, neminem perijsse, nisi filium perditionis, ille enim non reputabatur inter oues Christi, quia uere esset: sed quia locum tenebat. Quod porrò ipsum alibi electum cum Apostolis à se fuisse asserit Dominus, id duntaxat ad ministerium refertur. Duodecim, inquit, elegi: &
Ioan. 6. unus ex eis diabolus est. Nempe in Apostoli munus eum elegerat. Cum autem
Ioan. 13. de electione loquitur in salutem, eum procul ab electorum numero arcet. Non

de omni-

de omnibus loquor. Ego scio quos elegerim, si quis uocabulum electionis utrobique confundat, misere se implicabit: si distinguat, nihil est expeditius. Pessime ergo & pernicioſe Gregorius, dum uocationis tantum nostræ conscios esse nos tradit, electionis incertos, unde ad formidinem, & trepidationem omnes hortatur: hanc etiam rationem usurpans, quia etiamsi quales hodie simus, sciamus: quales tamen simus futuri. Verum eo loco satis declarat, quomodo in hunc scopum impegerit. Quoniam enim ab operum meritis electionem suspendebat: deiiciendis animis, plus satis illi suppetebat causſæ. Confirmare non poterat, qui à seipsis ad diuinæ bonitatis fiduciam non transferebat. Hinc qualemcunq; eius, quod initio posuimus, gustum habent fideles: prædestinationem, si rite cogitetur, non fidei conuulsionem, sed optimam potius confirmationem. *Homel. 38.*

Enimuero electi, nec statim ab utero, nec eodem omnes tempore: sed prout uisum est Domino, suam illis gratiam dispensare, in ouile Christi, per uocationem aggregantur. Ante uero quàm ad summum illum pastorem conuertantur, in communi deserto dissipati aberrant: nec ab alijs quidquam differunt: nisi quod singulari Dei misericordia proteguntur, ne in ultimum mortis præcipitium ruant. in ipsos ergo si respicias, uidebis Adæ progeniem, quæ communem massæ corruptionem redoleat. Quod non in extremam & desperatam usque impietatem feruntur, id non fit, aliqua illis ingenita bonitate: sed quia in ipsorum salutem excubat Dei oculus, & manus extenta est. Nam qui ab ipsa nati uitate, insitum esse eorum cordibus semen nescio quod electionis somniant, cuius uirtute semper ad pietatem timoremque Dei sint inclinati, nec scripturæ autho ritate adiuuantur, & ipsa redarguuntur experientia. Exempla quidem pauca pro ferunt, unde probent electos, ante illuminationem quoque, non fuisse à religione alienos. Paulum in suo Phariſaismo uixisse irreprehensibilem, Cornelium elee mosinis & orationibus fuisse acceptum Deo, & si qua sunt similia. De Paulo illis concedimus. In Cornelio, dicimus hallucinari. Iam enim tum illuminatum ac regeneratum fuisse apparet, ut nihil illi deesset, præter perspicuam Euangelij reuelationem. Sed enim quid pauculis istis exemplis tandem extorquebunt? Electos ne omnes pietatis spiritu semper esse præditos? Non magis quam si quis, demonstrata Aristidis, Socratis, Xenocratis, Scipionis, Curij, Camilli, & aliorum integritate, inde colligat, omnes, qui in cæcitate idololatriæ deseruntur, sanctimoniæ & probitatis fuisse studioſos. Quinetiam scriptura, non uno in loco, illis palàm reclamat. Qui enim describitur à Paulo Ephesiorum status ante regenerationem, granum huius seminis nullum ostendit. Eratis, inquit, delictis & peccatis mortui, in quibus ambulastis iuxta sæculum mundi huius, iuxta principem aeris, qui nunc agit in filijs contumacibus: inter quos & nos omnes uersabamur, aliquando in concupiscentijs carnis nostræ, facientes quæ carni & menti libebant. Et eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. Item, Mementote quod sine spe aliquando fueritis. & Deo carueritis in mundo. Item, Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filij lucis ambulate. At ea forte referri uolent ad ignorantiam ueri Dei: qua electos, antequam uocentur, detineri non negant. Quanquàm hoc esset impudenter calumniari: cum ex illis inferet, non iam amplius esse, uel mentiendum uel furandum, quid tamen ad alios locos respondebunt? Qualis ille est ad Corinthios, ubi cum denunciasset, neque scortatores, neque idololatras, neque adulteros, neque molles, neque pædicatores, neque fures, neque auaros, regni Dei fore hæredes: continuo subiungit, illos ijsdem flagitijs fuisse, ante Christum cognitum, implicitos: nunc uero & sanguine eius ablutos, & Spiritu liberatos. Item alter ad Romanos. Quemadmodum præbuistis membra uestra seruaimmunditiæ, & iniquitati, ad iniquitatem: nunc addicite illa in seruitutem iustitiæ Quem enim fructum ex illis habuistis? in quibus nunc merito erubescitis, & cætera. *Ephe. 2.* *1. Corin. 6.* *Roma. 6.*

Quale tunc, amabo, electionis semen in ijs germinabat qui tota uita multifariam

riam contaminati, quasi desperata nequitia, uolutabantur in flagitio omnium maxime nefando, & execrabili? Secundum eos si loqui uoluisset, debuerat ostendere, quantum Dei beneficentiæ deberent, per quam conseruati essent, ne in tantas fœditates prolaberentur. Sic & Petrus debuisset suos hortari, ad gratitudinem, ob semen electionis perpetuum. Contra autem admonet, sufficisse præteritum tempus gentium libidinibus consummandis. Quid si uenitur ad exempla? Quale iustitiæ germen in Rahab meretrice ante fidem? in Menasse, cum Hierusalem intingeretur, & prope immergeretur sanguine Prophetarum? In latrone, qui inter ultimos tandem spiritus, de resipiscentia cogitauit? facessant ergo hæc argumenta, quæ sibi ipsis homines curiosuli temere, sine scriptura, excogitant. Maneat autem nobis, quod habet scriptura. Omnes pariter ouium perditarum instar aberrasse, unumquemque declinasse in uiam suam, hoc est, perditionem. Ab hoc perditionis gurgite quos aliquando eruere Dominus statuit, eos in suam opportunitatem differt: tantum conseruat, in blasphemiam irremissibilem ne deuoluantur.

1. Pet. 4.

Isaiæ. 53.

Quemadmodum, suæ erga electos uocationis efficacia, salutem ad quam eos æterno consilio destinarat, perficit Dominus: ita sua habet aduersus reprobos iudicia: quibus consilium de illis suum exequatur. Quos ergo in uitæ contumeliam, & mortis exitium creauit ut iræ suæ organa forent, & seueritatis exempla, eos, ut in finem suum perueniant, nunc audiendi uerbi sui facultate priuat: nunc eius prædicatione magis excæcat, & obstupefacit. Prioris membri cum innumera sint exempla, unum tamen, quod est præ alijs illustre ac notabile, eligamus. Quatuor circiter annorum milia ante Christi aduentum effluxerunt, quibus salutiferæ doctrinæ lucem cunctis gentibus occultauit. Si quis respondeat, tanti beneficij compotes ideo non fecisse, quia indignos iudicarit: nihilo erunt digniores posteri. cur ergo his potius, quàm illis, datur? frustra se torqueat, qui hic caussam requirat arcano & inscrutabili Dei consilio altiorem. Nec est timendum, ne quis Porphirij discipulus Dei iustitiam impune arrodat, nobis pro ea nihil respondentibus. Cum enim asserimus nullos perire immerentes, gratuitæ esse beneficentiæ Domini, quòd nonnulli liberantur: abunde pro illustanda Domini gloria dictum est, ut nostra tergiuersatione nequaquam indigeat. Prædestinationi igitur suæ uiam facit Dominus, ubi quos semel reprobauit, lucis suæ communicatione orbatos, deserit in cæcitate. Alterius membri, cum exstant quotidiana documenta, tum multa in scripturis continentur. Apud centum eadem ferè habetur concio, uiginti, prompta fidei obedientia, suscipiunt: alij uel nullius pensi habent, uel rident, uel explodunt, uel abominantur. si quis respondeat, diuersitatem ex eorum prouenire malitia, & peruersitate: nondum satisfactum fuerit. Quia & illorum ingenium eadem malitia occuparetur, nisi Dominus sua bonitate corrigeret.

Cur ergo gratiam illis largiendo, hos prætermittit? De illis caussam reddit Lucas, quia ad uitam sunt præordinati. De ijs ergo quid sentiemus, nisi quia sunt uasa iræ in contumeliam? Quare ne cum Augustino loqui nos pigeat. Posset, inquit ille, Deus malorum uoluntatem, in bonum conuertere, quia omnipotens est, posset planè. Cur ergo non facit? Quia noluit. Cur noluerit, penes ipsum est. Debemus enim non plus sapere, quam oportet. Multòque id satius est, quàm tergiuersari cum Chrysostomo: quod uocantem trahat, & manum porrigentem: ne discrimen in Dei iudicio: sed solo hominum arbitrio, situm uideatur. Istud quidem in quæstionem trahi non potest: Multis uerbum suum Dominum mittere, quorum cæcitatem magis uelit aggrauari. Quorsum enim tot mandata deferri iubet ad Pharaonem? An quia sæpius repetitis legationibus mitigatum iri sperabat? Imo antequàm inciperet, exitum & nouerat, & prædixerat. Ito, dicebat Moysi, & expone illi uoluntatem meam. Ego autem indurabo cor eius, ne obtemperet. Sic cum Ezechielem suscitat, præmonet se mittere ad populum rebellem,

Lib. 2. de Gene. ad literam. c. 10 Homi. de conuersi. Pauli.

Exodi. 4 Ezechi. 1. & 12.

lem,& contumacem,ne terreatur si surdis se canere uideat. Sic Ieremiæ prædicit, futuram eius doctrinam in ignem,ut populum, instar stipulæ, perdat & dissipet. Sed magis etiamnum premit Iesaiæ prophetia. Sic enim à Domino dimittit, uade,& dic filijs Israel,audiendo audite,& ne intelligatis:uidendo uidete,& ne scia tis.Obstina cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius oblíne: ut ne forte uideat oculis suis, & audiat auribus suis, & corde intelligat: quò conuersus sanetur. Ecce, uocem ad eos dirigit: sed ut magis obsurdescant,lucem accendit: sed ut reddantur cæciores. doctrinam profert:sed qua magis obstupescant,remedium adhibet:sed ne sanentur. Atque hanc prophetiam adducens Ioannes, Iudæos Christi doctrinæ non potuisse credere asserit: quia in eos incumberet hæc Dei maledictio. Neque hoc quoque controuerti potest. Quos Deus illuminatos non uult,illis doctrinam suam ænigmatibus inuolutam tradere,ne quid inde proficiant, nisi ut in maiorem hebetudinem trudantur. Testatur enim Christus,se ideo solis Apostolis edisserere parabolas,in quibus apud multitudinem locutus erat,quia his datum sit nosse mysteria regni Dei,uulgo non item. Quid,inquies, sibi uult Dominus eos docendo, à quibus, ne intelligatur, curat? Consydera unde uitium: & desines interrogare. In uerbo enim qualiscunque sit obscuritas, satis tamen semper est lucis, ad conuincendam impiorum conscientiam. Restat nunc,ut uideamus,cur id Dominus faciat,quod eum facere palam est. Si respondeatur,sic fieri,quia sic impietate, nequitia, ingratitudine meriti sunt homines:bene id quidē & uere dicetur. Sed quia nondum patet istius uarietatis ratio, cur alijs in obedientiam flexis isti obdurati persistant, in ea excutienda, necessario ad illud, quod ex Moyse adnotauit Paulus, transeundum erit. Nempe, quod ab initio eos excitarit Dominus, ut ostenderet nomen suum in uniuersa terra. Quod igitur sibi patefacto Dei uerbo non obtemperant reprobi, probe id in malitiā, prauitatemq; cordis eorū reijcietur: modo simul adijciatur, ideo in hanc prauitatem addictos, quia iusto, sed inscrutabili Dei iudicio, suscitati sunt, ad gloriam eius, sua damnatione, illustrandam. Similiter cum de filijs Heli narratur, quod non auscultarunt salutaribus monitis, quia uoluerit Dominus occidere eos: non negatur, contumaciam à propria ipsorum nequitia profectam esse: uerum simul notatur, cur in contumacia deserti fuerint: cum potuerit eorum corda Dominus emollire. Quia scilicet eos semel exitio destinasset immutabile Dei decretum. Hæc dum impij audiunt, quiritantur Deum miseris suis creaturis, inordinata potentia, in sæuitiæ suæ ludum abuti. Sed nos, qui cunctos homines tot nominibus Dei tribunali obnoxios nouimus, ut de mille interrogati, ne in uno quidem satisfacere queant, confitemur nihil pati reprobos, quod non iustissimo Dei iudicio conueniet. Quod rationem ad liquidum non assequimur: aliquid nescire non recusemus, ubi se Dei sapientia in suam sublimitatem attollit.

Iere. primo

Iesa.6.

Ioan.12.

Matth.13.

1.Samuel.2.

At quoniam obijciunt certi scripturæ loci,quibus uidetur negare Dñs sua ordinatiõe fieri,ut iniqui pereant,nisi quoad,se reclamante,ipsi mortē sponte sibi acquirunt:eos breuiter explicãdo, demonstremus nihil superiori sententię aduersã ri. Proferunt eas Apostoli sententias. q uelit Dñs oēs saluos fieri, & ad ueritatis agnitionē peruenire.oēs etiã incredulitate cõclauserit,ut omniũ misereat,quod itē per Prophetã Dñs ipse denunciat,se nolle mortē peccatoris,sed magis ut conuertat,& uiuat. Primus Apostoli locus importunè huc adducit. De singulis em, nõ hominibus,sed hominũ ordinibus,illic eũ loq facilimè ex cõtextu euincit. Præcesperat Timotheo,solēnes in Ecclesia precationes,pro regibus & principibus, cõcipere. Cum aũt absurdũ nõnihil uideret, orationes ad Deũ fundi, pro genere hominũ propè deplorato:quia nõ tantũ à Christi corpore alieni oēs erant: sed ad regnũ eius opprimendũ totis uiribus enitebantur: subijcit, acceptũ id esse Deo,qui uelit oēs homines saluos fieri.quo nihil aliud profecto significat, q̃, nulli hominũ ordini aut cõditioni uiam ad salutem præclusisse: quin potius misericordiam suam sic effudisse,ut nullam uocationem eius expertem esse uelit. Aliæ sententiæ

1.Timot.2.
Rom.10
Ezech.18

non declarãt, quid de omnibus, occulto ſuo iudicio, Dominus ſtatuerit: ſed para tam denunciant omnibus peccatoribus ueniam, qui modo ſe ad eã requirendam conuertunt. Nã ſi tenacius urgeant, q̃d dicit̃ uelle miſereri omniũ: ego contra ex cipiã, q̃d alibi ſcribit̃. Deũ noſtrũ eſſe in cœlo: ubi faciat quęcunq; uelit. Sic ergo exponẽdum erit hoc uerbũ, ut cũ altero cõueniat. Miſerebor cuius miſerebor: & cõmiſerabor, quẽ fuero miſeratus. Qui deligit q̃s miſericordia proſeq debeat, eã non omnibus impertitur. Sed enim, inquies, ſi ita eſt, parũ erit fidei promiſſionibus Euangelicis: quæ cũ de uoluntate Dei teſtant̃, eã uelle aſſerunt, quod inuiolabili eius decreto aduerſet̃. Minime uerò. Quãlibet. n. uniuerſales ſint ſalutis promiſſiones, nihil tamẽ à reproborũ prædeſtinatione diſcrepant: modo in earũ commentũ mentẽ dirigamus. Efficaces nobis tum eſſe demum promiſſiones Domini ſcimus, ubi eas fide recipimus. ubi cõtrà exinanita eſt fides, ſimul & abolita eſt promiſſio. Ea ſi eſt natura promiſſionũ, uideamus iam, nunquid inter ſe hęc diſſideant: quòd dicit̃ ab æterno Dominus ordinaſſe, quos bonitate cõplecti, in quos iram exercere uelit: & quod ſalutem omnibus indiſcriminatim denunciat. Equidẽ dico optime cõuenire. ſic enim promittendo, nihil aliud uult Dominus, q̃ omnibus expoſitam eſſe ſuam miſericordiam, qui modo ad eam cõfugiant. Confugiunt autem, non niſi ij̃, quos illuminauit. porrò illuminat, quos prædeſtinauit ad ſalutem. his, inquam, conſtat certa & inconcuſſa promiſſionum ueritas: ut dici nequeat, aliquid eſſe diſſenſionis, inter æternam Dei electionem, &, quod fidelibus offert gratiæ ſuæ teſtimonium. Sed cur omnes nominat? Nempe quo tutiùs piorũ cõſcientię acquieſcant: dũ intelligunt nullã eſſe peccatorũ differentiam, modo adſit fides: impij aũt non cauſent̃ ſibi deeſſe aſylũ, quo ſe à peccati ſeruitute recipiant, dum oblatũ ſibi, ingratitudine ſua, reſpuunt. Ergo cũ utriſq; Dei miſericordia p Euangeliũ offerat̃: fides eſt, hoc eſt, Dei illuminatio, q̃ inter pios & impios diſtinguit, ut Euangelij efficaciam illi ſentiant, hi uerò nullum inde fructum cõſequantur. Illuminatio quoq; ipſa electionem Dei æternam pro regula habet.

Iam & de prouidentia Dei in uniuerſa mundi adminiſtratione nonnihil attingendũ: quę, ut probe intellecta, fulciendę fidei mirum in modum conducit, à pauciſſimis uel percipit̃, uel rite cogitatur. Maior pars nudam Dei præſcientiã hic q̃q; imaginat̃: nutu aũt & moderatione eius cuncta geri nequaq̃ putat. Alij̃ gubernationẽ quidẽ illi attribuunt: ſed confuſaneã, et promiſcuã, utpote, quæ orbis machinã, cũ ſingulis partibus, generali motione uoluat atq; impellat, cuiuſq; creaturę actionẽ peculiariter nõ dirigat. Hanc ipſi prouidentiã uniuerſalẽ appellant, qua nihil impediri tradunt, uel creaturas oẽs, quo minus cõtingenter moueantur: uel hominẽ, quo minus libero uoluntatis arbitrio huc atq; illuc ſe cõuertat. Sic. n. præſertim inter Deũ & hominẽ partiuntur, ut ille motionẽ huic ſua uirtute inſpiret, ut agere poſſit pro naturę ei inditę ratione: hic aũt actiones ſuas uoluntario cõſilio moderet̃. Breuiter, Dei potentia, ſed nõ deſtinatione, mundũ, res hominũ, ipſoſq; homines gubernari uolunt. Taceo Epicureos, qua peſte refertus ſemper fuit mũdus, q Deũ ocioſum inertẽq; ſomniant: alioſq; nihilo ſaniores, qui olim regendũ illi attribuerunt, quod eſt ſupra mediam aeris regionẽ: inferiora fortunæ relinquebant. Siquidem aduerſus tam euidentẽ inſaniã ſatis clamant mutæ ipſę creaturæ. Atq; illa quidẽ, q̃q; de uniuerſali prouidẽtia retulimus, opinio uulgo ferè obtinuit. Tametſi aũt nonnihil accedit ad ueri ſpeciẽ, nec uera tñ eſt, nec tolerabilis. Cęcam eñ neſcio quã & ambiguã motionẽ cũ Deo tantũ cõcedat: adimit illi q̃d eſt præcipuũ, ut ſapientia dirigat ac diſponat unũquodq; ad ſuum finẽ, atq; ita uerbo tantũ, nõ re, mundi rectorẽ Deũ facit: quia moderationem illi denegat. Quid. n. quęſo eſt moderari, niſi ita pręeſſe, ut deſtinato ordine ea regas, q̃bus pręes? Enimuero adeo diligenter peculiarem Dei prouidentiã ſcriptura inculcat, ut mirũ ſit, potuiſſe quẽpiã hęſitare. Quod ait Apoſtolus: In ipſo nos eſſe, moueri & uiuere: q̃d item Chriſtus teſtatur: ſe cũ Patre perpetuo operari, quanq̃ probant Dñm in ijs, quæ fecit, cõtinenter operari: ad uniuerſalẽ tamen illã actionẽ reſpiciunt. ſed alia ſunt apertiora teſtimonia, quã ut ita facile pateat effugiũ. Exclamat Propheta Jere

Act. 17 Ioan. 5

mias.

mias. Scio Domine, quia nõ est hominis uia eius, neq; uiri ut dirigat gressus suos. Ierem. 10.
Solomo aũt, à Dño sunt gressus uiri, & quomodo disponet homo uiã suam? Di- Prouer. 21.
cant nunc, hominem á Deo moueri, secundũ naturę suę inclinationem: ipsum au
tem cõuertere motum, quo uisum fuerit. At si id uerè diceretur, penes hominẽ fo-
ret uiarum suarum arbitrium. Negabunt fortè, quia nihil sine Dei potẽtia ualeat.
At cum Prophetam & Solomonẽ constet, nõ potentiam modo, sed electionẽ q̃q;
ac destinationẽ Deo attribuere, nequaq̃ se expediunt. Atq; hanc hoĩm temerita-
tem eleganter alibi carpit Solomo, qui scopum sibi p̃stituunt sine Dei respectu, ac
si manu eius non ducerent. Hominis, inquit, est dispositio cordis: & Domini est Prouer. 16.
p̃paratio linguę. Ridicula sanè insania, q; facere sine Deo instituunt miseri homi-
nes, qui ne profari quidem possunt, nisi quod ille uoluerit. Porrò què magis ex-
primeret scriptura, nihil penitus in mundo geri, nisi ex eius destinatiõe, quæ maxi
mè fortuita uidentur, illi subiacere ostendit. Quid enim magis ad casum referas, q̃ Exodi. 21.
dum prætereuntem uiatorem defractus ex arbore ramus interficit? At longe ali- Prouer. 16.
ter Dominus, qui se fatetur eum tradidisse in manum occisoris. Sortes similiter
quis non fortunæ cæcitati permittat? Verum Dominus non patitur, qui sibi uin-
dicat earum iudicium. Non sua potentia fieri docet, ut & in sinum conijciantur la
pilli, & extrahantur: sed quod unum casui dari poterat, à seipso esse testatur.

Qui huic doctrinæ inuidiam facere uolunt, calumniant esse dogma Stoicorũ L. ad Bonif. 2. cap. 6 & alibi.
de fato, q̃d & Augustino exprobratũ aliquãdo fuit. Nos etsi de uerbis inuiti liti-
gamus, fati tamen uocabulum nõ recipimus: tũ quia est ex eorũ genere. q̃rum pro-
fanas nouitates refugere nos Paulus docet: tũ qa eius odio conant grauare Dei
ueritatẽ. Dogma uerò ipsum falso nobis ac malitiose obiectat. Nõ em cũ Stoicis
necessitatem cõminiscimur ex perpetuo causarũ nexu, & implicata quadam serie,
quę in natura cõtineatur: sed Deum cõstituimus arbitrũ ac moderatorẽ omniũ,
qui pro sua sapientia, ab ultima ęternitate, decreuerit, quod facturus esset: & nunc
sua potentia, quod decreuit, exequatur. unde eius prouidentia, nõ cœlum modo
ac terrã, & creaturas inanimatas, sed hominum etiam cõsilia & uoluntates guber
nari sic asserimus, ut ad destinatũ ab ea scopũ deducant. Quid ergo? inquies. Ni-
hil ne fortuito, nihil contingenter accidit? Respondeo, uerè à Basilio magno dictũ
esse, fortunam & casum, Ethnicorũ esse uoces, quarũ significatione, piorum mẽtes
occupari nõ debeãt. Nã si successus omnis Dei benedictio est: calamitas & aduer
sitas, eius maledictio: fortunæ iã in reb. humanis aut casui nullus relinquit locus.
Et monere nos quoq; illud Augustini debet. In libris cõtra Academicos, inqt, nõ
mihi placet, toties me appellasse fortunã. Quãuis nõ aliquã Deã uoluerim hoc no 1. Retract. 1. cap. 1.
mine intelligi: sed fortuitũ rerũ euentũ in externis uel bonis uel malis. Vnde & il-
la uerba sunt, quę nulla religio dicere prohibet: forte, forsan, forsitã, fortasse, for-
tuito. Quod tamẽ totũ ad diuinã reuocandũ est prouidentiam. Neq; hoc tacui di
cens. Etenim fortasse quę uulgo fortuna nuncupatur, occulto quoq; ordine regi-
tur: nihilq; aliud in rebus casum uocamus, nisi cuius ratio & causa secreta est. Dixi
quidẽ hoc. Verum pœnitet me, sic me nominasse illic fortunã, cũ uideã homines
habere in pessima cõsuetudine, ut ubi dici debet, hoc Deus uoluit: dicant, hoc uo-
luit fortuna. Quoniã tamẽ imbecillitas nostra prouidentiæ Dei altitudini succũ-
bit: adhibita distinctione illã quoq; subleuabo. Dicam igit, utcunq; Dei dispensa Vide cap. 1 lib. præde-
tione omnia ordinent, nobis tamẽ esse fortuita. Non q̃d fortunã reputemus mũ- stina. Aug.
do ac hominibus dñari, temereq; oĩa sursum deorsum uolutare, abesse. n. à Chri-
stiano pectore decet hanc uecordiã. Sed quoniã eorũ, quę eueniũt, ordo, ratio, fi-
nis, necessitas, ut plurimũ in Dei cõsilio latet: humana opinione nõ apprehendit:
quasi fortuita sunt, quæ certũ est ex Dei uoluntate prouenire. Nõ. n. aliã imaginẽ
pręse ferũt, aut in natura sua cõsideratæ, aut secundũ noticiã nostram iudiciumq;
æstimatæ. fingamus, exempli gratia, mercatorẽ: qui syluam ingressus, cum comi-
tatu fidorũ hominum, imprudẽter à socijs aberret, ipso errore feratur in spoliariũ,
incidat in latrones, iuguletur. Mors eius non tantũ Dei oculo pręuisa: sed decreto
stabilita fuerat. Non enim dicitur præuidisse, quantũ cuiusq; uita protenderetur, Iob. 14.

sed ter-

sed terminos cõstituisse ac fixisse, qui præteriri non poterũt. Quantũ tamen mẽtis nostrę conceptio apprehendit, omnia illic fortuita apparent. Quid hic sentiet christianus? Nempe quidquid in morte huiusmodi interceſſit, fortuitũ natura, ut est, reputabit: prouidentiã tñ Dei præfuisse non dubitabit, ad fortunã in suũ finẽ dirigendã. Eadẽ est ratio futurorũ cõtigentiæ. Futura omnia, ut incerta nobis sunt, ita in suspenso habemus, ac si utramuis in partem propensa forẽt. Manet tñ nihilominus cordibus nostris infixũ, nihil euenturũ, quod non Dñs iam prouiderit.

Quare in cõsyderanda prouidentia cauendũ est, ne in stultorũ hominũ ineptias incidamus, qui sic de ea balbutiũt, ut penè cœlum terræ, ut dicitur, permisceant. Si mortis nostrę punctũ signauit Dñs, effugere non licet, frustra igit̃ in cautionibus adhibendis laborat̃. Quòd ergo alius cõmittere se uię nõ audet, quã periculosam audit, ne à latronibus trucidet̃: alius medicos accersit, ac pharmacis se fatigat, ut uitæ opitulet̃: alius à crassioribus cibis abstinet, ne lædat imbecillã q̃cunq; possunt ualetudinẽ: alius ruinosas ædes inhabitare formidat, omnes denique uiam excogitant, et magna animi intentione excudũt quibus id quod cõcupiscunt, assequant̃: aut hæc omnia inania sunt remedia, quæ captant̃ ad corrigendã Dei uoluntatem, aut non certo eius decreto terminant̃ uita & mors, sanitas & morbus, pax & bellum, & alia: quæ homines prout uel appetunt, uel oderũt, ita sua industria uel obtinere, uel refugere student. Quinetiã orationes fidelium peruersas, nedũ superuacuas, fore colligunt, q̃bus petit̃, ut Dñs prospiciat ijs, quæ iã ab æterno decreuit. In summa, omnia, quæ in posterũ capiunt̃ cõsilia, tollunt, perinde ac Dei prouidẽtię aduersa, quæ, illis non aduocatis, fieri uellet, decreuit. Deinde quidquid iam accidit, ita prouidentiæ Dei imputant, ut cõniueant ad hominem, quem idipsum designasse constet. Occidit Sicarius probum ciuẽ. executus est, inquiũt, consilium Dei. Furatus est aliquis, aut scortatus. quia fecit, quod prouisum erat à Domino & ordinatũ, minister est eius prouidentiæ parentis mortẽ, neglectis remedijs, securus filius expectauit. Non potuit Deo obsistere, qui sic ab æterno præstituerat. Ita flagitia omnia, uirtutes uocant: quia Dei ordinationi obsequant̃. Atqui, quod ad futura pertinet, humanas deliberationes facile cum Dei prouidentia conciliat Solomo. Sicut.n. eorum stoliditatẽ ridet, qui, sine Domino quiduis audacter suscipiunt, ac si eius manu non regerent̃: ita alibi sic loquit̃. Cor hominis cogitare debet uiã suam, & Dominus dirriget gressus eius. Significans, æternis Dei decretis nos minime impediri, quo minus sub eius uoluntate et prospiciamus nobis, & oia nostra dispensemus. Neq; id manifesta caret ratione. Namq; is, qui uitã nostram suis terminis limitauit, eius simul curam apud nos deposuit: eius conseruandæ rationibus obsidijsq; instruxit: periculorũ q̃q; præscios fecit, ne incautos opprimerent, cautiones ac remedia suggessit. Nunc perspicuũ est, quid sit nostri officij. Nẽpe, si uitã nobis nostram tutandã cõmisit Dñs, ut eam tuemur. si subsidia suppeditat, ut ijs utamur. si pericula prę mõstrat, ne temere irruamus. si remedia suppeditat, ne negligamus. Atqui periculũ nullum oberit, nisi fatale: q̃d ineluctabile est remedijs oibus. Quid aũt si ideo fatalia nõ sunt discrimina, qa ijs propulsandis ac superandis remedia tibi Dominus assignauit? Vide quomodo tuæ ratiocinationi cũ ordine diuinæ dispensationis cõueniat. Tu cauendũ nõ esse periculũ colligis: quia fatale cũ non sit, simus, etiã citra cautionẽ, euasuri. Dominus aũt ideo ut caueas iniungit, qa fatale tibi esse nolit. Non expendunt insani isti q; est sub oculis: consultandi cauendiq; artes inspiratas hoibus esse à Dño, q̃bus prouidentiæ subseruiant, in uitæ propriæ cõseruatione. Quemadmodũ contra neglectu & socordia, quæ illis iniunxit mala, sibi accersunt. Qui fit.n. uir prouidus, dum sibi cõsulit, imminentibus etiã malis se explicet: stultus, inconsulta temeritate pereat? nisi quod & stultitia, & prudentia diuinę sunt dispensationis instrumenta in utramq; partẽ? Ideo nos celare futura omnia uoluit Deus, ut tãq; dubijs occurramus: neq; desinamus parata remedia opponere, donec aut superata fuerint, aut omnem curã superauerint. In ijs quæ iam contigerunt pessime & indignissime Dei prouidentiam reputant. Omnia quæ fiunt, in ordinẽ respiciunt diuinæ prouidentiæ. Ergo

Prouer. 16

nec ſur-

nec furta, nec adulteria, nec homicidia perpetrant, quin Dei uoluntas non tercedat. Cur ergo, inquiunt, fur punietur, qui eum expilauit, quem Dominus paupertate uoluit castigare? Cur punietur homicida, qui eum interfecit, cui uitam Dominus finierat? Si Dei uoluntati seruiunt huiusmodi omnes, cur punientur? Sed enim eos Dei uoluntati seruire nego. Non enim qui malo animo fert, præbere ministeriũ Deo iubenti dicemus, cum malignæ cupiditati tantum obsequatur. Paret ille Deo, qui de eius uoluntate edoctus, eò cõtendit, quò ab ea uocatur. Vnde aũt edocemur, nisi ex eius uerbo? Proinde in rebus agendis ea est nobis perspicienda Dei uoluntas, quã uerbo suo declarat. Id requirit unũ Deus à nobis, quod præcipit. Si quid aduersus præceptũ designamus, non obedientia est, sed comtumacia, & transgressio. At nisi uellet, non faceremus, fateor. Sed an facimus mala in hunc finem, ut ei obsequium præstemus? At nobis ea nequaq̃ mandat. Quin potius irruimus, non quid ille uelit cogitantes, sed libidinis nostræ intemperie sic furentes, ut contra ipsum destinato cõsilio nitamur. Atq; hac ratiõe, male agẽdo, iustę eius ordinationi seruimus: quia pro immensa suæ sapientiæ magnitudine, ad bene agendum, malis instrumẽtis uti bene probeq; nouit. Ac uide q̃ insulsa sit eorum argumentatio. Impunita esse authoribus suis scelera uolunt, quia non nisi Dei dispensatione patrantur. Ego plus cõcedo: fures, & homicidas, & alios maleficos, diuinæ esse prouidentiæ instrumẽta, quibus Dñs ipse, ad exequenda, quæ apud se cõstituit, iudicia, utitur. Atq; eorũ malis ullã inde excusationẽ deberi nego. Quid enim? An uel eadem secum iniquitate Deũ implicabũt, uel suã prauitatẽ illius iustitia operiẽt? Neutrũ possunt. Quo minus se purgent, propria cõscientia redarguunt. Quo minus Deũ insimulent, totũ in se malũ deprehendunt: penes ipsum, nõ nisi legitimũ malitæ suæ usum. Sed, n, per ipsos operatur. Et unde quæso fœtor in cadauere, quod calore solis, tũ putrefactum, tum reseratũ fuerit? Radijs solis excitari oẽs uident. Nemo tamẽ illos fœtere ideo dicit. Ita cum in homine malo subsideat mali materia & culpa: quid est quod inquinamentũ aliquod cõtrahere putet Deus, si ad suum arbitrium, utatur eius ministerio? Facessat igitur canina hæc procacitas, quę allatrare quidem eminus Dei iustitiam potest, sed non attingere.

Verũ refutari, nec melius, nec breuius possunt ist̃ę absurditates, quã si demõstremus, quæ in rite reputanda meditãdaq; prouidentia, retinenda sit regula pietatis. Ergo Christianũ pectus, cũ certo certius persuasum sit, omnia Dei dispensatione euenire, nihil cõtingere: ad illũ, uelut præcipuam rerũ causam, oculos semper referet: causas tamẽ inferiores, suo loco intuebitur. Deinde singularẽ Dei prouidentiã, ad se conseruandũ excubare nõ dubitabit: quæ nihil euenire passura sit, quã quod bono ac saluti sibi uertat. Quoniã autẽ cum hominibus primum, deinde cũ reliquis creaturis illi negociũ est, utrobiq; sibi pollicebitur Dei prouidentiã regnare. Quantũ ad homines attinet, siue boni sint siue mali, eorũ cõsilia, uoluntates, conatus, facultates, sub eius manu esse agnoscet, ut flectere quo libuerit, ac q̃ties libuerit constringere, in eius arbitrio situm sit. Singularẽ Dei prouidentiã in fideliũ salutẽ excubare, plurimæ sunt, & luculentissimæ promissiones, quæ testentur. Iacta super Dñm curam tuam, & ipse te enutriet, nec permittet unq̃ fluctuari iustum. Quoniã illi curæ sumus. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli cõmorabitur. Qui tangit uos, tãgit pupillã oculi mei. Ero clipeus tuus, murus aheneus, aduersantibus tibi aduersabor. Etiã si mater obliuiscatur filiorũ, nõ tamẽ obliuiscar tui. Quoniã hic potissimus est scopus, in historijs biblicis, ut doceãt tanta sedulitate uias sanctorũ custodiri à Dño, ut ne ad lapidem quidem impingant. Quanq̃ merito supra mihi permisi explodere eorũ opinionẽ, q uniuersalẽ Dei prouidentiam comminiscuntur, quæ non speciatim ad curã uniuscuiusq; creaturę se demittat: imprimis tamen specialẽ hanc curam erga nos recognoscere operę precium est. Vnde Christus, ubi asseruit, ne uilissimum quidem passerculum in terram decidere, sine Patris uoluntate, huc statim applicat, ut quò pluris sumus passeribus, eò interiori cura reputemus Deum nobis prospicere, ac eò usque ipsam extendit, ut cõfidamus, capillos capitis nostri numeratos esse. Quid nobis

Psal. 55.
1. Pet. 5
Psal. 91
zacha. 2
Iesa. 26
Iesa. 42
Matth. 6
Matth. 10

aliud

aliud optamus, si nec unus è capite pilus defluere potest, nisi ex eius uoluntate? His tum promissis, tum exemplis confirmatus Dei seruus, adiunget testimonia, quę docent sub Domini potestate esse omnes homines, siue eorum concilíandi sunt animi, siue cohibenda malitia, ne quid noceat. Dominus enim est, qui dat nobis gratiam: non apud eos modo qui nobis bene uolunt, sed etiam in oculis
Exod.1 Aegyptiorum. Hostium uerò nostrorum improbitatem frangere uarijs modis nouit. Interdum enim mentem illis adimit, ne quid sani, sobrijue consilij capere
1.Reg.22. queant, qualiter Sathanã dimittit, qui mendacio impleat os omnium Propheta-
2.Reg.12 rum, ad decipiendum Achab. Rehabeam iuuenili cõcilio demẽtat, ut regno per suam stultitiam spolietur. Nonnunquam, ubi mentem illis concedit, ita absterret, & exanimat, ne id quod conceperunt, uelint aut machinentur. Interdum etiã, ubi conari permisit quod libido & rabies suadebat, impetus eorum oportune abrumpit, nec sinit ad finem usq; procedere quod instituunt. Sic consilium Achito-
2.Sam.17 phel, quod exitiale Dauidi futurum erat, ante tempus dissipauit. Sic & creaturas omnes, in suorum bonum ac salutem moderari, ei curæ est, ac diabolum etiam ipsum: quem conspicimus, nihil ausum fuisse tentare aduersum Iob, sine permissu
Iob.1 eius ac mandato. Hanc notitiam necessario sequitur, tũ animi gratitudo in prospero rerum successu, tum in aduersitate patientia, tum etiam in posterum incredibilis securitas. Quidquid ergo prospere, atq; ex animi sententia eueniat, id totum acceptum Deo referet: siue per hominum ministerium senserit eius beneficentiam, siue ab inanimatis creaturis adiutus fuerit. Sic enim reputabit cum animo suo: Certe Dominus est, qui ad me istorum animos inclinauit, qui mihi adglutinauit, ut suę erga me benignitatis instrumenta forent. In frugum abundantia cogitabit, Dominum esse qui cœlum exaudit, ut cœlum exaudiat terram, ipsa quoq; exaudiat suos fœtus, in alijs non dubitabit benedictionem Domini solam esse, qua omnia properentur: nec tot causis admonitus, ingratus esse sustinebit. Si aduersi quid contigerit, extemplò mentem hic quoq; extollet in Dominum: cuius manus, ad patientiam placidamque animi moderationem nobis imprimendam ualet plurimum. Si Ioseph in recognoscenda fratrum perfidia immoratus esset, nunquam fraternum potuisset in eos animum recipere. Sed quoniam mentẽ ad Dominum reflexit, oblitus iniuriæ, ad mansuetudinem ac clementiam inclina-
Gene.45 tus est, ut fratres etiam ultro solaretur, ac diceret. Non uos estis, qui me uendidistis in Aegyptum: sed Dei uoluntate præmissus sum ante uos, ut uitam uobis cõseruarem. Vos quidem cogitastis de me malum, sed Dominus conuertit illud in bonum. Si Iob ad Chaldæos se conuertisset, à quibus uexabatur, statim accensus esset ad uindictam, sed quia opus Domini simul recognoscit, semet pulcherrima illa sententia consolatur. Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum. Sic Dauid conuitijs & lapidibus à Semei impetitus, si in hominem defixisset oculos, ad retaliandam iniuriam suos animasset. Verum quia non sine
2.Sam.16. Domini motu illum agere intelligit, illos potius mitigat. Sinite eum, inquit, quia Dominus ei præcepit ut maledicat. Si nullum efficacius est iræ atque impatientiæ remedium: non parum certe profecit, qui Dei prouidentiam didicit in hac parte bene meditari, ut possit eo mentem semper reuocare: Dominus uoluit, ideo ferendum est, non modo quia reluctari non licet: sed quia nihil uult, nisi quod & iustum sit & expediat. Quæ causa est cur tam solicite ad hoc probandũ
Amos.3 scriptura incumbat, ut cum denunciat Amos, non fore malum in ciuitate quod
Tremo.3 Deus non fecerit: ut cum acerbe redarguit Ieremias eos, qui euenire aliquid calamitatis putabant, Domino non iubente. Nam siue per homines infliguntur mala, dicuntur illi esse sanctificati ad opus Domini exequendum. Vocanturq; retia,
Iesaiæ.13. Ezech.37 & 17 gladij, & secures, quæ manu eius dirigantur: organa item iræ Domini, quę sibilo
Psalm.17. eius solo excitentur. Vnde Pilatus & Herodes: cum ad Christum extinguẽdum
Iesa.10 coirent, dicuntur conuenisse, ad peragenda, quęcumq; manus & consilium Do-
Iesa.13 mini decreuerat. Iudæi, Christum, definito eius consilio & scientia traditum, interemisse: atq; ita consummasse, quæ de Christo scripta erant. Quemadmodum, & de

& de militibus toties repetitur, quod omnia fecerint, quæ pertinebant ad scriptu- Ieremiæ.1.
ræ complementũ. Quæ omnia huc indubie referuntur, ut q̃ties uel ab externa ho- Acto.4.
minũ improbitate aliquid mali nobis irrogatur, in Dominum tunc quoq; respice Acto.2.
re, ac pro certo statuere, discamus quod in nos illi scelerate admiserunt, iusta eius
dispensatione fuisse et permissum, & immissum: Siue nulla hominum opera eue- Leuit.26.
nit, quæ nos premit aduersitas: scriptura, Dei esse maledictiones, uel certe casti- Deute.27.
gationes denunciat: & terræ sterilitatem, & famem, & omne morborum genus,
& quidquid fortuitum, hominum opinione, ducitur. Neq; tamen interim ad cau
sas inferiores vir pius conniuebit. Neq; enim, quia ministros diuinæ bonitatis ar
bitrabitur eos, à quibus beneficio affectus fuerit, ideo illos præteribit, ac si nullam
gratiam sua humanitate promeriti essent: sed illis obstrictum se ex animo sentiet,
& libenter fatebitur obligationem, & gratiam, pro facultate & re nata, referre stu-
debit. Deniq; Dominum in bonis reuerebitur & prædicabit, ut præcipuũ autho-
rem: sed homines, ut eius ministros, honorabit: atq;, ut res est, intelliget se Domini
uoluntate ijs esse deuinctũ, per quorum manum beneficus esse uoluerit. Si quid ia
cturæ, uel ob negligentiam, uel ob imprudentiã fecerit, Domino quidem uolente
factum id apud se statuet: uerum sibi quoq; imputabit. Si quis morbo absumptus
sit, quem cùm ex officio curare debuisset, negligenter tractauit: tametsi nõ ignora
bit, ad terminum peruenisse, quẽ præterire non poterat: peccatum tamen suum in-
de nõ eleuabit: sed quia nõ est defunctus erga eũ fideliter suo munere, perinde ac-
cipiet, ac si negligentiæ suæ culpa perijsset. Multominus ubi in designando uel ho
micidio uel furto, fraus & concepta animo malitia intercesserit, eam excusabit sub
prætextu diuinæ prouidentiæ: sed in eodẽ facinore Dei iustitiam, hominis nequi-
tiam, ut se utraq; manifeste prodit, distincte contemplabitur. In futuris uero, po-
tissimum inferiorũ huiusmodi caussarum rationẽ habebit, nam inter Domini be-
nedictiones reponet, si non destituetur subsidijs humanis, quibus ad incolumita-
tẽ suam utatur. itaq; nec in capiendis consilijs cessabit: nec torpebit in ope eorum
imploranda, quibus suppetere conspiciet, unde iuuetur: sed à Domino sibi in ma
num offerri reputans, quæcunq; commodare aliquid possunt creaturæ, ipsas tanq̃
legitima diuinæ prouidentiæ instrumenta, ad usum applicabit. Ac cum incertus
sit, quẽ sint exitum habitura, quæ negocia aggreditur, nisi q; in omnibus Domi-
num suo bono prospecturum nouit, ad id studio adspirabit, quod sibi expediredu
cet, quantum intelligentia menteq; assequi potest. Neq; tamen in capiendis consi-
lijs proprio sensu feretur: sed Dei sapientiæ se commendabit ac permittet, ut eius
ductu in rectum scopum dirigatur. Cæterum non externis subsidijs ita eius fidu-
cia subnitetur, ut si adsint, in ijs secure acquiescat: si desint, perinde ac destitutus,
trepidet. Mentem enim in sola Dei prouidentia semper habebit defixam, neq; à
firmo eius intuitu, præsentium rerum consyderatione, abduci patietur.

Hac uero parte agnoscere licet inæstimabilem piæ mentis fœlicitatem. Innu-
mera sunt, quæ uitam humanam circumstant mala, ut extra non exeamus: cũ mille
morborum receptaculum sit corpus, imo intus inclusas teneat ac foueat morborũ
caussas: se ipsum homo ferre non potest, quin multa exitiorum suorum formas se-
cum ferat, ac uitã quodammodo cum morte implicitam trahat. Quid enim aliud
dicas, ubi nec frigetur, nec sudatur sine periculo? Iam quòcunq; te uertas: quæ cir
ca te sunt, omnia non modo ambiguæ sunt fidei, sed aperte ferè minantur, ac præ-
sentem mortẽ uidentur intentare. Conscende nauem, pede uno à morte distas. E-
quo insides, in lapsu pedis unius uita tua periclitat. Incede per uias urbis, quot sunt
in tectis tegulæ, tot discriminibus es obnoxius. Si ferramentũ in tua aut amici ma
nu sit, exerta est noxa. Quotquot animalia ferocia uides, in tuã perniciem armata
sunt. Quòd si uel horto bene munito includere te studeas, ubi nihil q̃ amœnitas
appareat, illic serpens interdum delitescet. Domus assidue incendio subiecta, in-
terdiu tibi paupertatem, noctu etiã oppressionem minatur. Ager grandini, prui
næ, siccitati, alijsque tempestatibus expositus cum sit: sterilitatem, atque ex ea fa-
mẽ tibi denunciat. Omitto ueneficia, insidias, latrocinia, uim apertam, quorũ pars

nos domi obsident, pars peregrè consequuntur. Inter has angustias an non oportet miserrimũ esse hominem? utpote qui in uita semiuiuus, anxium & languidum spiritum ægre trahat, nõ secus ac si imminentem perpetuo ceruicibus gladium haberet. Dices ista raro euenire: aut certe non semper, neq; omnibus, nunquam uero simul omnia, fateor. Sed cum aliorum exemplis admoneamur euenire etiã nobis posse; nec nostram magis, q̃ eorum uitam excipi debere; fieri nõ potest, ut non timeamus ac formidemus, tanq̃ nobis euentura. Tali ergo trepidatione quid calamitosius fingas? Adde quod Dei contumelia nõ caret, si dicatur hominẽ, ex creaturis nobilissimã, prostituisse ad cęcos & temerarios quoslibet fortunę ictus. Sed hic de miseria hominis tantũ loqui propositum est, quã sensurus sit, si sub imperiũ fortunæ redigatur. At ubi lux illa diuinæ prouidentiæ semel homini pio affulsit: iam nõ extrema modo, qua ante premebatur, anxietate & formidine, sed omni cura releuatur ac soluitur. Vt enim merito fortunã horret: ita secure Dño sese audet permittere. Hoc, inq̃, solatium est, ut intelligat Dominũ sic omnia, sua potentia, continere; sic imperio nutuq; suo regere; sic sapientia moderari: ut nihil, nisi ex eius destinatione, cadat. In eius porrò fidẽ se receptum, angelorũ curæ demandatũ, neq; aquæ, neq; ignis, neq; ferri noxa posse attingi, nisi quoad locũ illis dare Dño moderatori libuerit. Sic enim canit Psalmus, Qm̃ ipse liberabit te de laqueo uenatoris, & à peste noxia. Sub ala sua proteget te, atq; in pennis eius fiduciã habebis, pro scuto erit ueritas eius. Nõ timebis à pauore nocturno, nec à sagitta uolante per diẽ, à peste perambulante in caligine, à noxa grassante in meridie, & cæt. Vnde & illa emergit in sanctis gloriandi fiducia. Dñs mihi adiutor, nõ timebo quid faciat mihi caro. Dominus protector meus, q̃d trepidabo? Si consistãt aduersum me castra, si ambulauero in medio umbræ mortis, nõ desinã bene sperare. Vnde id quęso habent, q̃d illis nunq̃ excutitur sua securitas, nisi qa ubi temere mundus uoluptari in speciem uidetur, Dominum ubiq; operari sciunt? cuius opus confidunt sibi fore salutare. Iam si uel à diabolo, uel à sceleratis hominibus impetitur eorũ salus? hic uero, nisi prouidentiæ recordatione ac meditatione confirmentur, protinus cõcidere necesse sit. Verũ ubi in memoriã reuocant, diabolum totamq; improborũ cohortẽ sic omnibus partibus Dei manu, tanq̃ freno, cohiberi, ut nec cõcipere ullum aduersus nos maleficiũ, nec conceptum moliri, nec ad perpetrandum, si maxime moliantur, digitũ mouere queant, nisi quantum ille permiserit, imò nisi quantũ mandarit: habẽt unde se prolixe cõsolentur. Nam ut Dñi est, eorũ furorẽ armare, & conuertere destinareq;, q̃ libuerit: ita & modum finemq;, statuere ne pro sua libidine licentiose exultent. Qua ratione Rasim & Rex Israel, cum viribus in exitium Iuda copulatis, uiderentur faces ad perdendam & absumendam terrã accensæ, uocantur à Propheta, titiones fumigantes, q nihil quam modicum fumum exhalare queant. Sic Pharao, cum & opibus & robore, & multitudine copiarũ omnibus formidolosus esset, ipse beluę marinę, copiæ eius piscibus cõparantur. Ducem ergo & exercitum denũciat Deus se hamo suo capturũ, et tracturum q̃ uolet. Deniq;, ne hic diutius im̃orer, facile, si animaduertas, perspicies, extremũ esse oim miseriarum, prouidentię ignorationẽ: summã beatitudinem in eiusdẽ cognitione esse sitã. De prędestinatione ac prouidentia Dei, quantũ ad solidã fideliũ, & eruditionẽ & consolationem conducit. (Nam explendæ uanorum hominũ curiositati, neq; satis quicq; esse potest, neq; optandum est ut satisfiat) satis dictum foret: nisi obstarent pauci quidã loci, qui innuere uidentur, contra quã supra expositum est, nõ firmum ac stabile constare Deo consiliũ: sed pro rerũ inferiorũ dispositione mutabile. Primum aliquoties Dei pœnitentia cõmemoratur, ut q̃d illum pœnituerit hominis creati: Saulis in regnũ euecti: quod eum pœnitebit mali, q̃d infligere populo suo statuerat, simul ac conuersionẽ eius aliquã senserit. Deinde nonnullæ decretorũ eius abrogationes referuntur. Per Ionã edixerat Niniuitis, quadraginta diebus elapsis, perituram Niniuem, atq; mox eorum pœnitẽtia ad clementiorẽ sententiam inflexus est. Ezechiæ mortem per os Iesaiæ pronunciarat: ad quam differendam lachrymis eius & precibus cõmotus est. Hinc argumẽtantur multi,

Psal. 91.

Psal. 118. 17 & 56. & alibi

Iesaiæ. 7.

Ezech. 29.

Gene. 6. 1. Samu. 15. Ierem. 18.

Deum

Deum non æterno decreto res hominũ constituisse: sed prout sunt cuiusq; merita, prout æquum ac iustum censet singulis, in annos, dies, & horas dispensare. De pœnitentia sic habendũ. Non magis illam in Deum cadere, q̃ uel ignorantiam, uel errorem, uel impotentiam. Si enim nemo sciens ac uolens se in pœnitentiæ necessitatẽ conijcit, Deo pœnitentiam nõ tribuemus, quin aut ignorare dicamus, quid futurum sit: aut effugere nõ posse: aut precipitanter & in cõsyderate ruere in id, cuius statim pœniteat. Id aũt tantum abest à sensu Spiritus sancti, ut in ipsa pœnitentiæ mentione, neget Deum pœnitudine duci, qa homo nõ sit, quẽ pœnitere queat. Itaq; Dei ordinationẽ in rebus humanis administrandis & perpetuã, & omni pœnitentia superiorẽ esse, certum est. Ac ne dubia esset eius constantia, testimonium illi reddere, sui quoq; aduersarij coacti sunt. Balaam enim, uel inuitũ, in hanc uocem prorumpere oportuit: nõ esse Deum instar hominis ut mentiat̃, nec quasi hominis filium ut mutetur: ac fieri nõ posse, ut non faciat, quicq̃d dixerit: ut non impleat, quidquid locutus sit. Quid ergo sibi vult pœnitentiæ nomen? Nempe q̃d aliæ oẽs loquendi formulæ, quę Deum humanitus nobis describunt. Quia enim ad eius altitudinẽ non pertingit nostra infirmitas: quæ nobis traditur eius descriptio, ad captũ nostrum submittenda est, ut à nobis intelligat̃. Hęc porrò submittẽdi ratio, ut se talem nobis figuret, nõ qualis in se est, sed qualis à nobis sentitur. Extra omnẽ perturbationis affectum cum sit, irasci se peccatoribus testat̃. Quemadmodum ergo dum audimus Deum iratũ, imaginari non debemus aliquã in ipso motionẽ: sed reputare potius locutionẽ hanc à sensu nostro sumptam, qa faciẽ ex candescentis iraticq; præ se ferat Deus, q̃ties iudicium exercet: ita nec aliud debemus concipere sub pœnitentię uocabulo, q̃ factorum mutationem, qa soleant homines, facta sua mutando, testari sibi displicere. Qm̃ ergo mutatio quælibet inter hoĩes, correctio eius est q̃d displicet: correctio autẽ ex pœnitentia, puenit: ideo p̃ pœnitentię nomen significatur, q̃d Deus in suis operibus mutat: interim nec consilium illi nec uoluntas inuertit̃, nec affectus cõmutatur, sed q̃d ab ęterno prouiderat, probauerat, decreuerat, p̃petuo tenore prosequit̃, utcunq; appareat subita hominum oculis uarietas. Nec sacra historia, dum Niniuitis remissum narrat, quod iam p̃mulgatum fuerat excidium: & Ezechię uitã, denunciata morte, prorogatã: abrogata fuisse Dei decreta ostendit. Qui sic sentiunt, in denunciationibus hallucinantur, quę tametsi simpliciter affirmãt: tacitam in se nihilominus conditionem cõtinere, ex fine ipso intelligetur. Cur enim ad Niniuitas Ionam Dñs mittebat, q̃ ruinam urbis prędiceret? Cur p̃ Iesaiam mortẽ indicabat Ezechiæ? Poterat enim & illos, et hũc perdere, sine cladis nuncio. Aliud ergo spectauit, quã ut mortis suę p̃scij, uenientẽ illam eminus cernerent. Nimirũ non perditos uoluit: sed ne perderentur, emẽdatos. Quod ergo Niniuẽ post quadraginta dies ruiturã Ionas uaticinatur, ideo fit, ne ruat. Quod Ezechię spes uitę longioris pręciditur, ideo fit, ut longiorẽ uitam impetret. Quis iã non uidet, Dñm, eiusmodi cõminationibus, uoluisse ad resipiscentiã expergefacere q̃s terrebat, ut effugerẽt, q̃d peccatis suis meriti erant iudiciũ. Id si cõuenit, natura rerũ eò nos ducit, ut in simplici denuntiatione conditionẽ tacitam subaudiamus. Quod etiã confirmatur similibus exẽplis. Abimelech regem corripiens Dñs, q̃d Abrahæ suam uxorẽ sustulisset, his uerbis vtitur, Ecce tu morieris propter mulierẽ, q̃ accepisti. Est enim viro iuncta. Postq̃ aũt ille excusauit, in hunc modũ loquitur. Restitue uxorẽ viro, est eim Propheta, & orabit p̃ te ut uiuas. Sin minus: scito q̃ morię̃do morieris tu & omnia q̃ habes. Vides ut primo edicto uehementius animũ eius cõcutiat, quo satisfactiõi reddat intentũ: altero autẽ uoluntatẽ liquide suã explicet? Quando similis est aliorũ locorũ ratio, ne ex illis inferas, quid q̃ fuisse priori Dñi consilio derogatũ: qa quod promulgauerat, irritũ fecerit. Viam enim potius ęternę suę ordinationi sternit Dñs, cum pœnã denunciãdo, ad resipiscentiã monet eos, q̃bus vult parcere: q̃ uoluntate quicq̃ uariet: ac ne sermone q̃dem, nisi quod syllabatim nõ exprimit, quod intelligere tñ promptũ est. Siq̃dem illud Iesaię manere uerũ oportet. Dominus exercituũ deliberauit, & q̃s poterit dissoluere? manus eius extenta, & q̃s auertet eã?

Ione. 2.
Iesaiæ. 38.
2. Reg. 20.
2. Para. 32.
1. Samu. 15.
Num. 23.
Gene. 20.
Iesai. 14.

DE ORATIONE

VBI ET ORATIO DOMI-nica enarratur.

Caput XV.

EX his, quæ hactenus disputata sunt, nõ obscure perspicimus, q̃ sit homo bonorum omnium egenus ac inanis: utq; illi omnia desint salutis adiumenta. Quare si præsidia quærit, quibus inopiæ suæ succurrat, extra se exeat oportet, & aliunde ea sibi cõparet. Hoc posthea uobis explicatum est, Dominum sese nobis ultro ac liberaliter in Christo suo exhibere, in quo pro nostra miseria, omnem fœlicitatem: p nostra inopia, opulentiam offerat. In quo cœlestes thesauros nobis aperiat, ut dilectũ Filium suum tota fides nostra intueat, ab ipso tota nostra expectatio pendeat: in ipso tota spes nostra hæreat, & acquiescat. Hæc q dem secreta est absconditaq; philosophia: & quę syllogismis erui non potest. sed scilicet eam perdiscunt, quibus oculos aperuit Deus, ut in suo lumine lumẽ uideant. Postq̃ uerò fide edocti sumus, agnoscere, quicq d nobis necesse est, nobisq; apud nos deest, id in Deo esse ac Domino nostro Iesu Christo: in q̃ scilicet omnem suæ largitatis plenitudinẽ Pater residere uoluit: ut inde, uelut ex uberrimo fonte, hauriamus oẽs: supereſt ut in ipso quæramus, & ab ipso precibus postulemus, quod in ipso esse didicimus. Alioq; scire Deum bonorum omnium Dominum ac largitorem, qui nos ad se poscendum inuitet: ipsum uero nec adire, nec poscere, adeò non prodesset: ut perinde id futurum sit, ac si quis indicatum thesaurum, humi sepultum ac defossum, negligat. Proinde Apostolus, ut ostenderet ociosam à Dei inuocatione esse nõ posse ueram fidẽ,

Roma. 10. hunc ordinem posuit, sicut ex Euangelio nascitur fides, sic per eam, ad inuocandũ Dei nomẽ, corda nostra formari. Atq; hoc ipsum est, quod aliquanto ante dixerat, Spiritum adoptionis, qui testimonium Euangelij cordibus nostris obsignat, erigere spiritus nostros, ut uota sua exponere Deo audeant, excitare gemitus inenarrabiles: clamare cum fiducia Abba, Pater. Hoc ergo postremum, quia obiter duntaxat ante dictum, & quasi leuiter attactum est, nunc fusius tractari conuenit.

Roma. 8. Ergo id orationis obtinemus beneficio, ut ad eas, q̃ nobis apud cœlestem Patrem repositæ sunt, opes penetremus. Est enim quędam hominum cum Deo cõmunicatio: qua sanctuarium cœli ingressi, de suis promissis illum corã appellant, ut quod verbo duntaxat annuenti crediderunt, non fuisse uanum, ubi necessitas ita postulat, experiantur. Itaq; nobis proponi nihil uidemus à Domino expectandum, quod non et precibus iubeamur postulare. Adeò uerum est, oratione effodi thesauros, quos, Euangelio Domini indicatos, fides nostra intuita fuerit. Iamuerò quàm necessaria sit, quot modis utilis sit precandi exercitatio, nullis uerbis satis potest explicari. Non ab re est profecto, quod Dominus unicum in sui nominis inuocatione salutis præsidium esse testatur, qua scilicet præsentiam, & prouidentiæ eius, per quam rebus nostris curandis aduigilet: & uirtutis, per quam nos sustineat imbecilles & iamiam deficientes: & bonitatis, per quam misere peccatis oneratos, in gratiã recipiat aduocamus: qua denique totũ ipsum, ut se nobis præsentẽ exhibeat, accersimus. Hinc eximia conscientijs nostris requies, ac tranquillitas nascitur. Siquidem necessitate, quę nos premebat, Domino exposita: uel in eo abunde quiescimus, quòd illum nil malorum nostrorum latet, quem & optime nobis uelle, & optime consulere posse persuasi simus. Sed enim, dicet quispiam, an non sine monitore etiam nouit, & qua parte urgeamur, & q̃d nobis expediat: ut superuacuũ quodammodo uideri queat, ipsum precibus nostris solicitari, perinde atq; conniuentem, aut etiam dormientem, donec uoce nostra expergefactus fuerit.

fuerit. Verũ qui sic ratiocinantur, quem in finẽ suos ad orandum instituerit Dñs, non animaduertunt. Neq; enim id sua ipsius, sed nostra potius causſa ordinauit. Quare tametsi, nobis ad miserias nostras stupidis et hebescentibus, ipse pro nobis uigilat, & excubat, ac interdũ quoq; succurrit non inuocatus, nostra tñ plurimum interest, assidue ipsum à nobis implorari, ut serio ardentiq;, eius semp quærendi, amandi, colendi, desyderio cor nostrũ inflammetur: dum assuescimus ad ipsum, uelut ad sacrã anchoram, in omni necessitate cõfugere. Deinde ut nulla cupiditas nullumq; omnino uotum animũ nostrum subeat, cuius non ipsum testem facere audeamus: dum uota nostra omnia corã eius oculis sistere, adeoq; totũ cor effundere discimus. Tum ut ad beneficia eius, uera animi gratitudine, atq; etiã gratiarum actione, excipienda cõparemur, quæ ab eius manu nobis prouenire, nostra precatione admonemur. Adhæc, q̃d petebamus consecuti, uotis nostris ipsum respondisse cogitemus: ideoq; ad meditandã eius benignitatẽ ardentius feramur: & simul maiori cum uoluptate amplexemur, q̃ precibus agnoscimus fuisse impetrata. Postremo ut eius prudentia animis nostris, iuxta imbecillitatis nostræ modũ, cõfirmemur: dũ intelligimus ipsum nõ modo polliceri, se nunq̃ nobis defuturũ, sed aditum ultro, ad se appellandũ in ipso necessitatis articulo, patefacere. Eas ob res clemẽtissimus Pater, utcunq; nunq̃ uel dormiat, uel torpeat, dormientis tñ torpentisq; speciem plærunq; præbet: quò ita ad se petendum, rogandũ, flagitandũ, magno nostro bono, nos, alioq; desides & ignauos, exerceat. Nimiũ ergo insulse illi, qui ut hominũ animos ab oratione reuocent, Dei prouidentiam, rerum omnium custodię excubantem, frustra nostris interpellationibus fatigari garriũt. Cum non frustra Dominus contrà testetur, se propinquum esse omnibus inuocantibus nomen suum in ueritate. Nihilo secius est, quod alij nugantur, superfluã esse eorum petitionem, quæ ultro largiri paratus sit Dominus: cum ea ipsa, quę à spontanea eius benignitate nobis fluunt, precibus nostris concessa uelit agnosci. *Psal. 45* *Psal. 144.*

Porrò rite probeq; instituendę orationis esto hęc prima lex: ut non aliter, q̃ eos decet, q ad Dei colloquiũ ingrediuntur, mente animoq; cõpositi simus. Quod scilicet, quantũ ad mentem, consequemur, si carnalibus curis cogitationibusq; expedita, quibus à recto puroq; Dei intuitu auocari, aut deduci queat, non modo tota intendat in precationem: sed etiã, quoad fieri potuerit, supra seipsam eleuetur, ac feratur. Neq; uerò mentem hic requiro ita explicitam, ut nulla solicitudine pungatur ac mordeatur. cũ oporteat contrà multa anxietate, orandi feruorẽ in nobis accendi. Qualiter sanctos Dei seruos, ingentes cruciatus, nedũ solicitudines, uidemus testari: cum è profunda abyſſo, atq; è medijs mortis faucibus, querulam se ad Dñm efferre uocẽ dicunt: sed alienas & extraneas oẽs curas abigendas dico, quibus huc & illuc uaga circunferatur, & è cœlo detracta, in terram deprimatur. Supra se uerò ipsam eleuari oportere intelligo: ne quid eorũ quæ cæca & stolida nostra ratio commentari solet, in Dei conspectum proferat, nec se intra uanitatis suæ modulum constricta teneat, sed ad puritatem Deo dignã assurgat. Qua in re grauiter passim delinquitur. Neque enim modo temere, sine fronte, sine reuerentia, Deum de suis ineptijs interpellare audent, et quidquid p somnium adlubuerit, ad eius tribunal impudẽter proferre: sed tanta uel stolidas, uel stupiditas pleroſq; tenet, ut spurcissimas quasq; cupiditates obtrudere Deo ausint: quarũ conscios facere homines, uehementer pudeat. Iam animus toto conatu eodẽ aspiret, & sequatur oportet. Vt quemadmodũ mentis acies in Deũ intenta fuerit, ita huius studiũ & affectio in ipsum serio feratur. Tantæ pfectioni longe abest quin pares sint facultates humanę. longe enim infra resistunt: aut uerius fatiscunt, & deficiunt. Sed eam imbecillitatẽ subleuat Dei Spiritus. Quia enim quid orandum sit, quemadmodũ oportet, nescimus: in subsidium ille subit, pro nobis interpellat gemitibus ineenarrabilibus: nõ q ipse reuera uel precetur, uel ingemiscat: sed fiduciã uota, suspiria in nobis excitat, quibus cõcipiendis haud quaq̃ sufficiebant naturę uires. Hęc nõ eò dicuntur, quò ad Dei Spiritũ precandi prouinciã relegantes, incuria ipsi interim torpeamus. Qualiter impiæ quorundã uoces audiuntur, oscitanter esse ex-

pectandum, donec ille cogitationes nostras, alibi occupatas, prꝫueniat: sed potius ut nostrã ignauiã, socordiãq; pertęsi, tale spiritus adminiculũ nobis expetamus.

Esto & altera: ut omni gloriæ nostræ cogitatione nos abdicemus, ut omnẽ propriæ dignitatis opinionẽ exuamus, ut omni nostri fiducia decedamus: dantes gloriã, in abiectione nostri, Dño. ne si quod, uel minimum, arrogemus nobis, cum in ani nostra inflatione ab eius facie concidamus. Huius summissionis frequentia
Daniel. 9. exempla in Dei seruis habemus: quorũ ut quisq; est sanctissimus, ita cum in Dñi conspectũ prodit, plurimum consternatur. Sic Daniel, quem tanto elogio Dñs ipse commendauit. Non in iustitijs nostris, dicebat, corã te fundimus preces: sed in misericordijs tuis magnis. Exaudi nos Dñe, Domine propitius sis nobis. Exaudi nos, & fac quę petimus, propter temetipsum. quia inuocatũ est nomen tuum sũ
Iesai. 64. per populũ tuum, & sup locum sanctum tuũ. Tali forma precatur Iesaias. Ecce tu iratus es, qa peccauimus: in uijs tuis nixũ est sęculũ. Et fuimus oẽs repleti immunditia: & quasi pannus deturpatus, oẽs iustitię nostrę. & emarcuimus nos oẽs, qua si foliũ, & iniqtates nostrę, quasi uentus dispergũt nos. Et nõ est q inuocet nomen tuũ, qui se excitet, ut apprehendat te. Qm̃ abscondisti faciem tuã à nobis, & tabescere nos fecisti in manu iniquitatis nostræ. Nunc igitur Dñe, tu es Pater noster: nos sumus lutũ, tu es formator noster: & nos sumus opus manus tuę. Ne irascaris Dñe, neq; in æternum recorderis iniquitatis. En respice, agedum, nos oẽs sumus populus tuus. Vide ut nulla prorsus fiducia nitantur, nisi hac una, quòd se Dei esse cogitantes, illi se fore curæ non desperant. Non secus Ieremias. Si iniquitates
Ieremi. 14. nostræ responderint contra nos, fac propter nomen tuum. Verissime enim simul ac sanctissime scriptum est, à quocunque tandem sit, quod ab incerto authore scri
Baruc. 2. ptum, Prophetæ Baruch tribuitur. Anima tristis & desolata super magnitudine mali, curua, & infirma, anima famelica, & oculi deficientes dant tibi gloriam Domine. Non secundum iustitias patrum fundimus preces in conspectu tuo: & coram facie tua petimus misericordiam Domine Deus noster: sed quia tu es misericors, miserere nostri: quia peccauimus coram te. Quod autem propriæ iustitiæ
Psal. 86. suffragium interdum, ad exorandum Deum, citare sancti uidentur: ut cum Da-
Iesaiæ. 38. uid dicit: Custodi animã meam, quia bonus sum. Item Ezechias. Recordare Dñe obsecro, q̃d ambulaui corã te in ueritate, feciq; in oculis tuis bonũ: talibus loquẽdi formulis nihil sibi aliud uolunt, q̃ ex ipsa regeneratione Dei seruos se ac filios
Psal. 34. testari, quibus ipse fore se propitiũ recipit. Per Prophetã docet, oculos suos super
1. Ioan. 2. iustos esse, aures suas in preces eorũ. Rursus per Apostolum: Nos impetraturos quidq d petierimus, si mandata sua obseruemus. Quibus sententijs, precũ orationi nõ statuit ab operum meritis, sed ita stabilire vult eorũ fiduciam, qui sibi nõ fucatæ integritatis & innocentiæ probe conscij sunt: quales oportet esse fideles uniuersos. Siquidẽ ex ipsa Dei ueritate sumptũ est, q̃d dicit apud Ioannem cęcus illu
Ioan. 9. minatus, nõ exaudiri à Deo peccatores: si peccatores modo intelligimus, qui, citra iustitię desyderiũ, toti suis peccatis indormiunt, & acquiescunt. Quando nullum cor in syncerã Dei inuocationẽ unquam prorumpet, quod nõ simul ad pietatem aspiret. Talibus ergo, pmissis respondẽt sanctorũ obtestatiões, qbus suę, uel puritatis, uel innocẽtię mẽtionẽ inijciũt, q sibi exhiberi sentiãt, q̃d est omnibus Dei seruis expectãdũ. Deinde, tũ ferè usi reperiunt hoc precatiõis genere, dũ se corã Dño cũ suis hostibus cõpararẽt, è q̃rũ iniqtate, eius manu, uindicari optarẽt. In hac uero cõparatione mirũ nõ est, si iustitiã suã & cordis simplicitatẽ protulerũt: quò, ex causę ipsius ęqtate, magis ad ferẽdas sibi suppetias Dñm permouerẽt. Id ergo boni pio pectori nõ prꝫripimus, qn suę puritatis cõscientia corã Dño fruat, ad se cõfirmandũ in eas promissiones, qbus ueros suos cultores Dñs consolat: sed impetrãdi fiduciã, depositã, pprij meriti cogitatiõe, sola Dei clemẽtia subniti uolumus.

Tertia quoq;, ut quoties aliquid eorum poscimus, quæ in rem nostrã sunt, uere inopiam nostram sentiamus: ac serio cogitantes ijs nos indigere, uero impetrandi affectu petamus. Quid enim odiosius ac magis execrandum Dño fore hac fictio ne putamus, si quis peccatorum remissionem postulet, interim aut se peccatorem

non

non esse cogitans, aut certe peccatorem esse non cogitans? Nempe qua Deus ipse plane ludibrio habetur. Atqui eiusmodi prauitate refertum est hominum genus, ut defungendi caussa permulta sæpe flagitent à Domino, quæ sibi aliunde euenire, aut iam apud se, citra Domini beneficentiam, residere pro certo iudicant. Pijs autem non committendum, ut quid piam à Domino postulare uideãtur, nisi quod & serijs animi uotis exardescunt, & ab ipso simul obtinere cupiunt. Quinetiam, quæ in Dei duntaxat gloriam petimus, ea magno desyderij feruore & æstu peti conuenit. Vt cum poscimus nomen eius sanctificari, ardenter, ut ita dicam, esurienda & sitienda est illa sanctificatio. Hac regula Hypocrisin omnẽ, & Deo mentiendi calliditatem, ab oratione abactam esse uolumus. Propinquũ enim se fore pollicetur omnibus inuocantibus in ueritate, & inuenturos denunciat, qui quęlierint in toto corde.

Quarta demum, ut certa spe exorandi, ad orandum animemur. fiduciam uerò non intelligimus, quæ, solutam omni anxietudinis sensu mentem, in perfectam quietem componat. Nam ita placide conquiescere, eorum est, qui, rebus omnibus ex uoto fluentibus, nullo desyderio uruntur. Optimus autem ad inuocationem Dei stimulus sanctis est, dum necessitate sua districti summa irrequietudine uexantur: & tantum non exanimantur in seipsis. Sed inter tales angustias ita ipsis bonitas Dei affulget: ut præsentium malorum grauitate fatigati gemant, maiorum etiam timore laborent, & crucientur: illa tamen freti, & tolerantiæ difficultatem consolentur, & exitium liberationemq; sperent. Ex utroq; ergo affectu emergat pij hominis oratio conuenit, utrumq; etiam contineat & repræsentet: ut malis quidem suis ingemat, & à nouis sibi anxie timeat: ad Dominum tamen confugiat, minime dubitans, quin auxiliariam ille manum sit præbiturus. Mirum enim, quàm diffidentia nostra irritetur Dominus, si poscamus à se gratiã, quam non expectemus. Itaque orationibus nostris eiusmodi legem Christus statuit. Proptera, inquit, dico uobis, omnia quæcunque petitis credite uos accepturos, & euenient uobis. Rursum, qui Dei promissione parũ securi, ueritatẽ eius in dubium uocant, atque ita dubij, & hæsitantes, an exaudiendi sint, ipsum inuocant, nihil proficiunt, inquit Iacobus. quos etiam fluctibus comparat, qui à uento uariè mouentur, & circumferuntur. Deinde cum Dominus iuxta suam cuique fidem fieri toties affirmet, citra fidem nihil consequi nos posse innuit. Denique fides est, quæ impetrat, quicquid orando obtinetur. Id si bi uult illa Pauli sententia. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Siquidem contendit, Dominum non posse ab alijs syncere inuocari, nisi quibus Euangelij prædicatione, bonitas eius indulgentia facta ante fuerit familiaris.

Psalm.14 & Iere.29

Marc.11

Iaco.1

Rom.10

Hanc necessitatẽ minimè cogitãt aduersarij nostri. Itaq; cũ certa animi fiducia fideles iubemus statuere, Deũ sibi propitiũ esse ac beneuolũ, rẽ omniũ absurdissimã dicere nos putant. Atqui si ullũ uerę precationis usum haberẽt: intelligerent profecto, sine firmo illo diuinę beneuolentię sensu nõ posse Deũ rite inuocari. Cũ uerè fidei uim bene perspicere nemo queat, nisi qui exprimento eam in corde suo sentit: quid cum eiusmodi hominibus disputando proficias, qui aperte ostendunt, nihil se unq̃ præter uanã imaginatioẽ habuisse? Quid enim ualeat, & cẽ necessaria sit illa, quã requirimus, certitudo, ex inuocatione potissimũ discit. Quod q̃ nõ uidet, ualde stupidã habeat conscientiam oportet. Nos igit̃, omisso hoc cęcorũ genere, defixi in illa Pauli sententia hęreamus, nõ posse inuocari Deũ, nisi q̃ eius misericordiã ex Euãgelio cognitã habẽt: & eã sibi paratã esse, certo persuasi sunt. Qualis enim erit ista oratio? Ô Domine, ego quidẽ an exaudire me uelis, dubius sum. sed qa anxietate premor, ad te cõfugio: ut si dignus sum, mihi succurras. Nõ ita soliti sunt oẽs sancti, q̃rum orationes in scripturis legimus. Nec ita nos instituit per Apostolũ Spũs sanctus, q̃ iubet nos adire ad thronũ cœlestẽ cũ fiducia, ut gratiã cõsequamur: & cũ alibi docet, nos habere audaciã & aditũ in fiducia per fidẽ Christi. Hanc ergo obtinendi q̃d petimus securitatem, quam & sua uoce Dominus mãdat, & omnes sancti exemplo suo docent, utraq; manu tenere nos oportet,

Hebr.4

Ephe.3

si cum fructu orare uolumus. ea enim demum accepta Deo est oratio, quę ex tali, ut ita loquar, præsumptione fidei nascit, & intrepida spei certitudine fundata est.

Porrò dum hanc fidei securitatem cum miseriæ, egestatis, sordium q; nostrarum agnitione connectimus: sed declaramus ipsam hinc minime labefactari. Ergo si peccatorum mole premi nos, ac laborare intelligimus: si rebus omnibus uacuos inspicimus, quę gratiam apud Deum nobis conciliare possint: nec hic nos sensus terreat, quominus ad ipsum nos conferamus: quando nobis necesse
Luc.17 est, cum ad eum accedimus, tales nos cogitare ac sentire. Non enim instituta est oratio, qua nos arroganter coram Deo efferamus, aut aliquid nostrum magno æstimemus: sed qua nostras calamitates confiteamur, & apud eum deploremus: quemadmodũ filij apud parentes suas querelas familiariter deponunt. Quin hic potius sensus nobis instar calcaris ac stimuli esse debet, quo magis ad orationẽ incitemur. Quemadmodũ Prophetæ exemplo admonemur, Sana, inquit, animam
Psalm.41. meam: quia peccaui tibi. Ad hunc aculeum, quo nos assidue infœlicitatis nostræ conscientia pungit, duo addidit optimus Pater: quibus nos ad orationis studium
Luc.11 Ioan.16 uehementer impelleret. Mandatum, quo orare præcipit: promissionem, qua
Matt.7.11. pollicetur impetraturos quicquid petierimus. Mandatum sæpenumero repetitum habemus. Petite, uenite ad me, quærite me, reuertimini ad me. Inuocate me in die necessitatis uestræ. Ac cum sæpe aliàs, tum etiam in tertio legis capite: quo prohibemur accipere in uanum nomen Domini. Nam ex quo in uanum
Exod.20 accipere prohibemur, simul etiam iubemur accipere in gloriam: omnem uirtutis, boni, opis, ac præsidij laudem illi deferendo, dum ab eo hæc ipsa & petimus et expectamus. Quãobrem nisi ad ipsum confugimus, cum aliqua nos urget necessitas: nisi ipsum requirimus, ac eius opem imploramus: non aliter eius iram prouocamus, quam si aut alienos nobis Deos faceremus, aut idola fabricaremur. siquidem eius uoluntatem in omnium præceptorum contemptu q; que contemnimus. Nihil certe ualidius ad nos omni scrupulo liberandos fingi poterat hac cogitatione, nulla remora deberenos impediri, quo minus Dei mãdato pareamus, quo nobis precandum edicit. Proinde ingenti, qui eum inuocant, requirunt, laudem ei referunt, consolatione fruuntur: quòd intelligant sic se uoluntati eius seruire atq; obsequi, ideoq; rem agere illi acceptam. Quando nihil obedientia sibi esse gratius pronunciat.

Verum suauiorem etiamnum à promissione consolationem accipiunt: in quã tota recumbit impetrandi fiducia. Quare multis ac benignissimis promissionibus nos subinde inuitat Dominus. Petite, inquit, & accipietis: quærite & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Iam per Prophetam. inuocabitis me, & exaudiam
Matt.7 Iere.29 uos: quæretis me, & inuenietis. Item. Inuocabis me in die necessitatis, eripiam
Psal.91. te. Item. Clamauit ad me & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & honorabo. Sed quia huius generis sunt innumera, satis erit gustum dedisse. Sunt tamen insignes quædam, quas memoriæ potissimum commendare operæprecium fuerit. Quales sunt istæ: Propè est Dominus omnibus inuocantibus se, inuocantibus in ueritate. Item. Ad uocem cla-
Psalm.145. moris tui, mox ut audierit, respondebit tibi. Ac ne ad audiendum tardus putaretur, postea dicit. Antequam clamauerint, ego exaudiam: adhuc loquentibus illis, audiam. Omnium uerò præclarissima hæc est, quæ uaticinio, de horIesa.30. Iesa.65 ribili mundi concussione, mox subnectitur. Quicunque inuocauerit nomen Do-
Ioel.2 mini, saluus erit. Restat, ut talibus inuitamentis freti, satis ad exorandum præsidij nos inde habere putemus. Non enim orationis est meritum aut dignitas, quæ petita obtineat: sed tota exorandi spes in eiusmodi promissionibus sita est, atque ab eis pendet. Itaq; cum animis nostris statuendum est, nihilo nos minus exaudi-
tum iri, quàm exauditus fuerit uel Petrus, uel Paulus, uel alius sanctorum quilibet (utcumque maiore, quam nos, uitæ testimonia præditi fuerint) si tamen eadem, ac æque firma fide, Deum imploramus. Quando reliqua longe inferiores, tamen in hoc pares sumus, quòd eodem orandi mandato, eadem exorandi promissio-

promissione instructi armatiq; sumus. Deus uerò, modo securo corde inuocetur, non ex personæ dignitate orationis precium æstimat: uerum ob fidem duntaxat, in qua & suo præcepto obediunt fideles, & suę promissioni confidunt. Id cum secum Dauid reputaret: En, inquiebat, promisisti Domine seruo tuo, te domum ædificaturum illi, Eam ob rem collegit animum hodie seruus tuus, & inuenit quod oraret coràm te: Nunc ergo Domine Deus tu es Deus, & uerba tua uera erunt: locutus es seruo tuo bona hæc. Incipe ergo & fac, benedic domui serui tui. Idipsum consyderabant Israelitæ, cum suas orationes fœderis cum Abrahamo percussi recordatione munirent. Atq; in hoc patrum suorum exempla, præsertim uerò ipsius Iacob, imitabantur: qui, postq; se confessus fuisset tot, quas è manu Domini susceperat, misericordijs minorem: ad maiora tamen postulanda beneficia ex data sibi promissione animatur. 1. Samuel. 7. 1. Paral. 17. Gen. 32.

Quando uerò nemo est hominum dignus, qui se Deo repræsentet, ac in eius conspectum prodeat: ipse cœlestis Pater, ut nos hac confusione eximeret, quæ nostros omnium animos deijcere debebat, filium nobis suum donauit Iesum Christum Dominum nostrum: qui apud ipsum nobis sit aduocatus & mediator, cuius ductu ad ipsum secure accedamus. tali intercessore confisi, nihil quod eius nomine petierimus, nobis denegatum iri: ut illi à Patre nihil denegari possit. Thronum quoque Dei, non maiestatis tantum esse thronum, sed gratiæ: apud quem, eius nomine, cum omni fiducia apparere audeamus, misericordiam cõsecuturi, & gratiam inuenturi in auxilio opportuno. Atq; ut lex de inuocando Deo posita est, ut promissio data, exauditum iri, qui inuocauerint: ita in nomine Christi inuocare peculiariter iubemur: & promissionem habemus propositam, impetraturos, quod in eius nomine petierimus. Hactenus, inquit, non petijstis quicquam in nomine meo, petite, & accipietis. In illo die in nomine meo petetis: & quicquid petieritis, faciam, ut glorificetur Pater in Filio. Hinc sine controuersia clarum est, eos, qui in alio, quam Christi, nomine Deum inuocant, illius iussa contumaciter præuaricari, ac uoluntatem pro nihilo reputare: nullam uerò promissionem habere quidquam impetrandi. Siquidem, ut ait Paulus, omnes Dei promissiones in Christo sunt, etiam amen: id est, confirmantur & implentur. Porrò cum sit ipse unica uia, ac unus accessus, quo ad Deum ingredi nobis datur: qui ab hac uia deflectunt, & hunc accessum deserunt, ijs neque uia ulla neque accessus ad Deum supereſt: nihil in eius throno reliquum fit, præter iram, iudicium, ac terrorem. Denique cum hunc pro capite ac duce Pater nobis signauerit: qui ab eo ullo modo declinant uel obliquant, conantur, quantum in se est, notam à Deo impressam delere & adulterare. Ita unus statuitur mediator Christus, cuius intercessione propitius & exorabilis nobis reddatur Pater. Quanquam interim & suæ sanctis intercessiones relinquuntur, quibus alij aliorum salutem mutuò inter se Deo commendent: de quibus meminit Apostolus. sed tales, quæ ab unica illa dependeant. Tantum abest, ut delibent ex ea quidpiam. Nam ut à dilectionis affectu scaturiunt, quo nos ultrò citròque amplectimur, ceu unius corporis membra: ita etiam ad capitis unitatem referuntur. Cum ergo illæ quoque in Christi nomine fiunt, quid aliud quàm testantur, neminem, ullis omnium precibus, nisi Christo intercedente, posse adiuuari? Atque ut non obstat sua intercessione Christus, quo minus in Ecclesia precibus alter alteri uicissim patrocinemur: ita fixum maneat, omnes totius Ecclesiæ intercessiones in illam unicam esse dirigendas. Iohã. 14. et 16. Ioan. 14. 2. Corin. 1. Ioan. 6. 1. Timot. 2.

Porrò merum est nugamentum, quod balbutiunt Sophistæ, Christum esse redemptionis mediatorem, fideles aũt intercessionis. Quasi uerò Christus, tẽpora ria mediatione defunctus, æternam & nunq; intermorituram ad seruos suos reiecerit. Benigne, scilicet, illum tractant, qui tantulam honoris portionem illi decidunt. Atqui longe aliter scriptura, cuius simplicitate, omissis istis impostoribus, contentum esse pium hominem conuenit. Nam cum dicit Ioannes: Si quis peccaue-

1.Ioan.2. peccauerit, aduocatum nos habere apud patrem, Christum Iesum: an patronum olim nobis fuisse intelligit: ac non potius perpetuam illi intercessionem assignat? Rom.8 Quid? quod Paulus sedentem ad Patris dexteram etiam pro nobis intercedere 1.Timot.2 affirmat? Cum uerò alibi unicum Dei & hominum mediatorem illum nuncupat, an non ad precationes respicit, quarum ante paulò meminerat? Siquidem pro omnibus hominibus intercedendum præfatus, in eius sententiæ confirmationem, mox subnectit: unum esse omnium Deum, & unum mediatorm. Neq; uerò aliter interpretatur Augustinus, cum sic loquitur, homines Christiani inuicem se commendant orationibus suis. Pro quo aũt nullus interpellat, sed ipse pro omnibus, hic unus ueruscp mediator est. Paulus Apostolus, quàmq; sub capite præcipuum membrũ, quia tamẽ membrũ erat corporis Christi, & nouerat, nõ per figurã in interiora ueli ad sancta sanctorũ; sed per expressam & firmã ueritatẽ in interiora cœli ad sanctitatẽ nõ imaginariã, sed æternã, intrasse maximũ & uerissimũ sacerdotẽ Ecclesiæ, sed orationibus fideliũ ipse q̃q; cõmendat. Nec mediatorẽ se facit inter populũ & Deũ: sed rogat, ut omnia corporis Christi mẽbra inuicẽ pro se orẽt: qm̃ inuicẽ solicita sunt mẽbra: & si patitur unũ mẽbrum, reliqua cõpatiuntur. Ac sic membrorum omniũ adhuc in terra laborantiũ mutuæ pro se inuicem orationes Libr.cõtra Parmeni. 2.cap 8. ascendant ad caput quod præcessit in cœlũ, in quo est propitiatio pro peccatis nostris. Nã si esset mediator Paulus: essent utiq; & reliqui Apostoli, ac sic multi mediatores essent: nec cõstaret ipsius Pauli ratio, qua dixerat. Vnus em̃ Deus: unus mediator Dei & hominum homo Christus, in quo & nos unũ sumus, si seruamus unitatem fidei in uinculo pacis. Item alibi. At uerò sacerdotem si requiras: In Psal.84 super cœlos est, ubi interpellat pro te, qui in terra mortuus est pro te. Neq; uerò somniamus illum, Patris genibus aduolutum, suppliciter pro nobis deprecari. Verum cum Apostolo intelligimus, sic eum apparere coràm facie Dei, ut mortis eius uirtus ad perpetuam pro nobis intercessionem ualeat: sic tamen: ut sanctuarium cœli ingressus, ad consummationem usq; sæculorum solus populi, eminus in atrio residens, uota ad Deum deferat.

Quantum ad sanctos attinet, qui carne mortui, in Christo uiuunt, si quam illis orationem attribuimus, ne ijs quidem ipsis somniemus aliam esse rogandi Dei uiam, quàm Christum, qui solus uia est: aut alio nomine Deo esse acceptas eorum postulationes. Itaq; postquam scriptura nos ab omnibus ad Christum unum reuocat, postquam cœlestis Pater uult omnia in ipso recolligere: nimiũ stuporis fuit, ne dicam insaniæ, nobis per ipsos accessum sic uelle moliri, ut ab illo abducamur, sine quo nec eis aditus ullus patet. Id autẽ aliquot sæculis factitatum, quis neget? hodieq; ubicunq; papismus uiget factitari? Ad conciliandã Dei beneuolentiam eorum merita subinde obtruduntur: Christo præterito, per eorum nomina Deus obsecratur. An nõ hoc, queso, est munus unicę illius intercessionis, quam Christo supra asseruimus, ad illos traducere? Deinde quis, uel Angelus, uel Dæmon, ulli hominum de eiusmodi, quam fingunt, ipsorum intercessione syllabam unquam renunciauit? In scriptura enim nihil exrat. Quæ ergo eius comminiscendæ fuit ratio? Certe dum humanum ingenium subsidia sibi ita quæritat, quibus non munimur per Dei uerbum, luculente suam diffidentiam prodit. Quod si conscientia eorum omnium appelletur, qui sanctorum intercessiõe oblectantur, reperiemus non aliunde id euenire, nisi quia anxietate laborãt, perinde ac si hic Christus deficeret, aut nimiũ seuerus foret. Qua primum perplexitate, Christum inhonorant, & solius mediatoris titulo spoliant: qui ut illi in singularem prærogatiuam a Patre datus est, ita neque aliò transferri debet. Atque hoc quidem ipso, gloriam natiuitatis eius obscurant, crucem euacuant, quidquid denique aut fecit, aut passus est, sua laude exuunt ac defraudant. Siquidem huc tendunt omnia, ut solus sit, & habeatur mediator. Simul Dei benignitatem abijciunt, qui se illis in Patrem exhibebat. Non enim illis Pater est: nisi Christum sibi fratrem esse agnoscant. Quod planè abnegant, nisi fraterno esse erga se affectu, quo nihil mollius, aut tenerius esse potest, cogitant. Quare illũ unice scriptura nobis offert,

ad ipsum

ad ipsum nos mittit, & in ipso sistit. Ipse, inquit Ambrosius, os nostrum est, per quod Patri loquimur: oculus noster, per quem Patrem uidemus: dextera nostra, per quam nos Patri offerimus. quo nisi intercedente, nec nobis, nec sanctis omnibus quidquam cum Deo est. *Li. de fide & anima.*

Eò autem usq; progressa est stoliditas, ut hic expressum habeamus superstitionis ingenium: quæ ubi semel frenum excussit, nullum lasciuiendi finem facere solet. Nam postquam cœptum fuerat in sanctorum intercessionem respicere, sensim sua cuiq; procuratio est attributa, ut pro negocij diuersitate, nunc hic, nunc ille, aduocaretur intercessor. tum singuli peculiares sibi Diuos asciuerunt, in quorum, non secus atq; tutelarium Deorum, fidem se contulerunt. Neq; modo, quod olim Israelitis exprobrabat Propheta, secundum urbium numerum Dij sunt erecti: sed secundum capitum multitudinem. Atqui cum in unam Dei uoluntatem desyderia sua omnia referant, hanc intueantur, in ea acquiescant: stolide & carnaliter, atq; etiã cõtumelioſe, de ijs cogitat, qui aliam ipsis orationem assignat, q̃ qua Dei regnum aduenire expetant. A quo longissime abest, quod illis affingunt, unumquemq; priuato affectu in suos cultores esse propensiorem. Tandem nec ab horrendo sacrilegio abstinuerunt plurimi, non ut suffragatores iam, uerum ut salutis suæ præsides, inuocando. En quò recidant miseri homines, dum à legitima sua statione, hoc est, Dei uerbo, euagantur.

Quod autem efficere quidam student, ut scriptura uideatur subniti eiusmodi intercessio, frustra in eo laborant. Angelorum, inquiunt, orationes legũtur sæpius, neq; id modo: sed in Dei conspectum per eorum manus perferri dicuntur fidelium preces. Verum si angelis sanctos, præsenti uita defunctos, conferre libet: probandum fuerit, esse administratorios Spiritus, quibus delegatum sit ministerium curandæ nostræ salutis, quibus demandata sit prouincia custodiendi nos in omnibus uijs nostris, qui nos circumeant, qui moneant & consolentur, qui pro nobis excubias agant. quæ omnia illis deferuntur: his autem mine. Rursum Ieremiæ dicebat Dominus: Si steterint Moyses & Samuel corã me, non est anima mea ad populum istum. Quomodo sic de mortuis loquutus foret, nisi pro uiuis intercedere illos nouisset? Ego uerò contra sic colligo. Cum inde appareat, neque Moysen, neque Samuelen, intercessisse pro populo Israelitico: tunc nullam fuisse prorsus mortuorum intercessionem. Quis enim sanctorum de populi salute laborare credendus sit, cessante Moyse? qui alios omnes in hac parte longo interuallo, dum uiueret superauit. Ergo si minutulas istas argutias sectantur, Mortui pro uiuentibus intercedunt, quoniam dixit Dominus, si intercesserint: Ego longe speciosius argumentabor in hunc modum. In extrema populi necessitate Moyses non intercedebat, de quo dicitur, si intercesserit. Ergo neminem alium intercedere ueri simile sit: cum omnes à Moyse, humanitate & bonitate, procul absint. Id scilicet cauillando consequuntur, ut ijs armis uulnerentur, quibus se pulchrè munitos putabant. At uerò simplicem sententiam sic contorqueri, ualde ridiculum est: quia tantum pronunciat Dominus, populi flagitijs se non parciturum, etiam si Moyses aliquis patronus illis contingeret, aut Samuel, quorum precibus se tantopere indulgentem præstiterat. Qui sensus ex simili Ezechielis loco lucidissime elicitur. Si fuerint, inquit Dominus, isti tres in ciuitate uiri, Noah, Daniel, & Iob, filios & filias non liberabunt in sua iustitia: sed animas tantum suas liberabunt. Vbi dubium non est, quin indicare uoluerit, si reuiuiscere contingat. Eos igitur omittamus, quos scriptura clare demonstrat, cursum suum consummasse. Ideò Paulus, cum de Dauide loquitur, non docet precibus ipsum iuuare posteritatem: sed duntaxat ætati suæ inseruisse. Ergo eos omni pietatis uoto exuemus q̃ nihil, toto uitę decursu, quam pietatem & misericordiam spirarunt? Equidem ut curiosius excutere nolim, quid agant, aut quid meditentur: ita nequaquam est probabile, uarijs & particularibus uotis huc, illuc circumferri: sed potius stata ac immota uoluntate in Dei regnum adspirare: quod non minus impiorum confusio- *Ier. 15.* *Ezech. 14.* *Actor. 13.*

confusione, quàm fidelium salute constat. Quod si uerum est: eorum quoq; charitatem in communione corporis Christi non dubium est contineri, nec latius patere, quàm fert communionis illius natura.

Iam uerò tametsi in hunc modum pro nobis orare concedamus: non tamen à nobis ideo protinus inuocandi erunt. Neq; id agendum ex eo consequitur, quod qui in terris degunt homines, uicissim alter alterius precibus cõmendare se possunt. Hoc enim alendæ in ipsis charitati officium seruit, dum suas inter se necessitates ueluti partiuntur, & mutuo suscipiunt. Atq; id quidem faciunt ex Domini præcepto, neq; promissione destituuntur: quæ duo semper in oratione primas tenent. Omnes eiusmodi rationes à mortuis absunt: quos à nostro contubernio dũ subduxit Dominus, nullum nobis cum illis reliquit commercium, ac ne illis quidem nobiscum, quantum assequi licet coniecturis. Quod si quis causetur, fieri nõ posse, quin eandem erga nos charitatem retineant, ut sunt una nobiscum fide cõiuncti, quis tamen eò usque longas illis esse aures reuelauit, quæ ad uoces nostras porrigantur? oculos etiam tam perspicaces, qui necessitatibus nostris aduigilent? Nugantur quidem in suis umbris nescio quid, de fulgore diuini uultus ipsos irradiante, in quo, ceu in speculo, res hominum ex alto despiciant. Verum id affirmare, qua præsertim confidentia illi audent, quid est? nisi per temulenta cerebri nostri somnia, uelle in abdita Dei iudicia, sine eius uerbo, penetrare & perrumpere? ac scripturam conculcare? quæ toties carnis nostræ prudentiam sapientiæ Dei inimicam esse pronunciat: uanitatem sensus nostri in uniuersum damnat, prostrata omni nostra ratione, solam Dei uoluntatem à nobis uult spectari. Quæ uerò scripturæ testimonia, propugnando huic suo mendacio, asciscunt, pessime contorquent. Sed enim, inquiunt, Iacob ut suum, patrumq; Abraham & Isaac nomen
Gen. 48. super suam posteritatem inuocetur, rogat. Primum uideamus, qualis ista sit inuocationis forma inter Israelitas. Non enim patres suos, ad ferendas sibi suppetias, implorant: sed Deum obtestantur, quò seruorum suorum, Abraham, Isaac, & Iacob, meminerit. Eorum ergo exemplum nihil ijs patrocinatur, qui ad sanctos ipsos sermonem habuerint. Verum quia stipites isti, qua sunt habetudine, nec quid sit nomen Iacob inuocare, nec cur inuocandum sit, capiunt: non mirum, si in ipsa
Iesa. 6. quoq; forma sic pueriliter titubant. Locutio hæc non semel in scripturis occurrit. Iesaias enim uirorum nomen inuocari super mulieres dicit, dum eos habent maritorum loco, sub quorum fide & tutela degant. Ergo inuocatio nominis Abraham, super Israelitas, in hoc sita est: dum generis sui originem ad eum referunt: eumq; pro authore & parente suo, celebri memoria colunt. Neq; uerò id facit Iacob, quod sit de propaganda nominis sui celebritate solicitus. Sed cũ totã posterorum beatitudinẽ constare nouerit hæreditate fœderis, quod secum Deus pepigerat: quod illis bonorum omnium summum fore uidet, comprecatur, ut genere suo censeantur. Id enim aliud non est, quàm fœderis successionem ad eos transmittere. Illi uicissim, dum memoriam eiusmodi precibus suis inducunt, non ad intercessiones mortuorum suffugiunt: sed Domino fœderis sui recordationem obijciunt, quo Dominus illis se propitium ac beneficum fore, in Abrahæ, Isaac, & Iacob gratiam recepit. Alioqui q̃ parũ in patrũ merita sancti reclinauerint, testatur
Iesa. 63. publica uox Ecclesiæ apud Prophetam. Tu Pater noster, & Abraham nescijt nos, & Israel ignorauit nos. Tu Domine Pater noster, & redemptor noster. ac dũ sic quidem loquuntur, simul addunt. Conuertere Domine propter seruos tuos. nullam tamen cogitantes intercessionem: sed ad fœderis beneficium, animum aduertentes. Nunc uerò cum Dominum Iesum habeamus, in cuius manu non percussum modo, sed confirmatum sit nobis ęternum misericordiæ fœdus: cuius potius nomen in precibus nostris prætendamus?

Sed hoc quosdam scilicet mouet, quòd sanctorum orationes sæpe leguntur
Psalm. 22. exauditæ. Cur? Nempe, quia orarunt. In te sperauerunt, inquit Propheta, & salui facti sunt: clamauerunt, & non sunt confusi sunt. Oremus ergo & nos eorũ exemplo, ut eorũ instar exaudiamur. Nos uerò, cõtra q̃ decet, præposterè ratiocinamur: non

non exauditum iri, niſi qui ſemel exauditi ſunt. Quanto melius Iacobus? Helias, inquit, homo erat nobis ſimilis, & precatione precatus eſt, ne plueret: & non pluit ſuper terram annos tres, & menſes ſex. Rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum. Quid? An ſingularem aliquam Heliæ prærogatiuã collígit, ad quam ſit nobis confugiendum? Minime uero: ſed uim piæ puræq; orationis perpetuam docet, ut nos ad ſimiliter orandũ exhortetur. Nam Dei promptitudinem ac benignitatem in exaudiendis illis malígne interpretamur, niſi talibus experimentis confirmamur, in certiorem promiſſionum eius fiduciam: quibus non uni aut alteri, aut etiam paucis inclinatam fore aurem ſuam pollicetur: ſed omnibus qui nomen ſuum inuocauerint. Iacob. 5.

Orationis (ut hoc nomen nunc accípimus) duę ſunt partes: petitio, & gratiarum actio. Nam quas enumerat eius ſpecies Paulus, omnes in hanc partitionem recidunt. Petitione, cordis noſtri deſyderia apud Deum exponimus, poſcentes ab ipſius bonitate, primum quæ ipſius duntaxat gloriæ ſeruiunt: deinde quæ uſibus etiam noſtris conducunt. Gratiarum actione, eius erga nos benefacta recognoſcimus, & cum laude confitemur: accepta ferentes eius bonitati omnia, quæ uſpiam ſunt, bona. Vtranq; uno uerſu Dauid complexus eſt, cum in perſona Dei ita ſcripſit. Inuoca me in die neceſsitatis, eruam te, & glorificabis me. Vtraque in uſu nobis eſſe continenter debet. Tanta eſt enim noſtra inopia, tanta rerum anguſtia nos undique urget ac premit, ut ſatis ſit cauſſæ omnibus, etiam ſanctiſsimis, cur aſsidue gemant ac ſuſpirent ad Deum, ſuppliceſque ipſum inuocent. Adhæc tanta ac tam effuſa benefactorum Dei largitas nos penè obruit, tot ac tam ingentia eius miracula, quaqua uerſum ſpectes, cernuntur: ut nunquam nobis deſit laudis gratiarumque actionis argumentum ac materia. Atq; ut hęc planius aliquanto explicentur: cum ſic in Deo ſpes omnes opeſque noſtræ ſitæ ſint (quod iam antea ſatis probatum eſt) ut neque nos, neque noſtra omnia, proſpere habere, niſi eius benedictione, poſsimus: aſsidue nos ei commendemus, noſtraque omnia committamus, oportet. Deinde, quidquid deliberamus, loquimur, agimus, ſub eius manu ac uoluntate, ſub ſpe deniq; auxilij eius deliberemus, loquamur, agamus. Omnes enim à Deo maledicti pronunciantur, qui ſui alteriuſue cuiuſpiam fiducia, conſilia agitant ac ſtatuunt: qui extra eius uoluntatem, ipſoq; nõ inuocato, quicq̃ moliuntur, aut inchoare tentant. 1. Timo. 2. Pſal. 50. Luc. 18. 22. Ephe. 3. Iacob. 4. Iſa. 30. 31.

Cum autem dictum ſit, agnoſcendum eſſe ipſum bonorum omnium autorem: conſequitur, ſic ex eius manu, ſuſcipienda eſſe illa omnia, ut aſsidua gratiarum actione proſequamur. nullamque eſſe iuſtam rationem: qua eius beneficia uſurpemus, quæ nullo fine, ab eius largitate nobis fluunt ac proueniunt: niſi etiã in laude eius confitenda, & gratijs agendis, aſsidui ſimus. Paulus enim dum teſtatur, per verbum & orationem ſanctificari: ſimul innuit, ſine verbo & oratione minime ſanctificata eſſe. Per uerbum ſcilicet, fidem metonymice intelligens. Proinde eleganter Dauid, dum percepta Domini liberalitate, datum ſibi in os canticũ nouum prædicat. Quo ſcilicet innuit, malignum eſſe ſilentium, ſi quod eius beneficium ſine laude prętérimus: cum toties benedicendi materiam nobis exhibeat, quoties benefacit. Hæc ratio eſt, cur alibi Paulus ſine intermiſsione orare iubeat. Nempe uolens, quanta fieri poteſt aſsiduitate, omni tempore, omni loco, omnibus in rebus, erecta eſſe ad Deum omnium uota: quæ & omnia ab eo expectent, & omnium illi laudem referant: ut perpetua laudandi orandique argumenta nobis proponuntur. Hæc autem orandi aſsiduitas, & ſi præſertim proprias ac priuatas cuiuſque reſpicit: nonnihil tamen ad publicas quoque Eccleſię orationes pertinet. Atqui nec aſsiduæ eſſe poſſunt, nec aliter etiam fieri debent, quàm ex poliția: quæ communi inter omnes conſenſu, conuenerit: fateor ſane. Ideo enim & certæ horæ condicuntur ac præſtituuntur, ut apud Deum indifferentes, ita hominum uſibus neceſſariæ: quò ſit omnium commoditati proſpectum, & omnia decenter & compoſitæ (iuxta Pauli ſententiam) in Eccleſia adminiſtrentur. Sed enim iſtud nihil obſtat, quo minus unaquæque Eccleſia, cum ſubinde ad frequen- 1. Timo. 4. 2. Theſ. 5. 2. Timo. 2. Pſal. 40. 1. Corin. 14.

torem precationum usum se extimulare, tum maiore aliqua necessitate admonita, acriore studio flagrare debeat. De perseuerantia autem, quæ multam cum assiduitate affinitatẽ habet, erit circa finem dicendi locus. Porrò hæc nihil ad Battologiam, qua interdictum nobis Christus uoluit. Non enim diu, nec sæpe, nec multo cum affectu, insistere precibus uetat: sed ne aliqd à Deo extorquere nos posse confidamus, garrula loquacitate eius aures obtundendo: ac si humano more persuadendus foret.

Quando uerò hunc esse orationis scopum iam prius dictũ est, ut erecti in Deũ animi ferantur, tum ad confessionem laudis, tum ad opem implorandam: ex eo intelligere licet, primas eius partes in mente & animo positas esse. Vel potius orationem ipsam, esse proprie interioris cordis affectum: qui apud Deum, cordium scrutatorem, effunditur, & exponitur. Quamobrem Christus Dominus noster, cum *Matth. 6.* optimam orandi legem ferre uellet, iussit intrare in cubiculum: ibiq; ostio clauso, orare Patrem nostrum in abscondito: ut Pater noster, qui est in abscondito, nos exaudiat. Nam ubi ab hypocritarum exemplo abstraxit, qui ambitiosa precum ostentatione hominum fauorem captabant: simul adijcit, quid sit melius: intrare scilicet cubiculum, & clauso ostio ibi orare. Quibus verbis (ut ego interpretor) secessum qui nos eò iuuet, ut tota cogitatione in cor nostrum descendamus & ingrediamur penitus, quærere nos docuit: propinquum nobis Deum talibus animi affectibus promittens: cuius templa esse debent corpora nostra. Neq; enim negare uoluit, quin alijs quoq; locis orare expediat: sed esse quiddam secretum ostendit orationem: quæ & in animo potissimum locata sit, & eius tranquillitatem, procul omnibus curarum turbis, requirat. Non ergo sine caussa ipse quoq; Dominus, cum precibus incumbere uehementius uellet, in secessum, procul hominum tumultu, se conferebat: sed ut suo nos exemplo commonefaceret, non esse negligenda istæc adminicula, quibus animus noster magis ad serium orationis studium intendetur. Interim uero quemadmodum neq; in media hominum turba, si quando ita tulerat occasio, à precando abstinebat: sic nos in locis *1. Timo. 2.* omnibus, quoties opus fuerit, tollamus puras manus. Quin etiam ut communes fidelibus preces Dei verbo edicuntur: sic & templa publica ijs peragendis destinata esse oportet. Vbi qui orationem cum Dei populo communicare respuunt, non est, quod isto prætexu abutantur: cubiculum se ingredi, quò Domini man- *Matth. 18.* dato pareant. Ille enim qui pollicetur se facturum, quidquid duo aut tres petierint, in nomine suo congregati, palàm conceptas preces se minime aspernari testatur: modo facessat ostentatio, & humanæ gloriolæ aucupium: modo adsit syncera uera q; affectio, quæ in cordis arcano habitet. Si hic legitimus est templorum usus: ut certe est, cauendũ est rursum, ne aut, quemadmodum sęculis aliquot haberi cœperunt, propria esse Dei habitacula ducamus, unde propius aurem nobis admoueat: aut secretam nescio quam illis affingamus sanctitatem, quæ sacratiorem apud Deum orationem reddat. Vera enim Dei templa cum simus ipsi, in nobis oremus oportet, si in sancto templo suo Deum uolumus inuocare. Illam uero crassitiem Iudæis aut gentibus relinquamus, qui præceptum habemus de *Ioan. 4.* inuocando, citra loci discretionem, in Spiritu & ueritate, Domino. Dedicatum quidem templum erat olim Dei iussu precibus ac uictimis offerendis: sed q̃ tempore ueritas sub talibus umbris figurata delitescebat: quæ nunc ad viuum nobis expressa, in nullo materiali templo hærere nos patitur. Ac ne Iudæis quidem ea conditione commendatum fuit templum, ut Dei præsentiam eius parietibus in- *Iesaiæ. 66.* cluderent: sed quo, ad contemplandam ueri templi effigiem exercerentur. Ita q; *Acto. 7.* grauiter à Iesaia & Stephano reprehensi sunt, qui Deum in templis manu factis habitare ullo modo putarent.

Hinc præterea plusquam clarum est, neq; uocem, neq; cantum (si in oratione intercedant) habere quicquàm momenti, aut hylum proficere apud Deum, nisi ex alto cordis affectu profecta. Quin eius iram aduersus nos prouocant, si è summis duntaxat labris et gutture exeũt: quandò id est sacro sancto eius nomine abu-

ti, ac eius

ri,aceius maiestatem derisui habere. Vt ipse per Prophetam affirmat. Populus, inquit, iste appropinquat mihi ore suo, & labijs suis me honorat: cor autem eorum longe est à me: & timuerunt me mandato, & doctrina hominum. Propterea ecce faciam in populo hoc miraculum grande & stupendum. Peribit enim sapientia à sapientibus eorum, & prudentia seniorum euanescet. Neq; tamen uocem, aut cantum hic damnamus, quin potius ualde commendamus, modo animi affectum commitentur. Sic enim mentem in Dei cogitatione exercent, & intentam retinent: quæ (ut lubrica est, & uersatilis) facile remittitur, & in uaria distrahitur, nisi uarijs sulciatur adminiculis. Præterea, cum Dei gloria in singulis corporis nostri partibus elucere quodammodo debeat: conuenit præsertim linguam huic ministerio addictam esse ac deuotam, tum canendo, tum loquendo: quæ peculiariter ad enarrandā prędicandamq; Dei laudē, cōdita est. Potissimus tñ linguę usus est in orationibus publicis, quę in fidelium conuentu habentur: quibus hoc agitur, ut Deum quē uno spiritu, eademq; fide colimus, cōmuni una uoce, & ueluti eodē omnes ore, pariter glorificemus. Idq; palàm, ut omnes uicissim, à suo quisq; fratre, confessionem fidei accipiant, ad cuius exemplum inuitentur & incitentur. *Iesaiæ. 29. Matth. 15*

Canendi uero in Ecclesijs ritū, ut id quoq; obiter dicā, nō modo uetustissimum esse cōstat: sed Apostolis quoq; in usu fuisse, ex illis Pauli verbis colligere licet. Canā spiritu, canā & mente. Item, ad Collossenses, Docentes & cōmonefacientes uos mutuo, in hymnis, Psalmis, & canticis spiritualibus, canentes cū gratia in cordibus uestris Dño. Priore eīm loco, uoce, et corde canendū esse pręcipit: altero cantilenas spirituales cōmendat, quibus se mutuo pij ędificēt. Id tñ uniuersale nō fuisse testat Augusti. q refert sub Ambrosio demū cœpisse canere Ecclesiā Mediolanensem, cū, sęuiente aduersus fidē orthodoxā Iustina Valentiniani matre, populus solito magis assiduus in uigilijs esset: reliquas deinde occidentales Ecclesias secutas. Paulo enim ante dixerat, ab Orientalibus, pfectum fuisse hunc morē. Indicat etiā libro retractationū secundo, sua ętate fuisse in Aphrica receptū. Hilarius quidā, inquit, vir tribunitius morē, q tunc esse apud Carthaginē cœperat, ut hymni ad altare dicerent de Psalmorū libro, uel ante oblationē, uel cū distribueret populo q̄d fuisset oblatū, maledica reprehensione ubicunq; poterat lacerabat. Huic respōdi iubentibus fratribus. Et certe si ad eā, q̄ Dei & Angelorū cōspectū decet, grauitatē attemperatus sit cantus, cū dignitatē & gratiā sacris actionibus cōciliat, tū ad excitandos in uerū precandi studiū ardoremq; animos plurimū ualet. Cauēdum tñ diligenter, ne ad modulationē intentiores sint aures, q̄ animi ad spiritualē uerborū sensum. Quo periculo se pmotū fatet alicubi idem Augusti. ut interdum optarit institui morē ab Athanasio obseruatū, q lectorem tā modico uocis flexu iubebat sonare, ut pronuncianti uicinior foret, q̄ canenti. Verū cum reminiscereť quantā sibi utilitatē cantus attulissent, in alteram partem inclinabat. Hac ergo adhibita moderatione, nihil dubiū, quin sanctissimum sit ac saluberrimū institutū. Quēadmodū rursus, qcunq; ad suauitatē duntaxat aeriū oblectationē cōpositi sunt cātus, nec Ecclesię maiestatē docēt, nec Deo nō sum̄opere displicere possūt. *Confes. li. 9. cap. 7. Confes. lib. 10. cap. 33.*

Quo etiam plane cōstat, nō Greco inter latinos, nec latino inter Gallos, aut Anglos (ut hactenus passim factitatū est) sed populari sermone cōcipiendas esse publicas orationes, q̄ vulgo à toto cœtu intelligi possit. Quandoquidē in totius Ecclesię ędificationē fieri conuenit: ad q̄ ex sono non intellecto nullus penitus fructus redit. Apud q̄s uero nulla est nec charitatis, nec humanitatis ratio, ij saltē Pauli authoritate moueri aliquantulū debebant, cuius verba minime ambigua sunt. Si benedixeris, inquit, spiritu, is qui implet locū idiotę, q̄modo ad tuā benedictionem respondebit Amen? quandoquidē quid dicas nescit. nam tu quidē gratias agis: sed alius nō ædificatur. Quis ergo effrenem Papistarū licentiā satis miretur, qui, Apostolo palàm sic reclamante, exotica lingua uerbosissimas preces roboare nō formidant, in quibus nec syllabā unam ipsi interdum assequuntur, nec alios intelligere uolunt? Nobis uero secus agendū præscribit Paulus. Quid ergo? inquit, orabo spiritu, orabo & mente, psallam spiritu, psallam & mente. Per spiritus uocabulum *1. Corin. 14. Ibidem.*

bulum oris ſonum ſignficans, q̃ ex gutturis humani reſpiraculo, & aeris repercuſſu conflatur. Sic tñ omnino ſentiendum: nulla ratione fieri poſſe, nec in publica oratione, nec in priuata, ut lingua, ſine animo, nõ ſummopere Deo diſpliceat. Ad hoc, cogitationis ardore mentẽ eſſe debere incitatam, quo totũ longe ſuperet, q̃d lingua enunciando exprimere poteſt. Poſtremo, ne eſſe quidẽ orationi priuatę ne ceſſariã linguam, niſi quoad interior ſenſus, uel ſibi ipſe ad incitationem ſufficere nõ ualet, uel incitationis uehementia linguę actionem ſecũ rapit. Nã & ſi optimæ interdũ orationes uoce carent, ſæpe tñ uſu uenit, ut affectu mentis exultante, & lin-
1. Reg. 1 gua in uocem, & membra alia in geſticulationem, ſine ambitione erumpant. Inde ſcilicet incertũ iſtud Hannę murmur, cuius ſimile quiddã ſancti omnes perpetuo in ſe experiuntur: dum in abruptas & conciſas uoces proſiliunt. Corporis autem geſtus in præcatione obſeruari ſoliti: quales ſunt geniculatio, & capitis detectio, exercitia ſunt, quibus ad maiorem Dei ueneration em aſſurgere conamur.

Nunc certior orandi nõ modo ratio, ſed forma quoq; ipſa diſcenda eſt. Ea ſcili-
Matth. 6 Luc. 11. cet, quam p̃ dilectum Filium ſuum nobis cœleſtis Pater tradidit. ubi immenſam bonitatẽ ac manſuetudinem agnoſcere licet. Nã præterq̃ q; nos monet atq; hortatur, ut ſe in omni noſtra neciſsitate quęramus (qualiter filij in parentum fidẽ, quoties ulla anxietate afflictantur, confugere ſolent) qm̃ uidebat, ne id quidẽ ſatis nos perſpicere, q̃ anguſta eſſet noſtra paupertas, quid æquum poſtulare, etiam è re noſtra eſſet huic etiam noſtræ ignorantiæ occurrit: & q̃d captui noſtro deerat, de ſuo ipſe ſuppleuit ac ſuffecit. Cõſcripſit enim nobis formulã, qua, uelut in tabula, propoſuit, quicq̃d à ſe expetere licet, quicquid in rem noſtrã conducit, quidquid poſtulare neceſſe eſt. Ex qua eius benignitate magnũ cõſolatiõis fructũ percipimus, q; nihil abſurdum, nihil alienũ aut importunũ, nihil denicq; nõ illi acceptũ, poſtu-
In Alcibi. 2. uel de uoto. lare nos intelligimus, q̃ penè ex eius ore rogamus. Plato cum hoim imperitam uideret, in uotis ad Deum p̃ferendis, quibus conceſsis peſsime illis ſæpius conſultũ fuerit; optimam precandi rationem hanc eſſe pronunciat, è ueteri poeta ſumpram. Iupiter rex, optima nobis & uouentibus, & non uouentibus, tribue: mala autem, poſcentibus quoq; abeſſe iube. Atq; homo quidem Ethnicus in eo ſapit, quòd iudicat quàm ſit periculoſum à Domino expetere quod cupiditas noſtra dictauerit; ſimul noſtram infœlicitatem prodit, qui ne hiſcere quidem ſine diſcrimine coram Deo poſsimus, niſi ad rectam orandi normam nos Spiritus inſtituat.

Hæc orandi ſeu forma, ſeu regula, ſex petitionibus cõſtituta eſt. Nam ne ijs ac-
Auguſti. in enchir. ad Laurent. c 116. Chry. ſoſto. Author. operis imperf. cedam qui ſeptẽ capitibus diſtinguunt: tacit, q̃, aduerſatiua dictione interiecta, uidetur Euangeliſta duo illa membra uoluiſſe inter ſe colligere. Ac ſi dixiſſet: Ne tentationi opprimi nos ſinas, quin potius noſtræ fragilitati opem feras, & liberes, ne ſuccumbamus. Nobiſcũ etiam ſentiunt ueteres Eccleſiæ ſcriptores. Vt iam q̃d ſeptimo loco apud Matthæum additum eſt, exegetice ad ſextam petitionem referendum ſit. Tametſi autẽ eiuſmodi eſt tota oratio, ut ubicq; gloriæ Dei ratio in primis habenda ſit: priores tñ tres petitiones Dei gloriæ peculiariter deſtinatæ ſunt; quam ſolam in illis intueri nos oportet, nullo commodi noſtri (ut aiunt) reſpectu. Tres reliquæ noſtri curam gerunt; ac proprie ijs, quę ex uſu noſtro ſunt, poſtulandis ſunt aſsignatæ. Vt cum nomen Dei ſanctificari petimus, nihil tum de noſtro commodo cogitandum eſt, ſed eius gloria nobis proponenda eſt, quam intentis oculis unam intueamur; nec aliter in huiuſmodi precibus affecti eſſe debemus. Atque hoc quidẽ ipſum nobis in magnum commodum cedit: quod dum ita, ut petimus, ſanctificatur, fit etiam noſtra ſanctificatio. Sed ad huiuſmodi utilitatem oculi noſtri (ut dictũ eſt) conniuere, ac quodammodo cæcutire debent, ne in ipſam omnino reſpiciant. Vt ſi omnis ſpes priuati noſtri boni præciſa eſſet, hæc tamẽ ſanctificatio, & alia quæ ad Dei gloriam pertinẽt, à nobis optari & precibus poſtulari nõ
Exodi. 32. Roma. 9. deſinant. Vt in exemplis Moyſi & Pauli ſpectatur: qui mentes & oculos à ſeipſis auertentes, uehementi incenſo q; zelo ſuam ipſorũ perditionem expetebãt: ut uel ſuo diſpendio gloria & regnũ Dei promouerentur. Rurſum, cum panem noſtrũ quotidianum nobis dari petimus; tametſi optemus quod eſt noſtri commodi, tamen hic

mẽ. hic quoq; Dei gloriã quærere prẽsertim debemus. Vt ne petituri quidẽ simus, nisi in Dei gloriam uergat. Nunc ad ipsam orationis enarrationem aggrediamur.

Pater noster, qui es in cœlis.

Primum in ipso limine occurrit, quod antea diximus: omnem à nobis orationẽ offerri Deo debere in Christi nomine: ut nullo alio nomine illi cõmendari potest. Nam ex q̃ patrem uocamus Deum, nomen certe Christi prætendimus. Qua enim fiducia Deum aliquis Patrem nominaret, quis huc temeritatis prorumperet, ut sibi usurparet honorẽ Filij Dei, nisi in Christo adoptati essemus in filios gratiæ? Qui cum uerus sit filius, nobis in fratrem ab ipso datus est: ut quod natura ipse propriũ habet, adoptionis beneficio nostrum fiat, si tantam beneficentiam certa fide ample ctimur. Quemadmodum Ioannes ait, datam esse potestatem ijs, qui credunt in nomen unigeniti Filij Dei, ut Filij Dei ipsi quoq; fiant. Itaq; & Patrem se nostrũ appellat, & sic à nobis uocari vult. Hac tanta nominis suauitate, omni nos diffidentia eximens, quando nullus alibi maior amoris affectus, q̃ in Patre reperiri possit. Itaq; nullo certiore documento ĩmensam suã ergo nos charitatẽ testificari potuit, quã ex eo, q̃ Filij Dei nominamur. Ipsius uero charitas tanto erga nos maior præstantiorq; est omni parentũ nostrorũ charitate, quanto ipse omnes homes bonitate & misericordia superat. Vt si, quotquot in terra sunt Patres, omni paternæ pietatis sensu exuti, filios destituerent: ipse nobis nunq̃ defuturus sit: qm̃ seipsum negare nõ potest. Habemus enim eius promissum: si uos, cum mali sitis, nostis bona dare filijs uestris: quanto magis Pater uester qui in cœlis est? Item apud Prophetam. Potest ne mater obliuisci filiorum? Et si obliuiscatur, ego tamen non obliuiscar tui. Quòd si filij eius sumus: ut filius in fidem extranei alieniq; hominis se conferre nõ potest, nisi simul de Patris uel sæuitia, uel inopia, quæratur: ita aliunde subsidia, quam ab ipso, quærere non possumus, nisi exprobrata illi egestate, ac facultatum inopia, uel sæuitia, nimiaq; austeritate.

Ioan. 1.

1. Ioan. 3.

2. Timo. 2.

Matth. 7.

Iesai. 49.

Nec caussemur, nos merito timidos reddi peccatorum conscientia: quæ Patrẽ, quamuis bonum ac mansuetum, tamen nobis offensum reddiderint. Nam si inter homines, nullo meliore patrono caussam suã apud Patrem filius agere potest: nullo meliore interprete perditam eius gratiam sibi conciliare, quàm si ipse supplex ac demissus, culpam agnoscens, Patris misericordiam imploret (non enim tum se paterna uiscera dissimulare possunt, quin ad tales preces commoueantur) quid ille Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis? an non potius filiorum pro se deprecantium lachrymas & gemitus exaudiet (cum præsertim ad id nos inuitet & exhortetur) quàm quæuis aliorum patrocinia? ad quorũ præsidia ideo sufugiunt: qa de Patris sui mansuetudine ac clementia hęsitant. Hanc paternę mansuetudinis exuberantiam nobis in parabola pingit ac representat: ubi pater filiũ, qui ab eo se alienauerat, qui substantiam eius dissolute prodegerat, qui modis omnibus grauiter in eum deliquerat, obuijs ulnis amplectitur: nec expectat, donec uerbis ueniam postulet: sed ipse anteuertit, redeuntem eminus agnoscit, ultro illi occurrit, solatur, in gratiam recipit. Hoc enim tantæ mansuetudinis exemplum in homine spectandum proponens, docere nos uoluit, quàm effusiorem expectare debeamus à se, non modo Patre, sed patrum omnium longe optimo ac clementissimo: quamuis ingrati, rebelles, ac improbi filij: modo tamen in eius misericordiam nos confugiamus. Ac quo certiorem fidem faceret, se huiusmodi Patrẽ nobis ipsis esse (si Christiani sumus) non modo Pater, sed nominatim noster dici uoluit. Ac si in hunc modum cum Deo ageremus. Pater, qui tanta in filios pietate es prædituus, tanta ad ignoscendum facilitate, nos filij tui te appellamus ac poscimus, securi ac plane persuasi, non alio te esse erga nos affectu, quam paterno: quantumuis indignos tali Patre.

1. Corin. 1.

Luc. 15.

Quòd autem non ita instituimur, ut suum quisq; Patrem peculiariter nominet: sed potius, ut nostrum in commune omnes uocemus. ex eo admonemur, quantũ fraternæ dilectionis affectum inter nos intercedere oporteat: qui talis Patris com-

munes sumus filij. Nam si unus omnibus nobis communis est Pater, à quo prouenit quicquid omnino boni obtingere nobis potest: nihil inter nos diuisum esse decet, quod non magna animi alacritate parati simus, alter alteri, communicare, quãtum usus postulat. Iam si ita, ut par est, uicissim manum porrigere, atq; opem ferre cupimus, non est in quo magis commodare fratribus possimus, quàm si optimi Patris curæ ac prouidentiæ commendemus. quo propitio ac fauente, nihil omnino desyderari potest. Et sanè hoc ipsum Patri etiam nostro debemus. Vt enim qui Patrem aliquem familias uerè & ex animo diligit, totam simul eius domum amore ac beneuolentia complectitur: ad hunc modum, quo simus in hunc cœlestem Patrem studio atque affectu, erga eius populum, eius familiam, eius denique hæreditatem ostendere conuenit: quam tantopere honorauit, ut plenitudinem unigeniti Filij sui uocauerit. Ad hanc igitur legem, Christiani hominis orationem exigi oportet, ut communis sit, ac omnes complectatur, qui illi sunt in Christo fratres. Neque solum quos tales ad præsens uidet atque cognoscit, sed omnes, qui sunt per terram agunt homines. De quibus quid statuerit Dominus, extra notitiã est: nisi quòd illis optima optare, & sperare debemus. Etsi præalijs, in domesticos fidei singulari quodam affectu propensos esse decet: quos Apostolus peculiariter nobis omni in re commendauit. In summa, sic debent omnes esse orationes: ut in eam spectent communitatem, quam Dominus noster in regno suo, ac domo sua, constituit. Neque id tamen obest, quominus & pro nobis, & pro certis alijs, orare specialiter liceat, modo tamen animus ab huius communitatis contemplatione nõ discedat, nec deflectat quidẽ, sed omnia istuc referat. Nam quamuis singulariter concipiantur: ea tamen ad eum scopũ diriguntur, communes esse nõ desinũt. Id totũ similitudine facile intelligi potest. Generale est Dei mandatũ, de subleuanda pauperũ omnium egestate. Et huic tamẽ obediunt, qui in eum finem eorum inopiæ succurrunt, quos laborare aut norunt, aut uident: etiamsi multos prętereunt, qui non leuiori necessitate premuntur: uel quia nõ omnes nosse, uel ea non omnibus sufficere possint. In hunc modum, neque ij uoluntati Dei repugnant, qui communem hanc societatem Ecclesiæ spectantes & cogitantes, huiusmodi particulares orationes concipiunt, quibus, publico animo, singularibus verbis, se, aut alios, Deo commendant: quorum necessitatem propius sibi innotescere uoluit. Quanquam non omnia quidem in oratione, & facultatum erogatione, sunt similia. Nam benignitas largiendi exerceri, non, nisi erga eos potest, quorum perspecta est nobis inopia. Iuuare autem oratione, uel alienissimos & ignotissimos licet: quantumlibet longo terrarum interuallo à nobis disiti sint. Id autem fit per generalem illam precationis formulam, qua omnes Filij Dei continentur, in quibus & illi sunt.

Eph. 1.

Galat. 6

Adscribitur, ipsum esse in cœlis. Ex quo, non protinus ratiocinandum est, ipsum cœli circumferentia, quasi cancellis quibusdam, includi & circumscriptum alligari. Siquidem & Solomon confitetur, cœlos cœlorum eum capere non posse. Et ipse per Prophetam ait, cœlum suam sedem esse: terram autem, scabellum pedum suorum. Quo scilicet significat, non certa aliqua religione se limitari, sed diffundi per omnia. Verum, quia aliter inenarrabilem eius gloriam mens nostra, pro sua crassicie, concipere non poterat: nobis per cœlum designata est, quo nihil augustius, aut maiestate plenius sub aspectum nostrum uenire potest. Quando igitur ubicunque rem quampiam apprehendunt sensus nostri, affigere illic solent: extra omnem locum Deus statuitur. Vt dum quærere uolumus ipsum, supra omnem corporis & animæ sensum attollamur. Deinde hac loquendi formula, supra omnem aut corruptionis, aut mutationis aleam euehitur. Demum uniuersum orbem complecti, & continere, suaque potentia moderari significatur. Quare hoc perinde est, ac si dictus esset infinitæ magnitudinis & sublimitatis, incomprehensibilis essentiæ, immensæ potentiæ, æternæ immortalitatis. Id uero dum audimus, exerenda est altius nostra cogitatio, cum de Deo sermo est: ne quicquam terrenum aut carnale de eo somniemus, ne ipsum

3. Reg. 8. Esai. 66. Act. 7. 17.

nostris

noſtris modulis metiamur, neue eius uoluntatem ad noſtros affectus exigamus. Simul erigenda eſt noſtra fiducia in ipſum, cuius prouidentia & uirtute cœlum & terram gubernari intelligimus

PRIMA PETITIO.

Sanctificetur nomen tuum.

Dei nomen hic poſitum eſt, ut inter homines nominatur. Cum uere eius operibus reſpondere nomen debeat, eam intelligemus celebritatem, quam omnes eius uirtutes promerentur. Nempe eius potentia, ſapientia, iuſtitia, miſericordia, ueritas. In hoc enim magnus & mirabilis iure eſt Deus, quia iuſtus, quia ſapiens, quia miſericors, quia potens, quia uerax. & cæt. Hanc ergo maieſtatem in huiuſmodi uirtutibus refulgentem ſanctificari petimus: non in Deo ipſo, cui apud ſe nihil accedere aut decedere poteſt: uerum ut ab omnibus ſancta habeatur: hoc eſt, uere agnoſcatur, & magnificetur. Ac primum ut ſecundum opus eius, ſit nomen eius: ne qua eius opera, unde magnificentiam iſtius nominis accreſcere deceat, in obſcuro lateant, ac maligna in gratitudine ſupprimantur. Deinde quidquid agere agnoſcatur, omnia eius opera, glorioſa, ut ſunt, appareant. Quo uere illud Prophetæ præconium impleatur: Secundum nomen tuum Domine, ſic laus tua in omnes fines terræ: Vt, ſiue ipſe puniat, iuſtus: ſiue ignoſcat, miſericors: ſiue præſtet quod promiſit, uerax prædicetur. Nulla denique omnino res ſit, in qua non eius gloria inſculpta reluceat. Et ita in omnibus animis, in omnibus linguis laudes eius perſonent. Poſtremo, ut omnis impietas, quæ ſanctum hoc nomen polluit ac prophanat: hoc eſt, quæ hanc ſanctificationem obſcurat aut diminuit, pereat atque confundatur. In qua etiam confuſione magis ac magis Dei maieſtas inclareſcat. Atque ita, hac petitione, & gratiarum actio continetur. Nam dum nomen Dei ubique cupimus ſanctificari: omnium illi bonorum laudem tribuimus, ac omnia illi accepta ferendo, quibus ſanctus habeatur, beneficia eius erga nos recognoſcimus. *Pſalm. 47*

SECVNDA PETITIO.

Adueniat regnum tuum.

Duobus præſertim membris regnum Dei conſtat. Regnat ſiquidem, partim dum ſancto ſuo Spiritu agit ac regit ſuos: quo in omnibus eorum operibus diuitias bonitatis ac miſericordiæ ſuę conſpicuas faciat. Partim etiã, dũ reprobos, qui ſe pro Deo ac Domino non agnoſcunt qui ſuo imperio ſubiici nolunt, perdit ac deiicit, & ſacrilegam eorum arrogantiam proſternit: quo manifeſtum fiat nullam eſſe poteſtatem, quæ ſuæ poteſtati reſiſtere queat. Hæc autem cum in oculis noſtris quotidie fiant, dum ſanctum eius uerbum inſtar ſceptri erectum, ſub cruce etiam, & mundi contemptu, atq; ignominia, uiget, regnat, proſperatur, fructum ſuum profert: uidere eſt, huiuſmodi regnum in hoc quoq; mundo florere. Vnde & regnum Dei intra nos eſſe Chriſtus aſſerit: & nunc Eccleſiam ſuam regnum cœlorum nuncupat, ubi uere dominatur: nunc uerbi prædicationem, per quam dominium ſuum erigit. Etſi tamen ex hoc mundo non eſt. Primum, quia ſpirituale, rebuſq; ſpiritualibus conſtans: deinde, quia incorruptibile ac æternum. *1. Corin. 15 Luc. 14 Matt. 13 Ioan. 18.*

Oramus itaq;, ut regnum hoc Dei adueniat: hoc eſt, ut nouum indies fidelium populum ſibi Dominus multiplicet, qui gloriam ſuam modis omnibus celebrent: & quos in regni ſui fines collegerit, ut in eos gratiarum ſuarũ ubertatẽ largius ſemper effundat: per quas in ipſis magis indies ac magis uiuat ac regnet: donec ſibi perfecte adiunctos totos impleat. Simul ut lucem ac ueritatem ſuã nouis

semper incrementis illustret, quibus sathanæ, regnique eius tenebræ ac mendacia euanescant, dispellantur, extinguantur, pereant. Dum autem hunc in modum precamur, ut regnum Dei adueniat: simul optamus, ut perficiatur tandem & impleatur, in reuelatione scilicet iudicij eius: quo die solus ipse exaltabitur, eritque in omnibus omnia, collectis ac receptis in gloriam suis: regno uerò sathanæ deturbato penitus, & prostrato. 1. Corin. 15

TERTIA PETITIO.

Fiat uoluntas tua, ut in cœlo, ita in terra.

Qua postulamus, ut quēadmodum in cœlo nihil, nisi ex eius nutu, geritur: sic terram, omni contumacia & rebellione extincta, imperio suo subigat. Atque ita ubique omnia pro uoluntate sua temperet atque componat, omnes rerum euentus moderetur, omnibus suis creaturis, pro arbitrio suo, utatur, omnes omnium uoluntates sibi subijciat, ut uoluntati suæ pariter obediant. Quin & prauis diaboli reproborumq; cupiditatibus, utcunque eius imperium effrenata rabie detrectent, ac subterfugiant, & obsequio se subducere conentur, legem tamen imponat, ne quid, nisi è sua uoluntate, agant. Atq; id quidem postulantes, nostris omnibus desyderijs abrenunciamus: quicquid in nobis est affectuum Domino resignantes ac permittentes: rogantesque, ne res ex uoto nostro nobis fluere: uerum ut ipse prospexerit ac decreuerit, succedere faciat. Neque uerò id solum petimus, ut affectus nostros, qui uoluntati aduersantur, Deus uanos & irritos faciat: sed potius, ut nouas mentes nouosque animos, nostris extinctis, in nobis creet. Vt nullus cupiditatis motus in nobis sentiatur, quàm purus cum uoluntate sua consensus. In summa, ne quid ex nobis ipsis uelimus: sed ut Spiritus suus uelit in nobis, quo intus docente, discamus amare ea, quæ ipsi placita sunt. Odisse uerò atque abominari, quæcunque displicent. En prima tria capita precationis, in quibus poscendis solam Dei gloriam præ oculis habere conuenit, omissa nostri ratiõe, nec spectata ulla nostra utilitate. Quæ tãetsi larga indè nobis prouenit, hic tamẽ à nobis quærenda non est. Hęc autem omnia quamuis nec cogitãtibus, nec optantibus, nec petentibus nobis, suo nihilomĩus tempore euenire oporteat: optanda tamen & poscẽda nobis sunt. Idque facere, non leue operæ precium est, ut sic nos seruos esse ac filios Dei testemur, & profiteamur: eius honori (quod Domino Patriq; debetur) quantum in nobis est, seruientes. Itaque qui hoc affectu ac studio promouendæ Dei gloriæ, non petunt, ut nomen Dei sanctificetur, ut eius regnum adueniat, ut fiat uoluntas eius: ij neque inter filios & seruos Dei habendi sunt: ac quemadmodum hæc omnia illis inuitis fient; ita in confusionem illis cedent ac iudicium. Ezech. 36

QVARTA PETITIO.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Qua in genere omnia, quibus corporis usus sub elementis huius mundi indiget, à Deo petimus, non modo quo alamur ac uestiamur: uerum etiam quicquid omnino nobis conducere ipse prospicit, ut panem nostrum in pace comedamus. Qua breuiter, nos in eius curam tradimus, ac prouidentiæ committimus, ut nos pascat, foueat, seruet. Non enim dedignatur optimus Pater corpus etiam nostrum in fidem ac custodiam suam suscipere, ut fidem nostram minutis istis in rebus exerceat: dum ab eo omnia, usq; ad micam panis, & guttam aquę, expectamus. Nam cum sit, nescio qua, nostra iniquitate comparatum, ut maiori carnis quàm animæ solicitudine afficiamur ac torqueamur: multi qui audent Deo de anima fidere, sunt tamen adhuc de carne soliciti: adhuc hæsitant, quid edant, quid uestiantur: & nisi præ manibus habeant uini, frumenti, & olei copiam, trepidant. Tanto pluris nobis est, huius momentaneæ uitæ umbra, quàm

quàm æterna illa immortalitas. Qui uerò Deo confisi, illam de carnis cūra anxietatem semel abiecerunt, simul statim, quæ maiora sunt, etiam salutem & uitam æternam, ab eo expectant. Non ergo leue est fidei exercitium, ea de Deo sperare, quæ alioqui nos tantopere anxios habent: neque parum profectum est, ubi hanc, quæ in omnium pene hominum ossibus mordicus hæret, infidelitatem exuimus. Quod porrò de pane supersubstantiali quidam philosophanī, mihi uidetur Christi sententiæ perparum conuenire. Itaque à Patre nostro petimus panem nostrum. Matth. 6

Porrò quod quotidianum, & hodie, aut etiam quotidie, ut est apud alterum Euangelistam, dicimus: docemur, ne immodica fluxarum istarum rerum cupiditate ardeamus: quas postea ambitiose in uoluptatem, in ostentationem, aut aliam luxus speciem profundamus. Sed petendum duntaxat, quantum necessitati nostrę satis est, & uelut in diem. Hac certa fiducia, patrem nostrum, ubi nos hodie nutrierit, neq; nobis crastino defuturum.

Quantacunq; autem rerum copia nobis affluat, etiam ubi expleta fuerint horrea, & plena cellaria: semper tamen panem quotidianum nos petere conuenit: hoc cogitantes, omnem substantiam nihil esse, nisi quatenus effusa sua benedictione Dñs prosperat & fœcundat: quæ & in manu nostra est, ne eam quidem nostram esse: nisi quatenus in singulas horas portiunculam nobis largitur, usumq; permittit. Id quia ægerrime sibi persuaderi patitur hominum superbia, singulare in omnia sæcula documentum se præbuisse testatur Dominus: cum mā na in deserto populum suum educauit. ut nos commonefaceret, non in solo pane uiuere hominem, sed in uerbo potius, quod ex ore suo egreditur. Quo indicatur, solam eius uirtutem esse, qua sustentatur & uita, & uires: tametsi eam sub corporeis instrumentis nobis administrat. Quemadmodum & contrario documento nos erudire solet, cum robur panis, & ut ipse uocat, baculum, quoties libet confringit: quo scilicet edentes tabescant fame: & bibentes siti arescant. Deut. 8

Qui uerò pane quotidiano non contenti, sed effreni cupiditate, infinitis inhiantes: aut qui abundantia sua saturi, & diuitiarum suarum cumulo securi, hac nihilominus precatione Deo supplicant, nihil quam ipsum irrident. Priores enim petunt, quod impetratum nollent: imò quod maxime abominantur. Nempe, panem quotidianum duntaxat, quantumque possunt, auaritiæ suæ affectum Deo dissimulant: cum uera oratio totam ipsam mentem, & quicquid intus latet, apud ipsum effundere debeat. Alteri uerò postulant, quod minime ab eo expectant. Nempe, quod sibi apud se esse arbitrantur. In eo quod noster dicitur, magis adhuc eminet Dei benignitas, quæ nostrum facit, quod nobis nulla ratione debebatur. Etsi ualde ijs refragari nolim, qui putant, ita designari iusto labore & innoxio partum, non autem impostoris quæsitum, aut rapinis. Quia alienum semper est, quicquid cum aliqua noxa nobis acquirimus. Quod dari nobis petimus, significatur, esse simplex ac gratuitum Dei donum, undecunq; nobis adueniat: etiam ubi maxime uisus fuerit arte atq; industria nostra quæsitus, ac manibus nostris comparatus. quando sola eius benedictione efficitur, ut laboribus nostris recte succedat. Eccl. 4.14 Deut. 8

QVINTA PETITIO.

Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.

Qua peccatorum remissionem condonari nobis petimus, omnibus, sine ulla exceptione, hominibus necessariam. Et peccata, debito nuncupamus: quòd eorum pœnam Deo, ceu precium, debemus. Nec satisfacere ullo modo possemus nisi hac remissione liberaremur, quæ uenia est gratuitæ misericordiæ: eius cum ipse liberaliter hęc debita expungit, ijsq; nos soluit, nullum à nobis precium accipiens: sed sua ipsius misericordia sibi satisfaciens in Christo, qui se semel Patri in cōpensationem tradidit. Itaq; qui suis aut aliquorum meritis Deo satisfieri confidunt, Roma. 8

confidunt, hisq; satisfactionibus peccatorum remimissionem pensari ac redimi, huic gratuitæ condonationi minimè communicant, ac dum in hanc formam Deum inuocant, nihil aliud quàm in suam accusationem subscribunt, ac damnationem obsignant suo ipsorum testimonio. fatentur enim se debitores, nisi remissionis beneficio soluantur: quam tamen non accipiunt, sed magis respuunt, dum sua merita ac satisfactiones Deo obtrudunt. Sic enim non eius misericordiam implorant, sed iudicium appellant.

Vide supra cap. de pœnitent.

Petimus demum remissionem nobis fieri, ut ipsi debitoribus nostris remittimus: hoc est, ut ijs parcimus, ac ueniam condonamus, à quibus ulla in re læsi sumus, aut facto iniquè coacti, aut dicto contumelioſe accepti. Non quòd ijs delicti atq; offensæ culpam remittere nostrum sit: quod solius Dei est, uerum hęc nostra est remissio, iram, odium, uindictæ appetentiam ex animo ultrò deponere, & iniuriarum memoriam, uoluntaria obliuione, conterere. Quamobrem peccatorum remissio à Deo petenda non est, nisi offensas etiam ipsi nostras omnibus remittamus, qui nobis iniurij uel sunt, uel fuerunt. Si qua uerò odia animis retinemus, ultiones meditamur, & qua noceamus occasione, cogitamus: imò uerò nisi cum inimicis redire in gratiam, ipsosq; omnium officiorum genere demereri, nobisq; conciliare nitimur: hac precatione Deum obtestamur, ne peccatorum remissionem nobis faciat, poscimus enim ut nobis faciat quã alijs facimus. hoc uerò est petere, ne nobis faciat, nisi ipsi facimus. Qui ergo huiusmodi sunt, quid consequuntur sua petitione, nisi grauius iudicium? Postremo obseruandum est, non hanc conditionem ideo adijci: ut remittat nobis, sicut debitoribus nostris remittimus: propterea quod nostra, quam alijs facimus, remissione, eius remissionem mereamur. Verum hoc uerbo solari duntaxat uoluit Dominus fidei nostræ imbecillitatem. Addidit enim hoc tanquam signum: quo confirmamemur, tam certo nobis factam à se remissionem peccatorum, quam certo conscij sumus, alijs eam à nobis fieri: si tamen animus nobis omni odio, liuore, uindicta uacuus, purgatusq; est. Præterea, hac ueluti nota, è filiorum numero expungit, qui ad ulciscendum præcipites, ad remittendum difficiles, pertinaces inimicitias exercent: & indignationem, quam à se deprecantur, ipsi aduersus alios fouent, ne se pro Patre inuocare audeant.

Iesa. 43

SEXTA PETITIO.

Ne nos inducas in tentationem: sed libera nos a maligno.

Multæ sunt ac uariæ tentationum formæ. Nam & prauæ omnes animi conceptiones, in legis transgressionẽ nos prouocantes: quas, uel concupiscentia nostra nobis suggerit, uel diabolus excitat, tentationes sunt. Et quæ suapte natura malæ non sunt, Diaboli tamen arte tentationes fiunt: cum sic oculis nostris ingeruntur, ut eorum obiectu à Deo abstrahamur, aut declinemus. Et hæ quidem tentationes sunt uel à dextris, uel à sinistris. A dextris, ut diuitiæ, potentia, honores: quæ plerumq; suo fulgore & boni specie, quam præ se ferunt, hominum aciem præstringunt, & blanditijs suis inescant, ut talibus præstigijs capti, ut tali dulcedine ebrij, Deum suum obliuiscantur. A sinistris, ut paupertas, probra, contemptus, afflictiones, & cætera id genus: quorum acerbitate, difficultateq; offensi, animos despondeant, fiduciam ac spem abijciant, demum à Deo prorsus alienentur. His tentationibus, quæ uel concupiscentia nostra in nobis accensæ, uel Sathanæ uafricia nobis propositæ, nobiscum pugnant, ne cedere nos permittat, à Deo Patre nostro precamur. Verum ut potius manu sua nos sustentet atque erigat: quo eius uirtute robusti, contra omnes maligni hostis insultus, firmi stare possumus: quascunque cogitationes animis nostris immittat. Et quicquid nobis in utramque partem proponitur, in bonum uertamus: hoc est, ne inflemur prosperis, nec aduersis deijciamur. Neque uerò hic postulamus, ne ullas omnino tentationes sentiamus, quibus magis excitari, pungi, uellicari, magno-

Iaco. 1
Matt. 4.
1. Thess. 3

magnopere nobis opus est, ne nimium resides torpeamus. Neq; enim abs re Dauid tentari optabat: nec citra causſam electos ſuos quotidie tentat Dominus: eos per ignominiam, paupertatem, tribulationem, & alias crucis ſpecies, caſtigans. Sed aliter Deus tentat, aliter Sathan, hic ut perdat, damnet, confundat, præcipitet: Deus uerò, ut ſuos probando, experimentum de eorum ſyncerítate ſumat, & exercendo robur confirmet: eorum carnem mortificet, excoquat, adurat. Quæ niſi in hunc modum coerceretur, laſciuiret, & ſupra modum exultaret. Propterea, Sathan inermes & imparatos adoritur, ut incautos opprimat: Deus, unà cum tentatione, facit euentum, ut ſufferre ſui patienter poſsint, quicquid illis immittit. Malígni nomine diabolum, an peccatum intellígamus, quam minimum refert. Sathan quidem ipſe hoſtis eſt, qui uitæ noſtræ inſidiatur: peccato autem armatus eſt, in noſtrum exítium. Hæc ígitur noſtra eſt poſtulatio, ne ullis tentationibus uincamur ac obruamur, ſed Domini uirtute contra omnes aduerſas uirtutes, quibus oppugnamur, fortes conſiſtamus. Quod eſt, non ſuccumbere tentationibus. Vt in eius cuſtodiam ac fidem ſuſcepti, ac protectione eius ſecuri, ſupra peccatum, mortem, inferorum portas, & totum diaboli regnum, inuicti ſtemus, quod eſt à maligno liberari. Vbi etiam diligenter animaduertendum eſt, non noſtrarum eſſe uirium, cum diabolo tanto bellatore congredí, nec uim eius atq; impetum ferre. Alioquí fruſtra, aut per ludibrium, à Deo poſceretur, quod domi apud nos eſſet. Sanè, quí ſui fiducia ad talem ſe pugnam comparant, non ſatis intelligunt, cum quàm pugnaci atque inſtructo hoſte ſibi res ſit. Nunc petimus ab eius poteſtate liberari, tanquàm ab ore inſaní ac rabidi alícuius leonis, ſtatim eius dentibus ac unguibus diſcerpendí, eius faucibus deglutiendí: niſi nos Dominus è media morte eripiat. Hoc tamen ſimul ſcientes, quòd ſi Dominus aderit, ac pro nobis tacentibus pugnabit: in eius uirtute faciemus uíritutem. Confidant alíj, ut uolent, propríjs liberí arbitríj, quas à ſe habere ſibi uídentur, facultatibus ac uíribus: nobis ſatis ſit, quod unà Dei uírtute ſtamus ac ualemus. Plus autem iſta precatío complectitur, quàm prima ſpecie præ ſe ferat. Nam ſi Dei Spíritus, uírtus noſtra eſt, ad certamen cum Sathana depugnandum: uictoriam referre ante non poterimus, quàm illo pleni, omnem carnis noſtræ infirmitatem exuerimus. A Sathana ígitur & peccato dum petímus liberarí, nouis gratiæ Dei incrementís locupletarí ſubinde expetimus: donec ad plenum ijs referti, de omní malo triumphemus. Tres iſtæ precatíones, quíbus peculiariter nos, ac noſtra omnía Deo commendamus, euidenter oſtendunt, quod antea díximus: Chriſtianorum orationes publicas eſſe debere, ac in publicam Eccleſiæ ædificationem, communionísq; fidelium profectum ſpectare. Nō enim ſibi quiſq; priuatim dari quicquàm, poſtulat: uerum omnes in commune, panē noſtrum, remiſſionem peccatorum, ne inducamur in tentationem, ut à malígno liberemur, poſcimus. Cauſſa prēterea ſubíjcitur, cur tanta ſit nobis & petendí audacía, & fiducía obtinendí: quæ tametſi in latínis exemplaribus non extat, magis tamen appoſite hic quadrat, & ut omittenda uideatur.

Iacob. 1
Pſalm. 26.
Geneſis. 22
Deut. 8. 13.
2. Corin. 12
2. Petr. 2.

Quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria, in ſæcula ſæculorum.

Hæc ſolída tranquíllaq; eſt fidei noſtræ requíes. Nam ſi noſtra dignitate noſtræ Deo orationes commendandæ eſſent: quís uel mutire coram eo auderet? Nunc ut miſerrimi ſimus, ut omnium indigníſsimi, ut omní commendatione uacui, nunquam tamen orandí nos cauſſa deficiet, nunquam fiducía deſtituet: quando nec Patrí noſtro regnum ſuum, potentia, gloría eripi poteſt. Ad finem additur, Amen: quo ardor deſyderíj exprímitur, obtinendi quæ à Deo petita ſunt: & ſpes noſtra confirmatur, huiuſmodí omnia iam impetrata eſſe, & certo nobis conceſſum irí: quando à Deo promíſſa ſunt, quí fallere non poteſt. Habemus quicquid à Deo petere debemus, ac omnino etiam poſſumus, deſcriptum hac formula, & uelut orandí regula ab optímo magiſtro Chriſto tradita;

Matth. 6.
Ieſa. 9.

tradita: quem nobis doctorem Pater præfecit, & quem unum auscultari atq; exaudiri uoluit. Nam & æterna eius sapientia semper fuit: & homo factus, angelus magni consilij hominibus datus est. Atque adeo numeris omnibus absoluta est hæc oratio, ut quicquid illi extraneum alienumq; additur, quod ad eam referri non possit, impium sit, & indignum quod à Deo concedatur. Hac enim summa præscripsit, quid se dignum, quid sibi acceptum, quid necessarium nobis sit, quid deniq; concedere ipse uelit. Quamobrem qui ultra progredi audent, & præter hæc aliquid à Deo postulare, primum quidem, sapientiæ Dei ex suo addere uolunt (quod sine insana blasphemia esse non potest) deinde, sub uoluntate Dei non se continent: sed ea contempta longius cupiditate euagantur. Postremo, nihil unquàm assequentur, cum sine fide orent. Quòd uerò omnes eiusmodi orationes citrà fidem fiant, nihil est dubium. quia hic abest uerbum Dei: quo nisi fides semper nititur, stare nullo modo potest. Isti uerò non modo uerbo Dei carent: sed quantum omni conatu ualent, aduersantur. Eleganter ergo nõ minus quàm uere Tertullianus legitimam orationem nuncupauit: alias omnes exleges & illicitas esse, tacite indicans. Hæc ita nolumus accipi, quasi hac precandi formula adstringamur, ut nec uerbum aut syllabam mutare liceat. Multæ enim passim in scripturis leguntur orationes, uerbis ab ista longe diuersæ, eodem tamen spiritu conscriptæ, & quarum usus ualde utilis nobis est. Multæ ab eodem spiritu fidelibus assidue suggeruntur, quæ uerborum similitudine non ita multum conueniunt. Id duntaxat sic docendo agimus, ne quis omnino aliud quærat, expectet, aut postulet, quàm quod hac oratione summatim comprehensum est: & uerbis licet diuersissimis, sensu tamen non uariet. Quomodo omnes, & quæ in scripturis habentur, & quæ ex pijs pectoribus prodeunt orationes, in hanc conferri certum est. Nullam sanè reperiri usquàm liceat, quæ huius perfectionem æquare, ne dum superare possit. Nihil hic omissum est, quod in Dei laudes cogitari, nihil quod homini pro suis commodis in mentem uenire debeat. Et adeo quidem exacte, ut omnibus merito spes ablata sit, melius aliquid tentandi. In summa, meminerimus hanc diuinæ sapientiæ esse doctrinam: quæ quod uoluit, docuit: uoluit autem, quod necesse fuit.

Vide Aug. de oratiõe ad probã.

De fuga in persecut.

Quanquàm autẽ supra iam dictum est, sublatis ad Deum animis semper suspirandum & sine intermissione orandum: quando tamen ea nostra est imbecillitas, quæ multis adminiculis sustentari, is noster torpor, qui calcaribus excitari opus habeat: conuenit, ut sibi quisq; nostrum, exercitationis caussa, peculiares horas constituat, quæ non sine oratione effluant, & quæ totos animi affectus in hoc penitus occupatos habeant. Nempe dum mane surgimus, antequàm diurnam operam aggredimur, dum ad pastum discumbimus, dum Dei benedictione pasti sumus, dum ad quietem nos recipimus. Hęc modo sit, non superstitiosa horarum obseruatio, quibus ceu pensum Deo soluentes, in cæteras horas defuncti nobis uideamur: sed imbecillitatis nostræ pædagogia, qua sic exerceatur, & subinde stimuletur. Præsertim solicite curandum est, ut quoties aliqua rerum angustia aut ipsi premimur, aut premi alios uidemus, ad eum statim citatis non pedibus, sed animis, recurramus: deinde ne quam, aut nostram, aut aliorum prosperitatem prętereat sinamus, quin laude ac gratiarum actione manum eius agnoscere nos testemur. Postremo, hoc in omni oratione diligenter obseruandum est, ne certis circumstantijs Deum alligare uelimus: ne illi præscribere, quo quid tempore, quo loco, qua ratione, facturus sit. Qualiter hac oratione docemur, nullam illi legem figere, aut conditionem imponere: sed eius arbitrio permittere, ut quę facturus est, qua sibi ratione, quo tempore, quo loco uisum fuerit, faciat. Propterea antequàm ullam pro nobis precem concipimus: prefamur, ut eius uoluntas fiat: ubi iam eius uoluntati nostram subijcimus: quo, hoc ueluti iniecto freno, coercita, Deum in ordinem cogere ne presumat: sed eum uotorum omnium suorum arbitrum ac moderatorem statuat.

Si animis in hanc obedientiã compositis, prouidentiæ diuinę legibus nos regi patimur:

patimur: facile discemus in oratione perseuerare, ac suspensis desyderijs patienter expectare Dominum, certi, etiam si minime apparet, nobis tamen semper adesse: suoq; tempore declaraturum, quam non habuerit surdas aures precibus, quæ in hominum oculis neglectæ uidebantur. Erit uero isthæc præsentissima consolatio, ne deficiamus, ac desperatione concidamus: si quando ad prima nostra uota Deus non respondebit. Quemadmodum solent, qui, dum suo tantum ardore feruntur, sic Deum inuocant, ut nisi ad primos impetus adfuerit, ac præsentē opem attulerit, statim iratum sibi infensumq; fingant; & omni spe exorandi abiecta, inuocare desinant. Quin potius spem nostram, bene tēperata animi æquitate, differendo in eam perseuerantiam insistamus, quæ tantopere nobis commendatur in scripturis. Deinde etiā, ne Deum tentemus, & nostra improbitate fatigatum, aduersum nos prouocemus. Quod multis solenne est, qui non nisi certa conditione cum Deo paciscuntur: &, ac si suarum cupiditatum seruus esset, stipulationis suæ legibus adstringunt. Quibus nisi extemplo pareat, indignantur, fremunt, obloquuntur, murmurant, tumultuantur. Quibus sæpe in furore suo iratus concedit, quod alijs in misericordia propitius denegat. Documento sunt filij Israel: quibus Num. 11.
satius fuerat non exaudiri à Domino, quam cum carnibus eius indignationē uocare. Quod si demum, nec post longam expectationem, assequatur sensus noster, quid orando profectum sit, nec fructum inde ullum sentiat: fides tamen nostra, quod sensu percipi non poterit, nobis certum faciet: nos obtinuisse quod expediebat. quando toties actam certo sibi curæ fore molestias nostras Dominus recipit, ex quo semel in suum sinum depositæ fuerint. Atque ita efficiet, ut in paupertate abundantiam, in afflictone consolationem possideamus. Nam ut deficiant omnia, Deus tamen nunquàm nos destituet: qui expectationem ac patientiam suorum frustrari non potest. Erit ipse unus nobis pro omnibus: quando bona omnia in se complectitur, quæ olim nobis reuelabit, in die iudicij, quo regnum suum plane manifestabit. Hac uero patientia sustentari, eo usque opus habent fideles, ut non diu constaturi sint, nisi in eam recumberent. Non enim leuibus experimentis suos probat Dominus, nec molliter exercet, sed in extrema quæque sæpe adigit: & adactos, diu in eo luto hærere sinit, antequàm gustum suæ dulcedinis aliquem illis præbeat. Atque (ut ait Hanna) mortificat, & uiuificat: 1. Reg. 2.
deducit ad inferos, & reducit. Quid hic possent, nisi linqui animis, & in desperationem ruere: nisi adflictos, desolatos, & iam semimortuos hæc cogitatio erigeret, se à Deo respici, & finem præsentibus malis affore? Vtcunque tamen eius spei securitate consistant, orare tamen non desinunt: quandoquidem nisi adsit in oratione perseuerandi constantia, nihil orando agimus.

Hactenus de oratione.

DE SACRAMENTIS.

Caput XVI.

NVNC de Sacramentorum ratione dicendum erit: de quibus certam aliquam doctrinam tradi, magnopere nostra refert: unde nos & quem in finem instituta fuerint, & quis eorum nunc usus sit, discamus. Principio animaduertere conuenit, quid sit sacramentū. Videtur autem mihi hęc simplex & propria fore definitio, si dixerimus: externum esse symbolum, q̄ beneuolentiæ erga nos suæ promissiones conscientijs nostris Dominus obsignat, ad sustinendam fidei nostræ imbecillitatem, & nos uicissim pietatē erga eum nostram apud homines testamur. Licet etiā maiore compendio aliter definire: ut uocetur diuinæ in nos gratiæ testimoniū externo signo confirmatum, cum mutua nostrę erga ipsum obseruantiæ testificatione. Vtramlibet ex his definitionibus eligas, ab illa Augustini, quæ sacramentum esse tradit rei sacræ uisibile signum, aut inuisibilis gratiæ uisibilem formam, sensu nihil differt: rē uero ipsā melius ac certius explicat. Nā cū in illa breuitate sit aliqua obscuritas, in qua multi rudiores hallucinant̄, uoluí pluribus verbis plenior̄ reddere sententiam, ne quid dubitationis hæreret. Qua ratione uocabulū hoc usurpauerint ueteres eo sensu, nō est obscurum. Nam quoties græcā uocem μυστηριον latine reddere uoluit uetus interpres, præsertim ubi de rebus diuinis agebatur transtulit sacramentū. Sic ad Ephesios. Vt notū faceret nobis sacramentū uoluntatis suę. Item. Si tamē audistis dispensationē gratiæ Dei, quæ data est mihi in uobis, quoniā secundum reuelationem notū mihi factum est sacramentum. Ad Colos. Mysterium q̄d absconditum fuit à sæculis & generationibus, nunc aūt manifestatum est sanctis eius, quibus uoluit Dñs notas facere diuitias sacramenti huius & cæte. Item ad Timotheum. Magnum pietatis sacramentū. Deus manifestatus est in carne. Noluit aūt dicere arcanū, ne quid rerum magnitudine inferius dicere uideretur. Sacramentum ergo posuit pro arcano: sed rei sacræ. In ea significatione apud Ecclesiasticos scriptores subinde occurrit. Atq; hinc factū est, ut ad signa illa, quæ augustam rerum sublimium ac spiritualium rerum repræsentationem haberent, deduceretur. Quod etiā notat alicubi Augustinus. Longū, inquit, esset disputare de uarietate signorum: quę cum ad res diuinas pertinent, sacramenta appellantur.

Ephe. 1. 3.

Colos. 1.

1. Timo. 3.

Epist. 5. ad Marcellinum

Porrò ex hac, quā posuimus, definitione intelligimus, nunq̄ sine præeunte promissione esse sacramentum. Sed illi potius, tanq̄ appendicem quendam, adiungi, in hoc, ut promissionem ipsam firmet ac obsignet, nobisq; testatiorem, imo ratam quodammodo faciat: q̄modo mentis nostrę ignorantię ac carnis infirmitati opus esse Deus prouidet. Neq; tamen tam ut ipsam firmet, q̄ ut nos in ipsius fide stabiliat. Siquidem Dei ueritas per se satis solida certaq; est: nec aliunde meliorem confirmationem, q̄ à se ipsa, accipere potest. Verum sic exigua est & imbecilla nostra fides, ut nisi undiq; fulciatur, ac modis omnibus sustentetur, statim concutiatur, fluctuetur, uacillet. Atq; ita quidē hic se captui nostro attemperat misericors Dominus, ut quando animales sumus, qui humi semper adrepentes, & in carne hærentes nihil spirituale cogitamus, ac ne concipimus quidem, elementis etiam istis carnalibus nos ad se deducit: atq; in ipsa carne contemplari facit ea, quæ sunt Spiritus. Nam si incorporei essemus, ut Chrysostomus ait, nuda & incorporea nobis hæc ipsa daret. Nunc, quia corporibus insertas habemus animas, sub uisibilibus spirtualia tradit. Non quia tales inditæ sunt dotes naturis rerum, quæ in sacramentis nobis proponuntur. Sed quia in hanc significationem à Deo signatæ sunt.

Homili. 60 ad popul.

Atq; hoc est quod uulgo dicunt: constare sacramentum verbo & externo signo. Verbum enim intelligere debemus, nō quod sine sensu & fide insusurratum, solo

solo strepitu, uelut magica incantatione, consecrandi elementi uim habeat: sed quod prædicatum intelligere nos faciat, quid uisibile signum sibi uelit. Quod ergo sub Papæ tyrannide factitatum est, non caruit ingenti mysteriorum profanatione. Putarunt enim satis esse, si Sacerdos, populo sine intelligentia obstupente, consecrationis formulam demurmuraret. Imò id data opera cauerunt, ne quid doctrinæ inde ad plebem perueniret. Omnia enim latine pronunciarunt apud homines illiteratos. Postea eòusq; erupit superstitio, ut consecrationem non nisi raucomurmure, quod à paucis exaudiretur, rite peragi crederent. At longe de verbo sacramentali docet Augustinus. Accedat, inquit, verbum ad elementum, & fiet sacramentum. Vnde enim ista tanta uirtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat? nisi faciente verbo: non quia dicitur: sed quia creditur. Nam & in ipsò verbo aliud est sonus transiens, aliud uirtus manens. Hoc est verbum fidei, quod prædicamus, inquit Apostolus. Vnde in actibus Apostolorum. Fide mundans corda eorum. Et Petrus Apostolus. Sic & nos Baptisma saluos facit. non depositio sordium carnis: sed conscientiæ bonæ interrogatio. Hoc est, verbum fidei quòd prædicamus: quo sine dubio, ut mundare possit, consecratur & Baptismus. Vides ut predicationem requirat, unde nascatur, fides. Nec est quòd in hac probatione laboremus: cum minime obscurum sit, quid Christus fecerit, quid nobis facere mandauerit, quid secuti sint Apostoli, quid purior Ecclesia obseruarit. Ergo cum de verbo sacramentali fieri mentionem audimus, promissionem intelligamus, quæ clara uoce à ministro prædicata plebem eò manducat, quò signum tendit ac nos dirigit.

Nec audiendi sunt quidam, qui contra pugnare conantur, arguto magis quàm solido dilemmate. Aut uerbum, inquiunt, Dei, quod sacramentum præcedit, scimus esse ueram Dei uoluntatem: aut, nescimus. Si scimus, nihil ex sacramento, quod postea sequitur, nouum discimus. Si nescimus, neque id docebit sacramentum, cuius uis omnis in uerbo sita est. Quibus breuiter responsum sit. Sigilla, quę diplomatibus, aliisque publicis actis appenduntur, per se accepta, nihil sunt. Vtpote quæ frustra appensa forent, si membrana nihil haberet descriptum. Neque tamen ideo non confirmant atque obsignant quod scriptum est, dum scriptis adduntur. Neque hanc similitudinem nuper à nobis confictam iactare possunt: quam Paulus ipse usurpauit, circumcisionem uocans σφραγίδα. Vbi reuincere conatur, non fuisse circumcisionem Abrahæ in iustitiam: sed eius pacti obsignationem, cuius fide fuerat iam ante iustificatus. Et quid est, obsecro, quod alicui magnopere offendat, si promissionem doceamus obsignari sacramentis? cum, ex ipsis promissionibus palàm sit, alteram altera confirmari. Nempe ut quęque est manifestior: ita est ad fulciendam fidem magis idonea. Sacramenta uero, & promissiones afferunt clarissimas, & hoc habent præ uerbo peculiare, quòd eas uelut in tabula depictas nobis ad uiuum repræsentant. Neque nos mouere debet, quæ sunt sacramenta & diplomatũ sigilla, obiectari solet distinctio. Quòd cum utraque carnalibus huius mundi elementis constent, illa ad promissiones Dei obsignandas spectare nequeant, quæ sunt res spirituales & æternæ: quemadmodum hæc ad obsignanda principum edicta de rebus fluxis ac caducis appenduntur. Siquidem uir fidelis, dum oculis sacramenta obuersantur, non in illo carnali spectaculo hęret: sed, illis, quos indicaui, anologiæ gradibus, ad sublimia mysteria, quæ in sacramentis latent, pia consyderatione assurgit.

Et quando Dominus promissiones suas, fœdera nuncupat, sacramenta, symbola fœderum: ab ipsis hominum fœderibus simile adduci potest. Porca cæsa quid efficiat, nisi uerba intercederent: imò nisi præirent? Nam porcæ sępius cedũtur, citra ullum interius aut sublimius mysterium. Quid dextra data? cum manus hostiliter non raro conserantur. At ubi uerba præierint, talibus sane symbolis fœderum leges sanciuntur: quamuis prius uerbis conceptæ, conditæ, decretæ. Sacramenta igitur exercitia sunt, quæ certiorem uerbi Dei fidem nobis faciunt: & quia carnales sumus, sub rebus carnalibus exhibentur: ut ita pro tardi-

Gene. 8. 21 & 17.

tatis noſtræ captu nos erudiant, & perinde ac pueros pædagogi, manu ducant. Hac ratione Auguſtinus, ſacramentum uerbum uiſibile nuncupat: quòd Dei promiſsiones, uelut in tabula depictas repræſentet, & ſub aſpectum graphicæ atque ὑπότυπος expreſſas, ſtatuat. Aliæ quoque ſimilitudines afferri poſſunt, quibus ſacramenta planius deſignentur, ut ſi uocemus, fidei noſtræ columnas. Quo enim modo ædificium, ſuo quidem fundamento ſtat & incumbit, ſubiectis tamen columnis certius ſtabilitur: ita fides in uerbo Dei, non ſecus ac fundamento, reſidet. Sed cum accedunt Sacramenta, ipſis adhuc, ceu columnis, ſolidius innititur. Aut ſi dicamus ſpecula: in quibus gratiæ Dei diuitias, quas nobis elargitur, contemplari liceat. Ipſis enim ſeſe nobis (ut iam dictum eſt) manifeſtat, quantum noſtræ hebetudini agnoſcere datum eſt: & bonam ſuam erga nos uoluntatem teſtificatur.

In Ioan. homil. 80. li. 19. contra Fauſtum

Nec ſatis appoſitæ ratiocinantur, dum ex eo contendunt non eſſe teſtimonia gratiæ Dei: quia & ab impijs ſæpe accipiuntur, qui tamen Deum nihilo ſibi magis propitium inde ſentiunt: ſed grauiorem potius damnationem contrahunt. Nam eodem argumento, nec Euangelium eſſet teſtimonium gratiæ Dei, quod à multis auditur ac ſpernitur, nec Chriſtus demum ipſe, qui à compluribus uiſus eſt ac cognitus, quorum pauciſsimi eum receperunt. Simile etiam in diplomatibus ſpectare licet. Siquidem bona pars multitudinis ἀνθεντικοῦ illud ſigillum, utcunque à principe ad conſignandam uoluntatem ſuam profectum eſſe nouerit; irridet tamen atq; eludit. Alij uelut rem ad ſe minime pertinentem, ſuſq; deq; habent, Alij etiam execrantur, ut conſpecta hac tam pari amborum conditione magis ac magis illa ſuperius à me uſurpata ſimilitudo arridere debeat. Itaq; certum eſt, nobis à Dño miſericordiam, ac bonę ſuę uoluntatis gratiam, cum ſacro ſuo uerbo, tum ſacramentis offerri. Verum non apprehenditur niſi ab his, qui uerbum, & ſacramenta, certa fide accipiunt. Qualiter omnibus in ſalutem oblatus à Patre ac propoſitus Chriſtus, non tamen ab omnibus agnitus exceptuſq; eſt. Id cum alicubi indicare Auguſtinus uellet, dixit, uerbi efficaciam in ſacramento proferri: non quia dicitur, ſed quia creditur. Proinde Paulus, dum apud fideles uerba facit, ſic de ſacramentis diſſerit, ut in illis Chriſti communionem includat. Vt cum dicit, Quicunq; Baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Item. Vnum corpus & unus ſpiritus ſumus omnes, qui in Chriſto Baptizati ſumus. Cum uero de præpoſtero ſacramentorum uſu loquitur, nihilo plus illis tribuit, quàm frigidis & inanibus figuris. Quo ſignificat, utcunq; impij ac hypocritæ ſua peruerſitate diuinæ gratiæ in ſacramentis effectum uel opprimant uel impediant, id tamen minime obſtare, quominus, ubi & quoties Domino placet, & uerum de Chriſti communicatione teſtimonium afferant, & hoc ipſum quoque exhibeant, quod promittunt.

Galat. 3.
1. Corin. 12

Conſtituimus ergo, ſacramenta uere nominari teſtimonia gratiæ Dei, ac ueluti quædam beneuolentiæ, qua erga nos affectus eſt, ſigilla: quæ dum ipſam nobis obſignant, fidem noſtram ita confirmant, alunt, confirmant, adaugent. Quæ uero contra hanc ſententiam obiectari à nonnullis ſolent rationes, nimis friuolæ eneruesque ſunt. Aiunt meliorem fidem noſtram fieri non poſſe, ſi bona eſt. non enim eſſe fidem, niſi quæ inconcuſſe, firmiter, indiſtracte Dei miſericordiæ inniti-tur. Quibus ſatius fuerat, cum Apoſtolis orare, ut Dominus ſibi augeret fidem: quàm talem fidei perfectionem ſecure obtendere, quam nemo unquàm ex filijs hominum aſſecutus eſt, nemo aſſequetur in hac uita. Reſpondeant, qualem ei fuiſſe fidem exiſtiment, qui dicebat: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Nam & illa, utcunque inchoata fides, bona erat: & melior, ſublata incredulitate, fieri poterat. Sed nullo certiore argumento, quam ſua ipſorum conſcientia, refellentur. Nam ſi peccatores ſe fatentur (quod, uelint nolint, inficiari nequeunt) idipſum fidei ſuæ imperfectioni imputent neceſſe eſt. At reſpondit, inquiunt, Philippus Eunucho, Baptizari ipſum licere, ſi ex toto corde crederet. Quem hic locum habet Baptiſmi confirmatio, ubi fides totum cor implet? Rurſum ipſos interrogo, an non bonam cordis ſui partem fide uacuam ſentiunt? an non noua

Luc. 17.
Marci. 9.
Acto. 8.

non noua quotidie incrementa agnoscunt? Gloriabatur ille, se discendo fieri senem. Nos igitur ter miseri Christiani, si nihil proficiendo, senes simus: quorum fides per omnes ætatum gradus progredi debet, donec adolescat in virum perfectum. Itaq; in hoc loco, ex toto corde credere, non est perfecte Christo hærere: sed ex animo duntaxat, & syncera mente illum amplecti, non eo saturum esse: sed ardenti affectu esurire, sitire, & ad eum suspirare. Hic mos est scripturæ, ut toto corde fieri dicat, quod syncere & ex animo fieri significat. Cuius rationis sunt ista. In toto corde meo exquisiui te. Confitebor tibi in toto corde meo: & similia Quemadmodum contra, ubi fraudulentos ac fallaces obiurgat, illis cor & cor exprobrare solet. Subijciunt deinde. Si fides per sacramenta augeatur, frustra datum esse Spiritum sanctum: cuius uirtus atque opus est, inchoare, tueri, consummare fidem. Quibus equidem fateor, proprium ac solidum Spiritus sancti opus fidem esse: à quo illuminati, Deum, ac benigitatis eius thesauros agnoscimus. & sine cuius lumine mens nostra adeo cæca est, ut nihil conspicere: adeo stupida, ut nihil subodorari rerum spiritualium possit. Verum pro uno Dei beneficio, quod ipsi prædicant, nos tria perpendimus. Nam primum, uerbo suo nos docet & instituit Dominus: deinde, sacramentis confirmat: postremo, sancti sui Spiritus lumine, mentibus nostris illucet, & aditū in corda nostra uerbo ac sacramentis aperit: quæ alioqui aures duntaxat percellerent, & oculis obuersarentur: interiora minime afficerent.

Ephes. 4.

Psal. 119. 111. 138. Psal. 11.

Quamobrem de confirmatione augmentoque fidei monitum uelim lectorem, quod iam minime dubijs uerbis expressisse mihi uideor: id ministerium sic me sacramentis assignare, non quasi arcanam uim, nescio quam, illis perpetuo insitam putem, qua fidem per se promouere aut confirmare ualeant: sed quia sunt in hoc à Domino instituta, ut stabiliendæ augendæque fidei seruiant. Cæterum munere suo tum rite demū perfunguntur, ubi interior ille magister Spiritus accesserit: cuius unius uirtute & corda penetrantur, & affectus permouentur, & sacramentis in animas nostras aditus patet. Si desit ille, nihil sacramenta plus præstare mentibus nostris possunt, quàm si uel solis splendor cæcis oculis affulgeat, uel surdis auribus uox insonet. Itaque sic inter Spiritum sacramentaque partior, ut penes illum agendi uirtus resideat: his ministerium duntaxat relinquatur, idque sine Spiritus actione inane ac friuolum: illo uero intus agente, uimque suam exerente, multæ energiæ refertum. Nunc clarum est, qualiter opinione mea pia mens in fide per sacramenta confirmetur. Nempe quomodo solis fulgore uident oculi, uocis sono aures audiunt. E quibus, neque illi quouis lumine quicquam afficerentur, nisi inditam haberent aciem, quæ suapte sponte illustraretur: & hæ clamore quolibet nequicquam pulsarentur, nisi ad audiendum natæ aptæque forent. Atqui si uerum est, quod semel inter nos definitum esse conuenit: quod in oculis nostris usus efficit, ad lucem conspiciendam: quod in auribus auditus, ad percipiendam uocem: id esse in cordibus nostris Spiritus sancti opus ad fidem & concipiendam, & sustinendam, & fouendam, & stabiliendam utrumque perinde consequitur: neque sacramenta hilum proficere sine Spiritus sancti uirtute: & nihil obstare, quominus in cordibus iam ante à præceptore illo edoctis, fidem & robustiorem, & auctiorem reddant.

Quo & illæ, quæ nonnullos anxios tenent, obiectiones simul dissoluuntur. Si fidei ceu incrementum, ceu confirmationē creaturis adscribamus: iniuriam fieri Spiritui Dñi, quem solum eius authorem agnoscere decebat. Neq; enim interim illi & confirmationis & incrementi laudem eripimus, quin potius id ipsum, q̄ fidem auget, atq; firmat, nihil esse aliud asserimus, quā interiori sua illustratiōe mentes nostras cōparare ad suscipiendam eam, quæ à sacramentis proponitur confirmationē. Quod si adhuc nimiū obscure dictū est, similitudine hac, quā proponā, fiet plane dilucidū. Si quem uerbis ad aliquid agendum persuadere instituas, rationes omnes excogitabis, quibus in tuam sententiā pertrahatur: ac penè subigat cōsilio tuo, ut obtemperet. Verū nihil dum actum est, nisi ipse uicissim perspicaci

 sit acu-

sit acutoq; iudicio, quo in rationibus tuis quantũ insit momenti expendere queat, nisi docili etiã sit ingenio, & ad auscultandũ doctrinæ parato: nisi postremo eam de fide prudentiaq; tua opinionem conceperit, quę ad subscribendum cuiusdam sit illi instar præiudicij. Nam & sunt præfracta plurima capita, quæ nullis unquã rationibus flectas: & ubi suspecta fuerit fides, ubi cõtempta authoritas, parũ apud dociles proficitur. Adsint rursum illa oĩa: efficient profecto, ut illis ipsis cõsilijs is, cui consulis, acquiescat, quæ erat alioqui irrisurus. Id quoque operis agit in nobis spiritus. Nam ne uerbum frustra aures percellat, ne frustra oculos sacramenta verberent, Deum esse ostendit, q̃ nobis istic loquitur, cordis nostri peruicaciã emollit, atq; ad eam, quæ Domini verbo debetur, obedientiam, componit. Denicq; externa illa & verba & sacramenta ab auribus in animam transmittit. Confirmant ergo fidem nostram & verbum, & sacramenta, dum bonam Patris cœlestis erga nos uoluntatem nobis ob oculos ponunt, cuius cognitione, & tota fidei nostrę firmitudo consistit, & robur augescit. Confirmat Spiritus, dum eam animis nostris confirmationem insculpendo, efficacem reddit. Quam externo verbo proprietatem subesse docuit Dominus, cum in parabola semen appellauit. Quemadmodum enim semẽ si in desertam neglectamq; agri partem deciderit, nihil aliud quã emorietur: si uero in segetem apte laboratam atq; excultam iactum fuerit, suum cum opimo fœnore fructum referet, ita verbum Domini, si in duram aliquam cer uicem inciderit, uelut in arenam proiectum, sterilescet: si animã nactum fuerit cœlestis Spiritus manu subactam, fructuosissimum erit. Atqui si eadem est seminis, uerbiq; ratio, ut è semine frumentum & nasci, & augescere, & consummari dicimus, cur non & fidem è uerbo initium, incrementum, perfectionem accipere dicamus? Vtrumq; Paulus diuersis locis optime explicat. Dum Corinthijs reducere in memoriam uult, quàm efficaciter usus sit Deus sua opera, gloriatur se habere ministerium spiritus: perinde ac si indiuiduo nexu cum sua prædicatione coniuncta esset uis Spiritus sancti ad mentem intus illuminandam & permouendã. At uero cum alibi admonere uult, quid per se ualeat Dei uerbum ab homine prædicatum, ipsos ministros agricolis comparat, qui ubi laborem ac industriam in excolenda terra posuerint, nihil amplius quod faciant habent. Quid autem aratio, & satio, & rigatio prodessent? nisi quod satum est cœlesti beneficio uegetaretur? Itaq; cõcludit & eũ q̃ plantat, & eũ q̃ rigat nihil esse: sed oĩa esse Deo adscribenda, q̃ solus dat incremẽtũ. Spiritus ergo potentiã exerãt in sua prędicatiõe Apostoli, quatenus Deus ordinatis à se organis ad spũalis gratię suę explicationem utit. Ea tñ retinẽda est distinctio, ut q̃d homo p̃ se ualeat, q̃d Dei p̃priũ sit meminerimus.

Adeo autem sacramenta confirmationes sunt fidei nostrę, ut nonnunquã Dñs quando rerũ ipsarũ, quę in sacramẽtis promittebant, fiduciã tollere uult, sacramenta ipsa auferat. Cum Adam immortalitatis dono spoliat & abdicat, nõ colligat, inquit, de fructu uitę, ne uiuat in ęternũ. Quid audimus? an suã Adę incorruptionẽ, à qua iã deciderat, restituere poterat fructus ille? minime. Sed hoc perinde est, ac si dixisset, Ne uana fiducia fruat, si promissiõis meæ symbolũ teneat, excutiatur illi, q̃d spem aliq; immortalitatis facere posset. Hac ratiõe cũ Aposto. Ephes. hortaretur, se meminissẽt fuisse hospites testamẽtorũ, alienos à cõsortio Israelis, sine Deo, sine Christo: dixit nõ fuisse participes circũcisionis. Quo metonymice significat, à promissiõe ipsa excluſos, q̃ tesserã promissiõis nõ accepissent. Ad eorũ uero alterũ obiectum, Dei gloriã ad creaturas deriuari, quibus tm̃ uirtutis attribuitur, siccq; eatenus diminui, respõdere promptũ est: nullã in creaturis uirtutẽ à nobis reponi. Hoc duntaxat dicimus: Deũ mediis ac instrumẽtis, q̃ expedire ipse p̃spicit, uti: ut eius glorię oĩa obsequant, quando omniũ ipse Dñs est & arbiter. Ergo ut p̃ panẽ ęteraq; alimẽta, corpora nostra pascit: ut p̃ solẽ, mundũ illuminat: ut p̃ ignẽ, calefacit: nec tñ aut panis, aut sol, aut ignis aliq̃d sunt, nisi quatenus sub ijs instrumẽtis benedictiões suas nobis dispensat: ita spũaliter per sacramẽta fidẽ alit: q̃rum unicũ officiũ est, Dei p̃missiões oculis nostris spectãdas subijcere. Et ut nostrũ est, in cæteris creaturis (q̃ bona Dei uolũtate usibus nostris destinatę sunt, quarũcq; ministerio boni-

Gene. 3.

Ephe. 2.

rio bonitatis suæ munera nobis largitur) nihil fiduciæ defigere: nec quasi boni nostri causas, admirari & prędicare: ita nec in sacramentis hærere fiducia nostra debet, nec Dei gloria in ipsa transferri: sed omissis omnibus, ad ipsum & sacramẽtorum, & rerum omniũ authorem surgere & fides, & confessio debent.

Quod autẽ ex ipso demum sacramenti nomine argumentũ nonnulli afferunt, minime firmũ est. Sacramentum, inquiunt, cum multas habeat apud probatos authores significationes, unam tantum habet, quæ signis conueniat: nempe qua solenne illud iuramentũ significat, quod miles Imperatori præstat, cum militię initiatur. Vt enim, militari illo sacramẽto, fidem suam obstringunt Imperatori noui milites, & militiam profitentur: ita nos nostris signis Christum Imperatorem profitemur, & sub eius signis nos militare testamur. Addunt similitudines quibus rẽ magis dilucidam reddant. Vt toga Romani, à palliatis Gręcis discernebantur: ut ipsi inter se ordines Romæ, suis symbolis, distinguebant: senatorius ab equestri, purpura & lunatis calceis: rursum à plebeio equester, annulo: ita nos symbola nostra gestamus, qbus à prophanis discernamur. At ex superioribus abũde liquet, ueteres, qui Sacramentorum nomen signis indiderunt, minime respexisse, quis fuisset uerbi huius usus latinis scriptoribus: sed nouã hanc significationem pro suo cõmodo affinxisse, qua simpliciter sacra signa designarẽt. Quod si altius argutari uolumus: uideri possunt, eadem analogia nomen hoc ad eiusmodi significationẽ transtulisse, qua nomen fidei ad eum significatum, in quo nunc usurpatur. Cum enim fides, sit in præstandis promissis ueritas, fidem tamen dixerunt certitudinem: seu certam persuasionem, quę de ipsa ueritate haberetur. Ad hunc modũ, cum sacramentum sit militis, quo se suo Imperatori uouet: fecerunt Imperatoris, quo milites in ordines recipiat. Dominus enim per sacramenta se nobis in Deum forepollicetur, & nos sibi fore in populum. Verũ tales argutias omittimus: quando satis planis argumentis probasse mihi uideor, nihil aliud spectasse, quam ut significarent, signa hęc sanctarum & spiritualium rerum esse.

Similitudines, quas afferunt, recipimus: sed non ferimus, quod posterius est in sacramentis, ab illis primũ, atq; adeo unum constitui. Est autẽ hoc primum, ut fidei nostrę apud Deum seruiant: posterius, ut confessionem nostram apud homines testantur. Secundum hanc posteriorem rationem, ualent illæ similitudines.

Rursum admonendi sumus, ut isti uim Sacramentorũ eneruant, usumq; prorsus euertũt: ita ab aduersa parte stare alios, qui arcanas nescio quas uirtutes sacramẽtis affingunt, quę nusq; illis à Deo insitę legunt. Quo errore periculose fallunt simpliciores & imperiti, dũ & Dei dona quęrere docent ubi reperiri minime possunt: & à Deo sensim abstrahunt, ut pro eius ueritate meram amplexent uanitatẽ. Magno enim consensu sophisticæ scholæ tradiderunt, sacramenta nouæ legis, hoc est, quę nunc in usu sunt Christianæ Ecclesiæ iustificare & conferre gratiam: modo nõ ponamus obicẽ peccati mortalis. Quę sententia, dici nõ potest quã sit exitialis & pestilens, eoq; magis quod multis ante sęculis magna Ecclesię iactura, in bona orbis parte obtinuit. Plane certè diabolica est. Nã dũ iustitiã citra fidẽ pollicet, animas in cõfusionẽ ac iudiciũ pręcipites agit. deinde qa iustitię causam á sacramẽtis ducit, miseras hominũ mẽtes, in terrã suapte sponte plus satis inclinatas, hac superstitiõe illigat: ut in spectaculo rei corporeæ potius, q̃ in Deo ipso acquescant. Quę duo utinã adeò cõperta nõ haberemus. Tantũ abest ut longa probatione indigeant. Quid uerò est sacramentũ citra fidẽ sumptũ, nisi certissimũ Ecclesię exitium? Nam cũ nihil inde extra promissionem sit expectandum. Promissio autem non minus iram incredulis minetur, quàm fidelibus gratiam afferat: fallit qui plus aliquid per sacramenta sibi conferri putat, quam quod uerbo Dei oblatũ uera fide percipiat. Ex quo alterũ etiã cõficitur: nõ pendere ex sacramenti participatione salutis fiduciã, ac si iustificatio sita illic foret: quã in uno Christo repositã, nihilominus Euangelij prędicatione, q̃ sacramẽti obsignatione nobis cõmunicari scimus: ac sine hac posse in solidũ constare. Vsq; adeò uerũ est q̃d ab Augustino q̃q; scribit. Inuisibilẽ sanctificationẽ sine uisibili signo esse posse: & uisibile rursum

l. 3. de quæuete. testa.

Lib.5. de Bapt.cõtra Donast.ca. 24.

signum sine uera sanctificatione. Induunt enim, ut ipse quoq; alibi scribit, homines Christum aliquando et usq; ad sacramenti perceptionẽ, aliquando & usq; ad uitę sanctificationem. Atq; illud primum & bonis et malis potest esse commune: hoc autem alterum proprium est bonorum ac piorum.

De baptis. paruulorũ In Psal. 78.

Hinc illa si rite intelligatur inter sacramentũ & rem sacramenti ab eodẽ Augustino sæpius notata distinctio. Neq; n. significat duntaxat, figurã & ueritatẽ illic cõtineri: sed nõ ita cohærere, qn separari queant: ac in ipsa etiã cõiunctione oportere semper discerni rem à signo, ne ad alterum transferamus, quod alterius est. De separatione loquitur, cum scribit in solis electis efficere sacramenta quod figurant. Item ubi de Iudæis sic scribit. sacramenta cum essent omnibus communia, non erat cõmunis gratia: quæ uirtus est sacramentorum. sicut nunc commune est omnibus lauachrum regenerationis: sed ipsa gratia, qua mẽbra Christi cum suo capite regenerant, nõ omnibus est communis. Rursus alibi de cœna Domini.

In Ioan. homil. 26.

Nos quoq; uisibilẽ cibũ hodie accepimus. sed aliud est sacramentũ: aliud uirtus sacramenti. Quod multi de altari accipiunt, & moriunt; & accipiendo moriunt. Nã & buccella dominica uenenum fuit Iudæ. nõ quia malũ accepit: sed quia bonũ male malus accepit. Paulò post. Huius rei sacramentũ, id est, unitatis corporis & sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi certis dierum interuallis in mẽsa dominica præparat: & de ea sumitur, quibusdã ad uitã, quibusdã ad exitium. Res uerò ipsa, cuius & sacramentum est, omnibus ad uitã, nulli ad exitium, qcunq; eius particeps fuerit. Et aliquanto ante dixerat. Nõ morietur, qui manducauerit. sed qui pertinet ad uirtutem sacramenti, non ad uisibile sacramentum: qui manducat intus, nõ foris: qui manducat corde, non qui premit dente. Hic ubiq; audis, sacramentũ sic à sua ueritate separari in dignitate sumentis, ut nihil maneat præter inanem & inutilẽ figuram. Vt autem nõ signum ueritate uacuum, sed rẽ cum signo habeas: uerbũ, quod illic inclusum est, fide apprehendas oportet. sic q̃tum in Christi cõmunicatione proficies per sacramenta, tm̃ ex illis capies utilitatis. Id si est obscurius propter breuitatẽ, pluribus uerbis exponã. Christum sacramentorũ oĩm materiã, uel, si mauis, substantiam esse dico: quando in ipso suã solidítatẽ: nec qdq; extra ipsum promittunt. Quantum igit̃ tum ad ueram Christi intelligẽtiam in nobis fouendam cõfirmandam, augendam: tum ad eum plenius possidendum, fruẽdasq; eius diuitias illorum ministerio adiuuamur, tantum apud nos efficaciæ habẽt. Id autem fit, ubi quod illic offertur, uera fide suscipimus. Ergó ne, inquies, id efficiunt sua ingratitudine impij, ut irrita sit Dei ordinatio, ac in nihilum cedat: Respondeo, nõ sic intelligendum quod dixi, quasi ab eius, qui recipit, cõditione: ingenio uis & ueritas sacramẽti pendeat. Manet. n. firmum quod Deus instituit, naturamq; suã retinet: utcunq; uariẽt homines. sed cum aliud sit offerre, aliud recipere: nihil obstat q̃minus cõsecratum uerbo Dñi symbolum sit reuera quod dicit, uimq; suam cõseruet, nulla tamen inde utilitas ad hominẽ scœlestum ac impium perueniat. sed hanc quæstionẽ paucis ỳbis bene soluit Augustinus. si carnaliter, inquit, accipis: spirituale esse nõ desinit: sed tibi nõ est: Quẽadmodum uerò sacramentum rẽ esse nihili, si à ueritate sua separat, superioribus locis ostendit Augustinus: sic alibi in ipsa quoq; cõiunctiõe distinctione opus esse admonet, ne in externo signo nimis hæreamus. Vt literam sequi, inquit, & signa pro rebus accipere, seruilis infirmitatis est: sic inutiliter signa interpretari, male uagãtis erroris est. Duo ponit uitia, quę hic cauenda sint. Alterũ, dũ ita accepimus signa, ac si frustra data essent: nostraq; malignitate arcanas eorũ significatiões eleuando aut extenuando efficimus, ne quẽ nobis fructũ afferant. Alterum, dum mentes ultra uisibile signum nõ erigẽdo ad ipsum transferamus eorũ bonorũ laudẽ, quæ nõ nisi ab uno Christo nob. cõferant̃: idq; p. Spm̃ sanctũ, q nos facit Christi ipsius ptícipes.

Homil. in Ioan. 26

L. de doct. Christ. 3. Cap. 9.

Quamobrem fixũ maneat, nõ esse alias sacramentorũ, q̃ uerbi Dei partes: quæ sunt: offerre nobis ac proponere Christũ, & in eo cœlestis gratiæ thesauros. Nihil autẽ conferunt aut prosunt, nisi ijs à quibus fide accipiunt̃. Cauendum præterea, ne in errorẽ huius affinem nos abducant, quę amplificandã sacramentorũ dignitatem,

tatem, paulò magnificentius à ueteribus scripta sunt. Vt scilicet arbitremur, latentem aliquã ỹtutem sacramẽtis adnexã affixamq; esse, quo ipsa per se Spiritus sancti gratias nobis cõferant, quemadmodũ uinum in cratere propinat, cum hoc tantum in ministerio habeant, testificari nobis ac cõfirmare Dei in nos beneuolentiã: nec ulterius proficiant, nisi accesserit Spiritus sanctus, qui mentes ac corda nostra aperiat, noscq; huius testimonij capaces reddat. Vbi etiã uariè distinctæq; Dei gratiæ luculenter eminent. Sacramẽta enim, ut supra attigimus, id sunt nobis à Dño, quod ab hominibus rerũ lætarum nuncij. Vt quæ nõ à se quidẽ largiant aliquid gratiæ: sed renunciẽt & ostendant, quæ diuina largitate nobis data sunt. Spiritus sanctus, quem nõ omnibus promiscue sacramenta aduehunt, sed quẽ Dominus peculiariter suis cõfert. Is est, qui Dei gratias secum adfert: qui dat sacramentis in nobis locum: qui efficit, ut fructificent. Quanq; autem Dominum, præsentissima Spiritus sui uirtute, suæ institutioni adesse non inficiamur: ne infructuosa sit & inanis, quam ordinauit, sacramentorum administratio: interiorem tamẽ Spiritus gratiam, ut ab externo ministerio distincta est, seorsum reputandam & cõgitandam, docemus. Id cum docetur de sacramentis: & eorum dignitas præclarè commendatur, & usus aperte indicatur, & utilitas abunde prædicatur: & modus in ijs omnibus optimus retinetur, ut neq; deferatur illis quidq;, quod non oportet: neq; rursum, quod illis conuenit, detrahatur. Interim illud tollitur figmentum: quo iustificatiõis causſa uirtusq; Spiritus sancti elemẽtis ceu uasculis ac plaustris includitur: & præcipua illa uis, quæ ab alijs prætermissa fuit, diserte explicatur.

Sacramenti nomen, ut de eius ratione hactenus disseruimus, omnia generaliter signa complectitur, quæ unq; hominibus signauit Deus, ut certiores securosq; de promissionũ suarum ueritate redderet. Ea uero in rebus naturalibus nonnuq; extare uoluit, nonnunq; in miraculis exhibuit. Prioris generis exempla sunt, ut cum Adæ & Euæ arborẽ uitę, in arrabonem immortalitatis dedit: ut eã secure sibi promitterent, quamdiu ederent ex illius fructu. Et cum cœlestem arcũ Noah & eius posteritati in monumentũ statuit, posthac se diluuio nõ dissipaturum terrã. Hæc Adam & Noah pro sacramentis habuerunt. Non quod arbor præstaret illis immortalitatem, quã sibi ipsa dare nõ poterat: aut arcus coercendis aquis foret efficax (qui solaris duntaxat radij repercussio est, in oppositas nubes:) sed qa notã à uerbo Dei insculptã habebant, ut documenta essent testamentorum eius, ac sigilla. Et antea quidem arbor, erat arbor: arcus, arcus. Vbi inscripta fuerunt ỹbo Dei, indita est noua forma: ut inciperent esse, quod prius nõ erant. hęc ne frustra dici qs existimet, arcus ipse hodie q̃q; nobis testis est eius fœderis, quod pepigit Dñs cũ Noah, quẽ quoties intuemur, hanc Dei promissionẽ in eo legimus: terrã diluuio nunq; perditũ iri. Itaq; siqs philosophaster, quo fidei nostrę simplicitatẽ rideat, talem colorũ uarietatẽ ex reflexis radijs, & opposita nube oriri naturali cõtendat, fateamur quidẽ: sed ipsius stuporem rideamus, qui Deũ naturę Dñm nõ agnoscat: qui pro suo arbitrio elementis omnibus in obsequium gloriæ suæ utatur. Quod si soli, stellis, terræ, lapidibus, huiusmodi monumenta impressisset: illa omnia sacramenta nobis forent. cur enim rude, ac signatum argentum non eiusdem sunt precij, cum idem prorsus sit metallum? nempe quia illud nihil habet præter naturam: forma publica percussum, nummus fit, & nouam taxationem recipit. Et Deus suas creaturas uerbo suo signare non poterit, ut fiant sacramenta, quę prius nuda erant elementa? Secundi generis exempla fuerunt, cum uellus rore irrigauit, sicca terrã: rursum terram irrorauit, intacto uellere: ad pollicendam Gedeoni uictoriam. cum umbram horologij retrorsum decem lineis retraxit ad promittendam Ezechiæ incolumitatem. Hæc quando fiebant ad subleuandam ac stabiliendam fidei illorum imbecillitatem, sacramenta quoq; erant.

Gen. 2. 3. 9.

Iudic. 6
4. Reg. 20.
Iesa. 38

Verum pręsentis instituti est, de ijs sacramẽtis peculiariter disputare, quę Dominus ordinaria esse uoluit in sua Ecclesia, ad alendos in unã fidem uniusq; fidei confessionẽ suos. Nã, ut uerbis Augustini utar, in nullũ nomẽ religionis seu uerũ seu falsum, coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum uel sacramento

rum uis

Lib. cõtra li. 19. ca. 11 rum uisibili ũ consortio colligent. Hanc ergo necessitatem cũ optimus Pater pro uideret, certa pietatis exercitia instituit ab initio seruis suis: quæ postea Sathan ad impios & superstitiosos cultus trãsferẽdo, multis modis deprauauit ac corrupit. Hinc illę gentilium imitationes in sua sacra, & cæteri degeneres ritus: qui tametsi erroris erant ac superstitionis pleni: indicio tamen, ipsi quoq; simul erant, nõ posse in professione religionis homines externis eiusmodi signis carere. Verum qa nec uerbo Dei subnixa erant, nec ad eam ueritatem referebantur, quæ omnibus signis proposita esse debet, indigna sunt quę cõmemorentur, ubi mentio fit de sacris symbolis, quę & à Dño sunt instituta, nec à suo fundamẽto deflexerũt, ut sint uerę pietatis instrumenta. Cõstant aũt nõ simplicibus signis: qualia erant arcus & arbor: sed ceremonijs: aut, si mauis, signa, quę hic dant, ceremonię sunt. Quemadmodũ aũt superius dictũ est, esse à Dño testimonia gratiæ ac salutis: ita à nobis uicissim sunt professionis notę, qbus palã in Dei nomen iuramus, fidẽ illi uicissim nostrã obstringentes. Scite ergo Chrysostomus ipsa alicubi pactiones nuncupat, qbus in uitę puritatẽ ac sanctimoniã obstringimur. Vt. n. illic se pollicet Dñs inducere, si qd delinquẽdo noxę ac pœnę cõtractũ à nobis fuerit: ita pietatis ac innocentię professione illi nos mutuo obligamus. Vt dicere merito possis, sacramẽta huiusmodi ceremonias esse, qbus exercere uult populũ suũ Dñs, ad fidẽ intus primũ fouendã, excitandã, cõfirmandã: deinde testificandã apd' homes religionẽ.

Hæc etiã ipsa diuersa fuerunt, iuxta uariã temporis dispensationem: qua Dño uisum est, his aut illis modis, sese hominibus exhibere. Abrahæ. n. & eius posteritati mãdata est circũcisio: cui postea purificatiões, et sacrificia, ex lege Mosaica, addita sunt. Hæc Iudæorũ fuerunt sacramenta ad Christi usq; aduentũ: quo, abrogatis illis, sacramenta duo instituta: qbus nũc Christiana Ecclesia utit: baptismus & cœna Domini. Loquor aũt de ijs, quę in usum totius Eccleśię sunt instituta. Nam impositionẽ manuũ, qua Ecclesię ministri in suũ munus initiant, ut nõ inuitus patior uocare sacramentũ: ita inter ordinaria sacramẽta nõ numero. Relíqua aũt, quę uulgo enumerant, quo loco habenda sint, mox uidebimus. Quanq; in eundẽ, in quẽ nunc nostra intendunt, scopũ, & uetera illa spectarunt, nempe, ut ad Christũ dirigerent, & penè manu ducerent: aut ipsum potius, ceu imagines, repręsentarẽt, ac cognoscendũ proponerent. Cũ. n. iã ante docuerimus, esse quædã signilla, qbus promissiones Dei obsignant: sit aũt certissimũ, nullã unq; Dei promissionẽ hominibus oblatã, nisi in Christo: ut de aliqua Dei promissione nos doceant, Christũ ostendant necesse est. Vnũ duntaxat discrimen est, q illa Christum promissum, cum adhuc expectarẽt, adumbrarunt: hæc iam præstitum, & exhibitum testant. Hæc ubi per partes ac signillatim declarata fuerint, multo clariora fient. Circũcisio Iudęis symbolũ erat, quo admonerent, qdquid ex hominis semine prodit, hoc est, uniuersam hominũ naturã corruptã esse, putationeq; habere opus. Prętera documentũ ac memoriale, quo sese cõfirmarent in promissione Abrahę data, de semine benedicto in quo benedicendæ essent oẽs natiões terræ: à quo & sua ipsis benedictio expectanda erat. Porrò salutare illud semen (quemadmodũ à Paulo docemur) erat Christus: in q̃ solo recepturos se cõfidebant, quod in Adã perdiderant. Quare illis erat circũcisio, quod Abrahę fuisse tradit Paulus, signaculũ scilicet iustitię fidei, hoc est, signillũ quo certius confirmarent, suã fidẽ, qua semen ipsum expectabant, sibi à Deo pro iustitia acceptã ferri. Sed nos meliori alibi occasione circũcisionis baptismiq; cõparationem lõgius prosequemur. Baptismata & purificationes suã illis immundiciẽ, spurcitiam, pollutionẽ exponebant, qua in sua natura cõtaminati erant: aliud uerò lauachrum pollicebant, quo oẽs extergerent & abluerent eorũ sordes. Et hoc lauachrũ Christus erat: cuius sanguine abluti, cuius liuore sanati sumus. Sacrificia illos suę iniquitatis arguebant: simulq; docebãt, ne cessariã esse aliquã satisfactionẽ, quę iustitię Dei solueret. Fore ergo summũ quendam Pontificẽ, inter Deũ & homines mediatorẽ, qui Dei iustitiæ satisfaceret per sanguinis effusionẽ, ac hostię immolationem, quæ in remissionẽ peccatorũ acciperida esset. Hic summus sacerdos fuit Christus, propriũ ipse sanguinẽ effudit, uictima

Gen. 17 in Leuiti.
Math. ult. Matth. 27
1. Corint. 1
Galat. 3.
Roma. 4.
Hebr. 9
1. Ioan. 1
Apoc. pri.
Iesa. 53
pri. Pet. 2.
Epi. ad. Eb
Philip. 2
Roma. 5.

uictima ipse fuit. Se.n. Patri obedientẽ in mortẽ obtulit: qua obediẽtia hoĩs inobedientiam aboleuit, q̃ Dei indignationẽ prouocauerat. Quantũ ad nostra attinet: Christũ eò clarius nobis offerunt, quò propius manifestatus est hominibus: ex q̃ à Patre uere, qualis promissus fuerat, exhibitus fuit. Baptisma.n. nobis, ꝙ purgati, & abluti sumus, testificat̃: Cœna eucharistiæ, ꝙ redempti. In aqua figurat̃ ablutio: in sanguine satisfactio. Hęc duo in Christo reperiunt̃, quí (ut ait Ioannes) uenit in aqua & sanguine: hoc est ut purgaret & redimret. Cuius rei testis quoq; est Spiritus Dei. Imò tres in unũ sunt testes, aqua, sanguis, & Spiritus, in aqua & sanguine purgatiõis et redemptiõis habemus testimoniũ: Spiritus uerò primarius testis, huiusmodi testimonij certã nobis fidem facit. Sublime istud mysteriũ præclare nobis in Christi cruce ostensum est: cũ aqua & sanguis effluxerunt ex sacro eius latere: quod eam ob causam iure Augustinus sacramentorũ nostrorũ fontem uocauit. De quibus tamen paulò fusius differendum est. Scholasticũ autẽ illud dogma, ut hoc quoq; obiter perstringã quo tam longum discrimen inter ueteris ac nouę legis sacramẽta notat̃, perinde ac si illa nõ aliud q̃ Dei gratiã adumbrarint, hæc uerò prętentem conferant, penitus explodendum est. Siquidem nihilo spendidius de illis Apostolus q̃ de ijs loquit̃, cum docet Patres eandẽ nobiscum spiritualem escam manducasse: & escã illam Christũ interpretat̃. Quis inane ausit facere, signum illud, quod uerã Christi cõmunionem Iudęis exhibebat? Et status causę, quã illic agit Apostolus, pro nobis nõ obscure militat. Nam ne qs frigida Christi cognitione inanicq; Christianismi titulo ac externis insignibus fretus Dei iudiciũ cõtemnere audeat: diuinę seuerit̃tis exempla in Iudęis spectanda exhibet: ut easdẽ, quas illi dederũt, pœnas sciamus nobis imminere, si ijsdẽ uitijs indulgeamus. Iam ut apta esset cõparatio, oportuit ostendere nihil esse inæqualitatis inter nos & ipsos in ijs bonis, q̃bus falsò gloriari nos uetabat. Ergo primum in sacramentis pares nobis facit: nec ullam prętogatiuę particulam nobis relinquit, quæ animos ad spem impunitatis facere queat. Nec uero baptismo nostro plus tribuere fas est, q̃ ipse alibi circũcisioni tribuit, cũ uocat sigillũ iustitiæ fidei. Quidqd ergo nobis hodie in sacramentis exhibet̃, id in suis olim recipiebant Iudęi: Christum, scilicet cum spiritualibus suis diuitijs. Quã habent nostra uirtutem, eã q̃q; in suis sentiebant, ut scilicet essent illis diuinę erga se beneuolentię sigilla in spẽ æternę salutis.

1. Ioan. ultĩ

Ioã. 19

Hoc apud Aug. homis in Ioan. 20 & ſæpe alias.

1. Cori. 10

Rom. 4

At obijcient quę de circũcisione literæ apud Paulũ legunt̃: eam nullo loco esse apud Deũ, nihil cõferre, inanẽ esse. Eiusmodi eñ sententiæ illã lõge infra baptismum nostrũ deprimere uident̃. Miníme uerò. Id enim ipsum de baptismo iure dicerẽt̃. Quinetiã dicit̃: primum à Paulo ipso, ubi ostendit Deũ nihil morari externã ablutionẽ, qua in religionẽ initiamur, nisi animus intus & repurget̃, & in puritate ad ultimũ perseueret: deinde à Petro, dũ baptismi ueritatẽ nõ in externa positã ablutione testat̃, sed bono cõscientiæ testimonio. Atuidet̃ alio etiã loco circumcisionẽ manu factã penitus cõtemnere, dũ eã cum Christi circũcisione cõparat. Respondeo, neq; hoc loco aliquid extenuari de eius dignitate. Illic cõtra eos disputat Paulus, qui eã uelut necessariã requirebant, cũ esset iam abrogata. Monet igit̃ fideles, ut omissis ueteribus umbris in ueritate insistant. Vrgent, inquit, isti magistri, ut corpora uestra circũcidantur. Atqui spiritualiter circũcisi estis secundum animã & corpus. Habetis ergo rem, quæ lõge potior est, q̃ umbra. Poterat autem quispiam cõtra excipere. Non ideo spernendam esse figuram, quia rem haberẽt: quando & apud patres fuisset illa depositio ueteris hominis de qua loquebatur: quibus tamen non fuisset externa circumcisio superuacua. Hanc obiectionem prętuertit, cum addit continuo, fuisse Colossenses Christo consepultos per baptismum. Quo significat id hodie esse baptismum Christianis, quod ueteribus erat circumcisio. At quod sequitur, difficilius est ad soluendum: Iudaicas omnes cerimonias fuisse umbras rerum futurarũ, corpus esse in Christo longe uerò difficillimũ, q̃d multis capitibus epistolæ ad Hebræos tractat̃, sanguinẽ pecudũ nõ ptigisse ad cõscientias, legẽ habuisse umbrã futurorũ bonorũ, nõ imaginem rerum, cultores ex ceremonijs Mosaicis nihil perfectionis fuisse consecutos. Et similia.

Rom. 4

pri. Cor. 2

pri. Pet. 3

Coloſſ. 2

Respondeo,

Respondeo, Paulum non ideo umbratiles facere ceremonias, q̃ nihil haberent solidi: sed quia eorum cõplementum usq; ad Christi exhibitionem quodammodo suspensum erat. Deinde non de efficacia, sed potius de modo significandi hoc intelligendũ esse dico. Donec enim manifestatus est in carne Christus, omnia signa uelut absentẽ eum adumbrabant: utcũq; uirtutis suæ suiq; adeo ipsius præsentiã fidelibus intus exereret. Sed hoc maxime obseruare conuenit, in his omnibus locis Paulũ non simpliciter, sed per contentionẽ loqui. Quoniã illi certamen erat cum pseudoapstolis, qui in ceremonijs solis, nullo Christi respectu, pietatem sitam uolebant esse, ad eos confutandos satis erat dũtaxat tractare, quid per se ualeant ceremonię. Hunc quoq; scopum secutus est author epistolæ ad Hebræos. Meminerimus ergo hic de ceremonijs nõ in sua uera & natiua significatione acceptis, sed ad falsam prauãq; interpretationẽ detortis, non de legitimo earum usu, sed de superstitionis abusu disputari. Quid igitur mirum, si separatę à Christo ceremoniæ omni uirtute exuuntur? In nihilum enim redigitur quidquid est signorum, ubi res signata tollitur. sic Christus, ubi negocium habebat cum ijs, qui mãna nihil aliud q̃ cibũ uentris fuisse cogitabant, sermonẽ accõmodat crassæ eorum opinioni, dicitq; se meliorẽ cibum administrare, qui animas ad spem immortalitatis pascat. Quod si clariorem solutionem requiris, huc tendit omnium summa. Primo totũ illum ceremoniarum apparatũ qui in lege Mosaica fuit, nisi ad Christũ dirigaẽ, rem esse euanidam ac nihili. Deinde sic in Christum respexisse, ut eo demũ in carne manifestato, cõplementum suum habuerint. Postremo eius aduentu oportuisse abrogari, non secus atq; umbra in perspicua solis luce euanescit. sed quia longiorẽ adhuc de ea re sermonẽ in eum locũ differo, quo baptismum cũ circumcisione conferre institui, parcius nunc attingo.

Ioann. 6

Forte miseros istos sophistas deceperunt immodica etiã illa sacramentorũ encomia, quæ de signis nostris apud ueteres leguntur. Quale est illud Augustini. Quod ueteris legis sacramenta saluatorẽ tantũ promittebãt: nostra uerò dant salutem. Has & similes dicendi figuras cũ nõ animaduerterent hyperbolicas esse: & ipsi hyperbolica sua dogmata promulgarunt. sed prorsus alieno sensu à ueterum scriptis. Non enim aliud illic uoluit Augustinus, q̃ quod idem alibi scribit: sacramenta Mosaicę legis Christum prænunciasse: nostra uerò annunciare: Et cõtra Faustũ: fuisse illas promissiões rerum cõplendarum: hęc indicia cõpletarum. Ac si diceret, illa figurasse, cũ adhuc expectaretur: nostra uelut præsentẽ exhibere, qui iam præstitus est. Porrò de modo significandi loquitur. sicut & alibi indicat. Lex, inquit, & Prophetæ sacramenta habebant prænunciatiua rem futurã: nostri uerò temporis sacramenta uenisse contestantur, quod illa uenturũ prædicabant. Quid autẽ de re & efficacia senserit pluribus locis explicat. Vt cum dicit, sacramenta Iudęorũ in signis fuisse diuersa: in re quæ significat paria. Diuersa specie uisibili: paria uirtute spirituali. Item. In signis diuersis eadem fides. sic in signis diuersis, ut in uerbis diuersis. quia uerba sonos mutant per tempora: & utiq; nihil aliud sunt uerba q̃ signa. Bibebant Patres eundẽ spiritualẽ potũ. Nã corporalem non eundem. Videte ergo, fide manente, signa uariata. Ibi petra Christus: nobis Christus quod in altari ponitur. Et illi pro magno sacramento biberunt aquam profluentẽ è petra. Nos q̃d bibamus, norũt fideles. si uisibilẽ speciẽ intẽdas, aliud est: si intelligibilẽ significationẽ, eundẽ potũ spiritualẽ biberũt. Alibi. Idẽ in mysterio cibus & potus illorũ qui noster. sed significatione idẽ, nõ specie. Quia idẽ ipse Christus illis in petra figuratus, nobis in carne manifestatus. Quanq̃ hac quoq; in parte aliquid differentię esse cõcedimus. Vtraq; enim paternã Christi beneuolentiã ac Spiritus sancti gratias nob. offerri testant. sed nostra illustrius ac luculẽtius. In utrisq; Christi exhibitio. sed in his uberior ac plenior. Nẽpe prout fert illud de quo supra disseruimus, ueteris & noui testamenti discrimen. Atq; id est q̃d uoluit idem Augustinus, quem ut optimũ ex tota antiquitate & fidelissimũ testem sæpius citamus, cũ tradit, Christo reuelato sacramenta fuisse instituta, numero pauciora, significatione angustiora, uirtute præstantiora.

In proœmio enarr. Psalm. 73.

L. 19. ca. 14

L. 2. cõtra lit. petil. ca pit. 37

Homil. in Ioann. 26.

Homil. in Ioã. 45.

In Psal. 77

Cõt. Faust. li. 19. ca. 13

De doctri. Christ. li. 3

Epistol. ad Ianuariũ.

DE BAPTIS

DE BAPTISMO.

Caput XVII.

BAPTISMVS signum est imitationis, quo in Ecclesiæ coptamur societatem, ut Christo insiti, inter Filios Dei censeamur. Porrò in hunc finem nobis à Deo datus est, primum, ut fidei nostræ apud se: deinde, ut confessioni, apud homines, seruiret. Vtriusq; institutionis rationem ordine prosequemur. Tria autem adfert fidei nostræ Baptismus, quæ & ipsa sigillatim pertractanda sunt. Hoc primum est, quod nobis à Domino proponitur: ut symbolum sit nostrę purgationis, ac documentum, uel, ut melius explicemus, instar signati cuiusdam diplomatis mittitur, p quem nobis confirmet, peccata nostra omnia sic deleta, inducta, obliterata esse: ne unquam in conspectum suum ueniant, ne commemorentur, ne imputentur. vult enim omnes, qui crediderint, Baptizari in remissionem peccatorũ. Proinde quibus uisum est, Baptismum non aliud esse, quam tesseram ac notam, qua religionẽ nostram apud homines profitemur, quomodo imperatoris sui insignia præferũt milites, in suæ professionis notam: ñ quod primũ erat in Baptismo, non perpendunt. Id uero est, q̃ à nobis accipiendus sit cum hac promissione: quicunq; crediderint, & baptizati fuerint, saluos fore. In hunc sensum intelligendũ, quòd à Paulo scribitur: Ecclesiam à sponso Christo sanctificatam esse, & mundatam lauachro aquę, in verbo uitæ. & alibi. Nos secundũ eius misericordiã saluos factos esse, per lauachrũ regenerationis, & renouationis Spiritus sancti. Et à Petro, q̃ Baptisma nos saluos facit. Non enim significare uoluit ille, ablutionem & salutem nostram aqua perfici: aut aquam purgandi, regenerandi, renouandi uirtutem in se continere: neq; hic salutis causſam: sed duntaxat talium donorũ cognitionem, & certitudinẽ in hoc sacramento percipi. quod uerbis ipsis satis euidenter explicatur. Nã verbum uitæ, & Baptismum aquæ, simul connectit Paulus. ac si diceret, per Euangelium nobis nostræ ablutionis & sanctificationis nuncium afferri: p̃ Baptismũ huiusmodi nuncium obsignari. Et subdit continuo Petrus, Baptisma illud non esse depositionẽ sordium carnis, sed conscientiam bonã apud Deum, quę ex fide est. Imò nõ aliam nobis purificationẽ Baptismus pollicetur, q̃ per aspersionẽ sanguinis Christi: qui per aquam, propter mundandi abluendiq; similitudinem, figuratur. Quis ergo nos aqua ista mundari dicat, quæ certò testatur Christi sanguinem uerum esse atq; unicum nostrum lauachrum? Vt non aliunde peti queat certior ratio ad refellendam eorum hallucinationem, qui ad aquæ uirtutem referunt omnia, quam ab ipsius Baptismi significatione.

B

Marc. ulti. *Ephe. 5.* *Tit. 3.* *1. Pet. 3.*

Neq; uero existimandum est, Baptisma, in præteritum duntaxat tempus conferri, ut nouis lapsibus, in q̃s à Baptismate recidimus, quærenda sint alia noua expiationis remedia in alijs nescio quibus sacramentis: perinde ac si illius uis obsoleta esset. Hoc quidem errore olim factum est, ut nonnulli, nisi in ultimo uitę discrimine, atq; adeò inter ultimos spiritus, Baptismo initiari nollent, ut sic totius uitæ obtinerent ueniam. In quã præposteram cautionẽ ueteres Episcopi toties in scriptis suis inuehuntur. Sic aũt cogitandũ est, quocunq; Baptizemur tempore, nos semel in omnẽ uitam ablui & purgari. Itaq; quoties lapsi fuerimus, repetenda erit Baptismi memoria: & hac armãdus animus, ut de peccatorũ remissione semp̃ certus securusq; sit. Nam & si semel administratus, præterijsse usus est: posterioribus tamẽ peccatis nõ est abolitus. Puritas enim Christi in eo nobis oblata est, ea semp̃ uiget, nullis maculis opprimit̃, sed oẽs nostras sordes obruit et extergit. Neq; hinc peccandi in futurũ licentia captanda est, ut certe hinc ad talem audaciã minime instruimur: sed hęc doctrina ijs tantũ traditur, qui ubi peccauerunt, sub peccatis suis

fatigati & desolati gemunt: ut habeant q̃ se erigant ac consolentur, ne in confusionem ac desperationẽ ruant. Sic Paulus ait, Christum factũ nobis esse propitiatorem, in remissionẽ prẽcedentium delictorum. Quo nõ negat, perpetuam assiduamq; peccatorũ remissionẽ ad mortẽ usq;, in eo obtineri: sed datum eum à Patre miseris tm̃ peccatoribus significat: qui conscientiæ cauterio uulnerati, ad medicum suspirant. His offertur misericordia Dei. Qui peccandi materiam & licentiã ex impunitate aucupantur, nihil sibi præter iram & iudiciũ Dei prouocant. Equidem scio aliud cõmuniter receptum esse: pœnitentię & clauium beneficio nos obtinere post Baptismum remissionem, quæ prima regeneratione per solum Baptismum nobis datur. Sed qui hoc comminiscuntur, in eo errant, quòd non cogitant potestatem clauium, de qua loquuntur, à Baptismo sic pendere, ut nullo modo separari debeat. Remissionem accipit peccator Ecclesiæ ministerio. Nempe non sine Euangelij prædicatione. Qualis autem illa est? Nos sanguine Christi emundari à peccatis. Atqui lauachri illius signum ac testimonium quod est, nisi Baptismus? Videmus igitur, ut ad Baptismum absolutio illa referatur. Quare nec dubium, quin pij omnes toto uitæ curriculo, quoties uitiorum suorum conscientia uexantur, sese ad Baptismi memoriam reuocare audeant, ut se inde confirment in illius unicæ ac perpetuæ ablutionis fiducia, quam habemus in Christi sanguine.

Roma. 3.

Alteram etiam consolationem adfert, quia nostram in Christo mortificationẽ nobis ostendit, & nouam in eo uitam. Siquidem (ut ait Apostolus) in mortem eius Baptizati sumus, consepulti ipsi in mortem, ut in nouitate uitæ ambulemus. Quibus uerbis non ad imitationem eius nos solum exhortatur: ac si diceret, admoneri nos per Baptismum, ut quodam mortis Christi exemplo, concupiscentijs nostris moriamur: & exemplo resurrectionis, ut in iustitiam suscitemur. sed rem longe altius repetit. nempe, quòd per Baptismum Christus nos mortis suæ fecerit participes, ut in eam inseramur. & quemadmodum surculus substantiam, alimentumque ducit à radice, cui insitus est: ita qui Baptismum ea, qua debent, fide accipiunt, uere efficaciam mortis Christi sentiunt, in mortificatione carnis suæ: simul etiam resurrectionis, in uiuificatione Spiritus. Inde exhortationis materiam desumit. Quod si Christiani sumus, debemus mortui esse peccato, & iustitiæ uiuere. Hoc eodem argumento alibi utitur. Quòd circumcisi sumus, & exuimus uterem hominem, postquàm per Baptismum in Christo sepulti sumus. Et hoc sensu, eo quem proxime citauimus loco, uocauit lauachrum regenerationis & renouationis. Postremo, & hanc è Baptismo consolationem fides nostra accipit, q̃ certo nobis testificatur, non modo in mortem & uitam Christi nos insitos esse: sed sic ipsi Christo unitos & compactos, ut omnium eius bonorũ participes simus. Ideo enim Baptismum in suo corpore dedicauit & sanctificauit, ut cõmunem eum nobiscum haberet: ceu firmissimum unionis ac societatis, quam nobiscum inire dignatus est, uinculum. Vt Paulus ex eo probet, nos esse filios Dei, quia Christum in Baptismo induimus. Ita uidemus Baptismi complementũ in Christo esse, quẽ etiam hac ratione uocamus proprium Baptismi obiectum. Proinde mirum non est, si in eius nomen Baptizasse narrantur Apostoli, qui tamen in Patris quoq; & Spiritus nomẽ Baptizare iussi fuerãt. Quidq̃d enim in Baptismo, ꝓponit donorũ Dei, in Christo uno reperit. Neq; tm̃ fieri potest, q̃n patris simul et spũs nomẽ inuocet, q̃ in Christũ Baptizat. Ideo enim eius sanguine emũdamur, q̃a misericors Pater, q̃ bonitatẽ clementiamq; suã cõmendaret, per ipsum nobis recõciliari uoluit. Regenerationẽ uero ita demũ ab eius morte et resurrectiõe cõsequimur, si ꝑ Spiritũ sanctificati, imbuamur noua & spũali natura. Quamobrẽ nostræ tũ purgationis tũ regenerationis in Patre causam, in Filio materiã, in Spũ effectũ q̃dammodo contẽplamur. Sic primũ Ioannes Baptizauit, sic deinde Apostoli. Baptismo pœnitentię, in remissonẽ peccatorũ. Pœnitentię uerbo, huiusmodi regenerationẽ intelligentes: remissione peccatorũ, ablutionem. Quo etiam certissimũ fit, idem fuisse prorsus Ioañis ministeriũ, q̃d Apostolis postea delegatũ est, Non enim aliũ Baptismũ faciunt diuersę manus, q̃bus administratur; sed eundẽ esse eadẽ doctrina ostẽdit.

Coloss. 2.

Matth. 3.

Galat. 3.

Matth. 3.
Luc. 3.
Ioan. 3. 4.
Acto. 2.

In unam

In unam doctrinã Ioannes & Apostoli consenserunt: utriq; in pœnitentiã, utriq; in remissionem peccatorũ, utriq; in nomen Christi, à q̃ pœnitentia, & peccatorum remissio esset, baptizarunt. Ioannes dixit agnum esse Dei, per quẽ tollerent̃ pecca ta mundi. Vbi eum hostiam fecit Patri acceptam, propitiatorem, seruatorẽ. Quid ad hanc confessionem addere poterant Apostoli? Quare neminem perturbet, q̃d alterum ab altero discernere ueteres cõtendunt, quorum nõ tanti esse nobis debet calculus, ut scripturę certitudinẽ quatefaciat. Quis enim Chrysostomo potius au= scultet, neganti in Ioannis Baptismo cõprehensam fuisse peccatorũ remissionem, quam Lucæ contra asserenti, Ioannem Baptismum pœnitentię prędicasse, in pec= catorum remissionem? Nec recipienda est illa Augustini argutia: in spe dimissa fuisse peccata Baptismo Ioannis, Christi Baptismo reipsa dimitti. Cum enim Euã gelista clare testetur, Ioannem in suo Baptismo remissionem peccatorum pollici= tum fuisse: q̃d extenuare hoc elogium opus est, cum nulla necessitas ad id cogat? Si quis aũt differentiam è Dei verbo quærat nõ aliam inueniet, q̃ quod in eum, q̃ uenturus erat, Ioannes Baptizabat: Apostoli in eum, q̃ iam se exhibuerat. Quod luculentiores spiritus gratiæ à Christi resurrectione effusæ sunt, nihil ad statuen= dam Baptismatũ diuersitatem attinet. Siquidem Baptismus, quem, ipso adhuc in terris agente, Apostoli administrabant, eius uocabatur: nec; tamen largiorẽ spiri= tus opulentiam habebat, q̃ Baptismus Ioãnis. Quin, ne post ascensionem quidẽ, spiritu, supra uulgarem priorum fidelium modũ, donantur Samaritani, etiam si in nomen Iesu Baptizati fuerint, donec ad eos Petrus & Ioannes mittuntur qui ma= nus imponant. Hoc solum ueteribus imposuisse arbitror, ut hunc ad illum prępa= rationem duntaxat esse dicerent, quod legebant rursum à Paulo Baptizatos, qui Ioannnis Baptismum semel susceperant. Sed quã hic sint hallucinati, mox clarissi= me explicabitur. Quid ergo est, q̃d Ioannes dixit, se quidem aqua Baptizare: uen turum aũt Christum, q̃ Baptizaret Spiritu sancto & igni? paucis expediri hoc po= test. Non enim Baptismum à Baptismo distinguere uoluit, sed personam suã cum Christi persona contulit: se ministrum esse aquæ, illum Spiritus sancti datorem: et hanc uirtutem uisibili miraculo declaraturum, q̃ die Spiritũ sanctũ Apostolis sub linguis ingneis mitteret. Quid Apostoli iactare ultra potuerunt? Quid & q̃ ho= die Baptizãt: sunt enim exterioris duntaxat signi ministri, Christus interioris gra tiæ author. Vt ijsdem illi ueteres ubiq; docẽt, imprimisq; Augustinus.

Hæc quæ tum de mortificatione, tum de ablutiõe diximus, in populo Israel ad= umbrata sunt: quẽ eã ob caussam Apostolus dicit, in nube & in mari fuisse Bapti= zatum. Mortificatio figurata est, cum Dñs è manu Pharaonis, & crudeli seruitute eos asserens, uiam illis strauit per mare rubrum: & Pharaonem ipsum, & Aegypti os hostes, q̃ à tergo illis instabant, & ceruicibus imminebant, submersit. Nã & ad hũc modum, in Baptismo pollicetur nobis, & dato signo ostendit, nos ex Aegypti captiuitate, hoc est, è peccati seruitute, sua uirtute eductos & uindicatos: submer= sum Pharaonem nostrũ, id est Diabolum, quanq; nec sic etiam exercere nos & fa= tigare designat. Verũ ut Aegyptius ille non in profundum maris deiectus fuerat, sed in littore prostratus, terribili aspectu ad huc Israelitas terrebat, nocere tñ non poterat: ita hic noster adhuc quidem minat̃, arma ostendit, sentitur, sed uincere nõ potest. In nube, purgationis symbolum fuit. Nam ut tum illos Dñs oppositа nube operuit, & refrigerium prestitit, ne inclementiore solis ardore deficerẽt, & tabesce rent: ita in Baptismo, nos Christi sanguine opertos esse, & protectos agnoscimus: ne Dei seueritas, quæ uere est flamma intolerabilis, nobis incumbat. Iam perspi= cuum est, q̃ falsum sit, quod docuerunt nonnulli, nos per Baptismũ solui & eximi ab originali peccato, & ea corruptione, quæ ab Adam in uniuersam posteritatem propagata est: atq; in eandem iustitiam naturęq; puritatem restitui, quã obtinuis= set Adam, si in ea, qua primũ creatus fuerat, integritate stetisset. Tale enim docto= rũ genus nunq;, quid peccatum originale, q̃d iustitia originalis, q̃ gratia Bapti= smi esset, assecutũ est. Iam uero ante disputatũ est, peccatũ originale esse naturæ nostræ prauitatẽ ac corruptionem quę primũ reos facit nos irę Dei, tum etiã oprea in no=

Lib. 5. de Bapti. cõt. Donatist. cap. 10.

Homili. in Matth. 14.

Lucæ. 3.

Acto. 8.

Acto. 19.

1. Corin. 10

Exodi. 14.

Nume. 9.

bis profert, quæ ſcriptura uocat opera carnis. Hęc itaq; duo diſtincte obſeruãda, nempe q; ſic omnibus naturæ noſtrę partibus uitiati peruerſiq;, iam ob talem duntaxat corruptionem, damnati merito, conuictiq; corã Deo tenemur: cui nihil eſt acceptũ, niſi iuſtitia, innocentia, puritas. Atq; adeò infantes quoq; ipſi, ſuam ſecum damnationẽ, à matris utero afferunt: qui tametſi ſuæ iniquitatis fructus nondum protulerint, habent tamẽ in ſe incluſum ſemen. Imò tota eorum natura, quoddam eſt peccati ſemẽ, ideo nõ odioſa & abominabilis Deo eſſe nõ poteſt. Hanc damnationem ſublatam, & à ſe depulſam eſſe, certi per Baptiſmum fideles fiunt. Quando (ut dictum fuit) Dominus hoc ſigno nobis pollicetur, plenam ſolidamq; remiſſionem factã eſſe, & culpæ, quæ imputanda nobis erat: & pœnæ, quæ ob culpam luenda. Iuſtitiam quoq; apprehendunt, ſed qualem in hac uita obtinere populus Dei poteſt: nempe imputatiõe duntaxat, qa pro iuſtis & innocentibus eos, ſua miſericordia, Dñs habet. Alterum eſt, q̃d hęc peruerſitas nunq̃ in nobis ceſſat, ſed nos uos aſsidue fructus parit. Ea ſcilicet, quę ante deſcripſimus, opera carnis, nõ ſecus atq; incẽſa fornax flammã & ſcintillas ꝑpetuo efflat: aut ſcaturigo aquã ſine fine egerit. Nam concupiſcentia nunq̃ plane in hominibus interit & extinguitur: donec per mortem è corpore mortis liberati, ſemetipſos prorſus exuerint. Baptiſmus quidẽ promittit nobis ſubmerſum eſſe noſtrũ Pharaonẽ, & peccati mortificationem: non tamen ita, ut amplius nõ ſit, aut nobis negocium non faceſſat: ſed tm̃ ne ſuperet. Nam quamdiu in hoc carcere corporis noſtri clauſi degemus, habitabũt in nobis reliquiæ peccati: ſed ſi promiſsionem in Baptiſmo nobis à Deo datam fide tenemus, nõ dominabuntur nec regnabunt. Nemo autẽ ſe fallat, nemo ſibi in ſuo malo blandiatur, cum audit peccatum ſemper in nobis habitare. Non in hoc dicuntur iſta, ut peccatis ſuis ſecure indormiãt peccatores: ſed tm̃, ne labaſcant, & animũ deſpondant, q̃ à carne ſua titillantur, exercẽt, punguntur. Magis cogitẽt, ſe in uia adhuc eſſe: & multũ ſe profeciſſe credãt, cũ è ſua cõcupiſcentia aliquantulũ minui indies ſenſerint: donec eò pertigerint, q̃ tendunt: nempe ut ultimũ interitũ carnis ſuę, q in huius uitæ mortalis interitu perficietur. Sic habendũ eſt. Baptizamur in mortificationẽ carnis noſtræ, quę à Baptiſmo in nobis inchoatur, quam quotidie proſequimur: perficietur aũt, cum ex hac uita migrabimus ad Dominũ.

Confeſsioni autem noſtræ apud homines ſic ſeruit. Siquidem nota eſt, qua palàm profitemur, nos populo Dei accenſeri uelle: qua teſtamur, nos in unius Dei cultum, in unam religionem cum Chriſtianis omnibus conſentire: qua denicq; fidem noſtram publice affirmamus. Vt non modo laudem Dei ſpirent corda noſtra: ſed linguæ etiam, & omnia corporis membra, quibus poſſunt ſignificationibus, perſonent. Ita enim, ut decet, noſtra omnia in obſequium gloriæ Dei conferuntur, qua nihil uacuum eſſe debet: & cæteri, noſtro exemplo, ad eadem ſtudia
1. Corin. 1 incitantur. Huc reſpiciebat Paulus, cum interrogaret Corinthios, an nõ in Chriſti nomen Baptizati fuiſſent? Innuens ſcilicet, eo ipſo, quod in eius nomen fuiſſent Baptizati, ſeſe illi deuouiſſe, in eius nomen iuraſſe, et fidem illi ſuam apud homines obſtrinxiſſe, ut confiteri amplius alium non poſſent, præter ſolum Chriſtũ: niſi confeſsionem abnegare uellent, quam in Baptiſmo ediderant.

Hic nihil aliud dicimus, quàm quod Apoſtolus Paulus ſeptimo ad Romanos capite clariſsime exponit. Poſtquàm enim de gratuita iuſtitia diſputauerat, quia nonnulli impij inde inferebant, uiuendum eſſe pro libidine, quia non eſſemus operũ meritis accepti Deo: ſubiungit eos omnes, qui iuſtitia Chriſti induuntur, ſimul ſpiritu regenerari, & huius regenerationis nos arrã habere in baptiſmo. Hinc hortatur fideles, ne dominium peccato permittant in ſuis membris. Iam quia nouerat, ſemper aliquid eſſe infirmitatis in fidelibus, ne propterea deijcerentur, addicit conſolationem: quòd non ſint ſub lege. Quia iterum uideri poterat, inſoleſcere poſſe Chriſtianos, quia non ſint ſub iugo legis: tractat qualis ſit illa abrogatio: & ſimul quis ſit legis uſus, quam quæſtionem iam ſecundo diſtulerat. Summa eſt, nos eſſe liberatos à rigore legis, ut Chriſto cohæreamus. Legis uero officium eſſe, ut prauitatis noſtræ conuicti, noſtram impotentiam & miſeriam confiteamur.

Porrò

Porrō quia prauitas illa naturæ nō tam facile apparet in homine profano, qui sine timore Dei cupiditatibus suis indulget: exemplum in homine regenerato ponit, hoc est, in seipso. Dicit igitur perpetuam sibi luctam esse cum reliquijs carnis suę, seq; uinctum misera seruitute detineri, quominus se totum diuinæ legis obedientiæ consecret. Itaq; cum gemitu cogitur exclamare. Infœlix ego. Quis me liberabit de corpore hoc morti obnoxio? Quòd si filij Dei captiui in carcere detinētur, quamdiu uiuunt, magnopere anxios esse necesse est periculi sui cogitatione, nisi huic timori obuiam eatur. Attexit ergo in hunc usum consolationē: nihil esse damnationis amplius his, qui sunt in Christo Iesu. Vbi docet eos quos semel Dñs recepit in gratiam, in Christi sui communionem inseruit, in Ecclesiæ societatem per Baptismū cooptauit, dum in Christi fide perseuerāt etiā si à peccato obsideantur, atq; adeo peccatū in se circūferāt, reatu tñ & damnatiōe esse absolutos. Hęc si simplex est et genuina Pauli interpretatio, nō est q̄ inusitatū aliq̄d tradere uideamur. 1. Corin. 15.

Nunc postquam enarratum est, quid spectauerit Dominus noster in institutione Baptismi: quæ sit nobis utendi accipiendiq; ratio, indicare promptū est. Nam quatenus consolandæ confirmandæq; fidei nostræ datur, accipiendus est quasi è manu Dei: certum persuasumq; habere conuenit, ipsum esse, qui nobis per signū loquitur, ipsum esse qui nos purgat, abluit, delictorum memoriam abolet: ipsum esse, qui mortis Filij sui participes facit, qui Sathanę regnum adimit, qui concupiscentiæ nostræ uires eneruat, Imò qui Filio suo nos induit. Hęc, inquam, tam uere certoq; animæ nostræ intus facere, q̄ certo uidemus corpus nostrum extra abluí, submergi, circundari. Isthæc enim, siue analogia, siue similitudo, certissima est sacramentorū regula: ut in rebus corporeis spirituales conspiciamus ac cogitemus, quando istiusmodi figuris repræsentare Domino uisum est. Non quia sacramento tales gratiæ illigatæ inclusæq; sint, quò eius uirtute nobis conferantur: sed duntaxat quia hac tessera uoluntatē suam nobis Dominus testificatur. nempe se hæc omnia nobis uelle largiri. Huius documentum sit Cornelius Centurio, qui peccatorum remissione, qui gratijs Spiritus sancti uisibilibus iam antea donatus, Baptizatus est: nō largiorem remissionem è Baptismo petens, sed certiorem fidei exercitationem. Obiecerit forte aliquis. Cur igitur Paulo dicebat Ananias, ut peccata sua p̄ Baptismū ablueret, si Baptismi ipsius uirtute peccata nō abluuntur? Respōdeo: Dicimur accipere, obtinere, impetrare, q̄d quantū ad fidei nostrę sensum nobis à Dño exhibetur, siue cum primū testat̄, siue testatum magis ac certius confirmat. hocitaq; tm̄ uoluit Ananias: Vt certus sis, Paule, remissa tibi esse peccata, Baptizare. Promittit enim Dñs in Baptismo remissionem peccatorum. hanc accipe, & securus esto. Cæterum ex hoc sacramento quemadmodū ex alijs omnibus nihil assequimur, nisi quantū fide accipimus. Si fides desit, erit in testimoniū acusationis nostræ coram Deo, q̄ promissioni illic datæ increduli fuerimus. Quatenus uero confessionis nostræ symbolum est, testari eo debemus, fiduciam nostram in Dei misericordia esse: et puritatem nostram, in peccatorum remissione, quę est per Iesum Christum: nosq; in Ecclesiam Dei ingredi, ut uno fidei & charitatis consensu, cum fidelibus omnibus uiuamus unanimes. Hoc uoluit Paulus cum inquit: in uno nos omnes Spiritu baptizatos esse: ut unum corpus simus. Actor. 10. Actor. 22. 1. Corint. 12.

Iam si uerū est, q̄d constituimus: sacramentum non ex eius manu accipiendum esse, à q̄ administratur: sed uelut ex ipsa Dei manu, à quo haud dubie profectū est: inde colligere licet, nihil illi afferri, uel auferri, eius dignitate, per cuius manum traditur. ac perinde atq; inter homines, si qua missa Epistola fuerit, modo satis & manus, & signum agnoscatur, minime refert, quis aut qualis tabellarius fuerit: ita nobis sufficere debet, manum & signum Dñi nostri in sacramentis suis agnoscere: à quocunq; tandem tabellario deferantur. His Donatistarum error pulchre refutat̄, q̄ uim ac precium sacramenti metiebant̄ ministri dignitate. Tales hodie sunt Catabaptistę nostri, qui rite nos Baptizatos pernegant, q̄ ab impijs & Idololatris in regno Papali Baptizati sumus. Itaq; Anabaptismū furiosè urgent. Aduersus quorū ineptias satis ualida ratione muniemur, si cogitemus nos Baptismo initia-

tos, nos in nomen alicuius hominis: sed in nomẽ Patris & Filij & Spiritus sancti. Ideoq; Baptismum non esse hominis, sed Dei: à quocunq; tandem administratus fuerit. Vt maxime Dei ignorantes aut contemptores fuerint, qui nos baptizabãt: nõ tamen in suæ ignorantiæ uel sacrilegij consortium nos tinxerunt: sed in fidem Iesu Christi, quia non suum, sed Dei nomen inuocauerunt, nec in aliud nomen nos baptizarunt. Quod si baptisma Dei erat: habuit certe inclusam promissionẽ de peccatorũ remissione, mortificatione carnis, uiuificatione spirituali, participatione Christi. Iam uero quod nos interrogant, q̃ tamen fides nostra baptismũ aliquot annis secuta, sit: ut inde euincant, irritum esse baptismũ: qui nobis non sanctificatur, nisi uerbo promissionis fide accepto. Ad id postulatum respondemus nos quidem cæcos & incredulos, longo tempore, promissionem, quæ in baptismo nobis data erat, nõ tenuisse: promissionem tamen ipsam, quando à Deo erat, statam semper & firmam, ueracemque mansisse. Etiam si omnes homines mendaces & perfidi, Deus tamen uerax esse non desinit: etãsi omnes perditi Christus tamen salus manet. Fatemur ergo baptismum, pro eo tempore, non profuisse nobis hilum, quando in eo nobis oblata promissio, sine qua baptismus nihil est, neglecta iacebat. Nunc ubi, Dei gratia, resipiscere cœpimus, cæcitatem nostrã & duriciam cordis accusamus, qui tantæ eius bonitati tam diu ingrati fuerimus. cæterum, promissionem ipsam non euanuisse credimus. Quin potius sic reputamus. Deus, per Baptismũ, peccatorũ remissionẽ pollicetur, & promissam indubie omnibus credentibus præstabit. Ea promissio nobis in Baptismo oblata. fide igit̃ amplectamur. Diu quidẽ nobis propter infidelitatẽ sepulta fuit: nunc igitur eam p̃ fidem recipiamus. Quamobrẽ, ubi ad resipiscentiã Iudaicũ populum Dñs inuitat, de altera circũcisione nil ijs præcipit, q̃ impia & sacrilega manu circũcisi, eadẽ aliquamdiu impietate impliciti uixerant: sed solã cordis conuersionẽ urget. Qm̃, utcunq; fœdus ab illis uiolatũ foret, symbolũ tm̃ fœderis, ex Dñi institutione firmũ inuiolabileq; semper manebat. Sola ergo resipiscẽtię conditiõe in fœdus restituebantur, quod semel cum illis in circumcisione Dominus percusserat: quam tamẽ per fœdifragi sacerdotis manum acceptam, quantum in se erat, rursum polluerãt.

Verũ igneũ sibi uidenẽ telum uibrare, cũ allegant, Paulũ rebaptizasse eos. q̃ Ioannis baptismo semel baptizati erãt. Nã si, nostra cõfessione, idẽ prorsus fuit Ioannis Baptismus, q̃ nunc noster est: quẽadmodũ illi antea p̃ se instituti, ubi rectã fidẽ edocti sunt, in eã sunt rebaptizati: ita baptismus ille, q̃ sine uera doctrina fuit, p̃ nihilo reputandus est. & ex integro baptizari debemus in ueram religionẽ, quã nunc primũ imbuti sumus. Nonnullis uideẽ quempiã fuisse Ioannis κακοζήλου, q̃, priori baptismate, in unã potius superstitionẽ illos initiasset. Cuius rei uidenẽ hinc cõiecturã sumere, q̃ se ignaros prorsus Spũs sancti esse cõfitenẽ: cuius scili. ruditatis nunq̃ discipulos à se Ioañes dimisisset. Verũ nec uerisimile est Iudęos etiãsi minime fuissent baptizati, omni spũs cognitione fuisse destitutos, q̃ tot scripturæ testimonijs celebratur. Quod ergo respõdent se nescire an sit spũs, intelligendũ est, ac si dicerẽt, se nec dum audiuisse an gratię spũs, de q̃bus rogabantur à Paulo Christi discipulis darentur. Ego autẽ cõcedo, fuisse illud uerũ Ioannis baptisma, & unum idemq; cũ Christi baptismate: sed rebaptizatos nego. Quid igitur sibi uolunt uerba: baptizati sunt in nomine Iesu. Quidã interpretantur, tm̃ syncera doctrina eruditos à Paulo fuisse, sed simplicius intelligere malim: baptismũ Spritus sancti, hoc est, gratias spũs uisibiles p̃ manuũ impositionẽ datas: quas baptismi noĩe significari, nõ nouũ est. Qualiter in die Pentecostes, recordati Apostoli dicũtur verbor̃ Dñi de baptismo ignis & spũs. Et Petrus eadẽ sibi in memoriã redijsse cõmemorat, ubi gratias illas in Corneliũ, eiusq; familiã, & cognationẽ effusas uidisset. Nec repugnat q̃d postea subditur: cum imposuisset illis manus, descendebat Spiritus sanctus sup̃ eos. Nõ enim duo diuersa narrat Lucas: sed formã narrationis sequitur Hebręis familiarẽ: qui primũ rei ad summam proponunt, deinde fusius explicãt. Quod ex ipso uerborũ contextu animaduertere quis potest. Dicitur enim: his auditis, baptizati sunt in nomine Iesu. Et cũ imposuisset illis manus Paulus Spiritus san-

Actо. 1.
Actо. 11.

tus sanctus descẽdebat sup illos. Hac posteriori locutiõe describit, qualis ille fuerit baptismus. Quod si priorẽ baptismũ ignoriãtia uitiat, ut sit altero baptismo corrigenda: primi oĩm rebaptisandi erant Apostoli, qui toto post baptismũ suũ triennio, uix modicam syncerioris doctrinę particulam degustarant. Iam, & quę inter nos flumina sufficerent tot repetendis tinctionibus, quot ignorantię, Domini misericordia, quotidie in nobis corriguntur?

Quoniam autem hoc sæculo phrenetici quidam Spiritus, ob pædobaptismum graues excitarunt in Ecclesia turbas, nec tumultuari etiamnum desinunt: facere nequeo, quin, ad cohibendas eorum furias, appendicem hic subijciam. Quæ si cui impendio prolixior forte uisa fuerit: is, quæso, secum reputet, tanti esse nobis debere Ecclesię tranquillitatem, ut nihil fastidiose sit excipiendum, quod ad illam redimendam conducat. Adde quod disputationem hanc ita studebo componere, ut mysterio baptismi clarius enarrando, non parum habitura sit momenti. Argumento sane in speciem fauorabili pædobaptismus impugnatur, cum nulla Dei institutione fundatus esse iactatur, sed hominum duntaxat curiositate in usum temere receptus. Sacramentum enim, nisi certo uerbi Dei fundamento nitatur, de filo pendet. Verum quid si, re probè animaduersa, eiusmodi calumniam falso ac iniquè, sanctę Domini ordinationi inuri apparebit? Disquiramus ergo primum eius ortum. Et si quidẽ constiterit, sola hominum temeritate excogitatum: eò ualere iusso, ueram baptismi obseruationem sola Domini uoluntate metiamur. Sin uerò certa Domini authoritate nequaquam destitui comprobatum fuerit: cauendum, ne sacrosancta Dei instituta conuellendo, in ipsum quoq; authorẽ simus contumelioſi.

Principio dogma est satis notum, & inter pios omnes confessum: rectam signorum consyderationem, non in externis duntaxat ceremonijs sitam esse: uerum à promissione pendere potissimum, ac mysterijs spiritualibus, quibus figurandis ceremonias ipsas Dominus ordinat. Itaque qui perdiscere uoluerit, quid ualeat baptismus, quorsum spectet, quid denique omnino sit: ne cogitationem suam in elemento sistat, & corporeo spectaculo: sed eam potius ad Dei promissiones, quæ nobis illic proponuntur, & ad interiora, quæ illic repręsentantur, arcana erigat. Hęc qui tenet, solam baptismi ueritatẽ, & totam, ut ita loquar, eius substantiam est assecutus: atq; inde etiam docebitur, quæ sit ratio, & quis usus externæ aspersionis. Rursum qui, his contemptim prętereitis, uisibili ceremonię mentem penitus affixam habuerit & alligatam: nec uim, nec proprietatẽ baptismi intelliget: neq; id quidem, quid sibi aqua uelit, aut quem usum habeat. Quę sententia pluribus & luculentioribus scripturæ testimonijs comprobata est, q̃ ut longius eam in præsens persequi necesse sit. Supereſt ergo iam, ut ex promissionibus in baptismo datis percontemur, quæ uis eius sit & natura. Scriptura ostendit, peccatorum purgationem, quam à Christi sanguine obtinemus, hic primo demonstrari. Deinde, carnis mortificationem, quæ mortis eius participatione constat, per quam in uitæ nouitatem regenerantur fideles, atq; adeò totius Christi communionẽ. Ad hanc summã referri potest, quicquid in scripturis de baptismo traditũ est: nisi q̃ etiam præterea testandæ apud homines religionis est tessera.

Quoniã aũt ante institutũ baptismũ, eius uice, populo Dei circũcisio erat: q̃d inter se differãt, & qua similitudine cõueniant hęc duo signa, inspiciamus. Vnde pateat, q̃ sit alterius ad alterę anagoge. Vbi Dñs circũcisionẽ Abrahæ seruandã mãdat, promissionẽ pręponit, se illi & semini illius in Deũ fore, addẽs penes se affluentiã sufficientiãq; esse rerũ oĩm: q̃ Abrahã manũ eius, omnis boni scaturiginẽ fore sibi duceret. Quibus ỹbis æternę uitę promissio continet, quemadmodũ interpretatur Christus, argumentum hinc ducens ad euincendam fidelium immortalitatem & resurrectionem. Neque enim, inquit, Deus mortuorum est, sed uiuentium. Quare & Paulus Ephesijs demonstrans, è quo exitio liberasset eos Dominus: ex eo quod in circumcisionis fœdus admissi non fuerant, eos sine Christo, sine Deo, sine spe, extraneos à testamentis promissionis fuisse colligit.

Gen. 17

Ephe. 2

Quæ omnia fœdus ipsum comprehendebat. Primus autem ad Deum accessus, primus ad immortalem uitam ingressus est, peccatorum remissio. Vnde conficitur, promissioni baptismi de nostra purgatione, hanc respondere. Post ab Abrahamo Dominus stipulatur ut ambulet coram se, in syncerítate & innocentia cordis. Quod ad mortificationem pertinet, seu regenerationem. Ac ne
Deut.10 quis ambigeret, signum mortificationis esse circumcisionem, Moyses alibi clarius explicat, dum Israeliticũ populum exhortatur, ad præputium cordis, Domino circcumcidendũ, propterea quòd selectus sit in populum Dei ex omnibus terræ nationibus. Quemadmodum Deus, ubi Abrahæ posteritatem in populum sibi cooptat, circumcidi præcipit: ita Moyses corde circumcidi oportere pronunciat, enarrans scilicet, quæ sit istius carnalis circumcisionis ueritas. Deinde, ne
Deut.30 quis ad eam suis ipsius uiribus eniteretur, opus gratiæ Dei esse docet. Hæc omnia toties à Prophetis inculcantur, ut multa huc testimonia congerere non sit opus, quæ sponte passim occurunt. Habemus ergo, spiritualem promissionem in circumcisione patribus editam, qualis in baptismo nobis datur: quandoquidem peccatorum remissionem, & carnis mortificationem illis figurauit. Præterea, ut fundamentum baptismi, Christum esse docuimus, in quo utrumque istorum residet: ita & circũcisionis esse constat. Ipse enim Abrahæ promittitur, atq; in ipso gentium omnium benedictio. Cui obsignando promissio circumcisionis signum additur.

Iam nullo negocio uidere est, quid simile sit in his duobus signis, aut quid diuersum. Promissio, in qua signorum uirtutem constitere exposuimus, in utroq; una est. Nempe misericordiæ Domini, remissionis peccatorum, uitæ æternę. Deinde res figurata etiam una, nempe regeneratio. Fundamentum, quo istarum rerum complementum nititur, in utroque unum. Quare nihil in mysterio interiore est discriminis: è quo tota sacramentorum uis & proprietas æstimanda est. Quæ restat dissimilitudo, ea in ceremonia exteriore iacet, quæ minima est portio: cum potissima pars à promissione, & re signata pendeat. Itaq; constituere licet, quicquid circumcisioni conuenit, ad baptismum simul pertinere, excepta uisibilis ceremoniæ differentia. Ad hanc anagogen & comparationem nos manu
Rom.12 ducit Apostoli regula, qua omnes scripturæ interpretationem ad proportionem fidei exigere, iubemur. Et sane pene se palpandam hac in parte ueritas præbet. Perinde enim ac circumcisio, quia tessera Iudæis quædam erat, qua se in populum familiamq; Dei adoptari fiebant certiores, ipsi etiam uicissim nomen se Deo dare profitebantur, primus illis erat in Ecclesiam ingressus: nunc quoque per baptismum Deo initiamur, ut eius populo adscribamur, & ipsi mutuo in eius nomen iuremus. Quo extra controuersiam apparet, baptismum in circumcisionis locum subisse. Iam si uestigare placet, an, iure infantibus baptisma communicetur: nonne nimium illum ineptire, imò delirare dicemus, qui in elemento aquæ duntaxat & externa obseruatione immorari uelit, ad spirituale uerò mysterium mentem aduertere non sustineat? Cuius si qua habeatur ratio, constabit procul dubio, infantibus merito administrari baptismum: ut qui illis debeatur. Non enim Dominus olim circumcisionis communione dignatus est, quin eorum omnium participes faceret, quæ per circumcisionem signabantur. Alioqui meris præstigijs ludificatus esset populum suum, si fallacibus symbolis eos lactasset. Quod solo auditu horrendum est. Diserte namque pronunciat, circumcisionem infantuli loco sigilli futuram, ad obsignandam fœderis promissionem. Quod si fœdus firmum & fixum manet: Christianorum liberis non minus hodie competit, quàm sub ueteri testamento ad Iudæorum infantes spectabat. Atqui, si rei signatæ sunt participes, cur á signo arcebuntur? si ueritatem obtinent, cur à figura depellentur? Quanquam signum exterius in sacramento, ita cum uerbo cohæret, ut diuelli nequeat: si tamen discernatur, utrum, quæso, pluris censebimus? Sane cum signum uideamus uerbo seruire, subesse illi dicemus, & inferiore loco statuemus. Cum ergo ad infantes destinetur

baptismi

baptismi uerbum: cur signum, hoc est, uerbi appendix, ab illis auerteretur? Hæc una ratio, si nullæ aliæ suppeterent, abunde sufficeret ad confutandos omnes, qui reclamare uoluerint. Quod obijcitur, statum fuisse diem circumcisioni, plane tergiuersatorium est. Nos iam certis diebus non esse, Iudæorum instar, alligatos, concedimus. Verum quando Dominus, utcumque diem nullum præscribat, declarat tamen sibi placere, ut solenni ritu in suum fœdus recipiantur infantes, quid ultra quærimus? Quanquàm scriptura certiorem adhuc ueritatis notitiam nobis aperit. Siquidem euidentissimum est, quod semel cum Abrahamo Dominus fœdus percussit, non minus hodie Christianis constare, quam olim Iudaico populo. Adeòque uerbum istud non minus Christianos respicere, quàm Iudæos tum respiciebat. Nisi forte arbitramur, Christum, suo aduentu, Patris gratiam imminuisse aut decurtasse. Quod execrabili blasphemia non uacat. Quamobrem, ut Iudæorum liberi, quòd eius fœderis hæredes facti, ab impiorum liberis discernerentur, semen sanctum uocabantur: eadem etiamnum ratione, sancti censentur Christianorum liberi, uel altero duntaxat fideli parente geniti: &, scripturæ testimonio, distinguuntur ab immundo idololatrarum semine. Iam cum Dominus, statim post fœdus cum Abrahamo percussum, ipsum in infantibus consignari exteriori sacramento præceperit: quid caussæ dicent Christiani, quominus hodieque ipsum testificentur, atque obsignent in suis liberis? Neque mihi obijciatur, non alio, quàm circumcisionis symbolo, quod iampridem abolitum est, Dominum præcepisse fœdus suum confirmari. Respondere enim promptum est: Dominum, pro ueteris testamenti tempore, circumcisionem instituisse confirmando suo fœderi: Ea uerò abrogata, manere tamen semper eandem confirmandi rationem, quam cum Iudæis communem habemus. Proinde diligenter perpetuo intuerí conuenit, quid utrisque sit commune, quid illi separatum à nobis habeant. Fœdus commune est. Communis eius confirmandi caussa. Modus confirmandi tantum diuersus est: quòd erat illis circumcisio, in cuius uicem baptismus nobis successit. Alioqui si testimonium, quo Iudæi de seminis sui salute confirmati fuerunt, nobis eripitur, Christi aduentu factum fuerit, ut obscurior & minus testata sit nobis Dei gratia, quàm ante Iudæis erat. Id si dici non potest, citra extremam Christi contumeliam, per quam infinita Patris bonitas luculentius ac benignius, quàm unquàm, in terras effusa fuit, & hominibus declarata: fateri necesse est, non malignius saltem supprimendã, nec minore testimonio illustrandam, q̃ sub obscuris legis umbris. 1. Corint. 7

Quamobrem Dominus Iesus specimen editurus, unde mundus intelligat, ipsum amplificandæ potius quàm limitandæ Patris misericordiæ aduenisse, comiter oblatos sibi infantes amplectitur, discipulos obiurgans, qui aditu illos prohibere conabantur: quando eos, quorum esset regnum cœlorum, à se abducebant, per quem solum patet in cœlum ingressus. Verum quid simile, dixerit quispiam, baptismo cum hoc Christi amplexu? Neque enim baptisasse illos narratur: sed excepisse, amplexus esse, & illis bene precatus. Proinde si eius exemplum imitari libet, precibus infantes adiuuemus: non autem baptisemus. Verum nos Christi gesta paulò attentius reputemus, quàm tale genus hominum. Neque enim hoc leuiter est prætereundum, quòd infantes sibi offerri Christus iubet: addita ratione, quoniam talium sit regnũ cœlorũ. Ac postea uoluntatem suam opere testatur, dum ipsos amplexus, precatione benedictioneque sua Patri commendat. Si adduci Christo infantes æquum est: cur non & ad baptismum recipi, symbolum nostræ cum Christo communionis, ac societatis? si eorum est regnum cœlorum: cur signum negabitur, quo uelut aditus aperitur in Ecclesiam, ut in eam cooptati hæredibus regni cœlestis adscribantur? Quam iniqui erimus, si abigamus, quos Christus ad se inuitat, si quos suis donis ornat, spoliemus? si excludamus, quos ipse ultro admittit? Quod si excutere uolumus, quantum à baptismo absit, quod illic egit Christus: quanto tamen maiore in Matt. 19

precio

precio habebimus baptiſmum, quo teſtificamur infantes in Dei fœdere continẽri, quàm ſuſceptionem, amplexum, manuũ impoſitionem, precationem, quibus Chriſtus ipſe præſens & ſuos eſſe, & à ſe ſanctificari, declarat? Alijs cauillis, qbus eludere hunc locum nituntur, nihil quàm ſuam ignorantiam produnt. Argutantur enim ex eo quod dicit Chriſtus, ſinite uenire paruulos, iam grandiuſculos annis fuiſſe, qui ad ingrediendum iam eſſent idonei. Sed ab Euangeliſtis βρεφη καὶ παιδία nominantur. Quibus uerbis ſignificant Græci infantulos ab uberibus pendentes. Venire ergo poſitum eſt ſimpliciter pro accedere. En quales cogantur decipulas texere, qui aduerſus ueritatem animum offirmarunt. Porrò quod iactant, regnum cœlorum infantibus non eſſe attributum, ſed eorum ſimilibus; quoniam dicatur talium eſſe, non ipſorum, nihilo eſt ſolidius. Id enim ſi recipitur, qualis futura eſt Chriſti ratio, qua oſtendere uult, ætate infantes à ſe non alienos? Cum iubet ut ad ſe infantes accedere ſinantur, nihil eſt clarius, q̃ ueram infantiam notari. Quod ne abſurdum uideret, ſubiungit, talium eſt regnum cœlorum. Quo ſi infantes comprehendi neceſſarium eſt, minime obſcurum erit, per dictionem, talium, infantes ipſos ac eorum ſimiles deſignari.

Nemo iam eſt, qui non uideat, pædobaptiſmum nequaquam humanitus fabrefactum fuiſſe: qui tanta ſcripturæ approbatione fulciatur. Nec ſatis ſpecioſe nugantur, qui obijciunt nuſquam reperiri, uel infantem unum, per Apoſtolorum manus fuiſſe baptiſatum. Etſi enim id nominatim ab Euangeliſtis non narratur: quia tamen neque rurſum excluduntur illi, quoties familiæ alicuius baptiſatę incidit mentio, quis inde, niſi inſanus, ratiocinetur non fuiſſe baptiſatos? ſi quid ualerent id genus argumenta, mulieres pariter cœna Domini interdicendæ eſſent, quas Apoſtolorum ſęculo ad eam fuiſſe admiſſas non legimus. Sed enim hic fidei regula contenti ſumus. Dum enim reputamus quid ferat cœnæ inſtitutio: ex eo etiam, quibus communicandus ſit illius uſus, facile iudicium eſt. Quod & in baptiſmo obſeruamus. Siquidem ubi animaduertimus, quem in finem inſtitutus fuerit, euidenter conſpicimus, & infantibus non minus competere, quam natu grandioribus. Eo itaque priuari nequeunt, quin Dei authoris uoluntati fraus manifeſta fiat. Quod autem apud ſimplicem uulgum diſſeminant, longam annorum ſeriem poſt Chriſti reſurrectionem præterijſſe, quibus incognitus erat pædobaptiſmus, in eo fœdiſſime mentiuntur, ſiquidem nullus eſt ſcriptor tam uetuſtus, qui non eius originem ad Apoſtolorum ſęculum pro certo referat.

Superest ut breuiter indicemus, quiſnam ex hac obſeruatione fructus redeat, cum ad fideles, qui liberos ſuos Eccleſiæ tingendos ſiſtunt: tum ad ipſos, qui intinguntur, infantes: ne quis ceu inutilem ac ocioſam aſpernetur. Quanquam ſi cui in mentem uenit, pædobaptiſmum hoc prætextu irridere, circumciſionis præceptum à Domino poſitum ludibrio habet. Quid enim ad illum impugnandum proferent, quod non in hanc retorqueatur? Sic Dominus ulciſcitur eorum arrogantiam, qui protinus damnant, quod carnis ſuæ ſenſu non comprehendunt. Verum alijs armis nos inſtruit Dominus, quibus eorum ſtoliditas retundatur. Neque enim ſancta hæc Domini inſtitutio, qua fidem noſtram conſolatione iuuare ſentitur, ſuperuacua meretur dici. Siquidem Dei ſignum, puero communicatum, uelut impreſſo ſigillo, promiſſionem pio parenti datam confirmat, ac ratam eſſe declarat. Quòd Dominus non illi modo, ſed ſemini eius in Deum ſit futurus: neq; eum modo bonitate gratiaq; ſua proſequi uelit, ſed eius poſteros in milleſimam uſq; generationem. Vbi cum ingens ſeſe proferat Dei benignitas, primum ampliſſimam gloriæ eius prædicandæ materiam ſuppeditat: & pia pectora conſolatione eximia perfundit: qua ſimul ad redamandum tam pium Patrem uehementius incitantur: cui præter ſe, poſteritatem ſuam curæ eſſe conſpiciunt. Neq; moror, ſi quiſpiam excipiat, confirmandæ filiorum noſtrorum ſaluti ſufficere debere promiſsionem. Quando ſecus Domino uiſum eſt, qui, prout imbecillitatem noſtram perſpectum habet, tantum illi in hac re indulgere uo-

gere uoluit. Proinde qui promissionem de misericordia Domini in liberos suos propaganda amplexantur, officij sui esse cogitent, ipsos misericordię symbolo signandos Ecclesię offerre: atque inde se ad certiorem animare fiduciam, quòd præsenti oculo fœdus Domini filiorum suorum corporibus insculptum cernunt. Nonnihil rursum emolumenti pueri è suo baptismo capiunt, quòd in corpus Ecclesię insiti, alijs membris sunt aliquanto commendatiores. Deinde ubi adoleuerint, eò ad serium Dei colendi studium non mediocriter stimulantur: à quo in filios solenni adoptionis symbolo accepti fuerint, antequã per ætatem eum agnoscere Patrem possent. Denique terrere nos summopere debet illa damnatio: uindicem fore Deũ, si quis fœderis symbolo filiũ insignire contemnat: q eo contẽptu, oblata gratia respuatur & eiuretur. Genes.

Iam argumenta discutiamus, quibus sanctam hanc Dei institutionem furiosę quædam beluæ impetere non cessant. Principio quoniam similitudine baptismi & circumcisionis ultra modum urgeri se ac constringi sentiunt, longo discrimine distrahere hæc duo signa contendunt, ne quid alteri cum altero commune esse uideatur. Nam & res signari uarias, & fœdus omnino diuersum, & appellationem puerorum non eandem esse dicunt. Atqui dum illud primum instituunt probare, circumcisionem obtendunt, mortificationis, non baptismi fuisse figuram. Quod profecto libentissime illis damus. Nobis enim optime patrocinatur. Neque alia sententiæ nostræ probatione utimur, quàm baptismum & circumcisionem mortificationis esse signa. Hinc constituimus, in huius uicem illum esse suffectum, quò idipsum nobis repræsentet, quod olim Iudæis signabat. In asserenda fœderis differentia, quàm barbara audacia scripturam dissipant & corrumpunt: neque uno in loco: sed ita, ut nihil saluum aut integrum relinquant. Iudæos enim adeò carnales nobis depingunt, ut pecudum similiores sint, quàm hominum. Quibuscum scilicet percussum fœdus, ultra temporariam uitam non procedat: quibus datæ promissiones in bonis præsentibus ac corporeis subsidant. Quod dogma si obtineat, quid restat, nisi ut gentem Iudaicam fuisse ad tempus Dei beneficio saturatam: non secus ac porcorum gregem in hara saginant, ut æterno demum exitio periret? Simul enim ac circumcisionem, eique annexas promissiones citamus, circumcisionem literale signum, promissiones eius carnales fuisse, respondent. Sane, si literale signum erat circumcisio: nihilo secius de baptismo censendum est. Quandoquidem Apostolus Colossen. 2. nihilo magis alterum altero spiritualem facit. Dicit enim nos in Christo circumcisos, circumcisione non manu facta, deposito corpore peccati, quod in carne nostra habitabat. Quam circumcisionem Christi uocat, post in eius sententiæ explicationem subiungit, nos per baptismum Christo consepultos. Quid sibi uult istis uerbis, nisi baptismi complementum & ueritatem, esse ueritatem simul & complementum circumcisionis, quoniam rem unam figurent? Demonstrare enim contendit, esse id Christianis baptismũ, quod ante fuerat Iudæis circumcisio. Quoniam autem iam ad liquidũ expositum, promissiones utriusque signi, & quæ illis repræsentantur, mysteria conuenire: longius in præsens non immorabimur. Tantum fideles admonebo, me tacente, ut secum reputent, an terrenum ac literale habendum sit signum, cui nihil subest nisi spirituale & cœleste. Verum ne fumos suos simplicibus uendant, obiectum unum, quo impudentissimum hoc mendacium prætexunt, in transcursu diluemus. Certo certius est, primarias promissiones, quibus continebatur, quod sub ueteri testamento cum Israelitis fœdus Dominus sanciebat: spirituales fuisse, & ad æternam uitam respexisse. Tum uicissim à patribus spiritualiter, ut par erat, acceptas: quo fiduciam inde conciperent futurę uitę, ad quã toto animi affectu adspirarent. Interim uerò nequaquam inficiamur, quin suam illis beneuolentiam terrenis ac carnalibus beneficijs testatus sit: quibus etiam dicimus, spem illam promissionum spiritualium fuisse confirmatam. Quomodo, ubi æternam beatitudinem seruo suo Abrahæ pollicitus est, quo

manifestum

manifestum fauoris sui indicium illi ob oculos subijciat, addit alteram, de possessione terræ Chanaan, promissionem. In hunc modum accipere conuenit, quęcunqúe genti Iudaicæ terrenæ promissiones datæ sunt. Vt spiritualis promissio, ceu caput, primas semper teneat, quò illæ referantur. In puerorum appellatione hanc uarietatem reperiunt, filios Abrahæ sub ueteri testamento dictos, qui ab eius semine originem ducerent: hoc nomine nunc appellari, qui fidem eius imitantur. Ideo infantiam illam carnalem, quæ in societatem fœderis per circumcisionem inserebatur, spirituales noui testamenti infantes figurasse, qui Dei uerbo regenerati sint ad uitam immortalem. In quibus uerbis exiguam quidē ueritatis scintillam intuemur. Sed in hoc grauiter peccant leues isti spiritus, quòd dum arripiunt quicquid primo in manum illis uenit, ubi ultrà progrediendum foret, & multa inter se conferenda, in uerbum unum pertinaciter insistunt. Vnde fieri aliter nequit, quin subinde hallucinentur: quia in nullius rei solidam cognitionem incumbunt. fatemur certe, carnale Abrahæ semen locum ad tempus tenuisse spiritualis seminis, quod per fidem illi inseritur. Illius enim filij nuncupamur, utcunq; nulla cum illo nobis naturalis cognatio intercedat. Verum, si intelligunt, quod non obscure demonstrant, carnali Abrahæ semini nunquam spiritualem Dei benedictionem promissam, hic uerò longe falluntur. Proinde in meliorem scopum collimemus: quò, certissimo scripturæ ductu, dirigimur. Dominus ergo Abrahæ pollicetur futurum illi semen, in quo benedicendæ sint omnes terræ nationes: ac simul fidem dat, se illi & semini eius in Deum fore. Quicunq; Christum benedictionis authorem fide recipiunt, huius promissionis sunt hæredes. Ideoq; Abrahæ filij nominantur: Quanquam autem post Christi resurrectionem fines regni Dei longè lateq; in quaslibet nationes indiscriminatim prorogari cœperunt: ut, secundum Domini decretum, undequaq; fideles colligerentur, qui in gloria cœlesti accumberent cum Abraham, Isaac, & Iacob: multis tamen ante sæculis tanta illa misericordia Iudæos complexus fuerat. Et quia, cunctis alijs præteritis, unam hanc gentem selegerat, in qua gratiam suam pro tempore contineret: peculium suum, & populum acquisitum dicebat. Ad testandam eiusmodi benignitatem, instituta erat circumcisio: cuius symbolo docerentur Iudæi, Deum sibi esse præsidem ac protectorem. Qua cognitione in spem uitæ æternæ erigebantur eorum animi. Quid enim defuturum est ei, quem semel in fidem Deus acceperit? Quare Apostolus probaturus gentiles una cum Iudæis esse Abrahæ filios, in hanc formam loquitur. Abraham, inquit, fide iustificatus fuit in præputio. Post, signum accepit circumcisionis, sigillum iustitiæ fidei: ut Pater esset omnium fidelium & pręputij & circumcisionis: non eorum qui sola circumcisione gloriantur, sed qui sequuntur fidem, quam Pater noster Abraham in præputio habuit. An non uidemus dignitate utroscp adæquari? Nam, ad tempus Dei decreto constitutum, Pater fuit circumcisionis: ubi, diruto pariete, quemadmodū alibi scribit Apostolus, quo gentes à Iudæis secernebantur, illis quoq; patefactus aditus fuit in regnum Dei: factus est illarum Pater. Idq; citra circumcisionis signum: quòd baptismum uice circumcisionis habent. Quod autem nominatim Abraham ijs esse Patrem negat, qui sunt ex circumcisione tantum: id positum est ad retundendum quorundam supercilium, qui, omissa pietatis cura, solis cerimonijs se uenditabant. Qualiter hodieq; refutari possit eorum uanitas, qui in baptismo nihil, præter aquam, quærunt. Sed alter Apostoli locus ex Roma. 9. contra proferetur: ubi eos, qui ex carne sunt, non esse Abrahæ filios docet: sed eos modo in semine censeri, qui sunt filij promissionis. Innuere nanque uidetur, nihili esse carnalem Abrahæ cognationem: quam nos aliquo gradu ponimus. At enim diligentius animaduertendum est, quam illic causam tractet Apostolus. Nam Iudæis ostensurus, quàm non esset alligata semini Abrahæ Dei bonitas, imò quàm nihil per se conferat: eius rei documento Ismaelem & Esau profert: quibus reiectis, non secus ac si extranei fuissent, tametsi secundum carnem germana erant Abrahæ progenies, in Isaac & Iacob residet benedictio. Vnde conficit, id, quod

Rom. 4.

id,quod postea affirmat,pendere salutem à Domini misericordia, qua prosequatur,quem illi uisum fuerit. Causſam non esſe, cur Iudæi fœderis nomine sibi placeant aut glorientur,nisi fœderis legem seruent,id est,verbo obediant. Rursum ubi uana generis sui confidentia illos deiecit, quia tamen altera ex parte cernebat, fœdus,quod semel cum Abraham posteritate initum fuerat à Deo irritum nullo modo fieri posse;11.capi.carnalem Abrahę cognationem non esſe sua dignitate spoliandam disserit: cuius beneficio Iudæos docet primos ac natiuos esſe Euangelij hæredes,nisi quatenus sua ingratitudine,ceu indigni,abdicati fuerunt. Sic tamẽ, ut non penitus ab eorum gente Domini benedictio demigrarit. Qua ratione illos,quamlibet contumaces ac fœdifragos,sanctos nihilominus appellat. Tantum honoris defert sanctæ generationi, quam Deus sacro suo fœdere dignatus fuerat,Nos uero,si cum illis componamur,uelut posthumos,aut etiam abortiuos Abrahæ filios: idq; adoptione, non natura. Quemadmodum, si defractus à sua arbore surculus,in alienum stipitem inseratur. Ergo sua prærogatiua ne fraudarentur,Euangelium illis primo loco annunciari oportuit. Sunt enim in Dei familia uelut primogeniti. Quare hic honor deferendus illis fuit, donec oblatum reiecerunt,& sua ingratitudine effecerunt,ut ad gentes traduceretur. Neq; uero quantacunq; contumacia cum Euangelio bellum gerere perſistant, ideo tamen nobis sunt despiciendi:si reputamus,in promissionis gratiam,Dei benedictionem inter eos etiamnum residere: ut certe nunquam inde prorsus abscessuram Apostolus testatur.quoniam sine pœnitentia sunt dona & uocatio Dei. En quid ualeat,& qua lance metienda sit promissio Abrahæ posteritati data. Proinde, quanquam in discernendis regni hæredibus à spurijs & extraneis, unam Dei electionem libero iure dominari,nihil dubitamus: simul tamen perspicimus, placuisse Domino semen Abrahæ peculiariter misericordia sua complecti: ac, quò testatior haberetur, circumcisione obsignare. Porrò eadem omnino est Christianæ nationis ratio.Nam ut illic Paulus sanctificari à parentibus suis Iudæos disputat: ita alibi docet, eandem à parentibus sanctificationem Christianorum liberos ducere. 1.Corin.7.
Vnde colligitur, ab alijs merito segregrari, qui impuritatis è conuerso damnantur.Iam,quis ambigere possit,quin falsissimum sit,quod deinde subnectunt: qui olim infantes circumcidebantur, eos infantiam duntaxat spiritualem figurasse, quæ ex uerbi Dei regeneratione emergit. Neque enim tam argute philosophatur Apostolus,ubi Christum circumcisionis ministrum esse scribit,ad implendas, Roma.15.
quæ patribus editæ fuerant, promissiones, ac si in hunc modum loqueretur. Quandoquidem fœdus cum Abrahamo percussum ad semen eius respicit,Christum,ut fidem à Patre semel datam pręstaret ac solueret,in salutem aduenisse genti Iudaicæ. Vides ne, ut, post Christi resurrectionem quoque, promissionem fœderis non allegorice tantum, sed ut verba sonant, carnali Abrahæ semini implendam censeat? Eòdem pertinet quod Petrus Actorum secundo Iudæis de-
nunciat,illis ac semini eorum,fœderis iure, Euangelij beneficium deberi: ac pro- Ephe.2.
xime sequenti capite eos testamenti filios, hoc est,hæredes nuncupat. A quo etiã non longè adludit alter Apostoli supra citatus locus: ubi impressam infantibus circumcisionem pro testimonio cum Christo communionis ducit,& ponit. Et uero,si eorum nænias auscultamus,quid illi promissioni fiet,qua Dominus, in secundo legis suæ capite,seruis suis recipit se eorum semini propitium fore in millesimam usque generationem? hiccine ad allegorias confugiemus? At nimium nugatoria fuerit tergiuersatio,an id dicemus abolitum? Verum ita lex dissipare-
tur, cui potius stabiliendæ Christus uenit, quatenus in bonum ad uitam nobis cedit. Sit itaque extra controuersiam, Dominum suis adeo bonum esse ac benignum, ut in eorum gratiam liberos etiam, quos procrearint,populo suo accenseri uelit.

Quæ præterea inter Baptismum ac circumcisionem inijcere discrimina moliuntur,non ridicula modo sunt,& omni rationis specie uacua:sed inter se pugnantia. Nam ubi Baptismum ad primum spiritualis certaminis diem spectare affir-

marunt: circumcisionem autem ad octauum, iam peracta mortificatione: extemplo, illius obliti, cantilenam inuertunt: ac circumcisionem quidem figuram appellant mortificandæ carnis: Baptismum uero sepulturam, in quam nulli, nisi iam mortui, tradendi sint. Quæ phreneticorum deliria tanta leuitate dissiliant? Nam priore sententia, Baptismus circumcisioni præire debet: per alteram, in posteriorem locum relegatur. Neq; tamen nouum exemplum est, ut hominum ingenia, ubi pro certissimo Dei verbo adorant quidquid somniarint, sursum, deorsum ita uolutentur. Nos ergo priorem illam differentiam, merum esse somnium, dicimus; Si in octauo die libebat ἀλληγορίζειν, non tamen eò modo conueniebat. Multò satius fuerit, post ueteres, numerum octonarium in resurrectionem octauo die factam referre, unde uitæ nouitatem pendere scimus: aut ad totum præsentis uitæ cursum, quo procedere semper debet mortificatio, donec, eo consumato, ipsa quoq; perfecta fuerit. Quanquam uideri queat Dominus ætatis teneritudini prospicere uoluisse, circumcisionem in diem octauum differendo: quoniam vulnus, recens natis, et adhuc à matre rubentibus periculosius futurum erat. Quanto neruosius est illud? nos iam ante mortuos per Baptismum sepeliri: cum scriptura diserte reclamet, nos ea conditione in mortem sepeliri, ut emoriamur, ac mortificationem istam exinde meditemur. Iam eiusdem est dexteritatis, quod fœminas nõ esse Baptizandas cauillantur, si Baptismum circumcisioni conformari oporteat. Nam si compertissimum est, circumcisionis signo testatam fuisse seminis Israelitici sanctificationem: ex eo neque dubium est, quin maribus pariter ac fœminis sanctificandis datum fuerit. Sola autem masculorum corpora ipso imprimebantur, quæ per naturam poterant. Sic tamen, ut fœminæ, per eos, circumcisioni quodammodo communicarent. Itaque talibus eorum ineptijs procul ablegatis, in Baptismi ac circumcisionis similitudine hæreamus, quam amplissime in mysterio interiori, in promissionibus, in usu, in efficacia quadrare conspicimus.

Rationem quoque firmissimam obtendere sibi uidentur, cur arcendi sint à Baptismo pueri, dum cauffantur, nõ esse p ætatem adhuc idoneos, qui signatum illic mysterium assequantur. Id autem est spiritualis regeneratio, quæ cadere in primam infantiam non potest. Itaque colligunt, non alio loco habendos, quàm pro Adæ filijs: donec in ætatem adoleuerint secundæ natiuitati congruentem. At qui his omnibus ubique refragatur Dei ueritas. Nam si inter filios Adæ sinendi sunt, in morte relinquuntur, quando in Adam nihil quàm mori possimus. Contra uerò Christus sibi adduci iubet. Quid ita? Quia uita est. Eos ergo, ut uiuificet, sui participes facit: cum interim isti, longe abactos, morti adiudicant. Nam si tergiuersantur, non ideo perire infantes, si filij Adæ reputentur, satis superq; scriptu-
1. Corin. 15 ræ testimonio eorum error reuincitur. Nam cum in Adam omnes mori pronunciet, sequitur nullam nisi in Christo uitæ spem restare. Quò igitur uitæ hæredes fiamus, nos illi communicare oportet. Rursum cum scriptum alibi sit, natura,
Ephe. 2. nos iræ Dei omnes esse obnoxios, ac in peccato conceptos, cui damnatio perpe-
Psal. 51. tuo adhæret: è natura nostra demigremus oportet, antequam in regnum Dei aditus nobis pateat. Et quid dici clarius potest, quàm carnem & sanguinem regnum Dei possidere non posse? Aboleatur ergo quidquid nostrum est (quod non citra regenerationem fiet) tum possessionem hanc regni cernemus. Denicq; si uerè loquitur Christus, cum se uitam esse prædicat: nos in ipsum inseri necesse est, quò è mortis seruitute asseramur. At quomodo, inquiunt, regenerantur infantes, nec boni nec mali cognitione præditi? Nos autem respondemus, opus Dei, etiam si captui nostro non subiaceat, non tamen esse nullum. Porrò infantes, qui seruandi sint, ut certe ex ea ætate omnino aliqui seruantur, antea à Domino regenerari, minime obscurum est.

Nam si ingenitam sibi corruptuptionem è matris utero secum afferunt: ea repurgatos esse oportet, antequam in regnum Dei admittantur: quò nihil ingrediatur pollutum aut inquinatum. Si peccatores nascuntur: quomodo & Dauid & Paulus affirmant: aut Deo ingrati, inuisiq; manent, aut iustificentur necesse est.

Et quid

Et quid ultra quærimus? cum palàm Dominus affirmet, nullis patere in uitam cœleſtem ingreſſum, niſi renatis. Atque ut obloquutores hoc genus compeſceret, documentum præbuit in Ioanne Baptiſta, quem in matris utero ſanctificauit, quid in reliquis poſſet. Nec, qua hic ludunt, tergiuerſatione quidquam proficiunt: Id ſemel duntaxat factum, unde non ſtatim conſequatur, Dominum ita ſolere paſsim cum infantibus agere. Neque enim nos eum in modum ratiocinamur. Tantum oſtendere animus eſt, inique ac maligne intra eas anguſtias limitari ab eis Dei uirtutem, quibus ipſa contineri ſe non ſuſtinet. Tantundem habet ponderis & alterum ſuffugium. Vſitato ſcripturæ more perinde ualere allegant particulam, ab utero, ac ſi diceretur, è pueritia. Sed uidere perſpicue licet, Angelum, cum id Zachariæ denunciaret, aliud uoluiſſe. Nempe nondum natũ Spiritu ſancto repletum iri. Ne ergo legem Domino dicamus, quin ſanctificet quos uiſum fuerit: quomodo hunc ſanctificauit, quando nihil eius uirtute deceſsit. Et ſane ideo à prima infantia ſanctificatus fuit Chriſtus: ut ex ætate qualibet, ſine diſcrimine, electos ſuos in ſeipſo ſanctificaret.

Nam quemadmodũ ad delendam inobedientiæ culpam, quæ in carne noſtra perpetrata fuerat, eam ipſam carnem ſibi induit, in qua perfectam, cauſſa uiceque noſtra, obedientiam præſtaret: ita nę Spiritu ſancto conceptus fuit: ut eius ſanctitate in aſſumpta carne ad plenum perfuſus, ipſam ad nos transfunderet. Si abſolutiſsimum in Chriſto habemus gratiarum omnium exemplar, quibus filios ſuos Deus proſequitur: hac quoque parte ſcilicet, documento nobis erit, infantiæ ætatem non uſque adeo à ſanctificatione abhorrere. Vtcunque, hoc tamen extra controuerſiam ponimus, neminem electorum è præſenti uita euocari, qui non prius ſanctificetur ac regeneretur Dei ſpiritu. Quod contra obiectant, ſcripturæ ueritatem, nullam, niſi ex incorruptibili ſemine, id eſt, Dei verbo regenerationem agnoſcere: perperam illam Petri ſententiam interpretantur: qua fideles modo comprehendit, qui Euangelij prædicatione edocti fuerant. Talibus quidem, fatemur, verbum Domini ſpiritualis eſſe regenerationis ſemen unicum: ſed ex eo negamus colligendum, non poſſe Dei uirtute regenerari infantes: illi, tam facili & prompta, quàm nobis incomprehenſa & admirabili. Deinde non ſatis tutum fuerit hoc adimere Domino, ne ſeſe illis quoq; modo exhibere cognoſcendum queat. At fides, inquiunt, per auditum, cuius nõdum uſum adepti ſunt. Nec Deo cognoſcendo pares eſſe queant, quos boni ſimul & mali notitia deſtitutos docet Moyſes. Verum non animaduertunt Apoſtolum, cum auditum, fidei principium facit, ordinariam tantum Domini œconomiam & diſpenſationem, quam tenere in uocandis ſuis ſolet, deſcribere: non autem perpetuam Domino regulam præſtituere, ne alia uti ratione poſsit. Quomodo certe in multorum uocatione uſus eſt: quos, interiore modo Spiritus illuminatione, nulla intercedente prædicatione, uera ſui cognitione donauit. Quoniam autem ualde abſurdum fore putant, ſi infantibus tribuatur ulla cognitio Dei, quos boni & mali intelligentia Moyſes priuat: reſpondeant, quæſo, mihi, quid periculi ſit, ſi aliquam eius gratiæ partem nunc accipere dicantur, cuius plena largitate paulo poſt perfruentur? Nam ſi uitæ plenitudo perfecta Dei cognitione conſtat: cum eorum nonnulli, qui prima ſtatim infantia hinc abripiuntur, in uitam æternam tranſeant, ad contemplandam Domini faciem præſentiſsimam recipiuntur. Quos ergo pleno lucis ſuæ fulgore illuſtraturus eſt Dominus, cur non ijs quoq; in præſens, exigua ſcintilla, irradiaret? Non quòd eadem eſſe fide præditos temere affirmare uelim, quam in nobis experimur (quod in ſuſpenſo relinquere malim) uerum ut iſtorum ſtolidam arrogantiam paululum coerceam: qui prout inflata illis bucca fuerit, ſecure quiduis aut negant aut aſſerunt.

Verum quo adhuc ualidius hac parte inſiſtant: ſubnectunt Baptiſmum pœnitentiæ ac fidei ſacramentum eſſe, quare cum neutra in tenellam infantiam cadit, cauendum, ne, ſi in Baptiſmi communionem admittatur, inanis & euanida reddatur ſignificatio. At enim hæc tela in Deum magis, quàm in nos, diriguntur.

1. Pet. 1.

Deute. 1.

Siquidem & circumcisionem fuisse pœnitentiæ signum, multis scripturæ testimo-
monijs compertissimum est. Deinde à Paulo nuncupatur, sigillum iustitiæ fidei. Ab ipso itaque Deo ratio exigatur, cur eam infantium corporibus inscribi iusse-
rit. Postquam enim in eadem iunt caussa Baptismus & circumcisio, huic nihil da-
re possunt, quod non illi simul concedant. Si ad solitum cuniculum respectant, fi-
guratos tum fuisse per infantiæ ætatem spirituales infantes, iam obstructa est illis uia. Dicimus ergo, cum circumcisionem pœnitentiæ fideiq; sacramentum infan-
tibus Deus communicarit, non uideri absurdum, si nunc Baptismi participes fi-
ant: nisi palàm in Dei institutionem debacchari placet. Verum cum in Dei factis omnibus, tum in hoc quoq; ipso satis sapientiæ, iustitiæ, ad retundendas impio-
rum obtrectationes relucet. Nam etsi infantes, quo circumcidebantur, momento quod sibi uellet signum illud, intelligentia non comprehendebant: uere tamen cir
cumcidebantur in naturæ suæ corruptæ ac contaminatæ mortificationem: quàm adulti postea meditarentur.

Rom 4.

Hac responsione semel euertitur, quicquid aduersum nos torquent à Baptis-
mi significatione petitum. Quale est elogium, quo à Paulo insignitur, ubi uocat lauachrum regenerationis & renouationis. Vnde ratiocinantur, nemini, nisi ea-
rum rerum capaci, conferendum. Sed enim nobis ex aduerso excipere licet: ne-
que circumcisionem alijs, quàm regeneratis, fuisse conferendam, que regenerati-
onem designabat. Atque ita Dei institutum à nobis commendabitur. Proinde quod iam aliquoties attigimus, quæcunque ad quatefaciendam circumcisionem argumenta inclinant, uim nullam habeant in oppugnando Baptismo. Neque elabuntur, si dixerint, statum esse nobis, ac fixum, quod Dei authoritate certo ni-
titur, etiamsi nulla eius ratio extet: quæ reuerentia neque pædobaptismo debe-
tur neque alijs similibus, quæ expresso Dei verbo non sunt nobis commendata. quando hoc dilemmate deprehensi semper tenentur. Aut enim legitimum nul
lisque cauillis obnoxium, aut reprehensione dignum fuit, de circumcidendis in-
fantibus, Domini præceptum. Si nihil absoni nec absurdi in illo fuit: nec in pæ-
dobaptismi obseruatione quidpiam absurdi notari poterit. Quam uero conan-
tur hoc loco inurere absurditatis maculam, sic eluimus. Quos electione sua dig-
natus est Dominus, si accepto regenerationis signo, præsenti uita ante demigrent, quàm adoleuerint: eos uirtute sui spiritus nobis incomprehensa renouat, quomo
do expedire solus ipse prouidet.

Si grandescere in ętatẽ contingat, qua baptismi ueritatem edoceri queant: hinc magis ad renouationis studium accendentur, cuius tessera se, à prima statim in-
fantia, donatos esse discent: quo eam toto uitæ decursu meditarentur. Eòdem referatur quod duobus locis Paulus docet, nos Christo per Baptismum confe-
peliri. Nam eo non intelligit, consepultum Christo iam prius eum esse opor-
tere, qui Baptismo sit initiandus: sed quæ Baptismo subest doctrina, simplici-
ter declarat: idque iam Baptizatis. ut ne insani quidem, Baptismo præponen-
dam, ex hoc loco pugnaturi sint. In hunc modum Moyses & Prophetæ popu-
lum admonebant, quid sibi uellet circumcisio, qua tamen infantes signati fue-
rant. Tantundem ualet quod & Galatis scribit, eos, dum Baptizati fuerunt, Christum induisse. Quorsum id? Nempe ut Christo in posterum uiuerent: non quia ante uixissent. Et quanquam in natu grandioribus mysterij intelli-
gentiam signi susceptio consequi debet: paruulos tamen alio loco ac numero ha-
bendos, mox exponetur. Nec aliud statuendum est de eo quod docet Petrus, in quo sibi magnum præsidium statuunt: cum dicit non esse ablutionem ad abster-
gendas corporis sordes, sed bonæ conscientiæ testimonium coram Deo, per Christi resurrectionem. Contendunt quidem illi ex eo, nihil pædobaptismo re-
liquum fieri, nisi ut inanis sit fumus. Nempe à quo longè sepositа sit hæc ueri-
tas. Verum hallucinatione ista identidem peccant, quòd rem, temporis ordine, semper signo præire uelint.

Nam & circumcisionis ueritas eodem conscientiæ bonæ testimonio consta-
bat:

bat: quòd si necessario præcedere debuisset, nunquam infantes, Domini mandato, fuissent circumcisi. Verum Dominus bonæ conscientiæ testimonium circumcisionis ueritati subesse ostendens, simul tamen præcipiens paruulos circumcidi, ea parte in futurum tempus circumcisionem conferri, satis indicat. Quare nihil plus in pædobaptismo præsentis efficaciæ requirendū est, quam ut fœdus cū illis à Domino percussum obfirmet & sanciat. Reliqua eius sacramenti significatio, quo tempore Dominus prouiderit, postea consequetur. Neminem esse iam puto, qui non perspicue cernat, omnes huius notæ rationes, meras esse scripturæ inuersiones. Quæ supersunt his affines, cursim persequemur. Baptismum in peccatorum remissionem obijciunt. Quod ubi concessum fuerit, sententiæ nostræ abunde patrocinabitur. Peccatores enim cum nascamur, remissione & uenia iam à matris utero opus habemus. Porrò cum spem misericordiæ huic ætati non præcidat Dominus, sed potius certam faciat: cur signum re ipsa multo inferius præriperemus? Quare quod in nos uibrare moliuntur, hoc ita retorquemus in eos ipsos. Paruuli peccatorum remissione donantur: Ergo signo priuandi non sunt. Proferunt simul illud ex Epistola ad Ephesios: Ecclesiam à Domino mundatam lauachro aquæ in verbo uitæ: quo ad errorem eorum euertendum nihil aptius citari poterat. Nam inde nobis facilis nascitur probatio. Si testatam Baptismo vult Dominus ablutionem, qua Ecclesiam suam emundat: æquum non uideri, ut suo in paruulis testimonio careat: qui in Ecclesiæ parte iure censentur, cum hæredes regni cœlestis sint nuncupati. Vniuersam enim Ecclesiam Paulus complectitur, ubi dicit, mundatam lauachro aquæ. Nihilo secius & ex eo quod alibi dicit, nos in Christi corpus per Baptismum esse insertos, colligimus infantes, quos membris suis Christus annumerat, baptizandos esse, ne à suo corpore diuellantur. En quo impetu, cum tot machinis in nostra præsidia impressionem faciant.

Iam ad sæculi Apostolici praxin, atque consuetudinem descendunt, quo nemo, nisi fidem ante pœnitentiamque professus, ad Baptismum admissus comperitur. Nam ubi rogatur Petrus ab ijs, quibus erat resipiscendi animus, quid facto sit opus: ut pœnitentiam primum agant consulit: deinde ut baptizentur in remissionem peccatorum. Similiter Philippus, cum baptizari Eunuchus ille postularet, respondit, id licere, modo toto corde crederet. Hinc sibi obtinere posse uidentur, Baptismum, nisi præeunte fide ac pœnitentia, minime esse concedendum. Enimuero si huic rationi locum damus, prior locus, ubi nulla fidei mentio auditur, solam sufficere pœnitentiam euincet. Alter, quo pœnitentia minime requiritur, solam satis esse fidem. Excipient, puto, locum alterum altero adiuuari, ideoque simul esse connectendos. Ego quoque uicissim conferendos dico alios ideoque simul esse connectendos. Ego quoque uicissim conferendos dico alios locos, qui ad istius nodi solutionem aliquid ualeant. Quandoquidem multæ in scriptura sententiæ habentur, quarum intelligentia à loci circumstantia pendeat. Quale in præsentia exemplum occurrit. Nam quibus hæc dicuntur à Petro & Philippo, ætate sunt, ad pœnitentiam meditandam, fidemque concipiendam, idonea. Tales, nisi perspecta eorum conuersione & fide, saltem quantum hominum iudicio explorari potest, Baptizandos esse, fortiter negamus. Verum in alium catalogum relegandos esse infantes, plus satis perspicuum est. Nam si quis olim se Israeli adiungebat in religionis communionem, ante, & fœdus Domini edoceri, & lege erudiri oportebat, quàm circumcisione signaretur: quod natione erat ἀλλόφυλος, hoc est, alienigena ab Israelitico populo, quo cum fœdus, quod circumcisio sanciebat, percussum fuerat. Quemadmodum nec Dominus, cum Abrahamum sibi cooptat, à circumcisione sumit exordium, interim quid illo signo sibi uelit dissimulans. Verum, quod ferire cum ipso fœdus instituat, primum denunciat: tum deinde, post fidem promissionis habitam, sacramenti facit participem. Cum in Abrahamo fidem sacramentorum sequitur: in Isaaco filio intelligentiam omnem præcedit? Quoniam eum, qui adulta demum ætate in fœderis societatem recipitur, à quo fuerit hactenus alienus: eius conditiones antea per-

Acto. 2. & 8.

discere æquum est. Infantem uero ex eo progenitum, non item: qui hæreditario iure, secundum promissionis formulam, iam à matris utero in fœdere continetur. Aut, quo res clarius ac breuius indicetur, si fidelium liberi, citra intelligentiæ adminiculum, fœderis sunt participes: non est cur ob id à signo arceantur, quia in fœderis stipulationem iurare nequeunt. Hęc certe ratio est, cur aliquoties Dominus infantes, qui ab Israelitis oriuntur, sibi genitos & natos fuisse asserit. Nam filiorū haud dubie loco habet eorum filios, quorum semini in Patrem se fore pollicitus est. Qui uero infidelis est, impijs ortus parentibus, donec per fidem Deo uniatur, à fœderis communione extraneus censetur. Itaq; nihil mirum, si nec signo communicet, cuius significatio in eo fallax inanisque foret. In eam sententiam Paulus quoq; scribit, gentes, quamdiu in sua idololatria immersæ fuerunt, extra testamentum fuisse. Hoc compendio, tota res, nisi fallor, perspicue expediri queat. Qui grandiori demum ætate Christi fidem amplectuntur, eos, cum hactenus alieni à fœdere fuerint, non esse Baptismo insigniendos, nisi fide ac pœnitentia intercedente: quæ aditum illis in fœderis societatem patefacere solæ possunt. Qui à Christianis originem ducunt infantes, ut in fœderis hæreditatem, statim ac nati sunt, à Domino excipiuntur, ita in Baptismum recipiendos. Eò referendum est quod narrat Euangelista, Baptizatos à Ioanne fuisse, qui peccata sua confiterentur: quod exemplum obseruandum hodieq; censemus. Turca enim si se ad Baptismum offerat, non temere à nobis intingeretur, nisi confessione scilicet edita, qua Ecclesiæ satisfaciat.

Ezechi. 16 & 23.

Ephe. 2.

Adhæc, Christi verba, quæ Ioannis tertio recitantur, proferunt: quibus præsentem in Baptismo regenerationem existimant requiri. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest ingredi in regnum Dei. En, inquiunt, ut Baptismus, ore Domini regeneratio uocetur. Quos igitur regenerationis minime capaces esse concedendum est, quo prætexu Baptismo initiamus, qui sine ipsa constare nequit? Primum in eo falluntur, quod Baptismi mentionem fieri hoc loco putant, quia aqua nominetur. Postquàm enim naturæ corruptionem Nicodemo expositit Christus, ac renasci oportere docuit, quia ille renascentiam corporalem somniabat, modum hic indicat, quo regenerat nos Deus. Nempe per aquam & Spiritum, quasi diceret, per Spiritum, qui purgando & irrigando fideles animas, uice aquæ fungitur. Aquam ergo & spiritum simpliciter accipio pro spiritu qui aqua est. Neque hæc noua est locutio. Prorsus enim cum illa quæ primo capite habetur conuenit. Qui sequitur me, ille est qui Baptizat in Spiritu sancto & igni. Quemadmodum ergo Spiritu sancto & igni Baptizare, est Spiritum sanctum conferre, qui in regeneratione ignis officium naturamque habet: ita renasci Baptismo & aqua, nihil aliud est, quàm uim illam spiritus recipere, quę in anima id facit, quod aqua in corpore. Scio alios aliter interpretari. Sed hunc esse germanum sensum non dubito.

Iam & ex eo explodendam esse illorum glossam palàm est, qui omnes non baptizatos æternæ morti adiudicant. Solis ergo adultis administrari Baptismum ex eorum postulato fingamus: quid puero fieri dicent, qui pietatis rudimentis rite probeque imbuitur, dum tinctionis dies appetit, si subita morte præter spem omnium abripiatur? Clara est DOMINI promissio, quicunque in Filium credidit, non uisurum mortem, nec in iudicium uenturum, sed transijsse à morte in uitam: nondum Baptizatum nullibi damnasse comperitur. Quod in eam à me partem accipi nolo, perinde ac si Baptismum contemni impune posse innuerem: quo contemptu uiolatum iri DOMINI fœdus affirmo: tantum abest ut excusare sustineam. Tantum euincere sufficit, non esse adeo necessariū, ut perijsse protinus existimetur, cui eius obtinendi adempta fuerit facultas. Atqui si eorum commento assentimur, eos omnes, citra exceptionem, damnabimus, quos à baptismo casus aliquis prohibuerit, quantacunque alioqui fide

fide præditos: per quam Christus ipse possidetur. Insuper infantes omnes æternæ mortis reos peragunt, quibus Baptismum negant, sua ipsorum confessione, ad salutem necessarium. Viderint nunc, quàm belle sibi cum Christi uerbis conueniat, quibus regnum cœlorum illi ætati adiudicatur. Atque ut nihil illis non concedamus, quantum ad huius loci intelligentiam attinet, nil tamen inde elicient, nisi prius, quod iam constitutum est à nobis dogma de infantium regeneratione, euerterint.

Sed propugnaculum omnium munitissimum in ipsa Baptismi institutione se habere gloriantur, quam ex capite Matthæi ultimo petunt. Vbi Christus Apostolos mittens ad gentes uniuersas, de illis docendis primum, alterum de baptisandis mandatum dat. Tum & ex Marci ultimo istud adnectunt. Qui crediderit, & baptisatus fuerit, saluus erit. Quid ultra, inquiunt, quærimus? cum uerba Domini aperte sonent, prius docendum, quàm baptisandum: & Baptismo secundum à fide locum assignent. Cuius ordinis specimen Dominus etiam Iesus in se præbuit, qui anno demum tricesimo baptisari uoluit. Hic uerò quot modis, bone Deus, falluntur? Nam in eo iam plus quàm pueriliter labuntur, quòd primam Baptismi institutionem inde deriuant, quam ab exordio prædicationis suæ Apostolis Christus administrandam mandauerat. Non est igitur cur legem ac regulam Baptismi ex istis duobus locis petendam contendant, ac si primam institutionem continerent. Hoc ut illis indulgeamus erratum, quàm neruosa tamen est istæc argumentatio? Equidem si tergiuersari libeat: non latebra, sed latissimus campus ad effugiendum se aperit. Nam quando ita mordicus uerborum ordini insistunt, ut, quoniam dictum est, Ite, prædicate, & baptisate. Item, qui crediderit & baptizatus fuerit: prædicandum prius, quàm baptisandum: & credendum prius, quàm Baptismum appetendum, ratiocinentur: cur non & nos uicissim excipiamus, baptisandum antequàm docendam eorum quæ Christus mandauit obseruationem? Cum dicatur, baptisate, docentes seruare quæcunque præcepi uobis? Quid uerò illi sententiæ Christi, de aquæ & Spiritus regeneratione, nuper citatæ fiet, si ita intelligitur ut postulant? Illinc enim priorem spirituali regeneratione Baptismum esse conueniet: quando priore loco nominatur. Non enim nos ex Spiritu & aqua, sed ex aqua & Spiritu regenerandos docet Christus. Iam aliquantum concussa uidetur inexpugnabilis hæc ratio qua tantopere confidunt. Verum quia satis habet in simplicitate præsidij ueritas, leuibus eiusmodi argutijs elabi nolo. Solidam ergo responsionem sibi habeant. Potissimum hic à Christo de prædicando Euangelio datur mandatum, cui baptisandi ministerium, instar appendicis, subnectit. Deinde non aliter de Baptismo sermo habetur: nisi quatenus docendi functioni eius administratio subest. Apostolos enim mittit Christus ad Euangelium uniuersis orbis nationibus promulgandum: ut undique in regnum suum peraditos ante homines, doctrina salutis, colligant. Quos autem illos aut quales? Certum, nullam, nisi de ijs, qui doctrinæ recipiendæ pares sint, esse mentionem. Post adiungit, tales, ubi instituti fuerint, esse baptisandos: addita promissione, Qui crediderint & baptisati fuerint, saluos fore. An de infantibus toto illo sermone uel una est syllaba? Quæ igitur hæc, qua nos impetunt, argumentationis erit formula? Qui adulta sunt ætate, ante instituendi sunt ut credant, quàm baptisandi. Baptismum ergo infantibus elargiri nefas est. Non, si se rumpant, aliud ex hoc loco extendent, nisi ante prædicandum esse Euangelium ijs, qui sunt audiendi capaces, quàm baptizentur: quando de illis modo agitur. Inde, si possunt, obicem struant impediendis à Baptismo infantibus. At uerò, quo cæcis quoque palpabiles sint eorum fallaciæ, eas admodum perspicua similitudine indicabo. Si quis alimentis priuandos infantes cauilletur hoc prætextu: quod Apostolus non permittit, ut manducent, nisi qui laborant: nonne

dignus erat, qui ab omnibus conſpuatur? Cur ita? Quia quod de certo genere hominum ac certa ætate dictum fuerat, ad omnes indifferenter homines rapit. Nihilo iſtorum, in præſenti cauſſa, maior eſt dexteritas. Quod enim ad adultam duntaxat ætatem pertinere nemo non uidet, ad infantes trahunt: ut hæc quoque ætas ſubiaceat regulæ, quæ non niſi grandioribus poſita fuerat. Quantum ad Chriſti exemplum attinet, eorum cauſſam nequaquam fulcit. Non ante tricesimum annum eſt baptizatus. Verum id quidem, ſed in promptu ratio eſt, quia tum ſolidum baptiſmi fundamentum, ſua prædicatione, iacere inſtituebat: uel potius ſtabilire, quod paulò ante ab Ioanne iactum fuerat. Baptiſmũ ergo cum ſua doctrina inſtituere uellet, quò maiorẽ ſuę inſtitutioni authoritatem conciliaret, ſuo ipſius corpore ipſum ſanctificauit, Idq; qua maxime decebat tẽporis opportunitate. Nempe cũ ſuã prędicationem auſpicaretur.

Tandem obijciunt, non maiorem eſſe cauſſam, cur infantibus Baptiſmus communicetur, quàm cœna Domini: quæ tamen illis minime conceditur. Quaſi uerò ſcriptura latum, modis omnibus, diſcrimen non notaret. Fuit quidem id in ueteri Eccleſia factitatum: ut ex Cypriano & Auguſtino conſtat. ſed merito mos ille obſoleuit. Nam ſi ingenium ac proprietatem Baptiſmi reputamus: quidam certe eſt in Eccleſiam ingreſſus ac ueluti initiatio, per quam in Dei populum accenſemur: ſignum ſpiritualis noſtræ regenerationis, per quam in filios Dei renaſcimur. Cum è conuerſo cœna grandiuſculis attributa ſit, qui ſuperata teneriore infantia, iam ferendo ſint ſolido cibo. Quæ diſtinctio per quam euidenter in ſcriptura demonſtratur. Nam quantum ad baptiſmum attinet, nullum ætatum delectum facit. Cœnam uerò non omnibus perinde participandam exhibet: ſed ijs modo, q diſcernendo corpori ac ſanguini Domini, qui ſuæ ipſorum examinandæ conſcientiæ, qui morti Domini annunciandæ, qui uirtuti eius expendendę ſint idonei. Volumus apertius quidpiã quàm quod Apoſtolus tradit? dum exhortatur, ut ſe quiſq; ipſum probet atq; excutiat, tum edat
1. Corin. 11 ex hoc pane & è calice bibat. Examen igitur præire oportet, quod ab infantibus fruſtra expectetur. Item, Qui indigne manducat, damnationem ſibi manducat & bibit, non diſcernens corpus Domini. Si digne participare nequeunt, niſi qui ſanctitatem corporis Chriſti rite diſtinguere nouerint: cur uenenum, pro uiuifico alimento tenellis noſtris liberis porrigamus? Quid illud Domini præceptum? in mei commemorationem facietis. Quid alterum, quod inde Apoſtolus deducit? Quoties panem hunc manducabitis, mortem Domini annunciabitis donec ueniat. Quam obſecro ab infantibus recordationem exigemus eius rei, quam ſenſu nunquàm aſſecuti ſunt? Quam deprædicationem crucis Chriſti, cuius uim ac beneficium nondum mente comprehendunt? Nihil iſtorum in Baptiſmo preſcribitur. Quare inter hęc duo ſigna plurimum eſt diſcriminis. Quod, ſub ueteri quoq; teſtamento, in ſimilibus ſignis animaduertimus. Circumciſio quidem, quam Baptiſmo noſtro reſpondere notum eſt, infantibus deſtinata erat,
Exod. 12 Paſcha uerò, in cuius uicem nunc cœna ſubijt, non quoslibet promiſcue conuiuas admittebat: ſed ab ijs rite demum edebatur, qui de eius ſignificatione rogare per ætatem poſſent. Si mica ſani cerebri iſtis reſtaret, an ad rem uſq; adeò perſpicuam & obuiam cæcutirent?

Iam nemini ſobrio ambiguum fore arbitror, quàm temere Eccleſiam Domini conturbent, qui rixas ac contentiones mouent ob pædobaptiſmum. Sed enim operæ precium eſt obſeruare, quid tanta iſta uafricia Sathan moliatur. Nempe ut conſolationis fructum, qui hinc colligendus eſt, nobis eripiat, ac de bonitatis etiam diuinę gloriæ tantundem delibet. Quàm enim ſuaue pijs animis, non uerbo tantum, ſed oculari etiam ſpectaculo certiores fieri, tantum ſe gratiæ apud Dominum obtinere, ut poſteritas ſua illi curę ſit? Hic enim uidere eſt, ut prouidentiſſimi erga nos patrisfamilias perſonam ſuſcipiat, qui ne poſt mortem quidem noſtrã, ſolicitudinẽ noſtri deponat, quin liberis noſtris cõſulat ac proſpiciat. An non hic exẽplo Dauidis toto corde ad gratiarum actionem debemus exultare, ut tali bo-

ut tali bonitatis specimine eius nomen sanctificetur? Hoc hoc certe agit Sathan, pædobaptismũ tantis copijs impetendo. Quo scilicet, testificatiõe ista gratiæ Domini è medio sublata, quæ per ipsam oculis nostris obuersatur, promissio sensim tandem euanescat. Vnde impia tantum aduersus Dei misericordiam ingratitudo nasceretur, sed in liberis ad pietatem erudiendis ignauia quædam. Neq; enim parum incitamur hoc aculeo, ad eos in serio Dei timore, legisq; obseruatione educandos: dum reputamus, statim à partu, filiorũ loco esse à Domino habitos & agnitos. Quamobrem, nisi maligne Dei benignitatem obscurare libet, infantes illi nostros offeramus, qbus locum inter suos familiares ac domesticos, id est, Ecclesiæ membra, attribuit.

DE COENA DOMINI.

Caput XVIII.

A Alterum, quod Ecclesię suę sacramentũ instituit Christus, est spirituale epulum, quo se uiuificum panem esse testatur, quo animæ nostrę ad uerã ac beatã immortalitatem pascuntur. signa sunt, panis & uinum, quę in Christi corpore & sanguine sanctificãtur, ut inuisibilem eorum cõmunionẽ representent. sicut enim in baptismo nos regenerat Deus, in Ecclesię suę societatem inserit, adoptione suos facit: ita, quod est officium boni patrisfamilias, cibum postea subministrat, q̃ nos in ea uita sustineat ac conseruet, in quam nos uerbo suo genuit. Porrò unicus animæ cibus, Christus est. Illum ergo dat nobis cœlestis Pater, ut eius communicatione refecti ad immortalitatem innouemur. Quoniam uerò mysterium hoc natura sua incomprehensibile est: figuram eius & imaginem in signis uisibilibus exhibet. imò uelut datis arris aut tesseris tã certum nobis facit, quàm si oculis cerneretur. Iam ergo habemus, in quem finem spectet mystica hæc benedictio. Nempe quo nobis confirmet, corpus Domini sic pro nobis semel esse immolatum, ut nunc eo uescamur, ac uescendo unici illius sacrificij efficaciam in nobis sentiamus: sanguinem eius sic pro nobis semel fusum, ut sit nobis perpetuus potus. Atque ita sonant uerba promissionis illic additæ. Accipite, hoc est corpus meum quod pro uobis traditur. Corpus ergo, quod oblatum semel est in salutem nostram, iubemur accipere & manducare, ut dum huius fieri nos uidetur participes, uiuificæ illius mortis uirtutem uigore nunc in nobis certo confidamus. Vnde & calicem fœdus uocat in suo sanguine. Fœdus enim quod sanguine suo semel sanciuit quodammodo renouat, quantum ad fidei nostræ confirmationem attinet, quoties sacrum illum sanguinem libandum nobis porrigit.

Magnum uerò consolationis ac suauitatis fructum ex hoc sacramento colligere possunt piæ animæ, quòd illic testimonium habent, Christum sic nobis coadunatum, sic nos illi uicissim insertos esse, adeòque in unum corpus cum ipso coaluisse, ut quidquid ipsius est, nostrum uocare liceat. Hinc sequit, ut nobis secure spondere audeamus, uitam æternam nostram esse, cuius ipse est hæres: nec regnum cœlorum, quo iam ingressus est, posse magis nobis excidere quàm ipsi: rursum peccatis nostris non posse nos damnari, quàmdiu ipse non damnatur, cum ea sibi imputari uoluerit, ac si sua essent. Hæc est mirifica commutatio, qua pro immensa sua benignitate nobiscum usus est. Quòd filius hominis nobiscum factus, nos secum Dei filios fecerit. quòd suo in terras descensu ascensum nobis in cœlum strauerit. quòd accepta nostra mortalitate, suam nobis immortalitatem cõtulit, q̃ suscepta nostra imbecillitate, sua nos uirtute confirmauerit. quòd nostra

in se re-

in se receptã paupertate suam ad nos opulentiam transtulerit, & recepta ad se qua premebamur iniustitiæ nostræ mole, sua nos iustitia induerit.

Horum omniũ adeo solidam habemus testificationẽ in hoc sacramẽto, ut certo statuendũ sit, uere nobis exhiberi, nõ secus ac si Christus ipse præsens aspectui nostro obiiceretur, ac manibus attrectaretur. Hoc enim uerbum nec mentiri, nec illudere nobis potest. Accipite, edite, bibite, Hoc est corpus meum, quod pro uobis traditur. Hic est sanguis, qui in remissionem peccatorum effunditur. Quòd accipere iubet, significat nostrum esse. Quòd manducare iubet, significat unam nobiscum substantiam fieri. Quòd de corpore prædicat, pro nobis esse traditum, de sanguine, pro nobis effusum, in eo docet utrũq; non tam suum esse quàm nostrum: quia utrumq; non suo commodo: sed in salutem nostram & sumpsit & posuit. Ac diligenter quidem obseruandum est, potissimam & penè totam sacramẽti energiam in his uerbis sitam esse: quod pro uobis traditur, qui pro uobis effundit. Alioqui nõ magnopere nobis cõduceret, corpus & sanguinẽ Dñi nũc distribui: nisi in redemptionẽ ac salutẽ nostrã exposita semel fuissent. Itaq; sub pane & uino repræsentantur: quò discamus, non modo nostra esse: sed nobis destinata in spiritualis uitæ alimẽtum. Id est, quod antea admonuimus, á rebus corporeis, quę in sacramento proferuntur, quadam analogia nos ad spirituales deduci debere. sic cũ panis nobis in symbolum corporis Christi exhibeat, hæc statim cõcipienda est similitudo. Vt corporis nostri uitam panis alit, sustinet, tuetur: ita corpus Christi uegetandæ ac uiuificandæ animæ unicum esse cibum. Cum uinum in symbolum sanguinis propositum intuemur: cogitandum quos corpori usus uinum afferat: ut eosdem spiritualiter afferri nobis Christi sanguine reputemus. sunt autem, fouere, reficere, confirmare, exhilarare. Nam si satis perpendimus, quid nobis sacrosancti huius corporis traditio, quid sanguinis effusio profuerit: non obscure perspiciemus, hæc panis & uini attributa, secundum eiusmodi analogiam, optime illis erga nos conuenire, dum nobis communicantur.

Non ergo præcipuę sunt sacramenti partes, corpus Christi simpliciter, & sine altiori consyderatione nobis exhibere: sed magis promissionem illam, qua carnẽ suam uere cibum testatur, & sanguinem suum potum, quibus in uitam æternam pascimur: qua se panem uitę affirmat, de quo qui manducauerit uiuet in æternũ: illam inq̃, promissionem obsignare & cõfirmare: & quo id efficiat, ad Christi crucẽ mittere: ubi ea promissio uere præstita, & numeris omnibus impleta fuit. Neq; eñ Christũ rite & salutariter mãducauimus, nisi crucifixum dum efficaciam mortis eius uiuo sensu apprehendimus. Nam q̃ se panem uitæ nuncupauit, non eam á sacramento sumpsit appellationẽ, ut quidã peruerse interpretant: sed qa talis á Patre datus nobis fuerat, talẽq; sese pręstitit, cũ humanę nostrę mortalitatis participeps factus, nos diuinę suæ immortalitatis cõsortes fecit: cũ in sacrificium se offerens, maledictionẽ in se nostrã sustulit, ut sua nos benedictione perfunderet: cum morte sua mortẽ deglutiuit & absorbuit: cum in sua resurrectione carnem hanc nostram corruptibilem, quã induerat, in gloriam & incorruptionem suscitauit. Restat, ut applicatione id totum ad nos perueniat. Id fit, cum per Euangeliũ, tum illustrius per sacram cœnam, ubi & se ipse cum bonis suis omnibus nobis offert, & nos fide recipimus. Non ergo facit sacramentum, ut Christus panis uitæ esse primum incipiat: sed dum in memoriam reuocat, panem uitæ esse factum, quo assidue uescamur, eiusque panis gustum & saporem nobis præbet, ut uim panis illius sentiamus, facit. Pollicetur enim nobis, quidquid facit aut passus est Christus, id fecisse & passum esse in nostram uiuificationem. Deinde hanc uiuificationem æternam esse: qua sine fine alamur sustineamur, & conseruemur in uita. Sí quidem ut panis uitæ nobis non fuisset Christus, nisi nobis natus & mortuus fuisset: nisi nobis resurrexisset: ita nunc minime esset, nisi eius natiuitatis, mortis, resurrectionis efficacia & fructus, res æterna foret ac immortalis. Quod totum eleganter his uerbis expressit Christus. Panis, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita. Quibus haud dubie innuit, suum nobis corpus

Iodoc.

id eo

ideo pro pane futurum ad ſpiritualem animæ uitam, quia in mortem pro ſalute noſtra exponendum erat: nobis autem porrigi ut ueſcamur, cum fide nos facit eius participes. ſemel itaque ipſum dedit, quo panis fieret cum in mundi redemptionem crucifigendum expoſuit, quotidie dat, ubi participandum, quatenus crucifixum eſt, Euangelij uerbo nobis offert: ubi eam exhibitionem ſacro cœnæ myſterio obſignat: ubi idipſum intus complet, quod exterius deſignat.

Si hæc uis ſacramenti pro dignitate excuſſa expenſaque eſſet, ſatis ſuperque habebat, unde nobis ſatisfieret: nec excitatæ eſſent horribiles iſtæ diſſenſiones, quibus tum olim, tum noſtra etiamnum memoria, Eccleſia miſere uexata eſt: dum uolunt curioſi homines definire, quomodo in pane præſens adſit Chriſti corpus. Res ſcilicet digna, de qua tanta & uerborum & animorum cõtentione diſceptetur. Sic quidem uulgo exiſtimatur: ſed qui ita ſentiunt, non animaduertunt, primo loco quærendum fuiſſe, quomodo Chriſti corpus, ut pro nobis traditum eſt, noſtrum fieret: quomodo ſanguis, ut pro nobis effuſus eſt, noſter fieret. Id uerò eſt totum Chriſtum crucifixum poſſidere, ac omnium eius bonorum participem fieri. Nunc his omiſſis, quibus tantum inerat momenti, imò neglectis & penè ſepultis, hæc una ſpinoſa quæſtio depugnatur. Quomodo ſub ſpecie panis lateat corpus. Quò tamen in tanta opinionum turba & uarietate, una certaque Dei ueritas nobis conſtet: cogitemus primum, ſpirituale quiddam eſſe ſacramentum: quo Dominus non uentres noſtros, ſed animas paſcere uoluit. Ac Chriſtum in eo quæramus, non noſtro corpori, nec ut ſenſibus carnis noſtræ comprehendi poteſt: ſed ſic, ut anima uelut præſentem ſibi datum & exhibitum agnoſcat. Denique ipſum ſpiritualiter obtinere, ſatis habeamus. ſic enim in uitam ipſum obtinebimus. quod ipſum eſt percepiſſe, quicquid ex ſacramento fructus percipi poteſt. Hanc cogitationem ubi quis animo præſumpſerit ac meditatus fuerit, facile intelliget, quomodo Chriſti corpus in ſacramento nobis offeratur. Verum ut ſemel tricis illis omnibus explicemur: quibus inter tot aduerſas opiniones difficile eſt ſimplices animos non irretiri: prius loco enarremus, quo ſenſu panis, Chriſti corpus: uinumq; , ſanguis eius nominetur. Deinde quam in cœna corporis ac ſanguinis ſui communionem nobis Chriſtus exhibeat, expendamus.

Ac principio quidem explodendum eſt, quicquid de portentoſa illa tranſubſtantiatione nugati ſunt ſophiſtæ. Nam ſi quem tenet uerborum religio: quibus Chriſtus id, quod in manum diſcipulis porrigebat, corpus eſſe ſuum teſtabatur: ab eorum ſane proprietate alieniſſimum eſt iſtorum commentum, dum particulam, eſt, pro transſubſtantiari poſitam interpretantur. Atque illam quoque trãſſubſtantiationem fieri addunt, non conuerſione ſubſtantiæ unius in alteram: ſed quia in locum panis, quem euaneſcere ipſi ſomniant, Chriſti corpus ſubeat. Id quod in manus ſumptum ac fractum Apoſtolis præbet, corpus eſſe ſuum Dominus aſſeuerat. Sumpſerat autem ac fregerat panem. Quis ergo non intelligat panem etiamnum demonſtrari? Proinde nõ eſt, cur ſe uerborum reuerentia moueri obtendant, quò ad gloſſam iſtam ſuffugiant, adeò coactam ac uiolenter contortam. Eſt enim hoc gentibus ac linguis omnibus inauditum, ut ſubſtantiale uerbum in hunc ſenſum uſurpetur. Sunt & aliæ præterea non leues rationes, quibus confutari facile queant. Siquidem ita myſterium tollitur, quod in cœna ſua repræſentare Dominus uoluit. Quid enim eſt cœna, niſi uiſibilis & conſpicua promiſſionis eius teſtificatio, quæ Ioannis ſexto habetur? Nempe Chriſtum eſſe panem uitæ, qui è cœlo deſcendit. Panis ergo uiſibilis, ſymbolum ſit oportet, quo ſpiritualis ille figuretur: niſi nobis perire uolumus omnem conſolationis fructum, quem in hac parte ſuſtinendæ noſtræ imbecillitati Dominus indulget. Nam ut interior animæ purgatio per corpoream ablutionem in baptiſmo deſignata, piorum cordibus multò certius obſignatur: ita in euchariſtia panis, ad teſtandum, quod è Chriſti carne percipitur ſpirituale

alimen-

alimentum, non parum momenti habet. Iam qua ratione colligeret Paulus, nos omnes panem unum, ac corpus unum esse, qui panem unum simul participamus, si spectrũ panis dũtaxat, ac non potius naturalis ueritas maneret? Prætereo tot scripturę locos: ubi panis ac uinũ, postquã facta sunt corporis ac sanguinis symbola, nomen nihil minus suum retinent. Friuola est cauillatio, qua hinc elabi conantur. Virgam Moysæ nuncupari, quę iam ante in serpentẽ uersa fuerat. Nam ut taceam iure sic appellari, quę in pristinam uite formam mox reditura erat: quis hoc eleganti allusione dictum non uidet: uirgas magorum à Moysæ uirga deuoratas esse, potius quã à colubro. Colubros autem magorũ dicere noluit Propheta: ne uideretur ueram indicare conuersionem, cum præstigiatores illi nihil aliud quã tenebras spectantium oculis, falsis artibus, offudissent. Quid autem cum eo simile habent istę locutiones? Panis quẽ frangimus. Quoties panem hunc manducauerimus. Communicabunt in fractione panis. & reliquæ eiusmodi. Adde quod uetustatis patrocinio, q̃d euidenti Domini uerbo sæpe opponere audent, in confirmando isto dogmate destituuntur. Est enim non ita pridẽ excogitatum: certè ignoratum melioribus illis sęculis, quibus purior adhuc uigebat religionis doctrina. Quando nemo est ueterum, qui sacra cœnæ symbola non fateatur disertis uerbis panem & uinum esse. Etsi uarijs epithetis illa interdum insigniunt, ad commendandã mysterij dignitatẽ. Nam quod dicunt, in consecratione fieri arcanã conuersionem, ut iam aliud sit quã panis & uinũ, non eo significant, in nihilum ipsa redigi, sed iam alio loco habenda esse, q̃ cõmunes cibos, qui duntaxat ad pascendũ uentrem sunt destinati: cum in ijs nobis exhibeatur spiritualis animæ cibus ac potus. Id neq; nos negamus. si conuersio est, inquiunt isti, necesse est aliud ex alio fieri. si intelligunt, fieri aliquid, quod prius non erat: assentior. Si ad suam illã imagnationem trahere uolunt: respondeant mihi, quã mutationem fieri sentiant in baptismo. Nã patres hic quoq; mirificã conuersionẽ statuunt, cum dicunt ex corruptibili elemento fieri spirituale animæ lauachrũ. A quã tamen manere, nemo negat. At nihil, inquiunt, tale in baptismo habetur, quale illud est in cœna. Hoc est corpus meũ. Quasi de uerbis illis agatur, quæ satis expeditum sensum habent: ac non potius de illa uoce conuersionis, quæ nihil amplius in cœna significare debet, q̃ in baptismo. Valeant igitur cũ istis syllabarũ aucupijs, quibus nihil aliud q̃ suã ieiunitatẽ produnt.

Exod. 7

Nihilo probabilior est eorum sententia, qui dum syllabas pertinaciter urgent, tropum nullum admittunt: nec ullo absurdo absterrentur, quin panẽ esse reuera Christi corpus subinde affirment. Hoc uno argumento cõtenti, quod panẽ Christus demonstrabat, cum diceret: hoc est corpus meum. Vtcunq; uerborum Christi religione tangi se quiritentur, quo minus figurate intelligere ausint, quæ sunt tam aperte dicta: non est tamen hic satis iustus prætextus, cur omnes quæ contra obijciuntur rationes ita respuant. Quanquam pugnandum aduersus eos multis rationibus non puto, qui ne hiscere quidem possunt, quin dogmatis sui absurditatem ultro ipsi prodant. Nam quòd Christi corpus sic cum pane commiscerí docent, ut essentia unum censendum sit: ab eo non modo commune omnium hominũ iudicium, sed ipse quoq; pietatis sensus penitus abhorret. Sed non sunt temere schematibus ac tropis inuoluenda, quæ clare simpliciterq; in scripturis legũtur. Quis negat? Sed hoc argumentum quod ipsi unum perpetuo in ore habẽt, quã non sit præsenti causſæ appositũ, facile unusquisq; intelliget, ubi nobis istis germanus fuerit restitutus sensus.

Non ergo inepte illi, qui propter affinitatẽ, quã habent cũ suis symbolis res signatæ, nomen ipsum rei symbolo hic fuisse attributum putant, figurate idem, & καταχρηστικῶς: sed non sine aptissima analogia. Nam tametsi, essentia, symbolum à re signata longe differt: quòd hæc spiritualis est & cœlestis, illud corporeum & uisibile: quia tamen rem, cui repræsentandæ consecratum est, non figurat tantum, ceu nuda & inanis tessera, sed uere etiam exhibet: cur non eius appellatio in ipsum iure competat? Quod si humanitus excogitata symbola, quæ imagines

sunt re-

sunt rerum absentium potius, quam notæ præsentium: quas etiam ipsas fallaciter sæpissime adumbrant: earum tamen titulis interdum ornantur: quæ à Deo sunt instituta, multo maiori ratione rerum nomina mutuantur, quarum & certam minimeque fallacem significationem semper gerunt, & adiunctam habent secum ueritatem, Proinde quoties istas loquendi formas reperies, Panem esse corpus, fractionem panis esse corporis communicationem, & similes, metonymicas esse meminerís: quibus nomen à superiore ad inferius transferatur, usitato scripturæ more. Allegorias & parabolas omitto: ne quis subterfugia nos quærere, & extra præsentem caussam egredi causetur. Sed in Sacramentis potissimum peruulgatũ est hoc schema. Neq; enim aliter accipere possis quod dicitur, circumcisionẽ esse fœdus: agnum esse transitũ: sacrificia legis, esse peccatorum expiationes: denicq; petram, è qua in deserto aqua profluebat, fuisse Christum: nisi translatitie dictum agnoscas. Tanta est similitudo & uicinitas signo cum re signata, ut ab hoc in illud procliuis sit ista deductio. Iam uero cum in multis sacramenta simul conueniunt: tum in hac metonymia quædam est ipsis omnibus inter se cõmunitas. Vt ergo lapidem, è quo Israelitis spiritualis potus scaturiebat, Christum fuisse Apostolus docet: quòd uisibile symbolum foret, sub quo spiritualis ille potus, uere quidem, sed non ad oculum percipiebatur: ita corpus Christi panis hodie nuncupatur: quando symbolum est, quo ueram corporis sui manducationem offert nobis Dominus. Neq; aliter uel sensit uel locutus est Augustinus: ne qs hoc aspernetur tanq̃ nouum commentum. Si sacramenta, inquit, quandam similitudinem earũ rerum, quarum sacramenta sunt nõ haberent: utiq; sacramenta nõ essent. Ex hac aũt similitudine plerumq; etiam ipsarum rerũ nomina accipiunt. Sicut ergo secundum quendam modũ sacramentum corporis Christi, corpus Christi est: sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi est: ita sacramẽtũ fidei, fides est. Multi sunt apud eum similes loci, quos superuacuũ foret congerere: cum unus ille sufficiat. Si quis tamẽ morosulus, ad alia omnia cæcutiosus, solis istis verbis tenaciter insistat, Hoc est corpus meum: est in ipsis etiam Christi verbis, quo talis pertinacia reuincatur. Siquidem non alio sensu panem esse suum corpus Dominus asserit, q̃ unum esse suum sanguinem. Atqui ubi Matthæus & Marcus referunt, Dominũ uocasse poculum suum sanguinem noui testamenti, pro eo Lucas & Paulus subiiciunt, nouum testamentũ in sanguine. Clamet ille, quisquis fuerit, licet: hoc esse corpus & sanguinem: ego contra contendam, esse testamentũ in corpore & sanguine. Quid enim? An interpres haberi uolet Paulo & Luca fidelior aut certior? qui per sanguinẽ noui testamenti, nouum in sanguine testamentum intelligunt? 1. Corin. 10

Porrò quale sit istud in corpore ac sanguine Christi testamentum, nunc declarare operæprecium est. Neque enim dum panẽ, quo in Cœna uescimur, esse Christi corpus negamus, quid quã delibare conamur de ea, quæ fidelibus illic proponitur, corporis Christi communicatione. Verũ rem signatam à suo symbolo distinguendam tantũ docemus. Quod certe plurimi referre, atque adeo magno nostro malo, magis quàm optandum sit, experimur. Tanta procliuitate in superstitionem delabuntur hominum animi: ut, nisi clara uoce subinde reuocentur, præterita ueritate, extemplo in nuda signa se conuertant, & in illa toti defigantur. Quanquam hic quoque duo cauenda sunt uitia. Ne aut in extenuandis signis nimij, à suis mysteriis ea diuellere, quibus quodammodo annexa sunt: aut in ijsdẽ extollendis immodici, mysteria interim etiam ipsa nonnihil obscurare uideamur. Christum esse panem uitæ, quo in salutem æternam nutriantur fideles, nemo est, nisi prorsus irreligiosus, qui non fateatur. Sed hoc non perinde inter omnes conuenit, qualis sit eius participandi ratio. Sunt enim qui manducare Christi carnem, & sanguinẽ eius bibere, uno uerbo definiunt, nihil esse aliud, quàm in Christum ipsum credere. Sed mihi expressius quiddã ac sublimius uidet uoluisse docere Christus in præclara illa concione, ubi carnis suæ manducationem nobis commendat. Nempe uera sui participatione nos uiuificari, quam manducandi etiã ac bibendi uerbis ideo designauit: ne, quam ab ipso uitam percipimus, simplici

cognitione percipi quispiam putaret. Quemadmodum enim nõ aspectus, sed esus panis corpori alimentum sufficit: ita uere ac penitus participem Christi animam fieri conuenit, ut ipsius uirtute in uitam spiritualem uegetetur. Interim uerò hanc non aliam esse quàm fidei manducationem fatemur, ut nulla alia fingi potest. Verum hoc inter mea & istorum uerba interest, quòd illis manducare est duntaxat credere: ego credendo manducari Christi carnem, eamque manducationem fructum esse fidei dico. Aut si clarius uelis, illis manducatio est fides: mihi ex fide pòtius consequi uidetur. In uerbis quidem paruum: sed in re non mediocre est discrimen. Nam etsi docet Apostolus Christum in cordibus nostris habitare per fidem: nemo tñ habitationem istam fidem interpretabitur: sed eximium fidei effectum explicari omnes sentiunt, quòd per ipsam fideles consequuntur, ut Chrstũ in se habeant manentem. In hunc modum uoluit Dominus, panem uitæ se nuncupando, non tantum docere in mortis resurrectionisque suæ fide repositam esse nobis salutem: sed uera etiam sui communicatione fieri, ut uita sua in nos transeat ac nostra fiat. Non ac panis, dum in alimentum sumitur, uigorem corpori administrat. Nec alio sensu Augustinus, quem illi patronum sibi aduocant, credendo nos manducare scripsit, quam ut manducationem istam fidei esse, non oris indicaret. Quod neque ipse nego: sed simul tamen addo, nos fide complecti Christum, non eminus apparentem: sed se nobis communicantem. Neque tamen locutionem illam simpliciter improbo. Sed tantum nego plenam esse interpretationem: si definire uolunt, quid sit Christi carnẽ manducare. Alioqui uideo Augustinum hac loquendi forma sæpius usum esse. Vt cum dicit libro de doctri. Christiana. 3. Nisi mnnducaueritis carnem Filij hominis: figura est, præcipiens passioni Domini esse communicandum, & suauiter atq; utiliter recondendum in memoria, q̃ pro nobis caro eius crucifixa & uulnerata sit. Item cum dicit, tria illa milia hominũ, qui Petri concione conuersi sunt, sanguinẽ Christi, quem sæuiendo fuderant, credendo bibisse. Verum plurimis alijs locis illud fidei beneficium egregie commendat, q̃ per ipsam non minus reficiuntur carnis Christi communione animæ nostræ, q̃ corpora pane quo uescuntur. Atq; id ipsum est quod alicubi scribit Chrysostomus: Christũ non fide tantum: sed reipsa nos suũ efficere corpus. Neq; enim aliunde quem à fide tale bonũ consequi intelligit: sed hoc tantũ uult excludere, ne quis dum fidem nominari audit, nudam imaginationem concipiat.

Neque illi præterea mihi satisfaciunt, qui nonnullam nobis esse cum Christo communionem agnoscentes, eam dum ostendere uolunt, nos spiritus modo participes faciunt, præterea carnis & sanguinis mentione. Quasi uero illa omnia de nihilo dicta forent: carnem eius uere esse cibum, sanguinem eius uere esse potum. Non habere uitam, nisi qui carnem illam manducauerit, & sanguinem biberit. & quæ eòdem pertinent. Quare si, ultra eorum descriptionem, solidam Christi communionem progredi constat: quousque pateat & sese proferat, paucis perstringamus. Si tamen ullis uerbis complecti tantum mysterium liceat: quod, ne animo quidem satis me comprehendere uideo: & libenter ideo fateor, ne quis eius sublimitatem infantiæ meæ modulo metiatur. Quin potius lectores hortor, ne intra istos nimium angustos fines, mentis sensum contineant: sed multo altius assurgere contendant, quã meo ductu possint. Nam ego ipse q̃ties hac de re sermo est, ubi omnia dicere conatus sum parũ adhuc mihi, p eius dignitate dixisse uideor. Quam quam autẽ cogitando animus plus ualet, quàm lingua exprimendo: rei tamẽ magnitudine, ille quoq; uincitur & obruitur. Itaq; nihil demum restat, nisi ut in eius mysterij admirationem prorumpã, cui nec mens plane cogitando, nec lingua explicando par esse potest. Sententiæ tamen meæ summam exponam utcunq;: quã, ut nihil dubito ueram esse: ita pijs pectoribus nõ improbatum iri confido.

Primum omnium è scripturis docemur, Christum, ab initio, uiuificum illud Patris uerbum fuisse, uitæ fontem & originem: unde omnia, ut uiuerent, semper acceperunt. Quare Ioannes nunc sermonem uitæ nuncupat, nunc in ipso uitam fuisse scribit, significans illum etiam tum creaturas omnes influentem, uim spirandi ac uiuendi

ac uiuendi eis inſtillaſſe. Idem tamen poſtea ſubijcit, manifeſtatam tunc demum fuiſſe uitam: cum, aſſumpta noſtra carne, Filius Dei ſe uiſendum oculis, manibuſque palpandum præbuit. Nam etſi uirtutem prius quoque ſuam in creaturas diffundebat: quia tamen homo, per peccatum à Deo alienatus, communicatione uitæ perdita, mortem undique cernebat ſibi imminentem: ut ſpem immortalitatis reciperet, in eius verbi communionem recipi oportebat. Quantulam enim fiduciam inde concipias? ſi Dei quidem uerbum, à quo remotiſsimus ſis, uitæ plenitudinem in ſe continere audias, in te autem ipſo ac circumquaque nihil, niſi mortem, contempleris. At uero ubi fons ille uitæ habitare in carne noſtra cœpit, iam non procul nobis abſconditus latet, ſed coram ſe participandum exhibet. Quin & ipſam, in qua reſidet, carnem uiuificam nobis reddit, ut e us participatione ad immortalitatem paſcamur. Ego ſum, inquit, panis uitæ, qui de cœlo deſcendi. Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi uita. Quibus uerbis docet, non modo ſe uitam eſſe, quatenus ſermo eſt Dei æternus, qui è cœlo ad nos deſcendit: ſed deſcendendo uim iſtam in carnem, quam induit, diffudiſſe: ut inde ad nos uitę communicatio promanaret. Hinc & illa iam conſequuntur. Quod caro eius uere eſt cibus, ſanguis eius uere eſt potus: quibus alimentis in uitam æternam fideles educantur. In hoc ergo ſita eſt pijs eximia conſolatio, quòd uitam in propria carne nunc reperiunt. Sic enim non modo facili ad eam aditu penetrant, ſed ultro ſibi expoſitam & obuiam habent. Cordis ſinum tantum protendant, quo præſentem amplexentur, & eam obtinebunt.

Etſi autem tantam à ſeipſa uirtutem non habet Chriſti caro, ut nos uiuificet: quæ & prima ſua conditione, mortalitati obnoxia fuit: & nunc immortalitate prędita per ſe non uiuit: iure tamen uiuifica dicitur, quæ uitæ plenitudine perfuſa eſt, quam ad nos tranſmitteret. In quem ſenſum illud Chriſti dictum cum Cyrillo interpretor. Sicut Pater uitam habet in ſemetipſo, ita & Filio dedit uitam habere in ſemetipſo. Illic enim proprie de ſuis dotibus diſſerit, non quas ab initio apud Patrem poſsidebat: ſed quibus ornatus fuit in ea ipſa carne, in qua apparuit. Proinde in ſua quoque humanitate, uitæ plenitudinem habitare oſtendit: ut quiſquis carni ſuæ ac ſanguini communicarit, uitæ participatione ſimul fruatur. Id quale ſit, familiari exemplo explicare licet. Quemadmodum enim è fonte aqua nunc bibitur, nunc hauritur, nunc per canales irrigandis agris deducitur, qui tamen non à ſeipſo exuberat in tot uſus, ſed ab ipſa ſcaturigine, quæ perenni fluxu nouam ſubinde largitatem illi ſufficit ac ſubminiſtrat: ita Chriſti caro inſtar fontis eſt diuitis & inexhauſti, quæ uitam à diuinitate in ſeipſam ſcaturientem ad nos transfundit. Iam quis non uidet, communionem carnis & ſanguinis Chriſti neceſſariam eſſe omnibus, qui ad cœleſtem uitam adſpirant? Huc ſpectant illæ Apoſtoli ſententiæ. Eccleſiam corpus eſſe Chriſti, & eius complementum. Ipſum uero eſſe caput, ex quo totum corpus coagmentatum & compactum per commiſſuras incrementum corporis facit Epheſios primo, & quarto. Corpora noſtra membra eſſe Chriſti primo Corinthi. ſexto. Quæ omnia non poſſe aliter effici intelligimus, quin totus ſpiritu & corpore nobis adhæreat. Sed arctiſsimam illam ſocietatem, qua eius carni copulamur, ſplendidiore adhuc elogio illuſtrauit, cum dixit: nos eſſe membra corporis eius, ex oſsibus eius, & ex carne eius. Tandem ut rem omnibus uerbis maiorem teſtaretur, ſermonem exclamatione finiuit. Magnum, inquit, iſtud arcanum. Extremæ ergo dementiæ fuerit, nullam agnoſcere cum carne & ſanguine Domini fidelium communionem: quam tantam eſſe declarat Apoſtolus, ut eam admirari, quàm explicare, malit

Talem corporis & ſanguinis ſui communicationem Dominus in ſacra Cœna teſtificatur, adeoque offert & exhibet omnibus, qui ad ſpirituale illud epulum accumbunt, quanquàm à fidelibus ſolis cum fructu percipitur, qui tantam benignitatem uera fide animique gratitudine ſuſcipiunt. Qua ratione dixit Apoſtolus, panem, quem frangimus, communionem eſſe corporis Chriſti: calicem, quem uerbo ac precibus in hoc conſecramus, communionem eſſe ſanguinis ipſius. Nec eſt,

quòd obijciat quispiam, figuratam esse locutionem, qua signatæ rei nomen signo deferatur. Fateor sane fractionem panis, symbolum esse non rem ipsam. Verum hoc posito, à symboli tamen exhibitione rem ipsam exhiberi, rite colligemus. Nisi enim quis fallacem uocare Deum uolet: inane ab ipso symbolum proponi, nunquàm dicere audeat. Itaque si per fractionem panis Dominus corporis sui participationem uere repræsentat: minime dubium esse debet, quin uere præstet atq; exhibeat. Atque omnino istæc pijs tenenda regula est: ut quoties symbola uident à Domino instituta, illic rei signatæ ueritatem adesse certe cogitent, ac sibi persuadeant. Quorsum enim corporis sui symbolum tibi Dominus in manum porrigat, nisi ut de uera eius participatione te certiorem faciat? Quòd si uerum est, præberi nobis signum uisibile, ad obsignandam inuisibilis rei donationem, accepto corporis symbolo, non minus corpus etiam ipsum nobis dari, certo confidamus.

19 Dico igitur, quod & semper in Ecclesia receptum fuit, & hodie docent, quicunque recte sentiunt, duabus rebus constare sacrum Cœnæ mysterium: corporeis signis, quæ ob oculos proposita res inuisibiles secundum imbecillitatis nostræ captum nobis repræsentant: & spirituali ueritate, quæ per symbola ipsa figuratur simul & exhibetur. Ea qualis sit, dum familiariter demonstrare uolo, tria soleo ponere, significationem, materiam, quæ ex ea dependet, uirtutem, seu effectum, qui ex utraque consequitur. Significatio in promissionibus est sita, quę quodammodo sunt signo implicitæ. Materiam, autem substantiam uoco Christum, cum sua morte & resurrectione. Per effectum autem, redemptionem, iustitiam, sanctificationem, uitamque æternam: & quæcunque alia nobis beneficia affert Christus, intelligo. Porrò tametsi fidem hæc omnia respiciunt: nullum tamen locum relinquo huic cauillo: quasi dum fide percipi Christum dico, intelligentia duntaxat ac imaginatione uelim concipi. Offerunt enim illum promissiones, non ut in aspectu modo nudaque notitia hæreamus: sed ut uera eius communicatione fruamur. Et sane non uideo, quomodo in cruce Christi redemptionem ac iustitiam, in eius morte uitam habere se quis confidat: nisi uera Christi ipsius communione imprimis fretus. Non enim ad nos bona illa peruenirent, nisi se prius nostrum Christus faceret. Dico igitur in Cœnæ mysterio per symbola panis & uini Christum uere nobis exhiberi adeoque corpus & sanguinem eius, in quibus omnem obedientiam pro comparanda nobis iustitia adimpleuit, quò scilicet primum in unum corpus cum ipso coalescamus. Deinde participes substantiæ eius facti in bonorum omnium communicatione uirtutem quoque sentiamus.

20 Neque tamen præsentia Christi in sacramento talis somnianda nobis est, qualem Roman. curiæ artifices confinxerunt: ac si locali præsentia corpus Christi manibus attrectandum, atterendum dentibus, ore deglutiendum sisteretur. Siquidem ut finitum esse, pro perpetua corporis humani ratione, minime ambigimus, cœloque contineri, quo semel receptum est, donec ad iudicium redeat: ita sub hæc corruptibilia elementa retrahere ipsum, aut ubique præsens imaginari, nefas esse ducimus. Neque id sane opus est, quo ipsius participatione fruamur: quando hoc beneficij per Spiritum suum nobis DOMINVS largitur, ut unum corpore, spiritu, & anima, secum fiamus. Vinculum ergo istius coniunctionis est Spiritus Domini, cuius nexu copulamur: & quidam ueluti canalis, per quem quidquid Christus & est & habet, ad nos deriuatur. Nam si solem conspicimus radijs in terram emicantem ad generandos, fouendos, uegetandos eius fœtus, suam quodammodo substantiam ad eam trajcere: cur inferior Spiritus Christi esset irradiatione, ad communionem carnis & sanguinis eius in nos traducendam? Quapropter scriptura, ubi de nostra cum Christo participatione loquitur, uim eius uniuersam ad spiritum refert. Pro multis tamen unus locus sufficiet. Paulus enim Romanorum octauo. Christum

Chrysosto. sermone quodam de Spiritu sancto.

Christum non aliter in nobis quàm per Spiritum suum habitare differit, quo tamẽ illam, de qua nunc sermo est, carnis & sanguinis communionem nõ tollit, sed ab uno Spiritu effici docet, ut totum Christum possideamus, & habeamus in nobis manentem.

Nec me latet, sophistas, subtilioribus præstigijs in scholis suis ludere. Non circumscriptiue, nec corporali modo contineri illic Christum concedunt. Sed rationem deinde comminiscuntur, quam nec ipsi intelligunt, nec alijs possunt, explicare, quæ tamen eò recidit, ut Christus in specie panis, quam uocant, quæratur. Quid enim? cum substantiam panis in Christum conuerti dicunt: an non affigunt albedini, quam illic reliquam faciunt? At sic continetur in sacramento, ut in cœlo maneat, inquiunt: nec aliam quàm habitudinis præsentiã statuimus. Verum quæcunque faciendo fuco uocabula obtendant: hic omnium finis est, per consecrationem Christum fieri, qui antea panis erat: ut deinde sub illo panis colore lateat Christus. Neque uero multis coniecturis opus est, ut deprehendamus, quas istis uerbis insidias tendere uoluerint, cum res ipsa clare loquatur. Quanta enim superstitione iam sæculis aliquot, non tantum hominum uulgus, sed primores quoque ipsi detenti fuerint, ac hodie in Papisticis Ecclesijs detineantur, uidere est. Nam de uera fide parum solliciti, qua sola & in eius peruenimus societatem, & cum ipso cohæremus, modo carnalem Christi præsentiam habeant, quam ultra uerbum fabricarunt, satis illum præsentem habere se putant. Proinde hoc in summa profectum uidemus ista ingeniosa subtilitate, ut panis pro Deo haberetur. 21

Nobis autem hoc agendum, ut talem Christi in Cœna præsentiam cogitemus, quæ nec panis elemento ipsum affigat, nec in panem includat, nec ullo modo circumscribat: quæ omnia derogare cœlesti eius gloriæ palàm est: deinde quæ nec mensuram illi suam auferat, uel pluribus simul locis distrahat, uel immensam illi magnitudinem affigat, quæ per cœlum & terram diffundatur. Hæc enim naturæ humanæ ueritati non obscure repugnant. Istas inquàm, duas exceptiones nunquàm patiamur nobis eripi. Ne quid cœlesti Christi gloriæ derogetur: quod fit, dum sub corruptibilia huius mundi elementa reducitur, uel alligatur ullis terrenis creaturis. Ne quid eius corpori affigatur humanæ naturæ minus consentaneum: quod fit, dum uel infinitum esse dicitur, uel in pluribus simul locis ponitur. Cæterum ijs absurditatibus sublatis quidquid ad exprimendam ueram substantialemque corporis ac sanguinis Domini communicationem, quæ sub sacris Cœnæ symbolis fidelibus exhibetur, facere potest, libenter recipio. Atq; ita, ut non imaginatione duntaxat aut mentis intelligentia percipere: sed ut reipsa frui in alimentum uitæ æternæ intelligantur. 22

Scio quàm odiosa mundo sit hodie hæc sententia. Nec uoluptatem capio ex ijs paradoxis, quæ multorum à me animos alienare possint. Sed quia hanc rem cognitu necessariam iudico, eam præterire silentio non debui. Neque tamen caussam uideo, cur tam iniquis iudicijs recipiatur sententia, quæ nihil in se habet quod offendat, nisi quòd sæculis aliquot, cum in Ecclesia regnaret illa sophistarum inscitia & barbaries, oppressa fuit. Certe scripturis per omnia optime conuenit. Nihil habet uel absurdi, uel obscuri, uel ambigui. A uera pietate & solida ædificatione minime abhorret. Nouam esse caussantur. Sed falso. Habet enim multa & firma ueterum testimonia: quibus recensendis ideo supersedeo, quoniam à pijs & doctis uiris diligenter collecta sunt. Ex eorum ergo lucubrationibus petat qui uolet. Nolo enim rem actam agere. Quòd si alij sint obscuriores, quàm ut confirmari ex eorum uerbis possit quod dicimus: Augustinus tamen adeo sine controuersia est noster, ut ualde mirer tantam esse impudentiam in aduersarijs, qui mutilatas quasdam eius sententias obijcere nobis audent. Si ostenderem me non aliter loqui, quàm Spiritus sanctus nos docuit, ulterius me urgeri iniquum foret. At quid clarius tradit tota scriptura? quàm Christum, ut ueram nostram carnem induit, cum è uirgine natus est, in uera carne nostra passus est, 23

cum pro nobis satisfecit, ita eandem ueram carnem, & resurgendo recepisse, & in cœlum sustulisse. Hæc enim nobis nostræ resurrectionis & in cœlum ascensionis spes est, quòd Christus resurrexit & ascendit. Porrò quàm infirma & fragilis foret spes ista, nisi hæc ipsa nostra caro in Christo uere suscitata, & in regnum cœlorum ingressa esset? Atqui hæc est propria corporis ueritas, ut spacio contineatur, ut suis dimensionibus constet, ut suam faciem habeat. Itaque Paulus, quoties meminit, qualiter nos Christum quærere oporteat, iubet nos sublatis in altum mentibus in cœlo ipsum adorare, terram ac mundum obliuiscí. Hinc illæ uoces. Conuersatio uestra in cœlis est, unde saluatorem expectamus, qui humile corpus nostrum conformabit corpori suo glorioso. Item. Si surrexistis cum Christo, quæ superna sunt cogitate, non terrena. Verum quòd scriptura non patiuntur sibi satisfieri, hoc quoque demus. Ad Patres nos reuocant. Age, audiamus Augustinum, quem unum habemus in dogmatibus Ecclesiæ fidelissimum uetustatis interpretem. Noli, inquit, dubitare, ibi nunc esse hominem Christum, unde uenturus esset: memoriterque recole, & fideliter tene Christianam confessionem, quoniam resurrexit à mortuis, ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Nec aliunde uenturus est, ad uiuos mortuosque iudicandos. Et sic uenturus est, Angelica illa uoce testante, ire uisus est in cœlum, & eadem uisibili forma atque substantia, cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formam non est putandus ubique diffusus. Cauendum est enim, ne ita diuinitatem astruamus hominis, ut ueritatem corporis auferamus. Non est autem consequens, ut quod in Deo est, ita sit ubiq; ut Deus.

Philp. 3.

Colos. 2.

Ad Dardanum Epist. 57.

Ab his Augustini uerbis quantum dissideat sua doctrina, ipsis relinquo æstimandum. Certe quidquid afferunt, ad localẽ Christi in Cœna præsentiã asserendam tendit. Vnde id? Nempe quia nõ aliã carnis & sanguinis participationẽ concipere sustinẽt, nisi quę uel loci cõiunctione atq; contactu, uel crassa aliqua inclusione constet. Ac quo errorem semel susceptum obstinate tueantur, non dubitant aliqui ex ipsis iactare, nõ alias unq̃ dimensiones habuisse Christi carnẽ nisi quàm longe lateq; cœlum & terra patent. Quòd autem puer ex utero natus sit, quòd creuerit, quòd in cruce expansus, quòd sepulchro inclusus, id dispensatione quadam factum, ut nascendi, moriendi, cæteriscq; humanis officijs defungeretur. Quòd solita corporis specie post resurrectionem conspectus fuerit, q; in cœlum assumptus quòd postremo etiam, post ascensionem, Stephano & Paulo uisus: eadem id dispensatione factum, ut regem se in cœlo constitutum hominum aspectui declararet. Quid hoc est, nisi Marcionem ex inferis suscitare? Quis enim dubitet, corpus Christi phantasticum fuisse, si ea conditione fuit? Allegant quod à Christo ipso dictum est. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit è cœlo: Filius hominis, qui in cœlo est. Verum sunt ne obtuso adeò sensu, ut non uideant, id dictum per communicationem idiomatum? Qualiter à Paulo Dominus gloriæ crucifixus dicitur, non quia secundum diuinitatem sit passus: sed quia Christus, qui abiectus & contemptus in carne patiatur, idem Deus erat & Dominus gloriæ. Adhunc modum & Filius hominis in cœlo erat, quia ipse idem Christus, qui secundum carnem hominis Filius habitabat in terris, Deus erat in cœlo. Qua ratione, eo ipso loco, descendisse dicitur secundum diuinitatem: non quòd diuinitas cœlum reliquerit, ut in ergastulum corporis se abderet: sed quia, tametsi omnia impleret, in ipsa tamen Christi humanitate corporaliter, id est naturaliter habitabat, & ineffabili quodam modo.

25

1. Corin. 15

Act. 7. 9.

Ioan. 3.

2. Corin. 2

Coloss. 2.

Alij paulo argutius elabuntur. Corpus hoc, quod in sacramento exhibetur, glorioſum esse & immortale. Itaque nihil absurdi esse, si pluribus in locis, si nullo loco, si nulla forma, sub sacramento contineatur. Sed quæro, quale dabat discipulis Dominus pridie quàm pateretur? an non uerba sonent, mortale illud, quod statim tradendum erat, dedisse? Iam antea, inquiunt, suam gloriam tribus discipulis in monte Thabor conspiciendam dederat. Verum id quidẽ est, sed ea

26

Matth. 17.

sed ea claritate gustū tantū immortalitatis ad horā illis prębebat. Cū uerò corpus suum in ultima cœna distribueret: imminebat iā hora, qua à Deo percussus, & humiliatus sine decore, ut leprosus, iaceret: tantū abest, ut tunc gloriā suam proferre uellet. Et hic quāta Marcioni fenestra aperitur? si Christi corpus uno in loco mortale & humile uidebatur, in alio immortale & glorioſum tenebatur. Sed ad tantū absurdum conniueo. Tantū de corpore glorioso mihi respondeant, an non tamē corpus sit? Est, inquiunt, sed ἄτοπον, ἀχημάτιστον, ἄμιξον. Id uerò est, nō uno quidē uerbo, sed periphrasi Spiritū uocare. Aut negemus plane carnis resurrectionem: aut cum resurrexerit, carnem fore confiteamur: quæ à Spiritu in hoc differt, quia loci spacio claudit, quia uidetur, quia tangitur. Cui enim, quæso, persuadebunt, infinita fore nostra corpora, ubi gloria cœlesti & immortalitate donata fuerint. Atqui, teste Apostolo, transformabuntur, ut sint similia corpori Domini glorioso. Ne igitur corpori Christi glorioso id tribuant, multis in locis simul esse, nulloq; spacio cōtineri: nisi de nostris quoq; idipsum fateri uelint: quod nullus opinor recipiet. Neq; uel tantillum illis patrocinatur, quod toties obiectant, Christum ad discipulos intrasse ianuis clausis. Intrauit certe, mirabili ingressu. neq; eē aut eas ui perfregit, aut expectauit, dū hominis manu aperirentur: sed omne sibi obstaculum cædere sua uirtute fecit. Cæterum ingressus, corporis ueritatem discipulis approbauit. Videte, inquit, & palpate: quia Spiritus carnem & ossa non habet. En glorioſum Christi corpus, uerum esse probatur: quia palpari & uideri potest. Auter ista: iam uerum corpus esse desinet.

Isa. 53

Philip. 3.

Hic, ut nobis inuidiam faciant, de omnipotentis Dei potentia maligne nos loqui criminantur. Sed aut stulte errant, aut malitioſe mentiuntur. Non enim hic quæritur, quid Deus potuerit: sed quid uoluerit. Affirmamus autem id factum esse, quod illi placitum erat. Placuit autem, Christum fratribus per omnia similē fieri, excepto peccato. Qualis est nostra caro? nonne quæ certa sua dimensione constat? quæ loco continetur? quæ tangitur? quæ uidetur? Et cur, inquiunt, non faciat Deus, ut caro eadem, plura diuersaq; loca occupet? ut nullo loco contineat? ut modo & specie careat? Insane, quid à Dei potentia postulas, ut carnem faciat simul esse, & nō esse carnē? perinde ac si instes, ut lucē, faciat simul esse lucē, & tenebras. At lucē uult esse lucē: tenebras, tenebras: carnē, carnē. Cōuertet quidē cū uolet tenebras in lucē, & lucē in tenebras, sed cum exigis, ut lux & tenebræ nō differant, quid aliud quàm ordinem sapientiæ Dei peruertis? Carnem igitur, carnem esse oportet: Spiritum, Spiritum. Vnumquodque, qua à Deo lege & conditione creatum est. Ea uerò est carnis conditio, ut uno certoq; loco, ut sua dimensione, ut sua forma constet. Ea conditione carnem induit Christus, cui incorruptionem quidem & gloriam dedit: naturam & ueritatem non abstulit. Planum enim est clarumque scripturæ testimonium, quòd in cœlum ascenderit, sic uenturus quomodo ascendere uisus est. Nec est quod adhuc resiliant isti peruicaces, uisibilem ascendisse & reuersurum: interim tamen nobiscum inuisibilem habitare. Habitationem, quam nobis pollicitus est, libenter recipio: sed non ad eum, quem ipsi fingunt, modum. Quando igitur de modo litigamus, hanc disceptationem Augustinus dirimat, qui suam de hac re sententiam clarissimis uerbis protulit. Cum diceret Christus, me non semper habebitis uobiscum loquebatur de præsentia corporis. Nam secundum maiestatem suam, secundum prouidentiam, secundum ineffabilem & inuisibilem gratiam, impletur, quod ab eo dictū est: Ecce ego uobiscū sum usq; ad consummationē sęculi. secundū carnē uerò, quā uerbū assumpsit, secundū id q; de uirgine natus est, secundū id q; à Iudæis cōprehensus est, q; ligno cōfixus, q; de cruce depositus, q; linteis inuolutus, q; in sepulchro conditus, q; in resurrectione manifestatus: non semper habebitis me uobiscū. Quare? Quoniā cōuersatus est secundum corporis præsentiā quadraginta diebus cū discipulis suis & deducētibus eis uidendo, nō sequēdo, ascendit, nō est hic. Ibi enim sedet ad dexteram Patris. Et tamē hic est: quia non recessit præsentia maiestatis. Aliter, secundum præsentiam maiestatis, semper habemus Christum,

Act. 1.

28

ſecundum præſentiam carnis recte dictum eſt, me autem non ſemper habebitis. Habuit enim Eccleſia ſecundũ præſentiã carnis paucis diebus: modo fide tenet, oculis non uidet. Tribus modis facit eum nobis pręſentem maieſtate, prouidentia, ineffabili gratia: ſub qua mirificam iſtam corporis & ſanguinis eius communionem comprehendo: modo Spiritus ſancti uirtute fieri intelligamus non fictitia illa corporis ipſius ſub elemento incluſione. Siquidem carnem ſe habere & oſſa Dominus noſter teſtatus eſt, quæ palpari & uideri poſſent. Et abire, ac
Li. de fide & ſymbo. cap. 6 aſcendere, non ſpeciem aſcendentis abeuntiſque dare ſignificant: ſed uere id facere, quod uerba ſonant. Ergo ne, dicet quiſpiã, certã cœli regionem Chriſto aſſignabimus? Ego autem cum Auguſtino reſpondeo, curioſiſſimam eſſe hanc & ſuperuacaneam quæſtionem, modo tamen in cœlo eſſe credamus.

Age, ſi corpus & ſanguinem Domini pani ac uino affigere libet: alterum ab altero neceſſario diuelletur. Nam ut panis ſeorſum à calice porrigitur: ita corpus pani unitum, à ſanguine in calicem incluſo, diuiſum eſſe oportebit. Cum enim corpus in pane, ſanguinem in calice eſſe affirment: panis autem & uinum locorum ſpacijs inter ſe diſtent: nulla tergiuerſatione elabi poſsint, quin, á ſanguine corpus ſit ſecernendum. Quod autem obtendere ſolent, in corpore eſſe ſanguinem, & in ſanguine uicisſim corpus, nimis ſane friuolũ eſt, cum ſymbola, quibus includuntur, ita diſtincta ſint. Cæterum ſi oculis animiſque in cœlum euehimur, ut Chriſtum illic in regni ſui gloria quærimus: ita ſub panis ſymbolo paſcemur eius corpore, ſub uini ſymbolo diſtincte eius ſanguine potabimur: ut demum toto ipſo perfruamur. Nam tametſi carnem ſuam à nobis ſuſtulit, & corpore in cœlum aſcendit: ad dexteram tamen Patris ſedet: hoc eſt, in potentia & maieſtate, & gloria Patris regnat. Hoc regnum nec ullis locorum ſpacijs limitatum, nec ullis dimenſionibus circumſcriptum: quin Chriſtus uirtutem ſuam, ubicunque placuerit, in cœlo & in terra exerat: quin ſe præſentem potentia & uirtute exhibeat: quin ſuis ſemper adſit, in ijs uiuat, eos ſuſtineat, confirmet, uegetet, conſeruet, non ſecus ac ſi corpore adeſſet. Quin denique ſuo ipſius corpore eos paſcat, cuius communionem, Spiritus ſui uirtute, in eos transfundit. Secundum hanc rationem, corpus & ſanguis Chriſti in ſacramento nobis exhibe-
30 tur. De modo ſi quis me interroget, fateri non pudebit, ſublimius eſſe arcanum, quàm ut uel meo ingenio comprehendi, uel enarrari uerbis queat. Atq; ut apertius dicam, experior magis quàm intelligam. Itaque ueritatem Dei, in qua acquieſcere tuto licet, hic ſine controuerſia amplector. Pronunciat ille carnem ſuam eſſe animæ meæ cibum, ſanguinem eſſe potum. Talibus alimentis animam illi meam paſcendam offero. In ſacra ſua Cœna iubet me ſub ſymbolis panis ac uini corpus ac ſanguinem ſuum ſumere ac manducare. Nihil dubito, quin & ipſe uere porrigat, & ego recipiam. Tm̃ abſurda reijcio, quæ aut cœleſti Chriſti maieſtate indigna, aut humanæ eius naturæ ueritate aliena eſſe apparet: quãdo & cũ Dei uerbo pugnare neceſſe eſt, quod & ſic in gloriam regni cœleſtis receptum fuiſſe Chriſtum docet, ut ſupra omnem mundi conditionem euehat: nec minus diligenter in humana eius natura commendat, quæ propria ſunt ueræ humanitatis. Neq; hoc uel incredibile, uel à ratione abſonum uideri debet. Quia ut ſpirituale eſt totum Chriſti regnum: ita quidquid agit, cum ſua Eccleſia ad rationem ſeculi huius minime exigendum eſt. Ea, inquam, eſt corporis præſentia, quam ſacramenti ra-
Irenæus li. 4. ca. 34. tio poſtulat. Quam tanta uirtute, tantaque efficacia hic eminere dicimus, ut non modo indubitatam uitæ æternæ fiduciam animis noſtris afferat: ſed de carnis etiam noſtræ immortalitate ſecuros nos reddat. Siquidem ab immortali eius carne iam uiuificatur, & quodammodo eius immortalitati communicat. Qui ſupra hæc ſuis hyperbolis euehuntur, nihil aliud quàm talibus inuolucris ſimplicem & planam ueritatem obſcurant. Si cui nondum ſatisfactum fuerit: hic uelim pauliſper mecum reputet, de ſacramento nunc haberi ſermonem, cuius omnia ad fidem referenda ſunt. fidem uerò nos iſta, quam enarrauimus, corporis participatione nõ minus laute affluenterq; paſcimus, quàm qui ipſum Chriſtum

è cœlo

è cœlo detrauht. Adde q̄ fidei analogiã, ad q̄ omnẽ ſcripturę interpretationẽ exi
gere iubet Paulus, hac in parte mihi pręclare cõſtare, nihil dubiũ eſt. Qui ueritati
adeò p̄ſpicuę reclamãt, ad q̄ fidei amuſſim ſe formẽt, uiderint. Qui.n. non cõfiteẽ
Ieſũ in carne ueniſſe, ex Deo nõ eſt. Iſti, licet diſſimulẽt, eũ carnis ſuę ueritate ſpo-
liãt. Hæc cognitio nos facile à carnali etiam adoratione abſtrahet, quam peruer- 31
ſa temeritate quidam in ſacramento erexerunt: quòd ſecum ita ſubducerent. Si
corpus eſt, & anima igitur, & diuinitas, ſunt unà in corpore: quæ iam diuelli
non poſſunt. Igitur illic adorandus Chriſtus. Primum, ſi ſua illa, quam obten-
dunt, concomitantia ipſis negetur, quid facient? Nam, ut maxime abſurditatem
urgeant, ſi corpus ab anima & diuinitate ſæparetur, quis tamen ſanus & ſobrius,
Chriſti corpus Chriſtum eſſe, ſibi perſuadeat? Videntur quidem ſibi ſuis id ſyl-
logiſmis pulchre conficere. Verum cum de corpore & ſanguine ſuo diſtincte
loquatur Chriſtus: modum autem præſentiæ non deſcribat: quomodo ex re am
bigua certo conficient quod uolunt? Quid ergo? Nonne ſi grauiore aliquo ſen
ſu eorum conſcientias exerceri contigerit, protinus cum ſuis ſyllogiſmis diſſol-
uentur ac liqueſcent? Nempe ubi certo Dei uerbo deſici ſe uidebunt, quo uno cõ
ſiſtunt animæ noſtræ, cum ad rationem uocantur: & ſine quo primo quoq̄ mo-
mento labaſcunt, ubi Apoſtolorum doctrinam & exempla ſibi aduerſari ſe uerò
ſolos ſibi authores eſſe cogitabunt. Accedent ad tales impulſus & alij non leues
ſtimuli. Quid? An res erat nullius momenti, Deum hac forma adorare, ut nihil
nobis præſcriberetur? An, cum de uerò Dei cultu ageretur, tanta leuitate fuerat
tentandũ, de quo nullum uſq̄ uerbũ legebatur? At ſi qua decet humilitate cogi-
tationes oẽs ſuas ſub Dei uerbo cõtinuiſſent: auſcultaſſent certe, quod ipſe dixit:
accipite, manducate, bibite: huicque mandato paruiſſent, quo accipi ſacramen-
tum, non adorari iubet. Qui uerò, ut à Deo mandatum eſt, ſine adoratione acci-
piunt, ſecuri ſunt, ſe à mandato Dei non deflectere, qua ſecuritate nihil melius
eſt, cum quid operis inſtituimus. Habent Apoſtolorum exemplum, quos non
legimus proſtratos adoraſſe: ſed ut erant diſcumbentes, accepiſſe & manducaſſe.
Habent Apoſtolicæ Eccleſiæ uſum, ubi fideles, non in adoratione, ſed in fractio-
ne panis communicaſſe, à Luca narrantur. Habent Apoſtolicam doctrinã, qua
Paulus Corinthios Eccleſiã inſtituit, profeſſus ſe à Dño accepiſſe, q̄d tradebat.

Atq̄ hęc quidẽ, eò tendũt, ut expendãt pij lectores, q̄ nõ tutũ ſit in rebus tã ar- 32
duis à ſimplici Dei v̄bo ad cerebri noſtri ſomnia euagari. Quę autẽ ſuperius di-
cta ſunt, omni hac in re ſcrupulo liberare nos debẽt. Nã ut Chriſtũ illic rite appre-
hendãt pię animę, in cœlũ erigan̄ neceſſe eſt. Quod ſi hoc ſacramenti officiũ eſt,
mentẽ hominis infirmã alioq̄ adiuuare, ut ad percipiendã ſpiritualiũ myſterioꝝ
altitudinẽ ſurſum aſſurgat: q̄ in ſigno externo detinen̄, à recta quęrẽdi Chriſti uia
aberrãt. Quid ergo? ſuperſtitioſum eſſe cultũ negabimus? cũ ſeſe homines corã pa
ne proſternũt, ut Chriſtũ illic adorẽt. Huic malo proculdubio uoluit obuiare Ni
cena ſynodus, cũ uetuit nos humiliter attẽtos eſſe ad propoſita ſymbola: Nec alia
cauſa inſtitutũ olim fuit, ut ante conſecrationẽ populus alta uoce admoneret̄ ha-
bere ſurſum corda. Ipſa q̄q̄ ſcriptura, prętereq̄ q̄ Chriſti aſcẽſionẽ diligẽter nobis
enarrat, qua corporis ſui pręſentiã à cõſpectu noſtro cõſuetudineq̄ ſubduxit, q̄ no
bis oẽm de eo carnalem cogitationẽ excutiat, q̄ties ipſius meminit, mentibus ſur-
ſum erigi iubet, & ipſum in cœlo quęrere ſedentẽ in Patris dextera. Secundũ hãc
regulã, erat potius ſpũaliter in cœleſti gloria adorãdus, q̄ excogitandũ iſtud tã pe
riculoſum adoratiõis genus, plenũ carnalis craſſęq̄ de Deo opiniõis. Quare q̄ ſa-
cramẽti adorationẽ excogitarũt, eã nõ mõ à ſeipſis ſomniarũt citra ſcripturã, ubi
nulla illius mẽtio oſtendi poteſt, quę tamen nõ fuiſſet prętermiſſa, ſi Deo accepta
foret: ſed, reclamãte ſcriptura, ſuę ſibi libidinis arbitrio Deũ fabricati ſunt, dereli-
cto Deo uiuente. Quid enim eſt idololatria? ſi hoc non eſt: dona pro datore ipſo
colere. Vbi dupliciter peccatum eſt. Nam & honor Deo raptus ad creaturam
traductus eſt: & ipſe etiam in polluto ac profanato ſuo beneficio inhonoratus:
dum ex ſancto eius ſacramento factum eſt excerabile idolum. Nos econuerſo,

ne in

ne in eandem incidamus foueam, aures, oculos, corda, mentes, linguas penitus defigamus in sacra Dei doctrina. Est enim ea Spiritus sancti, optimi magistri, schola: in qua sic proficitur, ut nihil sit aliunde ascisscendum: ignorandum uerò libenter, quidquid in ea non docetur.

33 Iam uerò, ut superstitio, rectos fines semel egressa, nullum peccandi finem facit, longe ulterius prolapsi sunt. Ritus enim excogitarunt à Cœnæ institutione prorsus extraneos in hoc tantum, ut diuinis honoribus signum afficerent. Christo, inquiunt, hanc uenerationem deferimus. Primum, si in Cœna hoc fieret, dicerem adorationẽ esse legitimã, quę nõ in signo resi det, sed ad Christũ in cœlo sedentẽ dirigit. Nunc uerò quo prętextu se Christũ in illo pane honorare iactãt, cũ nullam habeant huius rei promissionẽ. Consecrant hostiã, ut uocãt, quã circũferant in põpa, quã spectandã, colendã, inuocandã solẽni spectaculo exhibeant. Quæro, qua uirtute putent esse rite consecratã? Nẽpe uerba illa proferẽt. Hoc est corpus meũ. Ego uerò cõtra obijciam, simul dictum esse: accipite, & mãducate. Neq; id de nihilo faciam. Cum enim pręcepto annexa sit promissio: dico hanc sub illo ita inclusam, ut separata fiat omnino nulla. Id simili exemplo fiet clarius. Mandatũ dedit Deus, cum diceret. Inuoca me: promissionẽ addidit. Exaudiã te. si quis inuocato Petro aut Paulo, hac promissione gloriet, nonne oẽs clamabunt eũ perperã facere? Et quid aliud, quęso, faciunt, qui omisso mãdato de mãducatione, mutilã promissionẽ abripiunt, hoc est corpus meum: ut ea in alienos à Christi institutione rictus abutantur? Meminerimus ergo hanc promissionem ijs esse datam, qui mandatum cum ea coniunctum obseruant. Eos autem omni uerbo destitui, qui sacramentum alio transferunt.

34 Hactenus disseruimus, quomodo nostræ apud Deum fidei seruiat. Quando aũt in sacramẽto hoc, tantam suæ bonitatis largitatem, quantam prius enarrauimus, nobis in memoriam Dominus reuocat, et ad eam agnoscendam nos excitat: simul admonet, ne tam effusę benignitati ingrati simus. Quin potius eam, quibus par est, laudibus prędicemus, & gratiarũ actione celebremus. Itaq; cum sacramẽti ipsius institutũ A postolis traderet, ut id in sui memoriam facerẽt, docuit. Quod Paulus interpretat, mortẽ Dñi nunciare. Id aũt est, publice atq; uno simul oẽs ore palam fateri, totã uitę ac salutis fiduciam in morte Dñi positam nobis esse: ut nostra illũ cõfessione glorificemus: & alios, nostro exẽplo, ad dandã illi gloriã, exhortemur. Hic appareret rursum, quò sacramenti scopus spectet. Nẽpe, ut nos in mortis Christi memoria exerceat. Quod. n. iubemur mortẽ Domini annũciare, donec ad iudicandũ ueniat: nõ aliud est, nisi ut oris confessione prędicemus, quod fides nostra in sacramento agnouit: mortem scilicet Christi, nostram esse uitam, hic secundus est sacramenti usus, qui ad externam confessionem attinet.

35 Tertio & exhortationis uice nobis Dominus esse uoluit: qua nulla uehementius cum ad puritatẽ ac sanctimoniam uitę: tum uerò ad charitatẽ, pacem, consensum, animare nos, inflammareq; posset. Nam sic suum illic corpus nobis Dominus communicat, ut unum prorsus nobiscum fiat, nosq; cum illo. Porrò, cum nõ nisi unum illi corpus sit, cuius nos omnes participes facit: necesse est, & nos oẽs, unum corpus, huiusmodi participatione fieri. Quam unitatem repræsentat panis, qui in sacramentum exhibetur, qui uelut ex multis granis confectus est, sic commixtis confusisque, ne alterum ab altero discernere liceat: in hunc modum & nos, tanta animorum consensione coniunctos connexosq; esse decet, ne quid dissidij aut diuisionis intercedat. Id Pauli uerbis explicari malo. Calix, inquit, benedictionis cui benedicimus, communicatio est sanguinis Christi: & panis benedictionis quem frangimus, participatio est corporis Christi. Itaque unum corpus sumus, omnes, qui de uno pane participamus. Præclare uerò in sacramento profecerimus, si impressa insculptaque animis nostris fuerit hæc cogitatio: non posse à nobis quenquam ex fratribus lædi, traduci, rideri, contemni, aut ullo modo offendi: quin simul in eo Christum ledamus, traducamus, rideamus: non posse nos à fratribus dissidere, quin simul à Christo dissideamus: Christum à nobis dilig in on

1. Cori. 10.

ligi non posse, quin dilígatur in fratribus: qualem corporis nostri curam geri-
mus, talem fratrum quoque gerendam, qui membra sunt corporis nostri: quo-
modo nulla corporis nostri pars aliquo doloris sensu tangitur, qui non in alias
omnes diffundatur: ita non ferendum esse, fratrem malo aliquo affici, cuius non
& ipsi compassione tangamur. Quamobrem non absre Augustinus, toties sa
cramentum hoc appellat charitatis uinculum. Quis enim acrior admoueri sti-
mulus poterat, ad excitandam mutuam inter nos charitatem: quàm dum Chri-
stus seipsum nobis donans, non modo suo nos exemplo, ut alter alteri nos mu-
tuo deuoueamus ac tradamus, inuitat: sed quatenus se facit omnium commu-
nem, nos quoque omnes unum in seipso esse facit. Hinc autem optime confir- 36
matur, quod alibi dixi: rectam sacramenti administrationem uerbo contineri.
Quæcunque enim ex Cœna nobis prouenit utilitas, uerbum requirit. sic in fide
confirmandi sumus, siue in confessione exercendi, siue excitandi ad officium,
prędicatiõe opus est. Nihil ergo magis præposterum fieri in Cœna potest, quàm
si uertatur in mutam actionem. quod sub Papæ tyrannide factum est. Totam si-
quidem uim consecrationis à sacerdotis intentiõe pendere uoluerunt: quasi hoc
nihil ad populum pertineret: cui mysterium maxime explicari oportuerat. Inde
autem natus est hic error, quòd non obseruabant, promissiones illas, quibus cõ
ficitur consecratio non ad elementa ipsa: sed ad eos qui recipiunt destinari. Atqui
non panem alloquitur Christus, ut corpus suum fiat: sed discipulos iubet mandu
care, atq; illis corporis & sanguinis sui communicationem pollicetur. Nec alium
ordinem docet Paulus, quàm ut unà cum pane & calice promissiones fidelibus
offerantur. Ita est sane. Non hic magicam aliquam incantationem imagina-
ri nos decet: ut satis sit uerba demurmurasse, quasi ab elementis exaudiantur. sed
uerba illa uiuam prædicationem esse intelligamus, quæ auditores ædificet,
quæ intus penetret in eorum animos, quę cordibus imprimatur ac insideat, quæ
efficaciam in complemento eius, quod promittit, exerat. his rationibus constat, re
positionem sacramenti, quam nonnulli urgent, ut egrotis extra ordinem distri-
buatur, inutilem esse. Aut enim sine recitatione institutionis Christi accipient: aut
minister unà cum signo ueram mysterij explicationem coniungat. In silentio est
abusus ac uitium. si referuntur promissiones, & mysterium enarrat, ut cũ fructu
recipiant, qui recepturi sunt, non est q; dubitemus hanc esse ueram consecrationẽ.
Quorsum igitur euadet altera: cuius uis ad egrotos usq; non peruenit. At qui sic
faciunt, habent ueteris Ecclesiæ exemplum, fateor. Verum in re tanta, & in qua
non sine magno periculo erratur, nihil tutius est quàm ipsam ueritatem sequi. At 37
quemadmodũ sacrum hunc panẽ Cœnæ Domini, spiritualem esse cibum uide-
mus, suauem ac delicatum ijs, quibus Christum ostendit, suã esse uitam: quos ad
gratiarum actionem erigit: quibus ad mutuam inter se charitatem exhortatio est:
ita rursum in nocentissimum uenenum ijs uertitur, quorum fidem non docet, &
quos ad confessionẽ laudis, charitatẽq; non excitat. Non eñ aliter ac cibus corpo
ralis, ubi uentrẽ offendit uitiosis humoribus occupatũ, ipse quoq; uitiatus & cor-
ruptus nocet magis q̃ lædit: cibus etiã hic spiritualis, si in animã inciderit malicia
nequitiaq; pollutã, maiore illã ruina præcipitat. Nõ suo id quidẽ uitio, sed quia
pollutis & infidelibus nihil est mundũ, quamlibet alioqui sanctificatum Domini
benedictione. Nã, ut ait Paulus, qui indigne manducant & bibunt, rei sunt corpo
ris & sanguinis Domini, iudiciumq; sibi manducant & bibunt, non dijudican-
tes corpus Domini. Tale enim hominum genus, quod sine ulla fidei scintilla, sine
ullo charitatis studio, ad usurpandã Cœnam Domini, instar porcorum, se prori-
pit, minime discernit corpus Domini. Nam quatenus corpus illud, suam esse ui-
tam non credunt: qua possunt contumelia ipsum afficiunt, omni sua dignitate
spoliantes: ac demum sic accipiendo, prophanant & contaminant. Quatenus ue-
rò alienati à fratribus ac dissidentes, sacrum corporis Christi symbolum cum
suis dissidijs commiscere audent: non stat per eos, quo minus Christi corpus
discerpatur, ac membratim dilanietur. Itaque non immerito rei sunt corpori-
& sangui-

& sanguinis Domini, quod sacrilega impietate fœde adeò polluunt. Hac ergo in digna manducatione damnationem suam sibi accipiunt. Nam cũ nullam in Christo fidem repositam habeant, sacramento tamen accepto, profitentur non alibi, quàm in eo esse sibi salutem, omnemque aliam fiduciam abiurant. Quare ipsi sibi sunt accusatores, testimonium ipsi aduersum se pronunciant, damnationem ipsi suam obsignant. Deinde cum odio ac maleuolentia diuisi, distractique à fratribus, hoc est, Christi membris, partem in Christo nullam habeant: testificantur tamen, hanc unam salutem esse, Christo communicare, & illi unitum esse.

38 Eam ob rem præcipit Paulus, ut probet seipsum homo, antequam de hoc pane edat, aut bibat è calice. Quo (ut ego quidem interpretabor) uoluit, unumquemq; in se descendere, & secum reputare, an cordis fiducia Christum seruatorem suum recognoscat: an oris confessione agnoscat: an uero innocentię ac sanctitatis studio ad Christi imitationem adspiret: an eius exemplo sese fratribus dare paratus sit, ac se ijs cõmunicare, quibus Christũ communẽ uidet: an, ut ipse à Christo habetur, ita uicissim fratres omnes pro corporis sui membris habeat: an eos instar membrorũ suorum fouere, tueri, iuuare cupiat. Non quia hæc, tum fidei tũ charitatis officia, nunc perfecta in nobis esse possint: sed quia huc nos contendere, & uotis omnibus adspirare oportet, ut inchoatam fidem magis in dies ac magis augeamus.

39 Quidam, dum homines ad eam manducandi dignitatem comparare uolunt, miseras conscientias torserunt ac diuexarunt diris modis: nec tamen quicquam eorum, quæ in rem essent, attulerunt. digne manducare eos dixerunt, qui in statu gratiæ essent. In statu gratiæ esse, interpretati sunt, purum purgatumq; omni peccato esse. Quo dogmate omnes, quotquot in terris unquam fuerunt, & sunt homines, ab huius sacramenti usu arcebantur. Nam si hoc agitur, ut nostram á nobis dignitatem petamus, actum de nobis est. Ruina tantum & confusio nos manet. Totis licet uiribus adnitamur: non aliud proficiemus, nisi ut tũ denicq; indignissimi futuri simus, cum de quærenda dignitate maxime laboratũ à nobis fuerit. Quo huic ulceri mederentur, modum excogitarunt acquirendæ dignitatis. Vt quantum in nobis est, examine habito, repositaq; à nobis factorum omnium ratione, contritione, confessione, satisfactione, nostram indignitatem expiaremus: quæ expiandi ratio qualis sit, dictum est, ubi erat aptior dicendi locus. Quod ad præsens institutum attinet: dico hæc nimium esse ieiuna euanidaq; solatia consternatis dejectisq; conscientijs, & peccati sui horrore perculsis. Nam si Dñs, inter dicto, neminem in Cœnæ suæ participationem admittit, nisi iustum & innocentem: non leui cautione opus est, quæ aliquem suæ iustitiæ securum reddat, quam à Deo requiri audit. Vnde uerò hæc nobis confirmatur securitas? apud Deum defunctos esse, qui fecerunt quod in se est. Quod si etiam ita esset: quando tamen erit, ut spondere quis sibi audeat, se fecisse quod in se erat? Ita cum nulla certa nostrę dignitatis securitas fiat: maneret tamen semper clausus aditus, horribili illo interdicto, quo edicitur, iudicium sibi manducare & bibere, qui indigne manducant & bibunt. 40 Nunc iudicare promptum est, qualis sit doctrina, & à quo authore profecta sit, quæ miseros peccatores huius sacramenti consolatione sic orbat & spoliat: in quo tamen omnes Euangelij delicię nobis proponebãtur. Certe diabolus nullo maiori compendio homines perdere poterat: quàm sic eos infatuando, ne gustum & saporem talis alimenti perciperent, quo eos optimus Pater cœlestis pascere uoluerat. Ne igitur in huiusmodi præcipitium ruamus, meminerimus has sacras epulas ęgrotis esse pharmacum, peccatoribus solatium, pauperibus largitionem: quæ sanis, iustis, & diuitibus, siqui reperiri possent, nullum afferrent operę precium. Nam cum in illis Christus nobis in cibum detur: intelligimus nos, sine ipso, tabescere, liqui, deficere. Deinde cum in uitam detur: intelligimus nos, sine ipso, in nobis plane mortuos esse. Quare ea est dignitas, quam unam & optimam afferre Deo possumus, si nostram ei utilitatem, & (ut ita loquar) indignitatẽ offeramus, ut sua misericordia nos se dignos faciat; si animos in nobis deponendeamus,

deamus,ut nos in ipso consolemur:si nos humiliemus,ut ab ipso erigamur: si nos accusemus, ut ab ipso iustificemur. Præterea,si ad eam,quã in sua Cœna nobis cõmendat,unitatem aspiremus: & quemadmodum nos omnes, unum in seipso esse facit,ita unam omnium animam,cor unum, linguam unam nobis omnibus optemus. Hæc si perpensa & meditata habuerimus,nunquã nos illæ cogitationes perturbabunt. Nos bonorum omnium egeni & nudi,nos peccatorum sordibus inquinati,nos semimortui,quomodo corpus Domini digne manducaremus? Magis cogitabimus,nos pauperes,uenire ad benignum largitorem: ægros,ad medicum: peccatores,ad saluatorẽ. Dignitatem illam, quæ à Deo mandatur,fide præcipue constare: quæ omnia in Deo,nihil in nobis reponit. deinde charitate, & ea quidem ipsa,quam Deo imperfectam offerre satis sit, ut ipsam in melius augeat: quando præstari solida non potest.

Alij nobiscum in hoc consentientes, dignitatem ipsam in fide & charitate posi 41
tam esse: in modo tamen ipso dignitatis longe aberrarunt, fidei perfectionem exigentes,cui nihil omnino accedere possit: & charitatem parem ei, quam Christus erga nos declarauit. At eo ipso omnes ab huius Cœnæ sacrosanctæ accessu, non secus ac priores illi,abigunt. Si enim obtineret eorum sententia: nemo, nisi indigne,acciperet; quando ad unum omnes rei conuictique suæ imperfectionis tenerentur. Et sane nimij stuporis,ne dicam stoliditatis, fuerit: eam perfectionem in recipiendo sacramento requirere, quæ sacramentum irritum superuacuumq; faciat: quod non perfectis institutum est,sed infirmis ac debilibus:ad uellicandum, excitandum, stimulandum, exercendum, fidei & charitatis affectum: defectum uero utriusque corrigendum.

Quæ de sacramento hoc hactenus disseruimus,abunde ostendunt, non institu 42
tum ideo fuisse, ut semel quotannis acciperetur, idq; perfunctorie, ut nunc communiter moris est: uerum,quo frequenti in usu Christianis omnibus esset, ut frequenti memoria passionem Christi repeterent. Qua recordatione & fidem suam sustinerent ac roborarent: & sese ad confessionem laudis canendam,bonitatemq; eius prædicandam hortarentur, & qua postremo mutuam charitatem alerent, & sibi etiam inter se testificarentur: cuius copulam in unitate corporis Christi uiderent. Quoties enim symbolo corporis Domini communicamus,uelut data & accepta tessera,alter alteri nos uicissim obstringimus ad omnia dilectionis officia,ut ne quid admittat nostrum quispiam, quo fratrem lædat: ne quid prætermittat, quo eum iuuare possit,ubi necessitas postulet. Talem fuisse Ecclesiæ Apostolicæ usum Lucas in Actis commemorat,cum fideles ait perseuerantes fuisse in doctri- Actor. 2.
na Apostolorum,communicatione,fractione panis,& orationibus. Sic agendum omnino erat, ut nullus Ecclesiæ conuentus fieret sine uerbo, orationibus, participatione Cœnæ,& eleemosynis. Hunc & apud Corinthios fuisse institutum ordinem,satis ex Paulo conijcere licet. Et multis postea sæculis in usu fuisse constat. Inde enim ueteres illi canones,quos Anacleto & Calixto tribuunt: ut,peracta consecratione,omnes communicent,qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus. Et in uetustis illis canonibus,quos Apostolorum uocant,habetur: qui non perseuerant usq; ad finem,& sacram communionem non percipiunt, tanquàm inquietudinem Ecclesiæ monentes,corrigendos. In Antiocheno etiam concilio decretum est, ut qui Ecclesiam intrant, scripturas audiunt, & à communione abstinent, ab Ecclesia remoueantur, donec uitium hoc correxerint. Quod tametsi in concilio Toletano primo uel mitigatum fuit,uel mitioribus saltem uerbis propositum:tamen illic quoque statuitur, ut qui, audita concione nunquàm communicare deprehensi fuerint,admoneantur. Si post monitionẽ abstineant,arceantur. His sci- 43
licet constitutionibus uolebant sancti uiri retinere ac tueri frequentem communionis usum, ab ipsis Apostolis traditum: quem fidelibus maxime salutarem esse,uulgi autem negligentia sensim obsolescere uidebant. De ætate autem sua testatur Augustinus. Huius,inquit, rei sacramentum unitatis corporis Domini alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum, in Dominica mensa præpara-

p tur,& de

tur,& de mensa illa sumitur:quibusdam ad uitam,alijs ad exitium. Et in Epistola ad Ianuarium priore. Alij quotidie communicãt corpori & sanguini Dominico. Alij certis diebus accipiunt:alibi nullus dies intermittitur,quo non offeratur,alibi Sabbatho tantum & Dominico:alibi non nisi Dominico. Quoniam autem, ut diximus,plebs interdum remissior erat,instabant sancti viri seueris obiurgationibus,ne conniuere ad hanc socordiam uiderentur. Tale exemplũ est apud Chrysostomum in epistolam ad Ephesios. Non est dictum ei, qui conuiuium dehonestabat,quare recubuisti? sed,quare ingressus es? Quisquis mysteriorum particeps non est,improbus est & impudens,quòd hic adsit. Quęso,si quis ad conuiuium uocatus uenerit,manus lauerit,discubuerit,uisus fuerit se ad edendum comparare,deinde nihil gustet,nonne contumelia & conuiuium afficiet, & conuitatorem? Sic tu inter eos stas,qui oratione se ad sumendũ sacrosanctum cibum præparant:te unum esse ex corũ numero,eo ipso q̃ non abscessisti,confessus es: tandem non participas. Nonne satius foret,te nõ comparuisse? Indignus sum,inquis. Ergo nec cõmunione orationis dignus eras,quæ est ad sumendum sacrũ mysterium
44 præparatio. Augustinus uero. Et sanè hæc consuetudo,quæ semel quotannis cõmunicare iubet,certissimũ est diaboli inuentum:cuiuscunq̃ tandem ministerio inuecta fuerit. Aiunt Zepherinum eius decreti fuisse authorem,quod tale fuisse ne quaq̃ credibile est,quale nunc habemus. Ille enim,suo instituto, non forte pessime Ecclesię consulebat,ut tum erant tempora. Minime enim dubium est,quin tũ sacra Cœna proponeretur fidelibus,quoties in cętum conuenirent,quin bona eorum pars communicaret. Sed cum uix unquam eueniret,ut omnes simul communicarent:esset uero necesse,eos,qui permixti erant prophanis & idololatris,externo aliquo symbolo fidem suam testari: diem illum,ordinis & politiæ caussa, vir sanctus statuerat: quo totus Christianorum populus fidei confessionem,participatione Cœnę Dñi ederet,probum alioqui Zepherini institutũ male detorsit posteritas,cum certa lex de una quotannis communicatione posita est: qua factũ est, ut ferè omnes,cum semel communicauerunt, quasi in reliquum anni tempus pulchre defuncti,in utramq̃ aurem securi dormiant. Longe aliter factum opotuit. singulis ad minimum hebdomadibus proponenda erat Christianorum cœtui mensa Domini,declarandæ promissiones,quæ nos in ea spiritualiter pascerent: nullus quidem necessitate cogendus: sed cohortandi omnes,& stimulandi: obiurgandus etiã ignauorũ torpor. Oẽs gregatim,ut famelici,ad tales lautitias conuenissent. Non iniuria igitur principio conquestus sum,diaboli arte intrusam hanc consuetudinem: quæ dum unum anni diem præscribit,in totum annum socordes reddit. Videmus quidem peruersum hunc abusum Chrysostomi tempore iam obrepsisse. Sed uidere simul licet,quantopere ipsi displicuerit. Conqueritur, enim grauibus verbis,tantam esse huius rei inæqualitatem,quòd alijs annitemporibus sæpenumero,nec cum mundi essent,accederent: in paschate,etiam immundi. Deinde exclamat. O consuetudinem. O præsumptionem. Frustra ergo habetur quotidiana oblatio. Fruſtra stamus ad altare. Nemo est qui simul participet. Tantum abest,ut authoritate sua interposita comprobarit.

45 Ex eadem prodijt officina & altera constitutio, quæ dimidiam Cœnæ partem meliori populi Dei numero uel furata est, uel eripuit. nempe symbolum sanguinis,quod laicis & prophanis (his scilicet titulis Dei hæreditatem insignium t) interdictum,paucis rasis & unctis in peculium cesit. Edictum æterni Dei est, ut omnes bibant: quod homo noua & contraria lege antiquare, & abrogare audet, edicens,ne omnes bibant. Ac ne sine ratione aduersus Deum suum pugnent tales legislatores, pericula obtendunt, quæ accidere possent, si omnibus passim exponeretur sacer hic calix. Ac si ab æterna Dei sapientia prospecta ea, & animaduersa non essent. Deinde,argute scilicet,ratiocinantur, unum pro duobus esse satis. Nam si corpus est,inquiunt,totus Christus est,qui à suo corpore iam diuelli non potest. Ergo & corpus sanguinem per concomitantiam complectitur. En sensus nostri cum Deo consensum, ubi uel tantillum laxis habenis, lasciuire fereque

Matth. 26.

eíreque cœpit. Dominus, panem oſtendens, corpus ſuum eſſe dicit: calicem dum oſtendit, ſanguinem uocat. Humanæ rationis audacia contra reclamat, panem eſſe ſanguinem, uinum eſſe corpus. Acſi Dominus nulla cauſſa, corpus ſuum à ſanguine, & uerbis, & ſignis, diſtinxiſſet: & unquam fando auditum eſſet, corpus Chriſti, aut ſanguinem, Deum & hominem appellari. Sane, ſi deſignare ſe totum uoluiſſet, dicere poterat. Ego ſum: qualiter loqui in ſcripturis conſueuit: non autem, hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus. Equidem ſcio, Sathanæ miniſtros, ut ſolenne illis eſt ſcripturas ludibrio habere, hic ludere & cauillari. Primum cauſſantur, ex ſimplici facto non eſſe ducendum regulam: qua Eccleſia ad perpetuam obſeruationem obligetur. At mentiuntur, cum ſimplex factum eſſe dicunt. Neque enim porrexit tantum calicem Chriſtus: ſed inſtituit ut Apoſtoli ſic in poſterum facerent. Præcipientis enim verba ſunt. Bibite ex hoc calice omnes. Et Paulus ſic factum eſſe commemorat, ut pro certo inſtituto commendet. Matth. 14. Lucæ. 14 Ioan. 18.

Alterum effugium eſt: ſolos Apoſtolos in huius Cœnæ participationem à Chriſto admiſſos, quos iam in ſacrificorum ordinem allegiſſet & cooptaſſet. Velim tamen mihi ad quinque poſtulata reſpondeant, quibus elabi non poterunt, quin facile cum ſuis mendacijs reuincantur. Primum, quo oraculo reuelatam habent hanc ſolutionem, tam alienam à verbo Dei? Scriptura duodecim recenſet, qui accubuerint cum Ieſu: ſed non ita Chriſti dignitatem obſcurat, ut ſacrificos eos appellet. De quo nomine poſtea ſuo loco. Et ſi duodecim tum dedit, præcepit tamen ut ſic facerent, nempe ut ſic inter ſe diſtribuerent. Secundo cur meliore illo ſæculo, ab Apoſtolis ad mille uſq; annos poſtea, ſine exceptione, omnes fiebãt utriuſq; ſymboli participes? ignorabat ne uetus Eccleſia, quos Chriſtus conuiuas ad Cœnam ſuam admiſiſſet? Perditiſsimæ impudentiæ fuerit, hic reſtitare, & tergiuerſari. 46

Extant Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, extant ueterum libri, q aperta huius rei teſtimonia ſuggerunt. Caro, inquit Tertullianus, corpore & ſanguine Chriſti paſcitur, ut anima de Deo ſaginetur. Quomodo huiuſmodi manibus, dicebat Ambroſius Theodoſio, ſacrum Domini corpus ſuſcipies? Qua audacia poculum ſanguinis precioſi ore tuo participes? Hieronymus: Sacerdotes, qui Euchariſtiam conficiunt, & ſanguinem Domini populo diſtribuunt. Chryſoſtomus: Non ſicut in ueteri lege partem quidem ſacerdos commedebat, partem uero populus. Verũ omnibus corpus ſuum proponitur, & poculum unum. Ea quæ ſunt Euchariſtiæ communia ſunt omnia inter ſacerdotem & populum. Idipſum Auguſtinus plurimis locis teſtatur. Sed quid de re notiſsima diſputo? Legantur omnes Græci & Latini ſcriptores, paſsim occurrent eiuſmodi teſtimonia. Neq; obſoleuit hæc conſuetudo, dum aliqua integritatis gutta in Eccleſia ſuperfuit. Gregorius, quem ultimum Romæ Epiſcopum fuiſſe iure dicere poſsis, ſua ætate ſeruatum fuiſſe docet, Quis ſit ſanguis agni, iam non audiendo, ſed bibendo didiciſtis. Eius ſanguis in fidelium ora profunditur. Imò quadringentis poſt eius mortem annis, cum iã omnia degeneraſſent, ad huc durauit. Neq; enim id pro more duntaxat: ſed pro lege inuiolabili habebat. Vigebat enim tunc Diuinę inſtitutionis reuerentia: nec ſacrilegium eſſe dubitabant, ſeparare quæ eſſent à Domino coniuncta. Sic enim loquitur Gelaſius. Comperimus quòd quidam ſumpta tantummodo corporis ſacri portione à calice abſtineant: qui proculdubio, quoniam neſcio qua ſuperſtitione uidentur adſtricti, aut integra ſacramenta percipiant, aut ab integris arceantur. Diuiſio enim iſtius myſterij ſine grandi ſacrilegio non admittitur, audiebantur illæ Cypriani rationes: quæ ſane Chriſtianam mentem permonere debent. Quomodo, inquit, docemus aut prouocamus eos in confeſsione Chriſti ſanguinem fundere, ſi militaturis ſanguinem eius denegamus? Aut quomodo facimus ad martyrij poculũ idoneos, ſi non eos ad bibendum Domini poculum prius in Eccleſia iure communionis admittimus? Quod autem ad Sacerdotes reſtringunt canoniſtæ illud Gelaſi decretum, magis puerile eſt cauillum, quàm ut refutari debeat. 47 2. ad Cori. 2. capi. 9. Epiſt. 2. 1. lib. ser. 5. de lapſis.

p ij Tertio,

48 Tertio, cur de pane simpliciter dixit, ut ederent: de calice, ut oẽs biberent? ac si Sathanæ calliditati ex destinato occurrere uoluisset. Quarto, si sua Cœna Dominus solos sacrificos, ut ipsi uolunt, dignatus est, quis unquam hominũ ausus esset, uocare in participationem extraneos, qui à Domino excluſi essent? & participationem quidem eius doni, cuius penes se potestas non esset: nullo eius mandato, qui solus dare poterat. Imò qua id fiducia hodie usurpant, ut plebeculæ symbolũ Christi corporis distribuant? si nullum habent Dñi uel mandatum, uel exemplũ? Quinto, an mentiebatur Paulus, cum dicebat Corinthijs, se accepisse à Dño quod illis tradiderat? Nam postea traditionem declarat, ut omnes promiscue utroque symbolo communicarent. Quòd si à Domino Paulus acceperat, omnnes sine discrimine admittendos, uideant à quo acceperint, qui uniuersam penè Dei plebem abigunt, quando iam Deum authorem prętendere non possunt, apud quem non est, est & non. Et adhuc tales abominationes nomine Ecclesiæ præteximus? & hoc pretextu defendimus? quasi uerò aut isti antichristi, Ecclesia sint, q Christi doctrinam & institutiones tam ex facili proterunt, dissipant, abrogant: aut Apostolica Ecclesia, Ecclesia non fuerit, in qua tota uis religionis efflоruit.

49 His & similibus inuentis conatus est Sathan, uelut offusis tenebris, sacram Christi cœnam infuscare & inquinare: ne saltem eius puritas in Ecclesia retineretur. Sed horrendæ abominationis caput fuit, cum signum extulit, quo non modo obscuraretur & peruerteretur: sed penitus obliterata & abolita euanesceret, & ex hominum memoria excideret. Nempe cum pestilentissimo errore totum penè orbem occæcauit, ut crederet missam sacrificium & oblationem esse ad impetrandam peccatorum remissionem. Quomodo initio dogma istud acceperint faniores scholastici, nihil moror. Valeant ipsi cum spinosis suis argutijs: quæ utcunque cauillando defendi queant: ideo tamen repudiandę sunt bonis omnibus, quòd nihil quam Cœnæ claritatem multis tenebris inducunt. Illis ergo ualere iussis, congredi me hic lectores intelligant cum ea opinione, qua Romanus Antichristus ac eius Prophetæ totum orbem imbuerunt. Nempe missam esse opus, quo sacerdos qui Christum offert, & alij, qui in oblatione participant, Deum promerentur. Neque id communi tantum vulgi opinione receptum est: sed ipsa quoque actio sic est instituta, ut genus sit placationis, quo pro uiuorum & mortuorum expiatione Deo satisfiat. Hoc quoque sonant verba, quibus utuntur: nec aliud ex quotidiano usu colligere licet. Quàm altas radices fixerit hæc pestis, scio: quanta sub specie boni lateat, ut nomen Christi præferat: ut uno missæ nomine, totam fidei summam complecti se multi credant. Sed ubi, verbo Dei, clarissime comprobatum fuerit, hanc quantumuis fucatam & splendidam missam, insigni contumelia Christum afficere, crucem eius sepelire & opprimere: mortem eius in obliuionem tradere: fructum, qui ex ea nobis proueniebat, tollere: sacramentum, quo mortis memoria relicta erat, eneruare & dissipare: an erunt ullæ tam profundæ radices, quas non ualidissima hæc securis, Verbum inquam Dei, euellat? An ulla tam speciosa facies, sub qua latens malum lux hæc non prodat? Ostendamus ergo quod primo loco propositum est, intolerabilem illic
50 Heb. 5.7.9. & 7.10. blasphemiam ac contumeliam Christo irrogari. Sacerdos enim & Pontifex à Patre consecratus est, non ad tempus: quomodo illi in ueteri testamento constituti leguntur: quorum, cum uita mortalis esset, sacerdotium immortale esse non poterat. Quare & successoribus opus erat, qui subinde in demortuorum locum subrogarentur. At Christo, qui immortalis est, uicarium substitui minime necesse est. Itaque à Patre designatus est sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchizedech, ut æternum permanente sacerdotio fungeretur.
Psal. 110. Gene. 14. Hoc mysterium in Melchizedech ante multo figuratum fuerat: quem ubi scriptura semel induxit sacerdotem Dei uiuentis, nunquam postea meminit: ac si nullum uitæ finem habuisset. Hac similitudine Christus secundum eius ordinẽ sacerdos dictus est. Iam uero qui quotidie sacrificant, oblationibus sacerdotes præficiant necesse est: quos Christo, uelut successores & uicarios, subrogant. Qua

subrogatione, non modo Christum suo honore spoliant, & æterni sacerdotij præ-
rogatiuam illi rapiunt: sed è dextera Patris deturbare ipsum conantur, in qua sede-
re immortalis non potest, quin simul æternus sacerdos maneat. Neq; caussificen-
tur, non sufficí suos sacrificulos Christo, quasi demortuo: sed suffraganeos dun-
taxat esse æterni eius sacerdotij, quod propterea stare non desinit. Verbis enim
Apostoli fortius constringuntur, q̃ ut sic elabi possint. Nempe, alios plures factos
esse sacerdotes, quia morte impedirentur permanere. Christus ergo, qui morte
non impeditur, unus est: nec consortibus indiget.

Altera missæ uirtus proposita erat, quod Christi, crucem & passionem obruit 51
et opprimit, Hoc quidem certissimum est, nam si Christus in cruce semetipsum in
sacrificium obtulit, quo nos in perpetuum sanctificaret, & æternam redemptio-
nem nobis quæreret: haud dubie uis atq; efficacia eius sacrificij nullo fine perstat.
Alioqui nihilo honorificentius de Christo sentiremus, quàm de bobus & uitulis,
qui sub lege immolabantur: quorum oblationes ex eo inefficaces arguuntur & *Hebræ. 9.*
imbecillæ, q̃ sæpius iterabantur. Quare aut Christi sacrificio, quod in cruce præ-
stitit, purgationis æternæ uim defuisse fatendũ erit: aut uno semel sacrificio Chri-
stum, in omnia sæcula, defunctum esse. Id est quod dicit Apostolus, Summũ hunc *Hebræ. 9.*
Pontificem Christum semel, per immolationem sui, apparuisse, sub consumma- *& 10.*
tionem sæculi, ad peccati profligationem. Item, Voluntate Dei nos sanctificatos
esse, per oblationem corporis Iesu Christi, semel. Item, Christum una oblatione in
perpetuum consummasse sanctificatos. Quibus insignem sententiam subnectit.
Acquisita semel peccatorum remissione, nullam amplius restare oblationẽ. Hoc *Hebræ. 10.*
& postrema sua uoce, & inter ultimos spiritus edita, Christus significauit, cum di- *Ioan. 19.*
xit, Consummatum est. Solemus extremas morientium uoces pro oraculis obser-
uare, Christus moriens testatur uno suo sacrificio perfectum esse & impletũ, quic-
quid in salutem nostram erat. Nos huiusmodi sacrificio, cuius perfectionem lucu
lenter adeò commendauit, quasi imperfecto, innumera quotidie assuimus. Quan
do sacrosanctum Dei verbum non affirmat modo, sed clamat etiam & contesta-
tur, hoc sacrificium semel peractum fuisse, eius uim æternam permanere: q̃ aliud
postulant, nonne ipsum imperfectionis insimulant & infirmitatis? At uerò missa,
quæ hac lege tradita est, ut millies centena sacrificia in singulos dies peragantur:
quò spectat, nisi ut Christi passio, qua unicam hostiam se Patri obtulit, sepulta sub
mersaq; iaceat? Quis, nisi cæcus, non uideat, Sathanæ audaciam fuisse, quæ ueri-
tati adeò apertæ ac dilucidæ obluctaretur? Nec me latet, quibus præstigijs hanc 52
suam fraudem prætexere soleat pater ille mendacij: non uaria esse, nec diuersa sa-
crificia, sed unũ idem sæpius repeti. Verum tales fumi nullo negocio discutiũtur.
Tota enim disputatione contendit Apostolus, non modo nulla alia esse sacrificia,
sed unum illud semel oblatum fuisse, nec amplius iterandum. Subtiliores occul-
tiore etiamnum rima effugiunt: non repetitionem esse, sed applicationem. Sed ni
hilo difficilius hoc quoq; sophisma confutatur. Neq; enim hac lege se obtulit se-
mel Christus, ut nouis quotidie oblationibus ratum fieret suum sacrificium: uerũ
ut Euangelij prædicatione ac sacrę Cœnæ administratione fructus eius nobis cõ-
municetur. Sic Paulus dicit, Christum pascha nostrum immolatũ esse, ac nos epu
lari iubet. Hęc, inquàm, ratio est, qua nobis rite applicatur crucis sacrificium, dum
fruendum nobis communicatur, & nos uera fide recipimus. Sed operæ precium 53
est audire, quo fundamento missarium sacrificium fulciant. Nam huc Maleaci ua *Malach. 1.*
ticinium trahũt, quo pollicetur Dominus futurum, ut incensum per orbem uni-
uersum offeratur nomini suo, & oblatio munda. Quasi uerò nouum sit aut insoli-
tum prophetis, cum de gentium uocatione loquuntur, spiritualem Dei cultum, ad
quem illas hortantur, externo legis ritu designare. quò familiarius sæculi sui ho-
minibus indicarent, in ueram religionis participationem esse uocandas. Qualiter
etiam in uniuersum rerum ueritatem, quæ per Euangeliũ exhibita fuit, ætatis suæ
typis describere solent. Sic pro conuersione ad Dominum, ascensum in Hierusa-
lem: pro Dei adoratione, munerum omne genus oblationem: pro ampliore eius

notitia, qua in regno Christi fideles donandi erant, somnia & uisiones ponunt. Quod ergo citant, alteri Ezechielis uaticinio simile est: ubi Propheta de tribus altaribus in Assiria, Aegypto, & Iudæa erigendis prædicit. Primum enim quæro, an non huius prophetiæ complementum in regno Christi esse concedant? Deinde ubi sunt aræ illæ? aut quando unquam sunt erectæ? Tertio num existiment singulis regnis destinari singula templa, quale illud Hierosolimitanum fuit? Hæc si perpendunt: fatebuntur, opinor, Prophetam sub typis ætati suæ congruentibus de spirituali Dei cultu in totum orbem propagãdo uaticinari. Quam nos illis solutionem damus. Huius tamen rei, quia passim obuia exempla occurrunt, non ero in enumeratione longiori solicitus. Quanquam in hoc quoque misere hallucinantur, quod nullum agnoscunt sacrificium, nisi missarium. cum reuera nunc sacrificent Domino, & mundam offerant oblationem, de qua mox dicetur.

54 Nunc descendo ad tertias missæ partes, ubi explicandum est, quomodo ueram & unam mortem Christi obliteret, & ex hominum memoria excutiat. Nam ut inter homines testamenti confirmatio à morte testatoris pendet: ita etiam testamentum, quo nos peccatorum remissione, & æterna iustitia donauit, morte sua confirmauit Dominus noster. In hoc testamento qui uariare quicquam aut innouare audent, mortem eius abnegant, & tanquam nullius momenti habent. Quid uerò est missa, nisi nouum & prorsus diuersum testamentum? Quid enim? An non singulæ missæ nouam peccatorum remissionem, nouam iustitiæ acquisitionem promittunt? ut iam tot sint testamenta, quot missæ. Veniat ergo rursum Christus, & altera morte nouum hoc testamentum, uel potius infinitis mortibus innumera missarum testamenta rata faciat. An non igitur uerum principio dixi, unicam & ueram Christi mortem obliterari per missas? Quid? quòd eò directe spectat Missa, ut rursum, si fieri possit, trucidetur Christus? Nam ubi testamentum est, inquit Apostolus, mortem testatoris intercedere illic necesse est. Missa nouum Christi testamentum præ se fert: eius ergo mortem postulat. Præterea, hostiam, quæ offertur, occidi & immolari necesse est. Si Christus singulis Missis sacrificatur: eum singulis momentis mille in locis crudeliter interfici oportet. Non id meum est, sed Apostoli argumentum. Si necesse habuisset offerre sæpius semetipsum, oportuisse illum frequenter pati ab origine mundi. Fateor esse illis in promptu responsum, quo nos etiam calumniæ notant. Aiunt enim sibi obijci, quod nec cogitarint unquam, ac ne possint quidem. Nos uero scimus, mortem ac uitam Christi nequaquam in eorum manu esse. An ipsum interficere instituant, non respicimus. Tantum ostendere animus est, quale absurdum consequatur, ex impio ac sceleſto eorum dogmate. Quod ipsum ex ore Apostoli demonstro.

55 Iam quartum missæ munus tractandum, ut scilicet fructum, qui è morte Christi ad nos redibat, nobis præripiat: dum, ne agnoscamus & cogitemus, facit. Quis enim cogitet se morte Christi redemptum esse, ubi nouam in missa redemptionẽ uiderit? Quis peccata sibi remissa confidat, ubi nouam remissionem uiderit? Neque euadet qui dixerit, non alia causſa nos peccatorum remissionem in missa obtinere, nisi quia morte Christi iam acquisita est. Non enim aliud affert, quàm si iactet, ea lege nos à Christo redemptos esse, ut nos ipsi redimamus. huiusmodi enim à Sathanæ ministris doctrina spraſa est: & talem hodie clamoribus, ferro, igni tuentur. nos, cum Christum Patri in missa offerimus, hoc oblationis opere assequi peccatorũ remissionem, & participes fieri passionis Christi. Quid iam passioni Christi super est, nisi ut sit exemplum redemptionis, quod discamus nostri esse redemptores?

56 Ad coronidem nunc uenio: nempe, sacram Cœnam, qua Dominus passionis suæ memoriam insculptam formatamq; reliquerat, erecta missa, è medio sublatã, inductam, & deperditam. Siquidem cœna ipsa donũ Dei est, quod cum gratiarũ actione accipiendum erat. Sacrificium Missæ precium Deo numerare fingitur, quod

quod ipſe in ſatisfactionem accipiat. Quantum intereſt inter dare, & accipere: tantum à ſacramento ſacrificium differt. Atque hæc quidem miſerrima hominis ingratitudo eſt, quòd ubi agnoſcenda erat diuinæ bonitatis largitas, gratiæque agendæ, in eo Deum ſibi debitorem facit. Sacramentum promittebat, nos Chriſti morte non ſemel duntaxat reſtitutos in uitam: ſed aſſidue uiuificari, quia tunc omnes noſtræ ſalutis numeri impleti ſint. Miſſæ ſacrificium longe aliam cantilenam canit: Chriſtum oportere quotidie ſacrificari, ut aliquid nobis commodet. Cœna in publico Eccleſiæ cœtu diſtribuenda erat, quò nos de communione doceret, qua ſimul omnes cohęremus in Chriſto Ieſu. Hanc communitatem diſſoluit ac diſtrahit miſſæ ſacrificium. Poſtquàm enim error inualuit, oportere eſſe ſacerdotes, qui pro populo ſacrificarent: quaſi relegata eſſet ad eos cœna, deſijt iuxta Domini mandatum fidelium Eccleſiæ communicari. Aditus miſſis priuatis eſt patefactus, quæ excommunicationem quandam magis referrent, quàm communitatem illam à Domino inſtitutam: cum ſacrificulus ſuam uictimam ſeorſim uoraturus, ſe à toto fidelium populo ſegregat. Miſſam priuatam uoco, ne quis fallatur, ubicunq; nulla eſt inter fideles Dominicæ cœnæ participatio: etiam ſi alias magna hominum multitudo interſit. Ac ipſum 57
quidem miſſę nomen unde natum ſit, nunquàm certo potui iudicare: niſi quòd mihi ueriſimile eſt, ab oblationibus, quæ conferebantur, fuiſſe ſumptum. Vnde & ueteres plurali ferè numero uſurpant. ſed ut de nomine remittamus controuerſiam: dico, priuatas miſſas cum Chriſti inſtitutione ex diametro pugnare: ideòque impiam eſſe ſacræ cœnæ profanationem. Quid enim mandauit nobis Dominus? Nonne accipere, & diuidere inter nos? Qualem mandati obſeruationem docet Paulus? Nonne fractionem panis, quæ communio ſit corporis & ſanguinis? Cum igitur unus ſine diſtributione accipit, quid ſimile eſt? At ille unus totius Eccleſiæ nomine facit. Quo mandato? An non hoc aperte illudere Deo eſt, cum unus priuatim ad ſe rapit, quod non niſi inter plures fieri debuerat? ſed quia ſatis clara Chriſti & Pauli uerba ſunt: breuiter concludere licet: ubicunque non eſt fractio panis ad communionem fidelium, illic non cœnam Domini, ſed falſam & præpoſteram cœnæ imitationem eſſe. Falſa autem imitatio, deprauatio eſt. Porrò deprauatio tanti myſterij impietate non caret. In miſſis ergo priuatis impius eſt abuſus. Atque ut uitium unum in religione aliud ſubinde parit, poſtquàm ſemel obrepſit ille mos ſine communione offerendi, paulatim cœperunt in ſingulis templorum angulis innumerabiles miſſas facere, & populum huc atque illuc diſtrahere, quem in unum cœtum coire oportuerat, ut ſuæ unitatis myſterium recognoſceret. Eant nunc, & idololatriam eſſe negent, quòd panem in ſuis miſſis oſtendunt pro Chriſto adorandum. fruſtra enim promiſsiones illas de Chriſti præſentia iactant: quę utcumque intelligantur, non ideò certe datæ ſunt, ut homines impuri & profani, quoties uelint, & in quemcunque libeat abuſum, corpus Chriſti confi-
ciant: ſed ut fideles, dum religioſa obſeruatione ſequuntur Chriſti mandatum in cœna celebranda, uera eius participatione fruantur. Adde quòd hæc per- 58
uerſitas puriori Eccleſiæ incognita fuit. Vtcunque enim fucum hic facere conentur, qui ſunt inter aduerſarios impudentiores, certo tamen certius eſt, totam antiquitatem ipſis aduerſari: ut ſuperius demonſtrauimus: & certius ex aſſidua ueterum lectione iudicari poterit.

Verum antequàm finem dicendi faciam, miſſarios noſtros doctores interrogo, cùm ſciant potiorem eſſe Deo obedientiam, quàm uictimas: & magis poſce- 1. Reg. 15
re, ut uoci ſuæ auſcultetur, quàm ut ſacrificia offerantur: quomodo hanc ſacrificandi rationem Deo acceptam credant? cuius nullum illis conſtat mandatũ, & quam ne una quidem ſcripturæ ſyllaba probari uident. Præterea cum Apoſtolum audiant dicentem, neminem ſibi nomen atq; honorem ſacerdotij uſurpare, Heb. 5
niſi qui uocatus eſt, ut Aaron. quin nec Chriſtum ipſum ſeſe ingeſſiſſe, ſed obediſſe Patris uocationi: aut ſacerdotij ſui authorem Deum inſtitutoremque

proferant oportet: aut honorem non esse à Deo fateantur, in quem non uocati, improba temeritate irruperunt. Atqui ne apicem quidem literæ obtendere possunt, qui suo sacerdotio patrocinetur. Quorsum igitur sacrificia euanescent, quæ sine sacerdote offerri non possunt?

59 Quid supereſt, nisi ut cæci uideant, surdi audiant, pueri ipsi intelligant hanc Missæ abominationem? quæ in calice aureo propinata, omnes reges terræ & populos, à summo usq; ad nouissimum, sic inebriauit, sic percussit sopore ac uertigine, ut brutis ipsis stupidiores, prorã & puppim suæ salutis in hac una exitiali uoragine statuerint. Certe nulla unq; ualidiore machina Sathan incubuit ad oppugnandum expugnandumq; Christi regnum. Hæc est Helena, pro qua ueritatis hostes tanta hodie rabie, tanto furore, tanta atrocitate digladiantur. Et uere Helena, cum qua spirituali fornicatione, quæ omnium est maxime execrabilis, sic fornicãtur. Non hic uel minimo digito attingo crassos illos abusus, quibus sacræ suæ Missæ prophanatam puritatem prętendere possent: q̃ turpes nundinas exerceant, q̃ sordidos quęstus faciant suis missationibus, quanta rapacitate auariciam suã expleant. Tantum indico, idq; paucis & simplicibus uerbis, qualis sit sanctissima ipsa Missæ sanctitas: ob quam adeò spectabilis esse, tantaq; in ueneratione haberi aliquot sæculis meruit. Nam & tanta hæc mysteria pro dignitate illustrari, maioris operis fuerit: & illas obscœnas sordes, quæ ante oculos oraque omnium uersantur, admiscere nolo: ut omnes intelligant, Missam in selectissima sua, & qua maxime uenditari potest, integritate acceptam, sine suis appendicibus, à radice ad fastigium, omni genere impietatis, blasphemiæ, idololatriæ, sacrilegij scatere.

60 Porrò ne quis rixator ex sacrificij ac sacerdotis nominibus nobis pugnam faciat, id quoque, sed compendio, expediam: quid per sacrificium, quid per sacerdotem tota disputatione significauerim. Qui sacrificij uocabulum ad sacras omnes ceremonias & religiosas actiones extendũt, qua ratione id faciant, non uideo. Nos perpetuo scripturæ usu, sacrificium appellari scimus, quod Græci nunc θυσίαν, nunc πρόσφορὰν, nunc τελετὴν dicunt. Quod generaliter acceptum complectitur, quicquid omnino Deo offertur. Quare distinguamus oportet: sic tamen, ut hęc distinctio anagogẽ à sacrificijs legis Mosaicæ habeat: sub quorũ umbris uniuersam sacrificiorum ueritatẽ populo suo representare uoluit Dominus. Illorum autem quanquam uariæ fuerunt formæ, tamen ad duo membra referri omnes possunt. Aut enim pro peccato fiebat oblatio, quadam satisfactionis specie, qua noxa corã Domino redimebatur. Aut symbolum erat diuini cultus, religionisq; testificatio: nunc uice supplicationis, ad fauorem Dei postulandum: nunc gratiarum actionis, ad gratitudinem animi pro acceptis beneficijs testandam: nunc pro simplici pietatis exercitatione, ad renouandam fœderis sanctionem. Ad quod posterius membrum holocausta & libamenta, oblationes, primitiæ, pacificæ uictimæ pertinebant. Proinde & nos in duo genera distribuamus: ac alterum, docendi causſa, uocemus λατρευτικὸν & σεβασμιόν: quoniam ueneratione cultuque Dei cõstat, quẽ illi fideles & debent & reddunt: uel si mauis εὐχαριστικόν: quandoquidẽ á nullis Deo exhibetur, nisi qui immensis eius beneficijs onusti, se totos cum actionibus suis omnibus rependũt. Alterũ propitiatorium, siue expiationis. Est autem expiationis sacrificium, cui propositum est, iram Dei placare, ipsius iustitię satisfacere, eoq; peccata abluere & abstergere: quo peccator eorum sordibus repurgatus, & in iustitiæ puritatem restitutus, in gratiam cum Deo ipso redeat. Sic uocabantur in lege uictimæ, quæ pro peccatis expiandis offerebantur: non quòd reconciliandæ Domini gratiæ, aut delendæ iniquitati pares forent: sed quòd uerum huiusmodi sacrificium adumbrarent: quod tandem ab uno Christo reipsa peractum fuit. Ab ipso autem uno, quia ab alio nullo poterat. Et semel, quòd illius unius à Christo peracti efficacia & uis æterna est, ut sua ipse uoce testatus est, cum dixit perfectum esse & impletum: hoc est, quicquid reconciliandæ Patris gratiæ, impetrandæ peccatorum remissioni, iustitiæ, saluti, necessa-

neceſſarium erat, id totum unica illa ſua oblatione præſtitum & conſummatum; adeoq; nihil deeſſe, ut nullus poſtea locus alteri hoſtiæ relinqueretur.

Quamobrem conſtituo, ſceleratiſſimum probrum, & non ferendam eſſe 61
blaſphemiam in Chriſtum, & ſacrificium, quo per mortem ſuam in cruce pro nobis defunctus eſt: ſi quis, repetita oblatione, de redimenda peccatorum uenia, de propitiando Deo, & obtinenda iuſtitia cogitet. At quid aliud miſſando agitur, niſi ut nouæ oblationis merito, paſſionis Chriſti fiamus participes? Et ne ullus eſſet inſaniendi modus, parum eſſe putauerunt, ſi dicerent cõmune ex æquo fieri ſacrificium pro tota Eccleſia: niſi adderẽt, ſui arbitrij eſſe, huic aut illi, cui uellent, peculiariter applicare. Vel potius cuicũq;, qui talẽ ſibi mercẽ numerato precio emere uellet. Porrò, quoniam ad Iudæ taxationem accedere non poterant: ut tamẽ uel aliqua nota authoris ſui exemplum referrent, numeri ſimilitudinem retinuerunt. Vendiderat ille 30. argenteis: Hi triginta nummulis æreis uendunt. ſed ille, ſemel; hi, quoties emptor occurrit. Eſt apud Platonem libro de Rep. ſecundo elegantiſſimus locus, ubi hoc ſenſu & ſacerdotes eſſe negamus. nempe qui tali oblatione apud Deum pro populo intercedant, qui propitiato Deo peccatorum expiationem peragant. Nam Chriſtus, unicus eſt noui teſtamenti pontifex & ſacerdos, in quem translata ſunt omnia ſacerdotia, & in quo clauſa ac terminata. Et ſi nihil ſcriptura de æterno Chriſti ſacerdotio meminiſſet: quia tamen Deus, abrogatis illis ueteribus, nullum inſtituit, manet inuictum Apoſtoli argumentum: Neminem ſibi honorem uſurpare, niſi qui à Deo uocatus ſit. Qua ergo fiducia ſacrilegi iſti, qui ſe iactant Chriſti carnifices, audent ſe Dei uiuentis ſacerdotes appellare?

Sub altero ſacrificij genere, quod εὐχαριστικὸν diximus, cõtinentur omnia cha- 63
ritatis officia, quibus dum fratres noſtros cõplectimur, Dominum ipſum in membris ſuis honoramus: omnes deinde noſtræ preces, laudes, gratiarum actiones, & quicquid in Dei cultum à nobis agit. Quę demum omnia à maiore ſacrificio dependent, quo anima & corpore in templũ ſanctum Domino conſecramur. Neq; enim ſatis eſt, ſi externæ noſtræ actiones ad illius obſequium applicentur: ſed nos primo, deinde noſtra omnia conſecrari ac dedicari illi conuenit: ut quicquid in nobis eſt, gloriæ eius ſeruiat, & eius magnificentiam ſpiret. Hæc ſacrificij ſpecies nihil ad iram Dei placandam, nihil ad impetrandam peccatorum remiſſionem, nihil ad promerendam iuſtitiam pertinet: ſed in magnificando duntaxat & exaltando Deo uerſatur. Siquidem gratum acceptumque Deo eſſe non poteſt, niſi ex eorum manu, qui, iam accepta peccatorum remiſſione, ſibi aliunde reconciliati ideòq; iuſtificati fuerint. Eſt autem adeò Eccleſiæ neceſſaria, ut abeſſe ab ea non poſſit. Itaque æterna futura eſt, quamdiu ſtabit populus Dei. Quemadmodum iam ex Propheta ſuperius uiſum eſt: ſi quidem eo ſenſu accipere libet uaticinium iſtud. Quoniam à ſolis ortu uſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus: & in omni loco incenſum offertur nomini meo, atque oblatio munda: quoniam terribile eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus: Tantum abeſt ut ſubmoueamus. Sic Paulus iubet nos offerre corpora noſtra, hoſtiam uiuentem, ſanctam, acceptam Deo, rationalem cultum. Vbi ſignificanter admodum locutus eſt, cum hunc eſſe rationalem noſtrum cultum ſubiecit. Intellexit enim ſpiritualem colendi Dei ritum, quem carnalibus legis Moyſaicæ ſacrificijs tacite oppoſuit. Sic beneficia & communicatio uictimæ appellantur, quibus placetur Deo. Sic Philippenſium benignitas, qua Pauli inopiam ſubleuarant, hoſtia bonæ fragrantiæ. Sic omnia fidelium bona opera, ſpirituales hoſtiæ. Et quid multa perſequor? Subinde enim in ſcripturis recurrit hæc ſcribendi forma. Quin etiam dum adhuc ſub externa legis pædagogia Dei populus continebatur: ſatis tamen exprimebant Prophetæ, ſubeſſe illis carnalibus ſacrificijs ueritatem, quæ Chriſtianæ Eccleſiæ cum Iudaica gente communis eſt. Qua ratione precabatur Dauid, ut oratio ſua, ſicut incenſum, in conſpectum Dei aſcenderet. Et Oſeas gratiarum actiones dicebat, uitulos labiorum, quas alibi

Malach. 1.

Roma. 12.

Heb. 13.

Philip. 4

64

Pſal. 141.

Oſee. 14.

Dauid

Heb.13. Dauid sacrificia laudis nuncupat. Quem Apostolus imitatus, hostias laudis etiam ipse uocat: & interpretatur fructum labiorum confitentium nomini eius. Huius generis sacrificio carere non potest Cœna Dñi: in qua dū eius mortē annunciamus, & gratiarū actionē referimus, nihil aliud q̄ offerimus sacrificium laudis. Ab hoc sacrificādi munere, regale sacerdotium, nuncupamur oēs Christiani: pri.Pet.2 Heb.13. q̄ per Christū offerimus illā, de qua loquit Apostolus, hostiā laudis Deo, fructū labiorū confitentiū nomini eius. Neq; enim nos cū nostris muneribus, sine intercessore, in conspectū Dei apparemus. Christus est, q̄ mediatore intercedēte, nos ac nostra Patri offerimus. Ille pontifex noster, q̄ in sanctuariū cœli ingressus, accessum nobis aperit. Ille altare, cui donaria nostra imponimus. In illo audemus, q̄quid audemus. Ille, inquam, est, qui nos Patri regnum ac sacerdotes fecit. Apoca.1

65 Si quis ueterum authoritate cōtendat, aliter intelligendum esse, quod in cœna peragitur sacrificium, q̄ nos exponamus: huic breuiter responsum sit. Si de appropriando sacrificij commento, quale in missa confinxerunt papistæ, agitur, eiusmodi sacrilegio ueteres nequaquam patrocinari. Vtunt quidē illi sacrificij uocabulo, uerum simul exponunt, se aliud nihil intelligere, q̄ memoriā ueri illius & unici sacrificij, quod in cruce peregit Christus, unicus, ut ipsi passim prędicāt, noster sacerdos. Hebręi, inqt Augustinus, in uictimis pecudū, quas offerebant Deo, prophetiā celebrabant futurę uictimæ, quā Christus obtulit: Christiani iam peracti sacrificij memoriam celebrant sacrosancta oblatione & participatione corporis Christi. l.20. cōtra Faustum cap.18. Hic certè penitus idē docet, quod pluribus ỳbis in libro de fide ad Petrū Diaconū habet, quicūq; tandē sit author. Verba sunt. firmissime tene, & nullatenus dubites, ipsum unigentū, carnē pro nobis factū, se ꝓ nobis obtulisse sacrificiū & hostiam Deo in odorē suauitatis: cui cū Patre & Spiritu sancto tēpore ueteris testamēti animalia sacrificabant: & cui nunc cū Patre & Spiritu sancto cū quibus unà est illi diuinitas, sacrificium panis & uini sancta Ecclesia per uniuersum orbē offerre nō cessat. In illis enim carnalibus uictimis figuratio fuit carnis Christi, quā pro peccatis nostris ipse erat oblaturus, & sanguinis, quē erat effusurus in remissionē peccatorū. In isto autem sacrificio gratiarū actio atq; cōmemoratio est carnis Christi, quā pro nobis obtulit: & sanguinis, quē pro nobis effudit. Vnde Augustinus Epi.120.ad Honoratū. ipse, pluribus locis, nihil aliud q̄ sacrificium laudis esse interpretatur. Deniq; passim apud eum reperies, nō alia ratione uocari Cœnam Dñi sacrificium, nisi q̄ est contra aduersarium legis. memoria, imago, testimonium illius singularis, ueri & unici sacrificij, quo nos Christus expiauit. In eundum quoq; sensum loquitur Chrysostomus. honorem uerò sacerdotij ita Christo uindicant, ut Antichristi uocem fore testetur Augusti- Li.2.cōtra Parme.c.8 nus, si quis Episcopum inter Deum & homines intercessorem faciat. Neque diffitemur, quin ita nobis proponatur Christi immolatio, ut crucis spectaculum penè ob oculos statuatur. Qualiter in oculis Galatarum Christum fuisse crucifixum dicit Apostolus, dum illis proposita crucis prædicatio fuerat. Sed quia Galat.3. ueteres quoque illos uideo aliò hanc memoriam detorsisse, quàm institutioni Domini conueniebat: quòd nescio quam repetitæ, aut saltem renouatæ immolationis faciem eorum cœna præ se ferebat: nihil tutius pijs pectoribus fuerit, quàm in pura simplicique Dei ordinatione acquiescere. Equidem cum pium atque orthodoxum de toto hoc mysterio sensum retinuisse eos uideam, neque deprehendam uoluisse unico Domini sacrificio uel minimum derogare: ullius impietatis damnare eos non sustineo. Excusari tamen non posse arbitror, quin aliquid in actionis modo peccauerint. Imitati sunt enim propius Iudaicum sacrificandi morem, quàm aut ordinauerat Christus, aut Euangelij ratio ferebat. Sola igitur est præposterа illa anagoge, in qua merito eos quis redarguat: quòd non contenti simplici ac germana Christi institutione, ad legis umbras nimis deflexerunt. 67 Si quis diligenter expendat: hoc discrimen inter Moysaica sacrificia, & eucharistiam nostram uerbo Domini statui obseruabit: quòd cum illa eandem mortis Christi efficiam populo Iudaico repræsentarint, quæ nobis in Cœna hodie exhibetur: diuersa tamen fuerit repræsentationis species, siquidem illic

illic sacerdotes Leuitici, quod peracturus erat Christus sacrificium, iubebantur figurare: sistebatur hostia quæ uicem ipsius Christi subiret: erat altare, in quo immolaret. sic denique gerebantur omnia, ut ob oculos poneretur sacrificij effigies, quod Deo in expiationem offerretur. At peracto sacrificio, aliam nobis rationem Dominus instituit. Nempe ut fructum oblati sibi à filio sacrificij ad populum fidelem transmittat. Mensam ergo nobis dedit, in qua epulemur: non altare, super quod offeratur uictima. Non sacerdotes consecrauit, qui immolent: sed ministros, qui sacrum epulum distribuant. Quò sublimius est ac sanctius mysterium, eo religiosius ac maiore reuerentia tractari conuenit. Ergo nihil tutius, quàm ut, ablegata omni humani sensus audacia, in eo solo quod scriptura tradit, hæreamus. Et certe si cogitamus Domini, non hominum cœnam esse: non est, cur ulla hominum authoritate uel annorum præscriptione patiamur nos ab illa, uel latum unguem, dimoueri. Itaq; Apostolus, dum uult eam uitijs omnibus repurgare, quæ iam in Corinthiorum Ecclesiam irrepserant, quæ ad id expeditissima uia erat, ad unicam illam institutionem prouocat, unde perpetuam esse petendam regulam ostendit. 1.Cor.11

Habent lectores in compendium collecta ea fere omnia, quæ sciri de duobus istis sacramentis referre duximus. quorum usus, à primordio noui testamenti ad consummationẽ usq; sęculi, Christianę Ecclesię est traditus. Vt scilicet baptismus, quidã quasi ingressus in ipsam esset, & fidei initiatio: Cœna uero, assiduum uelut alimentum, quo Christus fidelium suorum familiam spiritualiter pascit. Quare, ut non nisi unus est Deus, una fides, unus Christus, una Ecclesia eius corpus: ita Baptismus non nisi unus est, nec sæpe iteratur. Cœna autem subinde distribuitur, ut intelligant se Christo assidue pasci, qui semel in Ecclesiam allecti sunt. Præter hęc duo, ut nullũ aliud à Deo institutum est: ita nec ullũ agnoscere debet fidelium Ecclesia. Rem enim non esse humani arbitrij, erigere ac statuere noua sacramenta, facile intelliget, qui meminerit, quod supra satis plane explicatum fuit: sacramenta in hoc à Deo posita esse, ut de aliqua eius promissione nos edoceant, & bonam erga nos uoluntatem nobis testificentur: qui præter ea cogitet, nullum fuisse Deo consiliarium, qui nobis certum aliquid de eius uoluntate spondere possit, aut certiores securosque reddere, quo sit in nos affectu, quid dare quid negare uelit. Simul nanq; constituitur, neminem signum proponere posse, quod eius uoluntatis & promissionis alicuius testimonium futurum sit. solus ipse est, qui signo dato, de se apud nos testari potest. Dicam breuius, & forte rudius, sed apertius. Sacramentum, sine salutis promissione esse nunquàm potest. Omnes homines in unum simul coacti nihil à se nobis polliceri de salute nostra possunt. Ergo nec à se edere, aut erigere sacramentum. His ergo duobus contenta sit Christiana Ecclesia, nec modo nullum aliud tertium ad præsens admittat, aut agnoscat: sed ne appetat quidem, aut expectet, ad consummationem usque sæculi. Nam quòd diuersa aliquot Iudæis, pro uaria temporum inclinatione, præter sua illa ordinaria data sunt (ut Man, aqua è petra profluens, serpens æneus, & similia) hac uariatione admonebantur, ne talibus figuris insisterent, quarum status parum firmus esset: sed melius aliquid à Deo expectarent, quod nullo interitu, nulloque fine perstaret. Alia longe ratio nobis est, quibus reuelatus est Christus: in quo thesauri omnes scientiæ & sapientiæ sunt absconditi, tanta affluentia & ubertate, ut nouam aliquã accessionem ad hos thesauros sperare, uel postulare, uere Deum notare sit, & aduersum nos prouocare. Vnum duntaxat Christum esurire, quærere, spectare, discere, ediscere, nos oportet: donec magnus ille dies illuxerit, quo gloriam regni sui Dominus ad plenum manifestabit, & se qualis est, nobis spectandum ostendet. Atq; hac ratione nostrum hoc sæculum in scripturis, per nouissimam horam, nouissimos dies, nouissima tẽpora, designatur, ne quis uana nouæ alicuius aut doctrinæ, aut reuelationis expectatione sese fallat. Sæpenumero enim, multisque modis antea locutus per Prophetas, ultimis his diebus locutus est Dominus in dilecto filio suo, qui solus

Ephe.4

Iesa.40 Roma.11

Exod.14 & 17. 1.Cor.10 Nume.21 Ioan.3.

Coloss.2

1.Cor.13 1.Ioan.3

Heb.pri. Luc.10

ſolus Patrem manifeſtare poteſt: & reuera ad plenum manifeſtauit, quantum noſtra intereſt, dum nunc per ſpeculum eum conſpicimus.

70 Iam uerò, ut hoc hominibus ablatum eſt, ne noua ſacramenta in Eccleſia Dei condere poſſint: ita optandum eſſet, ijs ipſis quæ à Deo ſunt, quam minimum humanæ inuentionis admiſceri. Perinde enim atq; infuſa aqua uinum fugit & diluitur: aſperſoq; fermento tota farinæ maſſa aceſcit: ſic myſteriorum Dei ſyncerita nihil aliud q̃ inquinatur, ubi homo quicquam de ſuo adĩcit. Et tamen uidemus, quantum à germana ſua puritate degenerarint ſacramenta, ut hodie quidem tractantur. Plus ſatis ubique pomparum, ceremoniarum, geſticulationum: at uerbi Dei interim nulla neq; ratio neque mentio: ſine quo ſacramenta etiam ipſa, ſacramenta nõ ſunt. Quin nec ceremoniæ ipſę à Deo inſtitutę in tanta turba caput exerere poſſunt: ſed tanquam oppreſſæ iacent. Quantum in Baptiſmo aſpicitur, quod unum illic lucere & ſpectari debuerat: nempe, Baptiſmus ipſe, Cœna prorſus ſepulta eſt, cum uerſa fuit in miſſam, niſi quod ſemel quotannis, ſed concerpta & dimidiata laceraque forma, uiſitur. At quanto ſatius erat: quoties baptiſandus aliquis eſſet, in cœtum fidelium ipſum repræſentari, & tota Eccleſia, uelut teſte, ſpectante, & orante ſuper eum, Deo offerri: recitari fidei confeſſionem, qua ſit inſtituendus catechumenus: enarrari quæ in Baptiſmo habent promiſſiones, catechumenũ baptizari in nomen Patris & Filij & Spiritus ſancti: remitti demum cum precibus & gratiarum actione. Sic nihil omitteretur, quod ad rem faceret: & una illa ceremonia, quæ à Deo authore profecta eſt, nullis exoticis ſordibus obruta, clariſſime effulgeret. Cæterum mergatur ne totus qui tingitur idq; ter an ſemel, an infuſa tantum aqua aſpergatur, minimum refert. ſed id pro regionum diuerſitate Eccleſijs liberum eſſe debet. Quanquam & ipſum baptiſandi uerbum mergere, ſignificat: & mergendi ritum ueteri Eccleſiæ obſeruatum fuiſſe conſtat. Quantum ad ſacram cœnam attinet: ſic adminiſtrari decentiſſime poterat, ſi ſæpiſſime, & ſingulis ad minimum hebdomadibus, proponeretur Eccleſiæ. Initium autem fieret à publicis precibus: haberetur deinde concio: tum miniſter, poſito in menſa pane & uino, inſtitutionem cœnæ referret: deinde promiſſiones enarraret, quæ in ea nobis relictæ ſunt. ſimul eos omnes excommunicaret, qui interdicto Domini ab ea arcentur. Poſtea oraretur, ut qua Dominus benignitate ſacrum hoc alimentum nobis largitus eſt, nos quoq; ad id ſuſcipiendum, fide & animi gratitudine erudiret & formaret. Et quando ex nobis non ſumus, ſua miſericordia nos dignos faceret tali conuiuio. Hic uerò aut caneretur pſalmi, aut aliquid legeretur, &, quo decet ordine, fideles ſacroſanctis epulis communicarent: miniſtris panem frangentibus, & populum præbentibus. finita cœna, exhortatio haberetur, ad ſynceram fidem & fidei cõfeſſionem, ad charitatem, & mores Chriſtianis dignos. Poſtremo gratiarum actio referretur, & laudes Deo canerentur.

71 Quibus finitis Eccleſia dimitteretur in pace. Hoc etiam ad rem pertinet, perperam fieri, ſi priuati homines uel Cœnæ uel Baptiſmi adminiſtrationem ſibi uſurpent. Eſt enim pars Eccleſiaſtici miniſterij, utriuſq; diſpenſatio. Neque enim aut mulieribus, aut hominibus quibuslibet mandauit Chriſtus, ut baptizarent: ſed quos Apoſtolos conſtituerat, ijs mandatum hoc dedit. Et cum diſcipulos iuſſit facere in cœnæ adminiſtratione, quo fieri ab ipſo uiderant, cum ipſe legitimi diſpenſatoris officio functus eſſet, uoluit proculdubio, ut in eo ſuum exemplum imitarentur. Quòd autem multis abhinc ſæculis adeoq; ab ipſo ferè Eccleſiæ exordio uſu receptum fuit, ut in periculo mortis laici baptizarent, ſi miniſter in tempore non adeſſet, non uideo, quàm firma ratione defendi queat. Ne ipſis quidem ueteribus, qui hunc morem uel tenebant, uel patiebantur, conſtabat, an recte id fieret. Hanc enim dubitationem præ ſe fert Auguſtinus, cum dicit. Etſi laicus neceſſitate compulſus Baptiſmum dederit: neſcio an pię quiſquam dixerit eſſe repetendum. Nulla enim cogente neceſſitate ſi fiat: alieni muneris uſurpatio eſt, ſi autem neceſſitas urgeat: aut nullum, aut ueniale delictum eſt. At periculum eſt, ne is qui egrotat, ſi abſque Baptiſmo deceſſerit, regenerationis gratia priuetur.

Lib. cõtra Epiſt. Parmen. 2. ca. 13

Minimè

Minime uero. Vbi enim in omittendo signo nec socordia est, nec cõtemptus, nec negligentia, tuti ab omni periculo sumus. Multo igitur sanctius est, hanc Dei ordinationi reuerentiam deferre, ut non aliunde sacramenta petamus, quàm ubi Dominus deposuit. Vbi ab Ecclesia sumere non licet, non sic illis alligata est Dei gratia, quin eam fide ex verbo Domini consequamur. Cæterum in manum accipiant fideles, nec ne: inter se diuidant, an singuli quod sibi datum fuerit, edant: calicem in Diaconi manu reponant, an proximo tradant: panis sit fermentatus, an azimus: uinum rubrum, an album: nihil refert. Hæc indifferentia sunt, & in Ecclesiæ libertate posita. Quanquam certum est, ueteris Ecclesiæ ritum fuisse, ut omnes in manum acciperent. Et Christus dixit, diuidite inter uos. Fermentatum & vulgarem panem fuisse, ante tempus Alexandri Romani Episcopi, narrant historiæ: qui primus azimo pane delectatus est: qua id ratione, non uideo, nisi ut plebis oculos nouo spectaculo in admirationẽ traheret, magis quàm ut animos proba religione institueret. Omnes obiuro, qui uel leui aliquo pietatis studio tanguntur, an nõ euidenter perspiciant, & quanto præclarius Dei gloria hic resplendeat, & quanto affluentior spiritualis consolationis suauitas ad fideles redeat, quàm in istis frigidis & histrionicis nugis, quæ nullum alium usum afferunt, nisi ut stupentis populi sensum fallant. Id populum religione contineri uocant, cum superstitione stolidus & infatuatus quòuis trahitur. Si quis uetustate tueri huiusmodi inuentiones uelit, nec ipse ignoro, quam uetustus sit chrismatis & exufflationis in Baptismo usus: quàm non longe ab ætate Apostolorum Cœna Domini tacta rubigine fuerit. Sed istæc scilicet humanæ confidentiæ procacitas est: quæ se continere nequit, quin semper in Dei mysteriis ludat & lasciuiat. Nos uero meminerimus, tanti esse Deo verbi sui obedientiam, ut in ea & Angelos suos, & orbem uniuersum iudicare nos uelit.

DE QVINQVE FALSO NOMINATIS SACRAMENTIS.

VBI

Sacramenta non esse quinque reliqua quæ pro Sacramentis hactenus uulgo habita sunt, declaratur: tum qualia sint, ostenditur,

Caput XIX.

PROTERAT superior de Sacramentis disputatio apud dociles & sobrios hoc obtinere, ne ultra curiosius progrederentur: nec præter illa duo, quæ à Domino instituta nossent, ulla alia Sacramenta sine Dei verbo amplecterentur. Verum quoniam illa de septem Sacramentis opinio omnium fere sermone trita, scholasque & conciones omnes peruagata, uetustate ipsa radices egit, ac hominum animis etiamnum insidet: uisus sum mihi operæprecium facturus, si quinque reliqua, quæ ueris ac Germanis Domini Sacramentis uulgo accensentur, seorsum ac pro-

pius excuterem: omnique abstersо fuco, simplicibus spectanda proponerem, quae lia sint, & quàm falso pro Sacramentis hactenus habita fuerint. Principio hic testatum uolo pijs omnibus, me hanc de nomine contentionem minime litigandi cupiditate suscipere: sed grauibus causis adduci ad impugnandum eius abusum. Nō me latet, Christianos, ut uerborum, sic rerum omnium esse Dominos. Posse igitur pro suo arbitrio uoces rebus accommodare, modo pius sensus retineatur, etiam si qua sit in loquendo improprietas. Hoc totum concedo, etsi melius fuerit, verba rebus subesse, quàm res verbis subijci. Sed in nomine sacramenti alia est ratio. Nam qui septem ponunt, simul illam definitionem omnibus tribuunt, ut sint gratiæ inuisibilis uisibiles formæ, omnia simul faciunt uasa Spiritus sancti, instrumenta cōferendæ iustitiæ, causas obtinendæ gratiæ. Adeoque ipse magister sententiarum Mosaicæ legis sacramenta negat proprie uocari hoc nomine: quia non exhibuerint quod figurabant. Est ne, obsecro, tolerabile, ut quæ symbola Dominus ore suo consecrauit, quæ eximijs promissionibus insigniuit, ea pro sacramentis non censeantur: interim hic honor transferatur ad eos ritus quos homines uel à se excogitarunt, uel saltem sine expresso Dei mandato obseruant? Ergo aut definitionem mutent, aut hac uerbi usurpatione abstineant, quæ falsas & absurdas opiniones post generet. Est, inquiunt, extrema unctio inuisibilis gratiæ figura & causa: quia est sacramentum. Quod inferunt si nullo modo concedere oportet, in ipso certe nomine est occurrendum, ne ea mercede recipiamus, ut eiusmodi errori occasionem præbeat. Rursus cum probant sacramentum esse, caussam adiungunt, quia externo signo constet ac uerbo. Si nec mandatum, nec promissionem inuenimus, quid aliud possumus, quàm reclamare? Iam apparet, non de uocabulo nos rixari: sed de re ipsa non superuacuam controuersiam mouere. Proinde hoc fortiter retinendum est, quod inuicta ratione prius cōfirmauimus sacramenti arbitrium non nisi penes Deum unum esse. Siquidem sacramentum, certa Dei promissione, erigere fidelium conscientias, ac consolari debet: quæ eam certitudinem nunquam ab homine acciperent. Sacramentum nobis testimonium esse debet bonæ erga nos Dei uoluntatis: cuius nullus hominum aut angelorum testis esse potest: quando nemo Dei consiliarius fuit. Solus Dominus est, qui de se nobis per uerbum suum testificatur. Sacramentum sigillum est, quo Dei testamentū, seu promissio obsignatur. Obsignari uerò non posset rebus corporeis, & elementis huius mundi: nisi uirtute Dei ad hoc formarentur & designarentur. Instituere ergo sacramentum homo non potest: quia facere, ut sub rebus tam abiectis tanta Dei mysteria lateant, id uerò humanæ uirtutis non est. Verbum Dei præeat oportet, quod sacramentum esse sacramentum faciat: Vt Augustinus optime docet. Præterea, retineri aliquod discrimen utile est, inter sacramenta & alias cæremonias, nisi uolumus in multa absurda incidere. Apostoli orarunt genibus flexis. Genua igitur non flectentur sine sacramento? Discipuli feruntur orasse uersus orientem. Sit nobis sacramentum orientis aspectus. Paulus uult omni loco uiros tollere puras manus, & eleuatis manibus oratio sæpius à sanctis facta memoratur. Et manuum quoque extensio sacramentum fiat. Omnes denique sanctorum gestus in sacramenta transeant. Etsi ne hæc quidem admodum morarer, modo non essent cum maioribus illis incommodis coniuncta.

Homili. in Ioan. 80.

Si ueteris Ecclesiæ authoritate premere nos uelint, dico eos fucum facere. Nusquàm enim apud Ecclesiasticos scriptores numerus hic septenarius inuenitur. Nec satis constat, quo primum tempore obrepserit. Fateor quidem in uocabulo sacramenti esse interdum liberiores. Sed quid eo significant? Nempe cæremonias omnes & externos ritus, omniaque pietatis exercitia. Cum autem de ijs signis loquuntur, quæ diuinæ in nos gratiæ testimonia esse debent, duobus istis Baptismo & Eucharistia contenti sunt. Ne quis falso iactari hoc à me putet, pauca Augustini testimonia hic referā. Ad Ianuarium. Primo, inquit, tenere te uolo, quod est huius disputationis caput, Dominum nostrum Christum, sicut ipse in Euangelio loquitur, leni iugo nos subdidisse, & sarcinæ leui. Vnde sacramentis numero pau-

cissimis

eiſsimis, obſeruatione facilimis, ſignificatione præſtantiſsimis, ſocietatem noui populi colligauit. Sicuti eſt Baptiſmus trinitatis nomine conſecratus, & communicatio corporis et ſanguinis Domini. Et ſi quid aliud in ſcripturis canonicis commendatur. Item, De doctrina Chriſtiana. A reſurrectione Domini quædam pauca ſigna pro multis, eademq; factu facilima, intellectu auguſtiſsima, obſeruatione caſtiſsima ipſe Dñs & Apoſtolica tradidit diſciplina ſicuti eſt Baptiſmus, & celebratio corporis & ſanguinis Dñi. Cur nullam hic ſacri numeri mentionem facit? An ueriſimile eſt prætermiſſurũ fuiſſe, ſi tunc fuiſſet in Eccleſia inſtitutus? Præſertim cum ſit alias in obſeruandis numeris curioſior q̃ neceſſe foret. Imò cum baptiſmũ & Cœnam nominat, alia ſubticet. An non ſatis innuit, hæc duo myſteria ſingulari dignitate præſtare, alias cæremonias inferiore loco ſubſidere? Quare ſacramentarios iſtos doctores non tantum uerbo Domini, ſed ueteris etiam Eccleſiæ conſenſione deſtitui dico, utcunq; hoc prętextu maxime ſuperbiant. Sed iam ad ipſas ſpecies deſcendamus.

Epiſt. 118.

Lib. 3. c. 4.

De confirmatione.

Hic mos olim fuit, ut Chriſtianorum liberi, poſtquàm adoleuerant, coram Epiſcopo ſiſterentur: ut officium illud implerent, quod ab ijs exigebatur, q̃ ſe ad Baptiſmum adulti offerebant. Hi enim inter cathecumenos ſedebant, donec rite fidei myſterijs inſtituti poterant fidei confeſsionẽ coram Epiſcopo ac populo edere. Qui ergo baptiſmo initiati erant infantes, quia fidei confeſsione apud Eccleſiã tunc defuncti non erant, ſub finem pueritiæ, aut ineunte adoleſcentia repręſentabantur iterum à parentibus, ab Epiſcopo examinabantur ſecundum formulam catechiſmi, quam tunc habebant certam ac communẽ. Quò autẽ hæc actio, quę alioqui grauis ſanctaq; merito eſſe debebat, plus reuerentiæ haberet ac dignitatis, cæremonia quoq; adhibebatur manuũ impoſitionis. Ita puer ille fide ſua approbata cum ſolenni benedictione dimittebatur. Huius moris ſępe mentioem faciunt ueteres. Leo Papa. Si quis ab hæreticis redit, ne iterũ baptizetur, ſed quod illic ei defuit, per Epiſcopalem manus impoſitionem uirtus Spiritus ei conferatur. Clamabunt hic noſtri aduerſarij: ſacramentũ iure uocari, in quo Spiritus ſanctus conferatur. Verum ipſe Leo alibi explicat, quid his uerbis ſibi uelit. Qui apud hæreticos baptizatus eſt, inquit, non rebaptizetur. Sed Spiritus ſancti inuocatione per manuum impoſitionem confirmetur: quia baptiſmi tantũ formam ſine ſanctificatione accepit. Meminit & Hieronymus contra Luciferianos. Quanq̃ autem non inficior, in eo nonnihil hallucinari Hieronymum, q; Apoſtolicam eſſe obſeruationem dicit: longiſsime tamen ab iſtorum ineptijs abeſt. Et illud ipſum mitigat, cum addit, hanc benedictionem ſolis Epiſcopis eſſe datam magis in honorem ſacerdotij, q̃ ex legis neceſsitate. Talem ergo manuũ impoſitionem, quæ ſimpliciter loco bendictionis fiat, laudo: & reſtitutam hodie in purum uſum uelim.

Epiſto. 35.

Epiſto. 77.

Poſterior autem ætas, re prope obliterata, fictitiam neſcio quam confirmationẽ pro Dei ſacramento poſuit. Confirmationis uirtutem eſſe finxerunt, Spiritum ſanctum conferre ad gratiæ augmentum, qui in baptiſmo collatus ſit ad innocentiam: confirmare eos ad pugnam, qui in baptiſmo regenerati ſint ad uitam. Peragitur aũt hæc confirmatio unctione, & hac uerborum formula: Conſigno te ſigno ſanctę crucis, & confirmo chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Pulchre omnia, & uenuſte. Sed ubi Dei uerbum, quod Spiritus ſancti præſentiam hic promittat? Ne iota quidem obtendere poſſunt. Vnde ergo nos certiores facient, chriſma ſuum eſſe uas Spiritus ſancti? Videmus oleũ, craſſum ſcilicet & pinguem liquorem: præterea nihil. Accedat, inquit Auguſtinus, uerbum ad elementum: & fiet ſacramentum. Hoc, inquam, uerbum proferant, ſi quic quã nos intueri in oleo uolunt aliud, q̃ oleũ. Quòd ſi ſacramentorũ ſe miniſtros, ut par eſt, agnoſcerent, non diutius pugnandum eſſet. Hæc prima miniſtri lex eſt, ne quid ſine mandato obeat. Age, mandatum huius miniſterij aliquod producant, & uerbum non addam. Si mandato deficiuntur, ſacrilegam audaciam excuſare

non possunt. Hac ratione Pharisæos Dominus interrogabat, esset ne baptismus Ioannis è cœlo, an ex hominibus? Si respondissent ex hominibus, obtinebāt frivolum esse & uanum: si è cœlo, doctrinam Ioannis agnoscere cogebantur. Itaq; ne essent nimium in Ioannem contumelioſi, nō ausi sunt fateri, esse ex hominibus. Si itaq; ex hominibus est confirmatio, uana & frivola esse conuincitur: si è cœlo esse pertinadere uolunt, probent. Tuentur sic quidem Apostolorum exemplo, quos nihil temere fecisse existimant. Recte id sane. Nec à nobis reprehenderentur, si se Apostolorum imitatores ostenderent. Sed quid fecerunt Apostoli? Narrat Lucas in Actis: Apostolos, qui Hierosolymis erant, cum audissent Samariam recepisse uerbum Dei, misisse illuc Petrum & Ioannem. illos pro Samaritanis orasse, ut Spiritum sanctum acciperent: qui nondum in quenquam illorum uenerat: sed baptizati tantum erant in nomine Iesu. Oratione facta, manus illis imposuisse: per quam impositionem, Spiritum sanctum Samaritani acceperunt. Et de hac manuum impositione aliquoties meminit. Audio quid Apostoli fecerint: nempe, suum ministerium fideliter exequuti sunt. Visibiles illas & admirabiles Spiritus sancti gratias, quas tunc in populum suum effundebat, uoluit Dominus à suis Apostolis, per manuum impositionem, administrari & distribui. Huic autem impositioni manuum non altius subesse mysterium cogito: sed huiusmodi cæremoniam adhibitam ab illis interpretor, ut ipso gestu significarent, se Deo commendare, & uelut offerre eum, cui manus imponebant.

Act. 8.

Hoc ministerium, quo tum Apostoli fungebantur, si adhuc in Ecclesia maneret: manuum quoq; impositionem oporteret seruari. sed ubi gratia illa conferri desijt, quorsum pertinet manuum impositio? Adhuc certæ adest populo Dei Spiritus sanctus: quo nisi ductore & directore consistere nequit Dei Ecclesia. Habemus enim æternam & perpetuo constaturam promissionem, qua Christus sitientes ad se uocat, ut bibant aquas uiuas. Sed cessarunt illa uirtutum miracula, & manifestæ operationes, quæ per manuum impositionem distribuebantur, nec nisi ad tempus esse debuerunt. Oportuit enim nouam Euangelij prædicationem, nouū Christi regnum, inauditis & inusitatis miraculis illustrari & magnificari. A quibus ubi cessauit Dominus, non protinus Ecclesiam suam deseruit: sed regni sui magnificentiam, verbiq; sui dignitatem satis excellenter manifestatā docuit. Qua igitur in parte histriones isti Apostolos se imitari dicent? Hoc agendum erat manuum impositione, ut euidens Spiritus sancti uirtus statim se exereret. Id non efficiunt. Quid igitur pro se iactant manuum impositionem? quam Apostolis quidem in usu fuisse legimus: sed prorsus in alium finem. E usdem hoc rationis est, ac si quis doceret, flatum illum, quo Dominus discipulos suos afflauit, sacramentum esse, quo detur Spiritus sanctus. Atqui hoc semel Dominus cū fecit, non à nobis fieri etiam uoluit. Ad eum modum & Apostoli manus imponebant, pro eo tempore, quo uisibiles Spiritus sancti gratias, ad eorum preces, administrari, Domino placebat: non ut posteri uacuum & frigidum signum (quod simiæ istæ faciunt (mimitice tantū & sine re effingerent. Quod si manuum impositione Apostolos se imitari euincant (in qua nihil cum Apostolis simile habent, præter nescio quam præposteram λαικοζηλίαν) unde tamen oleū, quod uocant, salutis? Quis eos in oleo salutē quærere docuit? Quis uim roborandi illi attribuere? An Paulus? qui nos ab elementis huius mundi longe abstrahit, qui nihil magis damnat, quam talibus obseruatiunculis hærere. Hoc uerò non à me, sed à Domino, audacter pronuncio: Qui oleū, uocant oleum salutis, salutem, quæ in Christo est, abiurant, Christum abnegant, partem in regno Dei non habent. Oleū enim uentri, & uenter oleo: utrumque Dominus destruet. Omnia enim ista infirma elementa, quæ usu ipso intereunt, nihil ad regnum Dei pertinent, quod spirituale est, & nunquā interiturum. Quid igitur? dixerit aliquis: eadem linea metiris aquam, qua baptizamur: & panem ac uinum, sub quibus Cœna Domini exibetur? Respondeo: in sacramentis Domini duo spectanda esse, substantiam rei corporeæ quæ nobis proponitur: & formam, quæ illi à verbo Dei impressa est, in qua

Ioan. 7. Iesaiæ. 55

Ioan. 20.

Calat. 4. Coloss. 2.

tota

tota uis facet. Quatenus ergo substantiam suam retinent, panis, uinum, aqua, quæ aspectui nostro in sacramentis offeruntur: ualet semper illud Pauli, Esca uentri, & uenter escis: Deus utrumque destruet. Prætereunt enim & euanescunt cum figura huius mundi. Quatenus autem verbo Dei sanctificantur, ut sacramenta sint: non in carne nos retinent, sed uerè spiritualiter docent. *1. Corin. 6.*

Verum propius adhuc inspiciamus, quot monstra foueat alatque hæc pingue do. Dicunt isti unctores, Spiritum sanctum in baptismo ad innocentiam dari: in confirmatione, ad gratiæ augmentum: in baptismo nos regenerari aduitam, in confirmatione nos ad pugnam instrui. Et adeò nihil eos pudet, ut negent baptismum rite sine confirmatione perfici posse. O nequitiam. An non igitur in baptismo Christo cõsepulti sumus, facti participes mortis eius: ut & resurrectionis simus consortes? Hanc autem participationem mortis & uitæ Christi, Paulus interpretatur mortificationem carnis nostræ, uiuificationem spiritus: quòd uetus homo noster crucifixus est, quò nos in nouitate uitæ ambulemus. Quid est instrui ad pugnam, nisi hoc est? Quòd si Dei verbum conculcare, pro nihilo ducebant: cur non Ecclesiam saltem reuerebantur, cui tam ubique obsequentes uideri uolunt? Quid autem grauius in hanc ipsorum doctrinam proferri potest, quàm illud Milenitani concilij decretum? Qui dicit baptismum in remissionem peccatorum dari tantum, & non in adiutorium futuræ gratiæ: anathema sit. Quod autem Lucas, eo quem citauimus loco, dicit baptizatos in nomine Iesu Christi fuisse, q nõ accepissent Spiritũ sanctum: nõ simpliciter negat, ullo spiritus dono præditos, q in Christũ corde crederẽt, & ipsum ore cõfiterentur: sed acceptionẽ spiritus intelligit, qua manifestę uirtutes & uisibiles gratię percipiebant. Sic dicunt Apostoli Spiritum accepisse in die Pentecostes: cum longè antea illis à Christo dictum esset. Non uos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris uestri, qui loquitur in uobis. Videte malicioſam & sonticam Sathanæ fraudem, qui ex Deo estis. Quod uerè in baptismo dabatur, in sua confirmatione dari mentitur: ut furtim incautos à baptismo abducat. Quis iam dubitet, hanc Sathanæ esse doctrinam, quæ promissiones baptismi proprias, à baptismo abscissas, aliò deriuat & transfert? Deprehenditur, inquam, quali nitatur fundamento præclara ista unctio. Dei uerbum est: Omnes, qui in Christo baptizati sunt, Christum induisse cum suis donis. Verbum unctorum, nullam promissionem in baptismo percepisse, qua in agonibus instruantur. Illa uox, est ueritatis: hanc, mendacij esse oportet. Verius ergo definire hanc confirmationem possum, quàm ipsi hactenus definierint. Nempe insignem esse baptismi contumeliã, quę usum ipsius obscurat & abolet: falsam esse diaboli pollicitationẽ, quę nos à ueritate Dei abstrahat. Aut, si mauis, oleum diaboli mendacio pollutũ, quod, uelut offusis tenebris, simplicium mentes fallat. *Roma. 6. Matth. 10. Galat. 3. De consec. di. 5. ca. sp*

Addunt præterea, fideles omnes Spiritum sanctum per manuũ impositionem accipere debere post baptismum: ut pleni Christiani inueniantur. quia nunquam erit Christianus, nisi qui confirmatione Episcopali fuerit chrismatus. Hæc illi ad uerbum. Atqui putabam, quęcunq; ad Christianismũ pertinent, omnia scripturis perscripta ac comprehensa esse. Nunc, ut uideo, aliunde q̃ ex scripturis, uera religionis forma petenda, discendaq; est. Dei ergo sapiẽtia, cœlestis ueritas, tota Christi doctrina, Christianos duntaxat inchoat: oleum perficit. Hac sententia damnantur omnes Apostoli, & tot Martyres, quos nunq̃ fuisse chrismatos, certo certius est: quando nondum erat factum oleum, quo perfusi, omnes Christianismi numeros implerent, uel potius, Christiani fierent, qui nondum erant. Verum, ut taceã, abunde se ipsi refellunt. Quotam enim populi sui partem post baptismum perungunt? cur igitur patiuntur in suo grege tales semichristianos, quorum imperfectioni mederi facile erat? cur tam supina negligentia omittere eos sinunt, quod omitti sine graui piaculo non licebat? Cur non seuerius exigunt rem adeo necessariam, & sine qua salus obtineri non potest? nisi forte quis subita morte præpeditus fuerit. scilicet, dum ita licenter contemni patiuntur: tacite fatentur non tanti esse, quanti uenditant. *Verba. ca. 1. de consec. dist. 5. concili. Aurelia. c. ut Ieiuni. de cõsec. dist. 5. Cap. de his uero. ead. dist.*

Postremo constituunt, sacram hanc unctionem maiori in ueneratione habendam esse, quã baptismum, quòd illa summorum pontificum manibus peculiariter administratur, baptismus ab omnibus uulgariter sacerdotibus distribuitur. Quid hic dicas, nisi plane furiosos esse, qui suis inuentionibus ita blandiuntur, ut præ ipsis sacrosanctas Dei institutiones secure contemnant? os sacrilegum, tu nec pinguedinem fœtore duntaxat anhelitus tui inquinatam, & uerborum murmure incantatam, audes Christi sacramento opponere, & conferre cum aqua uerbo Dei sanctificata? At parum hoc ipsum erat tuæ improbitati, nisi etiam præferres. Hæc sunt sanctæ sedis responsa, hæc Apostolici tripodis oracula. Sed quidã eorum hanc, sua quoq; opinione, effrenatam insaniam, cœperunt paulum moderari. Maiori, inquiunt, ueneratione colenda est: forte non ob maiorem uirtutem & utilitatem, quam conferat: sed quia à dignioribus datur, & in digniori parte corporis fit, id est, in fronte: uel quia maius augmentum uirtutum præstat, licet baptismus plus ad remissionem ualeat. Verum, prima ratione nonne se Donatistas produnt, qui uim sacramenti à ministri dignitate æstimant? Faxo tamen, uocetur dignior confirmatio à dignitate Episcopalis manus. Sed si quis ab illis sciscitetur, unde tanta prærogatiua Episcopis delata fuerit, quam rationem afferent, præter suam libidinem? Soli Apostoli eo iure usi sunt, qui soli Spiritum sanctum distribuerunt. An soli Episcopi Apostoli? Imò, an omnino Apostoli? Demus tamen & istud. Cur non eodem argumento contendunt, solis Episcopis sacramentum sanguinis in Cœna Domini attingendum esse? Quod laicis ideo denegant, quia solis Apostolis à Domino datum fuerit. Si solis Apostolis, cur non inferunt, Ergo solis Episcopis? sed Apostolos eo loco simplices presbyteros faciunt: nunc capitis uertigo aliò eos rapit, ut subito Episcopos creent. Postremo, non erat Apostolus Ananias, ad quem tamen Paulus missus est, ut uisum reciperet, baptizaretur, & impleretur Spiritu sancto. Addam & hoc ad cumulum: si iure diuino proprium hoc munus Episcoporm fuerat, cur ausi sunt ad plebeios presbyteros transferre? Quemadmodum in quadam Gregorij Epistola legitur. Altera ratio quàm friuola, inepta, & stolida est, Digniorem uocare suam confirmationem, quàm Dei baptismum: quia in ea frons oleo inficiatur, in baptismo craneum: quasi uerò baptismus oleo, & non aqua peragatur. Testor uerò pios omnes, an non hoc unum admoliantur isti nebulones, ut sacramentorum puritatem fermento suo uitient, Dixi hoc alibi, uix in sacramentis per rimulas interlucere, quod Dei est, inter humanarum inuentionum turbam. Si quis eius rei tum fidem mihi non habebat, suis saltem magistris nunc habeat. Ecce, prætexita aqua, & nullo numero habita, unum oleum in baptismo magnificiunt. Nos ergo contra dicimus, in baptismo frontem aqua tingi. Præ hac, uestrum oleum non unius stercoris facimus: siue in baptismo, siue in confirmatione: Quòd si quis pluris uendi alleget, respondere promptum est: uenditionem uestram, impostoram esse, nequitiam esse, furtum esse. Tertia ratione impietatem suam traducunt, dum maius uirtutum augmentum conferri in confirmatione garriunt, quam in baptismo. Impositione manuum Apostoli uisibiles Spiritus gratias adminstrarunt. Qua in re istorum pinguedo se fœcundam ostendit.

Lib. 4. sen. dist. 7 cd. 2

Acto. 9.

Dist. 95: c. peruenit:

Sed ualeant isti moderatores, qui sacrilegium unum multis sacrilegijs operiunt. Nodus Gordianus est: quem abrumpere satius sit, quàm in dissoluendo tantopere laborare. Iam uerò, cum uerbo Dei & probabili ratione defici se uident, prætexunt quod solent: uetustissimam esse hanc obseruationem, & multorum sæculorum consensu firmatam. Etiam si id uerum esset, nihil tamen efficiunt. Non è terra est sacramentum, sed è cœlo: non ex hominibus, sed ab uno Deo. Deum suæ confirmationis authorem probent oportet, si sacramentum haberi uolunt. Sed quid uetustatem obiectant, cum ueteres dum proprie loqui uolunt, nusquàm plura duobus sacramentis recenseant. Si ab hominibus petendum esset fidei nostræ præsidium, habemus arcem inexpugnabilem: nunquàm ueteribus

ueteribus agnita fuisse pro sacramentis, quæ isti sacramenta ementiunt. De manuum impositione loquuntur ueteres: sed an sacramentum uocant? Augustinus aperte affirmat, nihil aliud esse, quàm orationē. Neq; hic mihi putidis suis distinctionibus obganniant, non ad confirmatoriam Augustinum illud retulisse, sed curatoriam uel reconciliatoriam. Extat liber, & in hominum manibus uersatur. Si in alium sensum detorqueo, quàm Augustinus ipse scripsit: cedo, non conuicijs modo, pro solenni suo more, sed sputis me obruant. Loquitur enim de ijs qui à schismate ad Ecclesiæ unitatem redibant. Eos iteratione Baptismi opus habere negat. sufficere enim manuum impositionem, ut per uinculum pacis Spiritum sanctum illis Dominus largiatur. Quoniam autem absurdum uideri poterat, manuum impositionem repeti potius quàm Baptismum: discrimen ostendit. Quid enim, inquit, aliud est manuum impositio, q̄ oratio super hominem? Atq; hunc esse sensum ex altero loco apparet, ubi dicit. Propter charitatis copulationē, quod est maximū donum Spiritus sancti, sine quo non ualent ad salutē quæcunq; alia sancta in homine fuerint, manus hæreticis correctis imponitur. Vtinam uerò motem retineremus, quem apud ueteres fuisse admonui, priusquàm abortiua hæc sacramenti larua nasceretur. Non ut esset cōfirmatio talis, qualem isti fingunt, quæ sine Baptismi iniuria nec nominari potest: sed Catechesis, qua pueri, aut adolescentiæ proximi, fidei suæ rationem coram Ecclesia exponerent. Esset autem optima catechisandi ratio, si formula in hunc usum conscripta esset: summam continens, & familiariter explicans omnium ferè religionis nostræ capitum, in quæ uniuersa fidelium Ecclesia consentire, sine controuersia, debet. Puer decennis Ecclesiæ se offeret, ad edendam fidei confessionem: rogaretur de singulis capitibus, ad singula responderet: si quid ignoraret, aut minus intelligeret, doceretur. Ita unicam ueram & synceram fidem, qua unanimiter Deum unum colit fidelium populus, teste & spectante Ecclesia profiteretur. Hæc disciplina si hodie ualeret, profecto parentum quorundam ignauia acueretur: qui liberorum institutionem, quasi rem nihil ad se pertinentem, secure negligunt: quam tum sine publico dedecore omittere non possent. Maior esset in populo Christiano fidei consensus, nec tanta multorū inscitia & ruditas, non adeò temere quidā nouis & peregrinis dogmatibus abriperentur omnibus denique esset quædā uelut methodus doctrinæ Christianæ.

l.3. de bapti contra donat. cap. 16

l.5. cap. 23

DE POENITENTIA.

Proximo loco statuunt pœnitentiam: de qua sic confuse & perturbate disserunt, ut nihil certi nec solidi ex eorum doctrina referre possint conscientiæ. Nos alio loco, quæ de pœnitentia didiceramus ex scripturis, tum deinde quid & illi doceant, prolixe enarrauimus. Nunc id tantum nobis attingendum erit, quid rationis habuerint, qui opinionem de sacramento, quæ in templis ac scholis diu antehac regnauit, excitarunt. Dicam tamen prius aliquid breuiter de ueteris Ecclesiæ ritu, cuius prætextu abusi sunt illi ad stabiliendum suum commentum. Hunc ordinem in publica pœnitentia obseruabant, ut q iniunctis sibi satisfactionibus defuncti erant, solenni manus impositione reconciliarentur. symbolum illud erat absolutionis: quo & ipse peccator erigebatur coràm Deo ueniæ fiducia: & Ecclesia admonebat, ut eū benigne, abolita offensæ memoria, in gratiā reciperet. Hoc Cyprianus sæpenumero appellat, pacē dare. Quo autē & grauior esset, & plus cōmendationis apud populū haberet ista actio, constitutū fuit, ut semper Episcopi authoritas hic intercederet. Hinc illud decretū concilij Carthaginensis secūdi. Recōciliare publice pœnitentē in missa presbytero nō liceat. Et alterū cōcilij Aurasicani. Qui pœnitentiæ tempore ex hac uita migrant, sine reconciliatoria manus impositione ad communionem admittantur. si reualuerint ex morbo stent in ordine pœnitentium, completoque tempore reconciliatoriā manus impositionem ab Episcopo accipiāt. Item Carthaginensis tertij. Presbyter, sine authoritate Episcopi, non reconciliet pœnitentem. Hæc omnia eo spectabant, ne nimia facilitate seueritas, quàm seruari in ea re uolebant, collaberet. Episcopum

Li. Epist. 3. Epist. 2.

Cap. 32.

ergo cognitorem esse uoluerunt, quem uerisimile erat in examine habendo cir-
L. Epist. 3. Epist. 14. cumspectiorem fore. Quanquàm Cyprianus alicubi tradit, non solum Episcopum manum imposuisse: sed totum etiam clerum. sic enim loquitur. Pœnitentiam agunt iusto tempore: deinde ad communionẽ ueniunt, & per manuũ impositionem Episcopi & cleri ius cõmunionis accipiũt. Postea successu temporis eò delapsa res est, ut extra publicã pœnitentiã in priuatis quoq; absolutionibus hac
In decret. 26. q. 6 ceremonia uterentur. Hinc illa distinctio apud Gratianũ inter publicã & priuatam reconciliationẽ. Ego ueterẽ illã obseruationem, de qua Cyprianus meminit, sanctã & Ecclesiæ salutarẽ fuisse iudico: ac hodie restitutam esse cuperem. Recentiorem hanc tametsi improbare non audeo: minus tamen necessariam arbirror. Vtcunq; sit: uidemus tamen manuũ impositionẽ in pœnitentia ceremoniam esse ab hominibus nõ à Deo institutã: quę inter res medias & externa exercitia ponenda sit, non illa quidem contemnenda: sed quæ inferiore loco esse debeant, q̃ quæ Domini uerbo nobis sunt cõmendata.

Romanenses autẽ & scholastici, quibus solẽne est omnia perperã interpretando corrumpere anxie in reperiendo hic sacramento desudant. Nec mirum uideri debet. nodum enim in scirpo quærunt. Quod tamen optimum habent, rem imLib. 4. sen. dist. 22. c. 2 plicitam, suspensam, incertam, opinionumque uarietate confusam, ac turbatam relinquunt. Dicunt ergo, uel pœnitentiam exteriorem, esse sacramentum: & si ita est, existimari debere signum esse interioris pœnitentiæ, id est, contritionis cordis, quæ erit res sacramenti: uel utramque simul esse sacramentum: nec duo, sed unum completum. Verum exteriorem esse sacramentum duntaxat, interiorem, rem & sacramentum. Remissionem autẽ peccatorũ, rem tantũ & non sacramentum. Qui sacramenti definitiouem supra à nobis positam memoria tenent, ad eam exigant id quod dicunt esse sacramentum: & inuenient non esse ceremoniam externam à Domino institutam, ad fidei nostrę confirmationem. Quòd si cauillentur: definitionem meam legem non esse, cui parere necesse habeant: audiant Augustinum, quem sacrosanctum se habere fingunt. Sacramenta, inquit, propter carnales, uisibilia instituta sunt: ut ab ijs, quæ oculis cernuntur, ad ea,
Lib. 3. quæstio uet. testa. quæ intelliguntur, sacramentorum gradibus transferantur. Quid tale, aut ipsi uident, aut alij queunt ostendere in eo, quod sacramentum pœnitentiæ uocant? Idem alibi: Sacramentum ideò dicitur, quia in eo aliud uidetur, aliud intelligitur. Quod uidetur, speciem habet corporalem: quod intelligitur, fruIn sermone quodam de baptis. infant. ctum habet spiritualem. Neque ullo modo sacramento pœnitentiæ (quale fingunt ipsi) conueniunt: ubi nulla species est corporalis, quæ spiritualem fructum repræsentet. At (ut istas beluas in sua arena conficiam) si ullum hic sacramentum, nonne longe speciosius iactari poterat, absolutionem sacerdotis sacramentum esse, quàm pœnitentiam, uel interiorem, uel exteriorem? Promptum enim erat, dicere, ceremoniam esse, ad confirmandam fidem nostram de peccatorum remissione: habereque promissionem clauium, ut uocant: Quodcunque ligaueritis aut solueritis super terram, erit solutum & ligatum in cœlis. Sed obiecisset quispiam: plærosque absolui à sacerdotibus, quibus nihil accedit tali absolutione: cum ex eorum dogmate sacramenta nouæ legis efficere debeant, quod figurant. Ridiculum. Vt in eucharistia duplicem manducationem statuunt, sacramentalem, quę bonis æque ac malis communis est: spiritualem, quæ bonorum tantum est propria: cur non & absolutionem bifariam percipi fingerent? Nec tamen hactenus intelligere potui, quid sibi uellent cum illo suo dogmate. quod quam longe à Dei ueritate dissideat, docuimus: cum id argumentum serio tractaremus. Tantum hic ostendere uolo, hunc scrupulum nihil impedire,
Lib. 3. quæstio. uet. testa. De bapt. paruulo. quominus absolutionem sacerdotis, sacramentum nuncupent. Respondebunt enim per os Augustini, sanctificationem esse sine uisibili sacramento: & uisibile sacramentum, sine interiori sanctificatione. Item, sacramenta in solis electis efficere quod figurant. Item, Induunt Christum alij usque ad sacramenti perceptionem, alij usq; ad sanctificationem. illud, boni & mali pariter faciunt: istud.

soli

soli boni. Sane hallucinati sunt plusquam pueriliter, & cæci in sole fuerunt: qui cum multa difficultate æstuarent, rem planam adeò, & cuiuis obuiam, non perspexerunt. Ne tamen animos tollant, quacumque in parte sacramentum posuerint, nego iure haberi pro sacramento. Primum, quod nulla Dei promissio singularis ad hanc rem extet, unica sacramenti hypostasis. Deinde, quod quæcumque hic cæremonia proferatur, merum sit hominum inuẽtum. cũ, cęremonias sacramentorum, non nisi à Deo instituí posse, iam definitum sit. Mendacium ergo & impostura fuit, quod de sacramento pœnitentiæ commenti sunt. Ementitum hoc sacramentum ornarunt, quo decebat elogio: secundam esse tabulam post naufragium, quia si quis uestem innocentiæ, in Baptismo perceptam, peccando corruperit, per pœnitentiam reparare potest. Sed dictum est Hieronymi. Cuiuscunque sit, quin plane impium sit, excusari nequit. Quasi uerò per peccatum deleatur Baptismus: & non potius in memoriam reuocandus sit peccatori, quoties de peccati remissione cogitat, ut illinc sese colligat, animumque recipiat, & fidem confirmet, peccatorum remissionem se impetraturum, quæ sibi in Baptismo promissa sit. Aptissime itaq; dixeris, si Baptismum uocaueris pœnitentiæ sacramentum: cũ in consolationem ijs datus sit, qui potentiam meditantur. Quod ne commentum esse nostrum putes, preterquàm quod scripturę uerbis conforme est, apparet in ueteri Ecclesia fuisse peruulgatum instar certissimi axiomatis. Nam in libello de fide ad Petrum, qui Augustino inscribitur, sacramentum fidei & pœnitentiæ dicitur. Et quid ad incerta confugimus? Quasi uerò apertius quidpiam requirendum sit, quam quod recitat Euangelista, Ioannem predicasse Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.

Libr. 5. de bapti. contra Donat.

Lib. 4. sent. 14. dist. 4. De pœnit. dist. 1. Ca. 1

Cap. 30 Citatur de cret. 15. q. 1 ca. firmissime.

DE VLTIMA (VT VOCANT) VNCTIONE.

Tertium fictitium sacramentum, est extrema unctio: quæ non nisi à sacerdote perficitur: idque in extremis (sic loquuntur) & oleo ab Episcopo consecrato, atque hac uerborum forma. Per istam sanctam unctionem, & pijssimam suam misericordiam, indulgeat tibi Deus quicquid peccasti per uisum, per auditum, odoratum, tactum, gustum. Eius duas esse uirtutes fingunt: peccatorum remissionem, & corporalis morbi leuamen, si ita expediat: sin minus, animæ salutem. Aiunt autem institutionem ab Iacobo positam esse, cuius uerba sunt. Infirmatur quis inter uos? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. fideique obsecratio saluum reddet laborantem, ac eriget eum Dominus: & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Eiusdem rationis est ista unctio, cuius esse manuum impositionem supra demonstrauimus. nempe histrionica hypocrisis, qua citra rationem, & sine fructu, Apostolos referre uolunt. Refert Marcus, Apostolos in prima sua missione iuxta mandatum, quod à Domino acceperant, mortuos suscitasse, dæmonia eiecisse, leprosos mundasse, infirmos sanasse: in curatione autem ægrorum oleum adhibuisse. ungebant, inquit, oleo multos infirmos: & sanabantur. huc respexit Iacobus, cum iussit ac cersi presbyteros ad unguendum infirmum. Talibus ceremonijs nullum altius subesse mysterium facile iudicabunt, qui obseruarint, quanta libertate & Dominus, & eius Apostoli uersati sunt in rebus istis externis. Dominus cæco redditurus uisum, ex puluere & sputo lutum compositum. alios tactu sanauit, alios uerbo. Ad hunc modum Apostoli alios morbos solo uerbo, alios tactu, alios unctione curarunt. At uerisimile est unctionem istam non temere, ut nec omnia alia, fuisse usurpatam. fateor, non tamen ut esset curationis organum: sed symbolum duntaxat, quo imperitiorum ruditas admoneretur, unde tanta uirtus prodiret. ne scilicet eius laudem Apostolis tribuerent. Oleo autem significari Spiritum sanctum, eiusque dona, uulgare ac tritum est. Cæterum euanuit gratia illa curationum, quemadmodum & reliqua miracula: quæ ad tempus edi uoluit Dominus:

Marc. 6

quò

quò nouam Euangelij prędicationem in ęternum admirabilem redderet. Vtigitur maxime demus, unctionem sacramentum fuisse earum uirtutum, quę tum per manus Apostolorum administrabantur: nihil nunc ad nos pertinet: quibus uirtutum administratio commissa non est.

Et qua maiori ratione sacramentum ex hac unctione faciunt, quàm ex alijs quibusuis symbolis, quæ nobis in scriptura commemorantur? Cur non aliquā natatoriam Siloah destinant, in quam certis temporum uicibus se immergant male habentes? frustra, inquiunt, id fieret. Certe non magis frustra, quam unctio. Cur non mortuis incubant? quoniam puerum mortuum, illi incubando, suscitauit Paulus. Cur non lutum ex sputo & puluere sacramentum est? Sed alia singularia exempla fuerunt: hoc autem ab Iacobo præcipitur. Nempe pro eo tempore loquebatur Iacobus, quo adhuc huiusmodi Dei benedictione fruebatur Ecclesia. Affirmant quidem eandem etiamnum uim suę unctioni inesse, sed aliter experimur. Nemo iam miretur, quomodo animas, quas uerbo Dei, hoc est, uita et luce sua spoliatas, stupidas esse & cæcas sciebant, tanta confidentia ludificati sint: cum nihil eos pudeat, corporis sensus, uiuos ac sentientes, uelle fallere. Ridiculos ergo se faciunt, dum gratia curationum præditos sese iactant. Adest sane suis Dominus omnibus sęculis: & eorum languoribus, quoties opus est, medetur, non minus quàm olim, sed manifestas illas uirtutes non ita exerit, sed miracula per Apostolorum manus non dispensat. Itaque, ut non ab re Apostoli gratiam curationum sibi demandatam, olei symbolo, designabant, non suam, sed Spiritus sancti esse uirtutem: ita rursum Spiritui sancto sunt iniurij, qui putidum & nullius energiæ oleum faciunt eius uirtutem. Perinde id est, ac si quis diceret, omne oleum uirtutem esse Spiritus sancti: quod eo nomine in scriptura nuncupetur. omnem columbam esse Spiritum sanctum, quod ea specie apparuerit. Verum de ijs uiderint. Quod nobis in pręsentia abunde est, certo certius perspicimus, eorum unctionem, sacramentum non esse: quę nec ceremonia est à Deo instituta, nec ullam promissionem habet. siquidem cum duo ista in sacramēto exigimus, ut ceremonia sit à Deo instituta, ut Dei promissionem habeat: simul postulamus, ut ceremonia illa nobis tradita sit, & promissio ad nos spectet. Non enim circumcisionem iam, sacramentum Christianæ Ecclesiæ quisquam esse contendit: tametsi & Dei institutum erat, promissionem annexam habebat. quia nec nobis mandata fuit: nec promissio, quæ illi adiuncta fuerat, nobis eadem conditione data. Promissionem, quam in unctione ferociter iactant, nobis non esse datam, euidenter demonstrauimus: & ipsi experientia declarant. Cæremonia usurpari non debuit, nisi ab ijs qui curationum gratia prædi ti fuerant: non ab istis carnificibus, qui plus mactando ac trucidando ualent, quàm sanando.

Quanquàm etamsi obtinuerint, huic ætati conuenire, quod de unctione ab Iacobo præcipitur (à quo longissime absunt) ne sic quidem adhuc multum promouerint in approbanda sua unctione, qua hactenus nos illeuerunt. Iacobus omnes infirmos uult inungi: isti non infirmos, sed semimortua cadauera sua pinguedine inficiunt: cum iāiam anima in primoribus labris laborat, uel ut ipsi loquuntur, in extremis. Si pręsentem habent medicinam in suo sacramento, qua uel morborum acerbitatem leniant, uel saltem aliquod animæ solatium adferant, crudeles sunt qui nunquàm in tēpore medentur. Iacobus uult, infirmū ungi à senioribus Ecclesiæ: isti unctorem non admittunt, nisi sacrificulū. Quòd apud Iacobum presbyteros interpretantur sacerdotes, & pluralem numerum ad decorem positum nugantur, nimis friuolum est. quasi uerò Ecclesiæ eo tempore sacrificorum examinibus abundarint, ut in longa pompa procedere potuerint ad ferendum sacri olei ferculum. Iacobus, dum simpliciter ungi infirmos iubet, non aliam unctionem mihi significat, quàm uulgaris olei. nec aliud habetur in Marci narratione. isti oleum non dignantur, nisi ab Episcopo consecratum: hoc est, multo halitu calefactum, multo murmure incantatum, & nouies flexo genu saluta-

salutatum, ter, aue sanctum oleum: ter, aue sanctum chrisma; ter, aue sanctum balsamum. A quo tales exorcismos hauserunt? Iacobus dicit, quod ubi unctus oleo fuerit infirmus, & oratum fuerit super eum: si in peccatis fuerit, remittentur ei. non intelligens, pinguedine deleri peccata: sed fidelium orationes, quibus adflictus frater Deo commendatus fuerit, non fore irritas. Isti per sacram suam, id est abominabilem unctionem, peccata remitti, impie mentiuntur. En, quàm pulchre proficient, ubi Iacobi testimonio pro sua libidine prolixe abuti, permissi fuerint. Ac ne diutius sit nobis in probatione laborandum, hac difficultate nos eorum quoque annales liberant. Referunt enim Innocentium Papam, qui Augustini ætate Romanæ Ecclesiæ præfuit, instituisse, ut non presbyteri modo, sed omnes etiam Christiani oleo uterentur, in suam suorumque necessitatem ungendo. Author Sigebert. in Chronic.

DE ORDINE ECCLESIASTICO.

Quartum locum in eorum catalogo tenet sacramentum ordinis: sed adeò fœcundum, ut septem ex se sacramentula pariat. Est uerò istud perquàm ridiculũ, quòd cum affirment septem esse sacramenta, dum recensere ipsa uolunt, tredecim enumerant. Neq; uerò causari possunt, unum esse sacramentum: quia omnia in unum sacerdotium tendunt, & uelut quidam ad ipsum sunt gradus. siquidẽ cum in singulis diuersas esse ceremonias constet, diuersas esse gratias ipsi loquantur: nemo dubitet, quin septem sacramenta dici debeant, si eorum placita recipiuntur. Et quid, quasi rem ambiguam, controuertimus? quando ipsi plane distincteq; septem declarant. Primum autem obiter perstringemus, quot & quàm insulsas absurditates nobis ingerant, dum nobis suos ordines pro sacramentis commendare uolunt: deinde an omnino sacramentum dici debeat ceremonia, qua utuntur Ecclesiæ in ordinandis ministris, uidebimus. septem ergo ordines uel gradus Ecclesiasticos faciunt: quos insignitũ titulo sacramenti. Sunt autem, ostiarij, lectores, exorcistę, acolythi, subdiaconi, diaconi, sacerdotes. Et septẽ quidẽ esse dicunt, propter septiformẽ Spiritus sancti gratiã: qua præditi esse debent, qui ad eos promouentur. Augetur autem illis & largius cumulatur in promotione. Iam, numerus ipse peruersa scripturæ interpretatione consecratus est: quòd uidentur sibi apud Iesaiam legisse, septem Spiritus sancti uirtutes, cum & uere plures non referantur à Iesaia quàm sex: nec Propheta omnes eo loco concludere uoluerit. Tam enim alibi Spiritus uitæ, sanctificationis, adoptionis filiorum dicitur: quàm illic sapientiæ, intelligentię, consilij, fortitudinis, scientię, & timoris Domini. Quã quam alij acutiores, non septem ordines, sed nouem faciunt. ad similitudinem, ut aiunt, triumphantis Ecclesiæ. Atque inter eos etiam pugna est, quod alij clericalem tonsuram uolunt esse primum omnium ordinem, Episcopatum ultimum: alij excusa tonsura, Archiepiscopatum ordinibus annumerant. Isidorus aliter distinguit. facit enim diuersos, Psalmistas & lectores. Illos cantionibus præficit, hos legendis scripturis, quibus plebs erudiatur. Atque hæc distinctio canonibus obseruatur. In tanta uarietate, quid sequi aut fugere nos uolunt? Dicamus ne septem esse ordines? Sic docet magister scholæ, sed illuminatissimi doctores aliter determinant. Rursum inter se ipsi dissident, præterea sacratissimi Canones alio nos uocant. Sic scilicet consentiunt homines, cum de rebus diuinis sine uerbo Dei disceptant.

Isa. 11. Ezech. 1. Rom. 1. 8.

Opinio hæc est Hugon. altera Gu. Parif. Isidorus li. 7. et mo. allegatur. c. cleros dist. 21. dist. 23. c. lector. et c. ostiarius

Verũ hoc omnem stultitiam superat, quòd in singulis Christum sibi collegam faciunt. Primum, inquiunt, ostiarij munere functus est, quando uendentes & ementes flagello ex funiculis facto è templo eiecit. Ostiarium se esse significat, cum dicit: Ego sum ostium. Lectoris munus assumpsit, cum in synagoga Iesaiam legit. Exoxcistæ officio functus est, cum linguam & aures surdi & muti saliua tangens auditum reddidit. Acolytum se esse his uerbis testatus est: Qui sequitur me non ambulat in tenebris. subdiaconi officio functus est, cum Linteo præcinctus pedes discipulorum lauit. Diaconi personam sustinuit, cum cor-

cum corpus & sanguinem distribuit in cœna, sacerdotis partes impleuit, cum in cruce Patri se hostiam obtulit. Hęc absque risu adeò audiri non possunt, ut mirer absq; risu scripta esse: si tamen homines erant, qui scribebant. sed imprimis spectabilis est argutia, qua in acolyti nomine philosophātur, cęroferarium appellantes; uerbo, ut arbitror, magico: certe, inaudito gentibus ac linguis omnibus. cum ἀκόλουθος Græcis simpliciter significet pedissequum. Quanquam si his serio refellendis inhęream, iure & ipse quoque ridear: adeò friuola sunt & ludicra. Ne tamen mulierculis adhuc fucum faciant, traducenda est obiter eorum uanitas. Creant eximia pompa ac solennitate suos lectores, psalmistas, ostiarios, acolytos, ad ea ministeria exequenda, quibus uel pueros, uel certe quos uocāt laicos, præficiunt. Quis enim cęreos, ut plurimum, accendit? quis urceolo uinum & aquam infundit? nisi puer, aut ex laicis sordidulus aliquis, qui ex ea re quæstum facit. nonne ijdem canunt? nonne templorum ianuas claudunt & aperiunt? Quis enim in eorum templis unquam uidit, uel acolytum uel ostiarium, suis partibus fungētem? Quin potius qui puer acolyti munere functus est, cum in ordinem acolytorum cooptatur, desinit esse id, quod dici incipit. Vt uideantur ex professo uelle munus ipsum abijcere, cum titulum adsumunt. En, cur sacramentis consecrari, & Spiritum sanctum accipere, necesse habeant: nempe, ut nihil agant. Si prætexant hanc esse temporum peruersitatem, quod ministeria sua deserunt, ac negligunt: simul fateantur, nullum hodie esse in Ecclesia usum nec fructum sacrorum suorum ordinum, quos mirifice deprędicant: totam q; Ecclesiam suam anathemate plenam, quandoquidem cęreos & urceolos à pueris & prophanis attrectari permittat: quibus tangendis nulli digni sunt, nisi in acolytos consecrati: quando cantiones ad pueros ablegat, quę nisi ab ore consecrato audiri non debebant.

Exorcistas uerò in quem tandem finem consecrant? Audio Iudęis fuisse suos exorcistas: sed ab exorcismis dictos uideo, quos exercebant. De ementitis istis exorcistis, quis unquam fando audiuit, quod specimen unum suæ professionis ediderint? fingitur illis potestas data imponendi manus super energumenos, & catechumenos & dęmoniacos. sed tali se potestate præditos, dęmonibus persuadere non possunt, non modo quia eorum imperijs non cedunt dæmones sed etiā quia ipsis imperant. Vix enim decimum quemq; reperias, qui non malo Spiritu agatur. Quęcunq; igitur de minutulis suis ordinibus balbutiunt, conflata sunt ex inscitis insulsisq; mendacijs. De ueteribus acoluthis & ostiarijs & lectoribus alibi dictum est: cum Ecclesię ordinem exponeremus. Nobis hic propositum est duntaxat, pugnare contra nouitium illud inuentum de septemplici sacramento in ordinibus Ecclesiasticis: de quo nusquàm alibi quàm apud ineptos istos rabulas, sorboni stas, & canonistas legitur. Iam de cęremonijs, quas adhibent, uideamus. Principio quoscunq; in militiam suam adscribunt, communi symbolo iniciant in clericatum. Radunt enim eos in uertice: ut corona regale decus significet. Quia reges debent esse clerici: ut se & alios regant. De ijs enim sic loquitur Petrus. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. At sacrilegium fuit, quod uniuersę Ecclesiæ tribuitur, solis sibi arrogare: et titulo superbe gloriari, quem fidelibus prępripuerint. Petrus totam Ecclesiam alloquitur: isti ad pauculos rasos detorquent: quasi solis illis dictum sit, sancti estote: quasi soli illi sanguine Christi acquisiti sint: quasi soli illi per Christum facti sint regnum & sacerdotium Deo. Assignant deinde & alias rationes. summitas capitis denudatur, ut eorū mens ad Dominum libera monstretur, quæ, reuelata facie, Dei gloriam contempletur. uel ut uitia oris & oculorum doceantur præcidenda. uel rasura capitis est, temporalium depositio: circumferentia uerò coronæ, reliquiæ sunt bonorum, quæ ad sustentationem retinentur. Omnia in figuris: quia scilicet uelum templi nondum scissum est. Itaq; persuasi, se præclare defunctos esse suis partibus, quòd talia per coronam suam figurauerunt, nihil eorum re ipsa præstant. Quo usq; nos talibus fucis & præstigijs ludent? Clerici, detonsis aliquot capillis, significant temporalium bonorum abundantiā se abiecisse, gloriam

Acto. 13

Cap. duo. 12. q. 1

Lib. 4. sen. dist. 24. ca. duo sunt.

12. q. 1

Dei

Dei contemplari, aurium oculorumq; concupiscentiam mortificasse: & nullũ est hominum genus rapacius, stupidius, libidinosius. Cur non magis sanctitatẽ uere exhibent, q̃ falsis mendacibusq; signis ipsius speciem simulant? Porrò, cum dicũt coronam clericalem habere originem à Nazaræis, & rationem: quid aliud adferunt, quàm sua mysteria à Iudaicis cæremonijs nata esse, uel potius merum esse Iudaismum? Quòd autem addunt, Priscillam, Acylam, & Paulum ipsum, suscepto uoto, sibi rasisse caput, ut purificarentur: crassam suam ignorantiã produnt. Nusquàm enim legitur de Priscilla: ac de Acyla etiam incertum est, siquidem tam ad Paulum referri potest tonsura illa, q̃ ad Acylam. Ne uerò illis relinquamus, quod petunt, exemplum eos habere à Paulo: obseruandum est simplicioribus, Paulum nunq̃ caput sibi totondisse ad sanctificationem aliquàm: sed duntaxat ut fratrum infirmitati seruiet. Soleo eiusmodi uota appellare charitatis, non pietatis: hoc est, non suscepta ad cultum aliquem Dei, sed ad tolerandam infirmorum ruditatem: quemadmodum ipse ait, Iudæis se Iudæum factũ, & cæt. Ergo hoc faciebat, ut Iudæis se ad tempus accommodaret. Isti cum Nazaræorum purificationes nullo usu imitari uolunt, quid aliud quàm alterum Iudaismum erigunt? Eadem religione decretalis illa epistola composita est, quæ prohibet clericis, iuxta Apostolum, ne comam nutriant: sed instar sphæræ radant, quasi Apostolus docens quid uiris omnibus decorum sit, de sphęrica clericorum rasura solicitus fuerit. Hinc lectores reputent, quales sint, alia quę sequuntur mysteria: quibus talis est ingressus. Vnde originem habuerit clericorum tonsura, abunde uel ex uno Augustino constat. Cum illo sæculo capillum non alerent nisi delicati: & qui nitorem elegantiamque non satis uirilem affectabant: uidebatur esse non boni exempli, si clericis id permitteretur. Iubebantur ergo clerici uel tondere caput, ne quam effœminati cultus speciem præseferrent. Adeo autem id uulgare erat, ut Monachi quidam quo magis suam sanctimoniam notabili distinctoque ab alijs habitu uenditarent, comam demitterent. Cum uero postea res ad crines redijsset, & ad Christianismum accederent gentes quædam, quæ semper comatæ fuerant, ut Gallia, Germania, Anglia, uerisimile est clericos ubiq; rasisse caput ne comæ ornamentum uiderentur affectare. Tandem corruptiore sæculo, cum prisca omnia instituta uel inuersa forent, uel in superstitionem degenerassent, quia in rasura clericali nihil cernebant causæ (neq; enim quidq̃ retinuerant præter stultã imitationẽ) ad mysterium confugerunt: quod nunc superstitiose nobis obtrudũt pro sacramenti sui approbatione. Ostiarij in consecratione claues tẽpli accipiunt, quo sibi mandari custodiam intelligant. Lectores sacra Biblia, Exorcistę formulas exorcismorum, quibus super energumenos & catechumenos utantur. Acolythi cereos & urceolum.

Lib. 4. sen. dist. 24 c. 3.

Acto. 18. dist.

1. Corin. 9

Nume. 6.

c. Prohibet dist. 25.

1. Corin. 11

August. de opere monachi. in fine. Item in retracta.

Lib. 4. sen. dist. 24. c. 2

En cæremoniæ, quibus, si Deo placet, tantum ineſt arcanæ uirtutis, ut esse possint gratiæ uisibilis non modo signa ac tesseræ: sed etiam caussę. Hoc enim secundum suam definitionem postulant cum inter sacramenta haberi uolunt. Verum ut paucis absoluam, dico absurdum esse, quod in scholis & canonibus minores istos ordines sacramenta faciunt: quando eorum etiam qui hoc tradunt confessione, primitiuæ Ecclesiæ incogniti fuerunt, & multis postea annis excogitati. Sacramenta autem cum Dei promissionem contineant, neque ab angelis, neque ab hominibus, sed à Deo solo instituí debent: cuius unius est promissionem dare. Supersunt tres ordines, quos maiores uocãt. Ex quibus Subdiaconatus, ut aiunt, in eum numerum translatus est, ex quo turba illa minorum pullulare cœpit. Quia autem uidentur pro his testimonium habere à uerbo Domini, sacros ordines, honoris caussa, peculiariter nominant. Sed quàm oblique in prętextũ suum abutantur, uidendum est. Incipiemus autem ab ordine presbyterij siue sacerdotij. His enim duobus nominibus rem unam significant: ac sic appellant eos, ad quos pertinere aiunt, sacrificium corporis & sanguinis Christi in altari conficere, orationes concipere, ac benedicere dona Dei. Itaq; in ordinatione patenam cum hostijs accipiunt in symbola collatæ sibi potestatis placabiles Deo hostias offeren

di, manuſq; illis iunguntur, quo ſymbolo docentur, datã ſibi eſſe conſecrandi põteſtatem. Sed de cæremonijs poſtea. De reipſa dico: adeo nullũ apicem eſſe à verbo Dei, ut non potuerint improbius ordinem à Deo poſitum deprauare. Principio quidem pro confeſſo eſſe debet, quod proximo capite aſſeruimus, iniurios omnes eſſe Chriſto, qui ſe ſacerdotes appellant, ad offerendam placationis hoſtiam. Conſtitutus ille & conſecratus à Patre ſacerdos cum iureiurando fuit, ſecundum ordinem Melchiſedech, nullo fine, nullo ſucceſſore. Hoſtiam ſemel obtulit æternæ expiationis & reconciliationis. nunc etiam ſanctuarium cœli ingreſſus intercedit pro nobis. In ipſo omnes ſumus ſacerdotes, ſed ad laudes & gratiarũ actiones, ad nos deniq; noſtraque Deo offerenda. Illi uni ſingulare fuit, ſua oblatione Deum placare & peccata expiare. Id cum ſibi iſti uſurpent, quid ſupereſt, niſi eorum ſacerdotium impium eſſe ſacrilegium? Certe nimis improbi ſunt, dum ſacramenti titulo inſignire audent. Quantum ad uerum presbyterij munus attinet, quod ore Chriſti nobis eſt commendatum, libenter eo loco habeo. Illic enim cæremonia eſt, primum ex ſcripturis ſumpta: deinde quam non eſſe inanem, nec ſuperuacuam, ſed fidele ſpiritualis gratiæ ſymbolum teſtatur Paulus. Quòd autem tertium in numero non poſui, eò factum eſt, quòd nõ ordinarium, nec commune eſt apud omnes fideles, ſed ad certam functionem ſpecialis ritus. Verum cum hic honor Chriſtiano miniſterio tribuitur, nõ eſt propterea q; ſuperbiant Papiſtici ſacerdotes. Euangelij enim ſui ac myſteriorum diſpenſatores ordinari iuſſit Chriſtus, non uictimarios inaugurari. Mandatum de prædicando Euangelio paſcendoq; grege: non de hoſtijs immolandis dedit. Spiritus ſancti gratiam promiſit, non ad peragendam peccatorum expiationem, ſed ad gubernationem Eccleſiæ rite obeundam ac ſuſtinendam.

Cum re ipſa optime congruunt cæremoniæ. Dominus noſter cum Apoſtolos amandaret ad Euangelij prædicationem, inſufflauit in eos. Quo ſymbolo Spiritus ſancti uirtutem, qua illos donabat, repreſentauit. Hanc inſufflationem retinuerunt boni iſti uiri, & quaſi Spiritũ ſanctum è gutture ſuo egerant, ſuper ſuos, quos formant, ſacrificulos demurmurant: Accipite Spiritum ſanctum. Adeo nihil prætereunt, quod nõ præpoſtere effingant: nõ dico more hiſtrionum, qui nec ſine arte geſticulantur, nec ſine ſignificatione: ſed inſtar ſimiarum, quæ laſciue, & abſq; ullo delectu, quiduis imitantur. Seruamus, inquiunt, exemplũ Domini. At multa egit Dominus, quę nobis exempla eſſe noluit. Dixit Dominus diſcipulis: Accipite Spiritũ ſanctum. Dixit & Lazaro: Lazare ueni foras. Dixit paralytico: ſurge & ambula. Cur nõ eadem dicunt omnibus mortuis & paralyticis? Diuinæ ſuæ uirtutis ſpecimen edidit, cum inſufflando in Apoſtolos Spiritus ſancti gratia illos repleuit. Hoc ipſum ſi conantur efficere, Deum æmulantur, & tantum nõ ad certamen prouocant: ſed longiſsime abſunt ab effectu, nec aliud inepto iſto geſtu q; Chriſtum illudunt. Sunt quidem adeo effrontes, ut aſſerere auſint, cõferri à ſe Spiritum ſanctum. Sed q; id uerum ſit, docet experientia; quæ clamat, ex equis fieri aſinos, ex fatuis phreneticos, quicunq; in ſacerdotes conſecrantur. Nec tamen hinc pugnam illis facio. Tantũ cæremoniam ipſam damno, quę in exemplum trahi nõ debuit, quando quidẽ à Chriſto in ſingulare miraculi ſymbolũ uſurpata eſt. Tantum abeſt, ut illis patrocinari debeat imitationis excuſatio.

Lib. 4. ſen. diſt. 24. c. 8. Et in cano. diſt. 21. c. 1.

Vnctionem uero à quo tandem acceperunt? Reſpondent, ſe accepiſſe à Filijs Aaron, à quo & ſuus ordo ſumpſit initium. Peruerſis igitur exemplis perpetuo ſe tueri malunt, q; fateri à ſe excogitatum, quod temere uſurpant? ſed interim nõ animaduertunt, dum ſucceſſores ſe profitentur filiorum Aaron, Chriſti ſacerdotio ſe eſſe iniurios, quod unum omnibus ueteribus ſacerdotijs adumbratũ figuratumq; fuit. In eo igitur omnia concluſa & impleta fuerunt, in eo ceſſarunt, ut iam aliquoties repetitũ à nobis eſt: & epiſtola ad Hebręos nullis gloſsis adiuta teſtat. Quod ſi tantopere Moſaicis cæremonijs oblectantur, cur non boues, uitulos, agnos ad ſacrificia rapiunt? Habent quidem bonam partem antiqui tabernaculi, & totius Iudaici cultus. Sed hoc tamen eorum religioni deeſt, quòd uitulos & boues non immolant.

immolant. Quis non uideat, hanc unctionis obseruationem circumcisione multo esse pernicioliorem? Præsertim ubi accedit superstitio, & pharisaica opinio de dignitate operis. Iudæi in circumcisione fiduciam iustitiæ reponebant, isti in unctione spirituales gratias. Hoc est (si Deo placet) sacrum oleum, quod characterem indelebilem imprimit. Quasi uero oleum puluere & sale abstergi non possit: aut, si tenacius adhesit, sapone. At character ille spiritualis est. Quid oleo cum anima? An obliti sunt quod ex Augustino occinunt? Si detrahatur verbum ab aqua, nihil fore nisi aquam, habere ante à uerbo, ut sit sacramentum. Quod uerbum ostendent in sua pinguedine? An quod Moysi mandatum est, de filijs Aaron ungendis? At illic etiam mandatur de tunica, de ephod, de galero, de corona sanctitatis, quibus ornandus erat Aaron, de tunicis, baltheis, mitris, quibus erant uestiendi eius filij. Mandatur de mactando uitulo, de adolendo eius adipe, de arietibus secandis & comburendis, de sanctificandis auriculis & uestimentis alterius arietis sanguine. Et innumeræ aliæ obseruationes, quibus prætermissis, miror cur una unctio olei illis placeat. Si aũt aspergi gaudent: cur oleo potius aspergũtur q̃ sanguine? Scilicet rem ingeniosam conantur: ex Christianismo, & Iudaismo, & paganitate, uelut consutis centunculis, religionẽ unã conficere. fœtet igitur eorũ unctio, quæ sale, id est, verbo Dei destituit. Superest impositio manuũ, q̃ ut in ueris legitimisq; ordinationibus sacramentum esse concedo, ita nego locum habere in hac fabula: ubi nec Christi mandato obtemperant, nec finem respiciunt, quò nos ducere debet promissio. Signum si non negari sibi uolunt, ad rem ipsam, cui dedicatum est, accommodent oportet.

De ordine quoq; Diaconatus nihil pugnarem, si restitueretur in suam integritatem ministerium illud, quod sub Apostolis & in puriore Ecclesia fuit. At uero quos isti fingunt Diaconos, quid habent simile? Non de hominibus loquor: ne querantur, iniq; ex hominum uitijs suam doctrinam æstimari. Sed pro ijs ipsis, q̃s sua doctrina nobis tradunt, indigne testimonium ab eorum exemplo, quos Apostolica Ecclesia Diaconos instituit, peti contendo. Aiunt ad suos Diaconos pertinere, assistere sacerdotibus, ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacramentis, scilicet in Baptismo, in chrismate, in patena, in calice: oblationes inferre, & disponere super altare, componere mensam Domini, & uestire: crucem ferre, prædicare & decantare Euangelium & Epistolam ad populum. An hic uerbum unũ de uero Diaconorum ministerio? Nunc institutionem audiamus. Diacono, qui ordinatur, solus Episcopus manum imponit. Crarium illi & stolam super læuum humerum collocat, ut intelligat se accepisse iugum Domini lene, quo ad sinistrã pertinentia diuino timori subijciat. Textum Euangelium præbet, ut se eius præconẽ agnoscat. Et istæc quid ad Diaconos? Perinde uero faciunt, ac si quis Apostolos se instituere diceret, quos duntaxat adolendis thuribus, simulachris poliendis, cõuerrendis templis, captandis muribus, fugandis canibus præficeret. Quis id hominum genus uocari Apostolos pateretur, & conferri cum ipsis Christi Apostolis? Posthac ergo ne Diaconos esse mentiantur, quos nõ nisi ad histrionicos suos ludos instituunt. Quinetiam ipso nomine satis declarant, quale sit officium. Leuitas enim appellant, eorumque rationem ac originem ad filios Leui referri uolunt. Quod per me quidẽ licet: modo ne alienis plumis eos postea uestiãt. De hypodiaconis quid dicere attinet? Nam cum reuera curæ pauperum olim præfuerint, nugatoriã nescio quam functionem illis attribuunt, ut calicem ac patenam, urceolũ cum aqua, mantile ad altare deferant, aquã fundant ad manus lauandas & cęt. Nã quod de oblationibus recipiendis & inferendis dicunt, eas intelligunt quas uelut anathemati destinatas ingurgitant. Huic muneri optime respondet initiandi ritus. Vt ab Episcopo patenam & calicem, ab archidiacono urceolũ cum aqua, manuale, & huiusmodi scruta accipiat. His ineptijs, ut inclusum Spiritum sanctũ fateamur, postulant. Quis pius hoc concedere sustineat? Verum ut semel finiamus, licet de ijs idem quod de reliquis statuere. Neque enim opus est longius repetere, quæ supra sunt explicata. Hoc satis esse poterit modestis & docilibus (quales in-

Lib. 4. sent. dist. 24. c. 8. Et in cano. dist. 21. c. 1.

stituendos susceperi) nullum esse Dei sacramentũ, nisi ubi cæremonia ostenditur adnexa promissioni, aut certe potius, nisi promissio in cæremonia spectatur. Hic ne syllaba quidem habetur certę alicuius promissionis: frustra igitur quæratur cę remonia, ad confirmandam promissionem. Rursum nulla cęremonia ex ijs, quas usurpant, à Deo instituta legitur. Sacramentum igitur nullum esse potest.

De Matrimonio,

Postremum est, matrimonium. quod ut à Deo institutum fatentur omnes: ita pro sacramento datum nemo usq; ad Gregorij tempora uiderat. Et cui unquàm sobrio in mentem uenisset? Ordinatio Dei bona est, & sancta. Et agricultura, architectura, sutrina, tonstrina, ordinationes sunt Dei legitimæ: nec tamẽ sacramenta sunt. Id enim non tantum in sacramento quæritur, ut Dei sit opus: sed ut sit cæremonia exterior, à Deo posita, ad confirmandam promissionem. Nihil tale esse in matrimonio pueri quoq; iudicabunt. sed signũ est, inquiunt, sacræ rei, hoc est, spiritualis coniunctionis Christi cum Ecclesia. si verbo igni, symbolum intelligunt, à Deo nobis in hoc propositum, ut fidei nostræ certitudinem erigat: longe à scopo aberrant. si signum simpliciter accipiunt, quod in similitudinem adductũ sit, ostendam quam acute ratiocinentur. Paulus ait: sicut stella à stella differt in claritate, sic erit resurrectio mortuorum. En unum sacramentum. Christus ait: simile est regnum cœlorum grano sinapis. En alterum. Rursum, simile est regnum cœlorum frumento. Ecce tertium. Iesaias ait: ecce Dominus gregem suum pascet, quasi pastor. Ecce quartum. Alibi. Dominus quasi gigas egredietur. Ecce quintũ. Et qs tandem finis aut modus? nihil hac ratione sacramentum non erit, quot in scriptura parabolæ sunt & similitudines, tot erunt sacramenta. Quinetiam furtum sacramentum erit: quandoquidem scriptũ est: dies Domini sicut fur. Quis ferat istos sophistas, tam inscite garrientes? fateor quidem, quoties aspicitur uitis, optimum esse in memoriam reuocari, quod ait Christus: Ego sum uitis, uos palmites, Pater meus cultor. Quoties occurrit pastor cũ grege, & illud etiam occurrere bonũ esse: Ego sum pastor bonus, oues meæ meam uocem audiunt. uerum si quis tales similitudines sacramentis adnumeret: in anticyram mittendus sit.

Ephes. 5. Verba tamen Pauli obtrudunt, quibus sacramenti nomẽ matrimonio attribui dicunt, qui uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo unquàm carnem suam odio habuit: sed nutrit, & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnem unam. sacramentum hoc magnum est. ego autem dico, in Christo & Ecclesia. At sic tractare scripturas, terram cœlo miscere est. Paulus, ut ostenderet maritis, quàm singulari amore uxores suas complecti debeant, Christum illis in exemplar proponit. Vt enim ille uiscera pietatis effudit in Ecclesiam, quam sibi desponderat: sic unum quemq; affectum esse vult erga propriam uxorem. Sequitur deinde: qui uxorem diligit, semetipsum diligit, quemadmodum Christus dilexit Ecclesiam. Porrò ut doceret, quomodo Christus dilexerit Ecclesiam, perinde atq; semetipsum: imò quomodo se unum fecerit cum sponsa sua Ecclesia, refert ad eum, quę Moyses narrat Adam de se dixisse. Cum enim adducta esset in eius conspectum Eua, quàm è sua costa formatam sciebat: Hæc inquit, est os ex ossibus meis, & caro de carne mea. totum

Gene. 2. id spiritualiter impletum in Christo et in nobis, testatur Paulus: cum membra nos esse ait corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius: adeòq; unam cum ipso carnem. tandem epiphonema subnectit. Magnum hoc mysterium. & ne quis amphibologia falleretur, exprimit, se non de carnali uiri & mulieris coniunctione loqui: sed, de spirituali Christi & Ecclesiæ coniugio. Et sanè uere magnum mysterium est, quod sibi Christus costam detrahi passus est, unde formaremur: hoc est, cum fortis esset, debilis esse uoluit, quò sua fortitudine roboremur. ut iam non modo uiuamus ipsi, sed ille uiuat in nobis. Imposuit: illis sacramenti nomen. Verum, æquum ne erat, ut eorum insciticæ pœnas tota Ecclesia penderet? Mysterium di-

xerat

xerat Paulus. quam dictionem cum relinquere posset interpres, latinis auribus nō infrequentem, uel arcanum uertere: sacramentum ponere maluit, non tamen alio sensu, quàm græce à Paulo mysterium dictum erat. Eant nunc, & linguarum peritiam clamose insectentur, quarum ignorantia in re facili & cuiuis obuia tamdiu fœdissime hallucinati sunt. Sed cur in uno hoc loco sacramenti uoculā tantopere urgent: aliquoties neglectā prętereunt? Nam & epistola ad Timotheum priore à uulgari interprete posita est. Ac in eadē ipsa ad Ephe. epistola, ubiq; p mysterio.

Condonetur tamen illis hic lapsus: saltem mendaces oportuerat esse memores. Matrimonium uero sacramenti titulo commendatum immunditiē postea & pollutionem & carnales sordes uocare, quàm uertiginosa est leuitas? Quam absurdū est, arcere à sacramento sacerdotes? Sia sacramento se arcere negent: sed à coitus tantum libidine: non ita mihi elabuntur. Nam & coitum ipsum partem esse sacramenti tradunt: eoq; demum figurari unionem, quæ nobis est cum Christo, in naturę conformitate, quia vir et mulier non, nisi carnali copula, una caro fiant. Quam quā duo sacramenta quidam eorum hic repererunt, alterū Dei & animæ, in sponso & sponsa: alterum Christi & Ecclesiæ, in marito & uxore. Vt cunq;, coitus tamē sacramentū est, à quo ullum Christianum arceri nefas fuit. Nisi forte Christianorum sacramenta adeò male conueniunt, stare ut simul non possint. Est & altera in eorum dogmatibus absurditas. In sacramento conferri gratiam Spiritus sancti affirmant: coitum tradunt esse sacramentum, in coitu negant unquàm Spiritum sanctum adesse. Ac ne simpliciter Ecclesiam luderent, quàm longam errorum, mendaciorum, fraudum, nequitiarum, seriem uni errori attexuerunt? Vt dicas, nihil aliud quàm abominationum latebram quæsisse, dum è matrimonio sacramentum fecerunt. Vbi enim id semel obtinuere, coniugalium caussarum cognitionem ad se traxerunt. Quippe res spiritualis erat, profanis iudicibus non attrectanda. Tum leges sanxerunt, quibus tyrannidem suam firmarunt sed partim in Deū manifeste impias, partim in homines iniquissimas. Quales sunt, ut coniugia inter adulescentulos, parentū iniussu contracta, firma rataq; maneant. Ne inter cognatos, ad septimum usq; gradum legitima sint matrimonia, & quę contracta sunt, dissoluantur. Gradus uero ipsos, contra gentium omnium iura, & Moysi quoq; politiam confingunt. ne uiro, qui adulteram repudiauerit, alteram inducere liceat.

Ne spirituales cognati matrimonio copulentur. Ne à septuagesima ad octauas paschę, tribus hebdomatibus ante natalem Ioannis, ab aduentu ad Epiphaniam nuptiæ celebrentur. Et similes innumeræ, quas recensere longum fuerit. Et ex eorum cœno aliquando emergendum est, in quo iam diutius hæsit oratio, quam animus ferebat. Aliquantulum tamen mihi profecisse uideor: quòd leonis pellem istis asinis, quadam ex parte, detraxi.

DE POLITICA ADMINISTRATIONE.

Caput XX.

PORRO, cum duplex in homine regimen superius statuerimus, et de altero illo, q̄d in anima, seu interiori hoīe, ęternamq; uitā respicit, satis multa uerba alibi fecerimus: de altero etiā, quod ad instituendā ciuilem duntaxat, externamq; morum iustitiā pertinet, nō nihil ut differamus, locus hic appetit. Principio, antequam in rem ipsam ingredimur, tenenda illa est distinctio antea nobis posita, ne (q̄d multis uulgo accidit) hęc simul duo imprudenter permisceamus, q̄ diuersam prorsus ratio

nem habent. Illi enim cum in Euangelio promitti libertatem audiunt, quæ nullum inter homines regem, nullumq; magistratum agnoscat, sed in Christum unum intueatur: nullũ libertatis suę fructum capere se posse putant, quamdiu aliquã supra se eminere potestatẽ uident. Itaq; nihil fore saluũ existimant, nisi totus in nouã faciem orbis reformetur: ubi nec iudicia sint, nec leges, nec magistratus, & si quid simile est, quod officere suæ libertati opinantur. At uero qui inter corpus & animã, inter præsentem hanc fluxamq; uitam, & futuram illam ęternamq; discernere nouerit: neq; difficile intelliget, spirituale Christi regnum, et ciuilẽ ordinationem, res esse plurimum sepositas. Cum ergo Iudaica illa sit uanitas, Christi regnum sub elementis huius mundi quęrere ac includere: nos magis, q̃d perspicue scriptura docet, spiritualem esse fructum cogitantes, qui ex Christi beneficio colligitur, totam hanc libertatẽ, quę in ipso nobis promittitur atq; offertur, meminerimus intra suos fines continere. Nam quid est, quod ipse idem Apostolus, qui iubet ut stemus, nec subijciamur iugo seruitutis, alibi solicitos esse seruos de statu suo uetat? nisi qa spiritualis libertas cum politica seruitute optime stare potest. In quem etiam sensum accipiendæ sunt istæ eius sententiæ: In regno Dei non est Iudæus, neq; Græcus, non masculus aut fœmina, nõ seruus aut liber. Item: Non est Iudęus, nec Græcus, præputium, circumcisio, barbarus, scytha, seruus, liber, sed omnia in omnibus Christus. Quibus significat, nihil referre, qua sis apud homines conditione, cuius gentis legibus uiuas: quando in rebus istis minime situm est Christi regnum.

Galat. 5. *Galat. 3.* *1. Corin. 7.* *Colos. 3.*

Neq; tamẽ eò ista distinctio ptinet, quò totam politiæ rationẽ, rem esse pollutã reputemus, ad hoies Christianos nihil pertinentẽ. Sic quidem phanatici nonnulli iactant: postq̃ mortui sumus p Christũ elementis huius mundi, & translati in regnum Dei, sedemus inter cœlestes: indignum hoc nobis esse, ac infra nostrã excellentiam longe positũ, prophanis istis ac impuris curis occupari, quæ circa aliena à Christiano homine negotia uersantur. Quorsum, inquiũt, leges sine iudicijs & tribunalibus? Quid aũt cum iudicijs ipsis homini Christiano? Imò, si occidere non licet, q̃ nobis leges & iudicia? Verũ, ut distinctum istud regiminis genus, à spũali illo & interno Christi regno nuper monuimus: ita nec quidq̃ pugnare sciendũ est. Nam illud q̃dem, initia cœlestis regni quędã iam nunc sup terrã in nobis inchoat: & in hac mortali euanidaq; uita, immortalẽ & incorruptibilem beatitudinẽ quodammodo auspicat. At huic destinatũ est, quamdiu inter hoies agemus, uitam nostram ad hominũ societatẽ componere, ad ciuilẽ iustitiã mores nostros formare, nos inter nos cõciliare, cõmunem pacem ac tranquillitatẽ alere. Quę omnia super uacua esse fateor, si prędictẽ uitã extinguit regnũ Dei, quale nũc intra nos est. Sin ita est uolũtas dei, nos, dũ ad uerã patriã adspiramus, peregrinari sup terrã: eius uero peregrinatiõis usus, talibus subsidijs indiget: q ipsa ab homine tollunt, suam illi eripiunt humanitatẽ. Nam q̃d tantã in Ecclesia Dei pfectionẽ debere esse causantur, cui sua, p lege moderatio satis sit: eam stolide ipsi imaginant, quę in hoim communitate reperiri nunq̃ possit. Cur enim tanta sit improborũ insolentia, nequitia tam cõtumax, q̃ multa legũ seueritate coerceri uix possit: q̃d facturos expectamus, si patere suę improbitati uideãt impunitã licentiam? q̃, ne male faciãt, neq; ui satis cogunt. Sed de politię usu erit alius opportunior dicẽdi locus. Nunc istud tm̃ intelligi uolumus: de ea exterminãda cogitare, immanẽ esse barbariẽ. cuius usus nõ minor inter homines, q̃ panis, aquę, solis, et aeris: dignitas q̃dẽ multo etiã prędtior. Nõ enim (q̃ illorum omniũ cõmoditas est) huc spectat duntaxat, ut spirẽt homines, edant bibant, foueant, (quanq̃ hęc certe omnia cõplectit, dum efficit ut simul uiuãt) nõ tm̃, inq̃, huc spectat solũ: sed ne idololatria, ne in Dei nomẽ sacrilegia ne aduersus eius ueritatẽ blasphemię, aliæq; religiõis offensiões publice emergãt, ac in populũ sparganẽ: ne publica q̃es perturbeẽ, ut suũ cuiq; saluũ sit & incolume, ut innoxia inter se cõmercia hoies agitẽt. Denicq; ut inter Christianos publica religionis facies existat, inter homines cõstet humanitas. Nec quenq̃ moueat, q̃d recte constituendę religionis curã ad hominum politiã nunc refero, quã extra hoim arbitriũ posuisse supra uideor. Siq dẽ nihilo hic magis, q̃ antea, leges de religiõe ac

Dei cultu

Dei cultu hominibus suo arbitrio ferre permitto: cum politicam ordinationẽ probo, quę in hoc incumbit, ne uera religio, quę Dei lege continẽt, palam, publicisq; sacrilegijs impune uiolẽt ac conspurcẽt. Verum ipsa ordinis perspicuitate adiuti lectores, melius, quid de toto genere politicæ administrationis sentiendũ sit, assequentur: si eius partes seorsum pertractemus. Sunt autẽ tres. Magistratus, qui præses est legum ac custos: Leges, secundũ quas ipse imperat: Populus, qui legibus regatur, & Magistratui pareat. Videamus ergo primum de ipsa magistratus functione, num legitima sit, ac Deo probata uocatio? quale officium? quanta potestas? Deinde quibus instituenda sit legibus Christiana politia? tum postremo, quis legum usus ad populum redeat, quę magistratui obedientia debeatur.

Magistratuum functionẽ non modo sibi probari, acceptamq; esse, testatus est Dñs: sed honorificentissimis insuper elogijs eius dignitatem prosecutus, mirifice nobis cõmendauit. Vt pauca conmmemorem: Quod Dij nuncupantẽ, quicunq; magistratum gerunt, ne in ea appellatione leue ineſſe momentũ quis putet. Ea em significatẽ, mandatum à Deo habere, diuina authoritate præditos esse, ac omnino Dei personã sustinere, cuius uices quodãmodo agunt. Non meũ hoc est cauillũ: sed Christi interpretatio. si scriptura, inqt, eos uocauit Deos, ad quos ῥῆbum Dei factum est. Quid hoc est, nisi demandatũ illis esse à Deo negociũ, ut illi in suo munere seruiãt: et (quod iudicibus suis dicebat Moses & Iosaphat, qs per singulas ciuitates Iehuda cõstituebant) iudiciũ exerceãt, nõ pro hoie, sed pro Deo? Eòdẽ pertinet, q sapiẽtia Dei per os Solomonis affirmat, suũ esse opus, q reges regnant, & cõsiliarij decernãt iusta: quod principes principatũ gerũt, & munifici oẽs iudices terrę. Perinde. n. istud ualet, ac si dictũ esset: nõ humana peruersitate fieri, ut penes reges, & præfectos alios, sit in terris rerũ omniũ arbitriũ, sed diuina prouidentia & sancta ordinatiõe: cui sic uisum est res hominũ moderari. Quando quidẽ illis adest ac etiã præest in ferendis legibus, & iudicioꝝ ætate exercenda. Quod & Paulus aperte docet, dũ præfecturas inter Dei dona enumerat, quæ secundum gratiæ diuersitatem uariè distributa, à seruis Christi in ædificationem Ecclesiæ conferri debeant. Tametsi. n. illic proprie de senatu loquit grauium uirorum, qui in primitiua Ecclesia constituebantur, ut conformandæ publicæ disciplinæ præessent: quod munus in epistola ad Corinthios κοβερνήσεις uocat: quia tamẽ uidemus eòdem recidere finem ciuilis potestatis, non dubium, quin omne iustæ præfecturæ genus nobis cõmendet. Multo uerò clarius, ubi iustam ea de re disputationẽ instituit. Nam & potestatem, Dei ordinationem esse tradit: nec potestates esse ullas, nisi à Deo ordinatas. Ipsos autem principes, ministros esse Dei, bene agentibus in laudem, malis ad iram ultores. Huc accedunt & sanctorum uirorum exempla: qrum alij regnis, ut Dauid, Iosias, Ezechias: alij satrapijs, ut Ioseph, & Daniel: alij ciuibus p̃fecturis in libero populo, ut Moyses, Iosuah, a iudices, functi sunt, quorum functiones sibi probatas esse, Dominus declarauit. Quare nulli iam dubiũ esse debet, quin ciuilis potestas, uocatio sit, non modo corã Deo sancta & legitima: sed sacerrima etiam, & in tota mortalium uita longe omnium honestissima.

Ioannis. 10

Deute. 1.
2. Paral. 19
Prouerb. 8

Rom. 12.

1. Cor. 12.

Roma. 13

Quæ cogitatio magistratus ipsos assidue exercere debet: quando ingentẽ illis stimulũ addere, quo ad officium excitentur: & singularem cõsolationem adferre potest, qua muneris sui difficultates (quæ multæ certe & graues sunt) leniãt. Quãtum. n. integritatis, prudentię, mãsuetudinis, cõtinentię, innocẽtiæ, studiũ sibijpsis imperare debent, qui diuinæ iustitiæ ministros se cõstitutos esse norunt? Qua fiducia iniquitatẽ in tribunal suũ admittent, quod Dei uiuentis thronũ esse audiũt? Qua audacia iniustam sententiã pronunciabũt eo ore, quod diuinæ ueritatis designatum esse organũ intelligunt? Qua cõscientia in impia decreta subscribent ea manu, quã ad perscribenda Dei acta sciunt ordinatã? In summa: si se Dei uicarios esse meminerint, omni cura, sedulitate, industria, inuigilent oportet, q hominibus quandã diuinę prouidentiæ, custodiæ, bonitatis, beneuolentiæ, iustitiæ imaginẽ in se repræsentent. Ac perpetuo illud sibi subijciant: si maledicunt oẽs, qui opus uindictę Dei exequuntur in dolo: multo grauius maledici, qui in iusta uocatione

Ierem. 48.

fraudulenter uersant. Itaq; cũ suos iudices ad officiũ cohortari uellent Moses &
Deut.1 Iosaphat, nihil habuerũt efficacius, quo illorũ animos afficerent, q̃ quod prius re-
Paral.19 tulimus. Videte quid agatis, non em̃ pro homine exercetis iudiciũ: sed pro Deo,
quippe qui iuxta uos est in causa iudicij. Nunc igit̃ sit pauor Domini super uos.
Videte, & agite: quoniam non est ulla peruersitas apud Dominum Deum no-
Psalm. 82. strum. & alio loco dicitur: Deum stetisse in synagoga Deorum, & in medio Deo-
Iesa.3. rum iudicem agere. quo ad officium animentur, dum docentur, Dei se legatos
esse, cui administratę prouincię rationem sint reddituri. Et merito apud eos pluri
mum hæc admonitio ualere debet. Nam si quid delinquunt, non hominibus mo
do sunt iniurij, quos scelerate uexant: sed in Deum quoq; ipsum contumelioſi, cu-
ius sacrosancta iudicia polluunt. Rursum habent & unde se præclare consolen-
tur, dum secum reputant, non in prophanis, nec à seruo Dei alienis occupationi-
bus se uersari, sed sanctissimo munere, quippe Dei legatione funguntur.

Qui uerò non mouentur tot scripturę testimonijs, quo minus sacrum hoc mini
sterium insectari ausint, quasi rem à religione & pietate Christiana abhorrentem:
quid aliud quàm Deum ipsum suggillant? cuius ignominia cũ ministerij sui pro-
bro non esse coniuncta non potest. Ac prorsus non magistratus reprobant, sed
Deũ abijciunt, ne super se regnet. si enim istud uere de populo Israel à Domino
1.Reg.7 dictũ est, q̃ Samuelis imperiũ detrectassent: q̃ minus uere hodie de his dicet̃, qui
in prefecturas oẽs à Deo institutas debacchari sibi permittunt? At cum discipulis
Luc.22 dictũ est à Domino, Reges gentiũ dominari illis, inter ipsos uerò nõ ita esse, ubi q̃
primus sit, fieri minimũ oporteat: hac uoce interdictũ est Christianis omnibus, ne
regna aut prefecturas capessant. O dextros interpretes. Inter discipulos orta erat
cõtentio, quis aliũ præcelleret. hanc uanã ambitionẽ ut cõpesceret Dominus, eos
ministeriũ nõ esse regnis simile docuit, in quibus inter cęteros unus eminet. Quę
collatio, quid quęso ad ignominiã regiæ dignitatis facit? imò quid omnino euin-
cit, nisi regiũ munus, Apostolicũ nõ esse ministeriũ? Preterea, inter ipsos magistra
tus tametsi uarię sunt formæ, nullũ tamen discrimen hac in parte est, quin pro Dei
ordinibus suscipiẽdę à nobis omnes sint. Nã & omnes simul cõplectitur Paulus,
Rom.13 cum ait, non esse potestatem nisi à Deo: & quę omnium minimè arridebat, eximio
prę alijs testimonio cõmendata est. nempe, unius potestas: quæ, quia publicã om-
nium seruitutẽ secum fert, excepto uno illo, cuius libidini omnia subijcit, heroicis
Prou. 8.24 & excellentioribus ingenijs minus olim approbari potuit. At scriptura, quò ini-
2.Petri.1. quis istis iudicijs occurrat, diuinę sapientię prouidentiã esse nominatim affirmat,
q̃ reges regnant: & peculiariter regem honorari præcipit. Et sanè ualdè ociosum
esset, quis potissimus sit politię, in eo quo uiuunt loco, futurus status, à priuatis ho
minibus disputari: quibus de constituenda re aliqua publica deliberare non licet:
Tum etiam simpliciter id definiri, nisi temere, non posset cum magna huius dispu
tationis ratio in circũstantijs posita sit. Et si ipsos etiã status, citra circũstantias, in-
ter se cõpares nõ facile sit discernere, quis utilitate præponderet. adeò æquis cõdi-
tionibus cõtendunt. Procliuis est à regno in tyrannidẽ lapsus. sed nõ multo diffi-
cilior, ab optimatũ potestate in paucorũ factionẽ. Multo uerò facillimus, à popula
ri dominatiõe in seditionẽ. Equidẽ si in se considerent̃ tres illę, quas ponũt philo-
sophi, regiminis formę, minime negauerim, uel aristocratiã, uel tẽperatũ ex ipa &
politia statũ alijs oĩbus lõge excellere. Id cũ experimẽto ipso semp fuit cõproba-
tũ: tũ sua quoq; authoritate Dñs cõfirmauit: cũ aristocratian politiæ uicinã apud
Israelitas instituit, cum optima conditione eos habere uellet. Atque ut libenter
fateor, nullum esse gubernationis genus isto beatius, ubi libertas ad eã, quã decet,
moderationem est composita, & ad diuturnitatem rite constituta: sic & beatissi-
mos censeo, quibus hac conditione frui licet: & si in ea conseruanda retinen-
daque stennue ac constanter laborant, eos nihil ab officio alienum facere con-
cedo. Quinetiam huc summa diligentia intenti magistratus esse debent, ne
qua in parte libertatem, cuius præsides sunt constituti, minui, nedum uiola-
ri, patiantur. si in eo sunt segniores, & parum soliciti: perfidi sunt in officio, &
patriæ

patriæ ſuæ proditores. Verum ſi hoc ipſum ad ſe transferant, quibus Dominus aliam gubernationis ſpeciem attribuit, ut inde ad commutationem expetendam ſolicitentur: non modo ſtulta erit & ſuperuacua: ſed prorſus noxia etiã cogitatio. Quod ſi non in unam duntaxat ciuitatem oculos defigas, ſed uniuerſum ſimul orbem circũſpicias ac contempleris, uel aſpectum in longiora ſaltem regionũ ſpacia diffundas: comperies profecto, diuina prouidentia illud non abs re cõparatum, ut diuerſis politijs regiones uarię adminiſtrentur. Nam quemadmodum non, niſi inæquali temperatura, elementa inter ſe cohærent: ita hæ ſua quadam inæqualitate optime continentur. Quanquam hæc etiam omnia fruſtra his dicunt, quibus Domini uoluntas ſatisfaciet. Nam ſi illi uiſum eſt, reges regnis præficere, liberis ciuitatibus ſenatus, aut decuriones: quoſcunq; locis præfecerit, in quibus degimus, noſtrum eſt, ijs nos morigeros ac obedientes præſtare.

Iam officium magiſtratuum quale uerbo Dei deſcribatur, ac quibus in rebus ſitum, obiter hoc loco indicandum eſt. Regibus denunciat Ieremias, ut faciant iudicium & iuſtitiam, liberent ui oppreſſum de manu calumniatoris, peregrinum & uiduam & pupillum ne contriſtent, neque iniuriam faciant, & ſanguinem innocentẽ ne effundant. Moyſes uerò principibus, quos in uices ſuas ſuffecerat, edicit: audiant cauſſam fratrum ſuorum: & iudicent inter uirum, & fratrẽ eius: & peregrinum, neq; facies agnoſcant in iudicio, tã paruũ q̃ magnũ audiant, neq; timeãt ab ullo uiro: quia iudicium Dei eſt. Illa aũt omitto, ne multiplicent ſibi equos reges, ne ad auariciã adijciãt animũ, ne eleuent ſuper fratres ſuos: ut in meditãda lege Dñi ſint aſſidui, cunctis diebus uitę ſuę: ne iudices quiuis declinent ad alteram partẽ, ne munera accipiant, & quæ paſſim in ſcripturis ſimilia leguntur. Quoniã, in exponendo hic magiſtratuũ officio, non tã magiſtratus ipſos inſtituere conſiliũ eſt, q̃ alios docere, qd ſint magiſtratus, & quẽ in finẽ à Deo poſiti. Videmus ergo publicę innocentię, modeſtię, honeſtatis, ac tranquillitatis protectores ſtatui ac uindices, quibus ſtudiũ unũ ſit, cõmuni omniũ ſaluti ac paci proſpicere. Id uerò cũ præſtare nõ poſſint, niſi uiros bonos ab improborũ iniurijs prohibeant, oppreſſis adſint ope ac preſidio: poteſtate armati ſint, qua palã maleficos ac facinoroſos (quorum nequitia perturbat̃ ac exagitat̃ publica quies) ſeuere coerceant. Siquidem id prorſus experimur, quod dicebat Solon: prẽmio & pœna res oẽs publicas cõſiſtere: ijs ſublatis, totã ciuitatũ diſciplinã collabi ac diſſipari. Friget. n. in multorũ animis ęqui iuſtiq; cura, niſi uirtuti paratus ſit ſuus honos: nec contineri ſceleratorũ hoĩm libido, niſi ſeueritate ac pœnarũ animaduerſatiõe, poteſt. Atq; hæ duę partes cõprehẽſæ ſunt à Propheta, dũ reges alioſq; prẽfectos iubet facere iudiciũ & iuſtitiã. Iuſtitia quidẽ eſt, innocentes in fidẽ ſuſcipere, cõplecti, tueri, uindicare, liberare. Iudiciũ autẽ, impiorum audacię obſiſtere, uim comprimere, delicta punire.

Verũ ardua hic, ut uidet̃, & difficilis naſcit̃ queſtio. Si lege Dei occidere Chriſtiani oẽs uetant̃, & Propheta de monte ſancto Dei, hoc eſt, Eccleſia, uaticinat̃, qd nõ affligent in ea, neq; nocebũt: quomodo magiſtratibus, & pijs ſimul, & ſanguinarijs eſſe licet? At ſi intellígamus, magiſtratũ in exercendis ſupplicijs nõ à ſe agere quicq̃, ſed ipſiſſima Dei iudicia exeq̃, nihil hoc ſcrupulo impediemur. Occidere lex Dñi prohibet, at ne impunita ſint homicidia, gladiũ in manũ ſuis miniſtris dat Dñs, quẽ in homicidas oẽs exerãt. Affligere & nocere, piorũ nõ eſt, atqui hoc nocere nõ eſt, nec affligere: piorũ afflictiones, Dñi mandato, ulciſci. Vtinã iſtud ſemper animis noſtris obuerſaret̃: nihil hic hominis temeritate, ſed Dei iubẽtis authoritate cĩa fieri: qua pręeunte, à recta uia nunq̃ aberrat̃. niſi forte diuinę iuſtitię inimicũ eſt frenũ, ne de ſceleribus pœnas ſumat. Quod ſi illi legẽ dicere fas nõ eſt, cur eius miniſtris calumniã intendamus? Nõ fruſtra gladium gerunt, inquit Paulus, nã Dei miniſtri ſunt ad irã, ultores male agentibus. Itaq;, ſi nihil Dño ſua obediẽtia fore acceptius norunt principes, alijq; prẽfecti: in hoc miniſterium incumbãt, ſi ſuam Deo pietatẽ iuſtitiã, integritatẽ, approbare ſtudẽt. Hoc ſcilicet affectu agebat̃ Moſes, cũ ſe deſtinatũ Dñi uirtute, populi ſui liberatorẽ, cognoſcens, Aegyptio manus intulit. Deinde, cũ cęſis uno die tribus hominũ millibus, in populi ſacrilegiũ uindicauit. Dauid quoq;, cũ ſub uitę ſuę finẽ Solomoni filio præcepit, de occidendo

Ieremi. 22

Deut. 1.

Deute. 17.

Deute. 16

Roma. 13

Ierem. 22

Matth. 5.
Exod. 20.
Deut. 5.
Ieſa. 11. 65.

Roma. 13

Exod. 6
Exod. 32.

cidendo Ioab & Semei. Quomodo lene illud & placidum Moſe ingenium in tan
3.Reg.2 tã truculentiã exardet, ut fratrũ ſuoꝝ ſanguine aſperſus ac madidus, per caſtra de
currat ad nouas ſtrages? Quomodo Dauid, tanta in omni uita mãſuetudine uir,
cruentũ illud teſtamentũ inter ultimos ſpũs nuncupat, ne filius ſuus caniciẽ Ioab
& Semei in pace ad ſepulchrũ deducat? Verꝝ uterq; manus ſuas, quas parcẽdo in
quinaſſet, ſic ſeruiendo ſanctificauit: dũ ultionẽ ſibi à Deo commiſſam exequutus
eſt. Abominatio eſt apud reges, inquit Solomo, facere iniquitatem: quoniã in iu-
Prouerb. ſtitia ſolium firmatur. rurſum. Rex qui ſedet in ſolio iudicij, ſpargit oculos in om
ne malum. Item. diſſipat impios rex ſapiens, & conuertit eos ſuper rotam. Item.
1. Auferſcoriã ab argento, & egredietur uas conflatori: auferimpium à cõſpectu re
20. gis, & ſtatuetur in iuſtitia ſolium eius. Item. Qui impium iuſtificat, & qui con-
25. demnat iuſtum, uterq; abominatio eſt Dñi. Item. Rebellis acquirit ſibi malum, &
mittit ad eũ nuncius crudelis. Item. Qui dicit impio, tu es iuſtus, huic populi ma
27. ledicunt & nationes. Nunc ſi uera eoꝝ eſt iuſtitia, ſtricto gladio fontes & impios
24 perſequi: gladiũ recondant, & puras à ſanguine manus cõtineant, dũ perditi ho-
mines nefarie per cędes interim & ſtrages graſſanť: ſumma ſeſe impietate obſtrin
gent. tm̃ abeſt ut bonitatis et iuſtitię laudẽ inde referant. Faceſſat modo abſciſſa ſę
uacq; aſperitas, & tribunal illud, quod reorũ ſcopulus iure nominet. Nõ. n. is ſum,
qui aut importunæ ſæuitiæ faueã: aut æquum iudiciũ pronunciari poſſe cenſeã,
Tribunal Caſſij. niſi ſemper aſſidente optima illa regum conſiliaria, & certiſſima (ut Solomo affir-
mat) regij throni conſeruatrice, Clementia: quam primam eſſe principum dotẽ,
uere à quodam olim dictum eſt. Vtrunq; tamen magiſtratui uidendum, ne aut
Prouer. 20. nimia ſeueritate uulneret magis, q̃ medeatur: aut ſuperſtitioſa clementiæ affecta-
tione, in crudeliſſimam incidat humanitatem, ſi molli diſſolutaq; indulgentia, cũ
multorum perniciæ, diffluat. Eſt enim & iſtud non abs re quondam ſub Neruæ
Apud Dio nem. imperio iactatum: Malum quidem eſſe, ſub principe uiuere, ſub quo nihil liceat:
ſed multo peius, ſub quo liceant omnia.

Quando uerò regibus populisq;, ad exercendam huiuſmodi publicam uindi
ctam, arma capere interdum neceſſe eſt: ex hac ratione ſimul æſtimare licet, legiti-
ma eſſe, quæ ſic ſuſcipiuntur, bella. Nam ſi tradita illis eſt poteſtas, qua ditionis
ſuæ quietem tueantur, qua inquietorum hominũ ſeditioſos motus comprimant,
qua ui oppreſſis opitulentur, qua in maleficia animaduertant: an maiore opportu
nitate proferre eam poſſint, q̃ ad compeſcendum eius furorem, à quo & priua-
tim ſingulorum otium, & communis omnium tranquillitas perturbatur, qui ſedi
tioſe tumultuatur, à quo uiolentæ oppreſſiones, & indigna maleficia perpetran-
tur? Si legum cuſtodes eſſe ipſos, & aſſertores, conuenit: omnium conatus pariter
euertant oportet, quorum ſcelere legum diſciplina corrumpitur. Imò ſi iure eos
latrones plectunt, quorum iniurię in paucos tantum progreſſę fuerint: an totam
latrocinijs regionem impune affligi uaſtariq; ſinent? Siquidem nihil intereſt: rex
ne ſit, an infima de plebe, qui in alienam regionẽ, in quam iuris nihil habet, irruit,
eamque hoſtiliter uexat. omnes æque pro latronibus habendi ſunt, & puniendi.
Hoc ergo & naturalis æquitas, & officij ratio dictat, armatos eſſe principes non
tantũ ad priuata maleficia iudiciarijs pœnis coercenda: ſed ad ditiones q̃q; fidei
ſuę cõmiſſas bello defendendas, ſi quãdo hoſtiliter impetant. Et eiuſmodi bella
Spiritus ſanctus multis ſcripturę teſtimonijs legitima eſſe declarat. Quod ſi mihi
obijcit, in nouo teſtamẽto nullũ extare uel teſtimoniũ, uel exemplũ, quod doceat,
bellũ rem eſſe licitã Chriſtianis: primũ reſpondeo, ratione gerendi belli, quæ olim
fuit, hodie quoq; permanere: neque eſſe ex aduerſo cauſſam, quæ magiſtratus à
ſuorum ſubditorum defenſione arceat. Deinde non eſſe quærendam in Apo-
ſtolicis literis expreſſam iſtarum rerum enarrationem: ubi non politiam formare:
Aug. Epi. 5 ad Marcel linum. ſed ſpirituale Chriſti regnum inſtituere, propoſitum eſſe. Poſtremo illic quoque
obiter indicari, Chriſtum, ſuo aduentu, nihil hac in parte mutaſſe. Nam ſi Chri-
ſtiana diſciplina (ut Auguſtini uerbis loquar) omnia bella damnaret, hoc potius
militibus, conſilium ſalutis petentibus, diceretur, ut arma abijcerent, ſeq; militia

penitus

penitus subducerent. Dictum est autem eis. Neminem concusseritis, nemini iniuriam feceritis, sufficiat uobis stipendium uestrum. Quibus propriũ stipendium sufficere debere præcepit, militare utique non prohibuit. Verum magistratuum omnium fuerit, summopere hic cauere, ne cupiditatibus suis, uel tantillum obsequantur. quin magis, siue expetendæ sunt pœnæ, non præcipiti iracundia ferantur, non rapiantur odio, non implacabili austeritate ardeant, miserentur etiam communem in eo naturam (ut Augustinus loquitur) in quo puniunt propium delictum. Siue arma in hostem, hoc est, armatum latronem induenda sunt, non ex facili occasionem captent: imò nec oblatam accipiant, nisi summa necessitate adacti. Nam si multo plus nobis prẹstãdum est, quam exegerit ethnicus ille, qui bellum uideri uoluit pacem quæsitam: omnia prius certè tentanda sunt, quàm armis decernendum. In utroq; demum genere, nullo priuato affectu patiantur se corripi, sed publico duntaxat sensu ducãtur. Alioqui potestate sua pessime abutuntur: quæ non in suum illis commodum, sed aliorum bonorum ac ministerium data est. Ex eodem præterea belligerandi iure pendet & præsidiorum, & fœderum, & ciuilium aliarum munitionum ratio. Præsidia autem uoco, quæ ad tuendos regionis fines, per ciuitates disponuntur: fœdera, quæ à finitimis principibus in hanc legem feruntur, ut si quid turbarum in agris suis inciderit, mutuã sibi opem ferant, & uires in cõmune conferant, ad opprimendos humani generis cõmunes hostes: ciuiles munitiones, quarum in arte militari usus est. *Cicé.off.1.*

Libet istud quoq; postremo adijcere, tributa & uectigalia, legitimos esse principum reditus: quos ad sustinenda quidem potissimũ publica muneris sui onera conferant: quibus tamen uti similiter possint, ad splendorem suum domesticũ: qui cum imperij, quod gerunt, dignitate quodammodo coniunctus est. Qualiter Danielẽ, Ezechiã, Iosiam, Iehosaphah, aliosq; sanctos reges: Ioseph etiam, & Danielem, uidemus pro personæ, quã sustinebant, modo, inoffensa pietate, fuisse ex publico sumptuosos, & amplissimũ agri spacium regibus attributum legimus apud Ezechielẽ. Vbi tãetsi Christi spirituale depingit regnũ, á legitimo tñ hominũ regno simulachri exemplar petit. Sic tamen, ut uicissim meminerint principes ipsi, fiscos suos non tam priuatas esse arcas, quàm totius populi æraria (sic enim Paulus testatur) quæ prodigere aut dilapidare, sine manifesta iniuria, nõ possint. Vel potius, ipsum penè esse populi sanguinem, cui non parcere, diriſſima sit inhumanitas, suas autẽ indictiones, & oblationes, aliaq; tributorum genera, non nisi publicæ necessitatis subsidia esse, reputent: quibus miserã plebem absq; causſa fatigare, tyrãnica sit rapacitas. Hæc principibus ad profusionẽ & luxuriosos sumptus non faciunt animos (ut certe facem eorum cupiditatibus, plus iusto sponte accensis, subijcere opus non est) sed cum plurimum referat, ipsos pura coram Deo conscientia, audere quicquid audent, ne impia confidentia in Dei contemptum ueniant, docendi sunt, quantum sibi liceat. Neq; hæc doctrina priuatis hominibus superuacua est: ne quosuis principum sumptus, tametsi uulgarem, ciuilemq; modum excedunt, temere ac procaciter suggillare sibi permittant. *Ezech ult.* *Rom.3.*

Proximæ sunt magistratui in politijs leges, ualidissimi rerum publicarum nerui: uel (quomodo à Cicerone uocantur) animæ: sine quibus consistere nequit magistratus: quemadmodũ nec ipsæ rursum sine magistratu. Proinde nihil dici uerius poterat, quã mutũ esse magistratũ, legem: magistratũ, legẽ esse uiuam. Quod autem dicturũ me recepi, quibus legibus constituenda sit Christiana politia: non est, cur longam de optimo legum genere disputationẽ quis expectet: quæ & immensa foret, nec præsentis esset argumenti. Paucis tantũ, & quasi in trancursu, notabo, quibus legibus pie coram Deo uti possit, & inter homines rite administrari. Quod etiã ipsum prorsus silentio transmisissem, nisi intelligerem, periculose hic à multis aberrari. Sunt enim, qui recte cõpositam esse rempublicam negent, quæ neglectis Moyse politicis, cõmunibus gentiũ legibus regitur. Que sententia quã periculosa sit & turbulenta, uiderint alij. mihi falsam esse ac stolidã, demonstrasse satis erit. Est autẽ obseruanda uulgata illa partitio, quæ uniuersam Dei legem per

Moysen

Moyſen adminiſtratã,in mores,ceremonias,iudicia diſtribuit. ac diſpiciendę ſin gulæ partes:ut habeamus,quid ex ijs ad nos pertineat,quid minus. Nec interim quempiã moretur hic ſcrupulus,quod ad mores etiam iudicia & cęremoniæ pertinent. Veteres enim qui partitionẽ hanc tradiderunt, tametſi duas iſtas poſterio res partes non ignorabant circa mores uerſari:quia tamen ſaluis moribus mutari & abrogari poterãt,morales non dixerunt,primam illã partem peculiariter appellarunt eo nomine,citra quã non conſtet uera morum ſanctitas. Lex itaq; moralis(ut inde primũ incipiamus)cũ duobus capitibus contineatur, quorum alterum pura Deum fide & pietate colere,alterũ ſyncera homines dilectione cõplecti ſimpliciter iubet:uera eſt æternaq; iuſtitiæ regula,gentiũ omniũ ac temporum hominibus preſcripta,qui ad Dei uoluntatem uitam ſuã cõponere uolent. Siquidẽ
Galat.4. hæc æterna eſt & immutabilis eius uoluntas,ut à nobis ipſe quidẽ omnibus colatur:nos uerò mutuo inter nos diligamus. Cæremonialis Iudæorum pædagogia fuit:qua populi illius quandã uel ut pueritiã exercere Domino uiſum eſt, donec ueniret tempus illud plenitudinis,quo ſapientiam ſuam terris ad plenum manifeſtaret,ac ueritatem exhiberet earum rerum, quæ tum figuris adumbrabantur. Iudicialis politiæ loco illis data,certas æquitatis & iuſtitiæ formulas tradebat, quibus innocenter & quiete inter ſe agerent. Atq; ut illa ceremoniarum exercitatio ad pietatis quidem doctrinam proprie pertinebat(utpote quæ Iudæorum Eccleſiam retinebat in Dei cultu ac religione) ab ipſa tamen pietate diſtingui poterat: ita hæc iudiciorum forma(quanq; non alio ſpectabat,q; qui optime ſeruari poſſet ea ipſa charitas,quæ æterna Dei lege præcipitur) ab ipſo tamen dilectionis præcepto diſtinctum quiddam habebat. Quemadmodũ ergo ſalua & incolumi pietate,abrogari poterunt cæremoniæ: ita & iudiciarijs his conſtitutionibus ſublatis,perpetua charitatis officia, & præcepta manere poſſunt. Quod ſi uerum eſt,libertas certe ſingulis gentibus relicta eſt condendi, quas ſibi conducere prouiderint,leges:quę tamen ad perpetuam illam charitatis regulam exigantur,ut forma quidem uarient,rationem habeant eandẽ. Nam barbaras illas & feras leges (quales fuerunt,quæ fures honore proſequebãtur, quæ promiſcuos coitus permittebant,aliæq; multo tum fœdiores,tum abſurdiores) pro legibus habendas minime cenſeo.quandoquidem abhorrent ab omni,non iuſtitia modo, ſed humanitate etiam & manſuetudine.Id quod dixi planum fiet, ſi in legibus omnibus duo hæc(ut decet)intueamur:legis conſtitutionem:& æquitatem,cuius ratione conſtitutio ipſa nititur. Aequitas,quia naturalis eſt,non niſi una omnium eſſe poteſt. ideò & legibus omnibus,pro negocij genere,eadem propoſita eſſe debet. Conſtitutiones,quia circumſtantias aliquas habent,á quibus pro parte pendeant,modo in eundem æquitatis ſcopum omnes pariter intendant, diuerſas eſſe nihil obeſt. Iam cum Dei legem, quam moralem uocamus,conſtet non aliud eſſe, quàm naturalis legis teſtimonium,& eius conſcientię, quę hominum animis à Deo inſculpta eſt:tota huius,de qua nunc loquimur,æquitatis ratio in ipſa perſcripta eſt. Proinde ſola quoq; ipſa legum omnium & ſcopus,& regula,& terminus ſit,oportet. Ad eam regulam quæcunq; formatæ erunt leges,quę in eum ſcopum directę, quæ eo termino limitatę:non eſt cur à nobis improbentur, utcunq; uel à lege Iu-
Exod.22 daica,uel inter ſe ipſæ aliàs differant. Lex Dei furari prohibet. Quæ furtis conſtituta fuerit pœna in politia Iudæorum,uidere eſt in Exodo. Aliarum gentium uetuſtiſſimæ leges furtum duplo puniebant. quæ poſtea ſecutæ ſunt, diſcreuerunt inter manifeſtum,& non manifeſtum. Aliæ ad exilium progreſſæ ſunt, aliæ ad flagrum,aliæ denicq; ad capitis ſupplicium. Falſum teſtimonium talionis pœna inter Iudæos plectebatur: alibi graui tantum ignominia, alibi ſuſpendio, alibi cruce.
Deut.19 Homicidium omnes pariter leges ſanguine ulciſcuntur,diuerſis tamen mortis generibus. In adulteros alibi ſeueriores,alibi leuiores edictæ ſunt pœnæ. Videmus tamen,ut eiuſmodi diuerſitate in eundem omnes finem tendant. Nam, uno ſimulore, pœnam pronunciant in ea, quę æterna Dei lege damnata ſunt,facinora, nempe homicidia, furta, adulteria, falſa teſtimonia. ſed in pœnæ modo non conueniunt,

conueniunt. Neq; uero id neceſſe eſt, neq; etiam expedit. Eſt regio, quæ niſi horrendis exemplis in homicidas ſæuiat, cædibus ſtatim & latrocinijs perdenda ſit. Eſt ſæculum, quod pœnarum acerbitatem augeri poſtulet. Eſt gens in uitium quoddam propenſior, niſi acerrime compeſcatur. Quàm malignus fuerit is, ac publico bono inuidus, qui tali diuerſitate offenditur, ad retinendam legis Dei obſeruationem accommodatiſsima? Nam quod iactatur à quibuſdam, fieri contumeliam legi Dei per Moyſen latæ: cum abrogata illa, nouæ aliæ illi præferuntur, uaniſsimum eſt. Neq; enim aliæ illi præferuntur, dum magis probantur, non ſimplici collatione: ſed temporum, loci, gentis conditione: aut illa abrogatur, quæ nobis lata nunq; fuit. ſiquidem non eam Dominus per manum Moſæ tradidit, quæ in gentes omnes promulgaretur: ſed cum Iudaicam gentem, in fidem, patrocinium, clientelam ſuam ſuſcepiſſet, illi etiam peculiariter legislator eſſe uoluit, ac q̃d ſapientis legislatoris erat, ſingularem quandam eius rationem, in ferendis legibus habuit.

Supereſt nunc, iſtud ut uideamus, quod poſtremo loco propoſitum erat: quis legum, iudiciorum, magiſtratuum uſus ad communem Chriſtianorum ſocietatem redeat: quantum magiſtratibus à priuatis hominibus deferendum ſit: quæ obedientia debeatur. Plurimis uidetur ſuperuacaneum eſſe munus magiſtratus inter Chriſtianos, quod ſcilicet implorare pie non poſsint. utpote, quibus uindicare, in iudicium poſtulare, litigare, uetitum ſit. At cum Paulus contra clare teſtetur, miniſtrum nobis Dei eſſe in bonum: ex eo intelligimus, Domini uoluntatem eſſe, ut eius manu ac præſidijs, aduerſus flagitioſorum hominum improbitatem & iniurias defenſi, quietam ac ſecuram uitam agamus: Quod ſi fruſtra in præſidium nobis à Domino datus eſt, niſi tali nobis beneficio uti licet: ſatis apparet, implorari quoque & appellari non impie poſſe. Hic uero mihi cum duplici hominum genere agendum eſt. Sunt enim permulti, qui tanta litigandi rabie æſtuant, ut quietem nunquam habeant apud ſe, niſi cum alijs pugnent. Lites uero ipſas, & capitali odiorum acerbitate, & inſana uindicandi nocendiq; cupiditate exequuntur, & implacabili pertinacia perſequuntur, ad ſui uſque aduerſarij ruinam. Interim, nequid, niſi iure, agere exiſtimentur, iudiciorum prætextu, talem peruerſitatem defendunt. At ſi cum fratre, iudicio agere permiſſum eſt, non protinus odiſſe ipſum licet: non furioſo nocendi ſtudio in illum ferri: non pertinaciter inſequi. Sic ergo tales habeant: legitima eſſe iudicia, ſi quis recte utatur. Rectum autem eſſe uſum, tum actori, agendi: tum defendendi, reo: ſi hic quidem poſtulatus, ad condictam diem ſe ſiſtit, & qua poteſt exceptione cauſſam defendit, citra acerbitatem, ſed hoc tantum affectu, ut quod ſuum eſt, iure tueatur: ille uero indigne, ſiue in capite, ſiue in fortunis oppreſſus, in magiſtratus fidem ſe conferat, querimoniam exponat, quod æquum eſt ac bonum, poſtulet: ſed omni procul nocendi uindicandiue libidine, procul aſperitate & odio, procul contentionis ardore. quin potius paratus ſuo cedere, & quiduis perpeti, quàm inimico in aduerſarium animo ferri. Contra, ubi animi maleuolentia ſuffuſi, corrupti inuidia, iracundia incenſi, ultionem ſpirantes: aut ſic denique ardore certaminis inflammati, ut de charitate aliquid remittant, tota etiam iuſtiſsimæ cauſſæ actio non impia eſſe non poteſt. Nam hoc conſtitutum eſſe axioma Chriſtianis omnibus conuenit: nunquam, quantumuis æquam, litem iuſtæ tractari à quouis poſſe, niſi pari aduerſarium dilectione beneuolentiaque proſequatur, ac ſi iam amice, quod controuertitur negocium, tranſactum ac compoſitum eſſet. Iniecerit forte aliquis, talem moderationem adeò nunquam in iudicium afferri, ut inſtar ſit prodigij futura, ſi qua reperta fuerit. fateor ſane, ut ſunt horum temporum mores, rarum extare probi litigatoris exemplum. ſed res tamen ipſa, nullius mali acceſſione inquinata, bona eſſe & pura non deſinit. Cæterum, cum ſanctum eſſe Dei donum audimus, auxilium magiſtratus: eò diligentius cauendum eſt, ne noſtro uitio polluatur. Rom. 13.

Qui uero iudiciarias omnes diſceptationes præciſe damnant: intelligant ſe

ſanctam Dei ordinationem ſimul repudiare: & donum ex eorum genere, quæ mundis munda eſſe poſsint. niſi forte Paulum flagitij inſimulare uolent, qui & accuſatorum calumnias, eorum quoque uafriciem & malitiam exponendo, à ſe depulit: & Romanæ ciuitatis prærogatiuam ſibi in iudicijs aſſeruit: & ab iniquo
Acto. 22. & 24. 25. præſide, ad Cæſaris tribunal, cum opus fuit, prouocauit. Nec obeſt, quod Chriſtianis omnibus interdicta eſt uindictæ cupiditas, quam & nos à Chriſtianis ſubſellijs longiſsime abigimus. Nam, ſiue crudeliter contenditur, non recta incedit
Deut. 32. Matth. 5. uia, niſi qui innoxia ſimplicitate, rem ſuam iudici, tanquàm publico tutori, com-
Roma. 12. mendat: nihil minus, quam mutuam mali uicem, qui eſt uindictę affectus, rependere cogitans, ſiue capitalis aut grauior aliqua intenditur actio, eum accuſatorem requirimus, qui nullo ulciſcendi æſtu correptus, nulla priuatæ iniuriæ offenſione tactus, in forum accedat: ſed in animo duntaxat habens, pernicioſi hominis conatus impedire, ne reipublic. noceant. Quod ſi uindicem animum tollis, nihil in mandatum illud delinquitur, quo ultio Chriſtianis interdicitur. At non
Roma. 12. ſolum uindictam appetere uetantur, ſed manum quoque Domini iubentur expectare, qui ſe oppreſsis & afflictis adfuturum ultorem pollicetur. Illam autem Domini ultionem anteuertunt, qui opem aut ſibi, aut alijs fieri à magiſtratu po-
Roma. 13. Matth. 5. ſtulant. Minime id uero, ſiquidem magiſtratus uindictam, non hominis, ſed Dei eſſe, cogitandum eſt: quam per hominis miniſterium nobis (ut ait Paulus) largitur. Nihilo etiam magis cum Chriſti verbis pugnamus: quibus reſiſtere malo prohibet: & dexteram maxillam obuertere præcipit ei, qui alapam in ſiniſtram impegerit: permittereque ei pallium, qui tunicam auferat. Vult quidem illic ſuorum animos à retaliandi cupidine tantopere abhorrere, ut citius duplicari in ſe iniuriam laturi ſint, quam ad rependendam animos adiecturi. à qua patientia nec ipſi eos abducimus. Vere enim Chriſtianos eſſe oportet hominum genus ad contumelias iniuriaſque ferendas natum: peſsimorum hominum nequitiæ, impoſturis, ludibrijs expoſitum. neque id modo: ſed eorum omnium malorum tolerantes eſſe oportet, hoc eſt, ſic totis animis compoſitos, ut ſuſcepta una afflictione, ad alteram ſe comparent: nihil ſibi in totam uitam promittentes, quàm perpetuę crucis tolerantiam. Interim & ijs, qui ſibi iniurij ſunt, benefaciant: & maledicentibus bene precentur, &, quæ unica eſt ſua uictoria, bono malum uincere
Roma. 12. contendant. Sic affecti, non quærent oculum pro oculo, dentem pro dente (quaſi ſuos diſcipulos inſtituebant phariſæi, ad appetendam ultionem) ſed (quomodo à Chriſto eruditur) & corpus ſuum mutilari, & malitioſe ſua ſibi eripi ſic ferent, ut eas iniurias, ſimul ac irrogatæ ſibi fuerint, remiſsuri ſint, ac ultro condonaturi. Neque iſthæc tamen animorum æquitas & moderatio impediet, quin integra in ſuos inimicos amicitia, magiſtratus ope, ad rerum ſuarum conſeruationem utantur: aut publici boni ſtudio, ſontem ac peſtilentem hominem ad pœnam poſtulent, quem emendari, niſi morte, non poſſe nouerint. Vere enim Auguſtinus hæc præcepta omnia eò tendere interpretatur, ut paratus ſit homo
Epiſto. 5. ad Marcel. iuſtus & pius eorum malitiam patienter ſuſtinere, quos fieri bonos quęrit: ut numerus potius creſcat bonorum, non ut pari malitia ſe quoque numero addat malorum: deinde ad præparationem cordis quæ intus eſt, magis pertinere, quàm ad opus quod in aperto fit: ut teneatur in ſecreto animi patientia cum beneuolentia, in manifeſto autem id fiat, quod illis uidemus prodeſſe poſſe, quibus bene uelle debemus.

Quod autem obiectari ſolet, lites à Paulo in uniuerſum eſſe damnatas, id quoque falſum eſt. Intelligi ex eius verbis facile poteſt, immodicum fuiſſe litigandi furorem in Corinthiorum Eccleſia: uſque eo, ut Chriſti Euangelium, & totam ſuam religionem, impiorum cauillis ac maledicentiæ exponerent. Id primum reprehendit in illis Paulus, quod Euangelium apud infideles, diſſenſionum ſuarum intemperie, traducerent. Deinde & hoc ipſum, quod eum in modum inter ſe diſſiderent, fratres cum fratribus. Tam enim procul à ferenda iniuria alieni erant, ut alij aliorum fortunis auide inhiarent, ultro laceſſerent, & damnum inferrent. In illam

illam ergo litigandi insaniam inuehitur, non simpliciter in quasuis controuersias. At omnino uitium uel infirmitatem esse pronunciat, quod non potius damnum acciperent rerum suarum, quam pro his conseruandis ad contentiones usque laborarent. Nempe cum adeo facile quibuslibet damnis cõmouerentur, et minimis de causis ad forum & lites decurrerent, hoc indicio esse dicit, quòd animo esset nimis irritabili, & ad patientiam minus comparato. Id sane Christianis agendum est, ut de suo iure decedere semper malint, quam in forum progredi: unde uix exire possint, nisi commotiore animo, & in fratris odium accenso. Verum ubi quis citra charitatis dispendium, rem suam se posse tueri uiderit, cuius iactura graui sibi dispendio futura sit, id si faciat, nihil in istam Pauli sententiam delinquit. Denique (quod initio docuimus) optimum cuique consilium dabit charitas: sine qua quæcunque suscipiuntur, & ultra quam quæ progrediuntur, disceptationes, iniustas esse & impias, extra controuersiam ponimus.

Subditorum erga suos magistratus officium primum est, de eorum functione quam honorificentissime sentire, quam scilicet, uelut delegatam à Deo iurisdictionem, agnoscant; eosque ob id suspicere ac reuereri, ut Dei ministros ac legatos. Quosdam enim reperias, qui suis se magistratibus ualde obsequentes præbeant: ac nolint quidem non esse, quibus obsequantur: quod bono publico ita expedire norunt: de ipsis tamen magistratibus non secus existiment, ac malis quibusdã necessarijs. Verum plus quiddam à nobis requirit Petrus, cum regem honorari: & Solomo, cum Deum & regem timeri præcipit. Ille enim sub honorandi ver- 1. Pet. 2. bo, synceram ac candidam existimationem complectitur: hic regem cum Deo coniungens, sanctæ cuiusdam ueneration is ac dignitatis plenum esse ostendit. Est & illud præclarum apud Paulum elogium, ut obediamus non solum propter iram, sed propter conscientiam. Quo intelligit, non terrore modo principum ac præfectorum adduci subditos debere, ut in eorum subiectione contineantur Roma. 13. (qualiter succumbere hosti armato solent, qui uindictam fore promptam uident, si restiterint) uerum quia Deo ipsi redduntur obsequia, quæ istis præstantur: quando eorum potestas à Deo est. Ex eo & alterum deinde sequitur, ut propensis in eorum obseruationem animis, suam illis obedientiam approbent: siue edictis parendum, siue tributa soluenda, siue subeunda publica munera atque onera, quæ ad communem defensionem spectent, siue qua alia iussa capessenda. Omnis anima, inquit Paulus, potestatibus sublimioribus subdita sit. qui enim Ibidem. potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Admoneto illos (scribit idem Tito) Tit. 3. ut Principatibus ac potestatibus subditi sint: ut magistratibus pareant, ut ad om- 1. Pet. 2. ne opus bonum sint parati. Et Petrus. Subditi, inquit, estote cuiuis humanæ creaturæ, propter Dominum: siue Regi tanquam præcellenti: siue præsidibus, qui per eum mittuntur, ad uindictam quidem nocentium, laudem uero recte agentium. Porro, quò, non subiectionem simulare, sed syncere & ex animo subiectos se esse testentur: addit Paulus, ut eorum, sub quibus uiuunt, salutẽ ac prosperitatem Deo commendent. Adhortor, inquit, ut fiant deprecationes, obsecratio- 1. Timo. 2. nes, interpellationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus in eminentia constitutis, ut placidam & quietam uitam degamus, cum omni pietate ac honestate. Neque hic se quisquam fallat. Quando enim resisti magistratui non potest, quin simul Deo resistatur: etiamsi impune contemni uidetur posse inermis magistratus, Deus tamen armatus est, qui sui contemptum fortiter ulciscatur.

Sub hac præterea obedientia, moderationem comprehendo, quam sibi in publico imperare debent priuati homines, ne se ultro admisceant publicis negocijs, aut temere irrumpant in partes magistratus, ac ne quid omnino publice moliantur. Si quid in publica ordinatione corrigi intererit, non tumultuentur ipsi, nec admoueant operi manus: quas illis omnibus ligatas esse hac in parte decet. ad magistratus cognitionem deferant, cuius unius hic soluta est manus. Intelligo autem, ne quid iniusti audeant. Nam ubi accesserit præfecti imperium, iam ipsi

quoq; publica authoritate præditi sunt. Vt enim aures atq; oculos principis, uocare vulgo solent eius consiliarios: ita non insulse principis manus quis dicat, qs rebus agendis, mandato suo, præfecerit.

Quoniam autem hactenus magistratum descripsimus, qui uere sit quod dicitur, ille scilicet patriæ pater, & (ut poeta loquitur) pastor populi, cultos pacis, præses iustitiæ, innocentiæ uindex: insanus merito iudicandus sit, cui tale non probetur imperium. At cum omnium prope sæculorum hoc exemplum sit, ut principum alij, eorum omnium securi, quibus prouidendis intenti esse debuerant, procul omni solicitudine socordes delicientur: alij ad rem suam attenti, iura omnia, priuilegia, iudicia, diplomata uenalia prostituant: alij plebeculam exhauriant pecunia, quam postea insanis largitionibus profundant; alij expilandis domibus, uirginibus ac matronis uiolandis, mactandis infantibus, mera latrocinia exerceant: eos uero pro principibus agnoscendos esse, quorum imperio, quoad licet, parendum sit, multis persuaderi non potest. Siquidem dum in tanta indignitate, ac inter tam aliena, non à magistratus modo, sed hominis quoque officio, facinora, nullam speciem imaginis Dei intuentur, quæ in magistratu elucere debuerat: dum nullum conspiciunt uestigium eius ministri Dei qui in laudem bonis, malis in ultionem datus erat: ita neque etiam præfectum illum agnoscunt, cuius dignitatem atq; authoritatem scriptura nobis commendauit. Et sanè is sem per hominum animis ingenitus fuit sensus, non minore tyrannos odio atq; execratione insectari, quam dilectione & ueneratione prosequi legitimos reges. Verum, si in Dei verbum respicimus, longius nos deducet, ut non eorum modo principum imperio subditi simus, qui probe, & qua debent fide, munere suo defunguntur: sed omnium, qui quoquo modo rerum potiuntur, etiamsi nihil minus præstent, quàm quod ex officio erat principum. Tametsi enim summum suæ beneficentiæ munus esse magistratum, ad salutem hominum conseruandam, testatur Dominus, ac suos magistratibus ipsis fines præscribit: simul tamen declarat, qualescunque sint, non nisi à se habere imperium. Eos quidem, qui publico bono imperant, uera eius suæ beneficentiæ exemplaria esse & specimina: qui uero iniuste & impotenter dominantur, eos ad uindicandam populi iniquitatem à se excitatos. omnes ex æquo sancta illa maiestate esse præditos, qua legitimam potestatem instruxit. Non ultra progrediar, donec certa eius rei aliquot testimonia subiecero: Nec tamen, quo furorem Domini super terram esse, impium regem, confirmemus, laborandum est: quando neminem futurum arbitror, qui reclamet. nec sic de rege plus dictum fuerit, quàm de prædone, qui rem tuam diripiat: & adultero, qui thorum tuum polluat: de sicario, qui te ad cædem appetat; (cum huiusmodi calamitates omnes, inter Dei maledictiones, scriptura recenseat.) Verum in eo probando insistamus magis, quod non ita facile in hominum mentes cadit: in homine deterrimo, honoreque omni indignissimo (penes quem modo sit publica potestas) præclaram illam & diuinam potestatem residere quã Dominus iustitiæ ac iudicij sui ministris verbo suo detulit: proinde à subditis eadem in dignatione habendum (quantum ad publicam obedientiam attinet) quã optimum regem, si daretur, habituri essent.

Iob. 34.
Osea 13.
Iesaiæ. 3.
Iesaiæ. 10.
Deute. 28.

Principio uelim animaduertant, seduloſque obseruent lectores illam, quæ non sine causſa toties nobis in scripturis commemoratur, Dei prouidentiam: ac singularem actionem in distribuendis regnis, statuendisque, quos illi uisum fuerit, regibus. Apud Danielem. Dominus mutat tempora, & uices temporum: abijcit reges, & instituit. Item: ut cognoscant uiuentes, quod potens sit altissimus in regno hominum: cui ipse uoluerit, dabit illud. Cuiusmodi sententijs cum passim abundet scriptura, illa tamen prophetia peculiariter scatet. Iam, qualis rex fuerit Nabucadnezar, is qui Hierusalem expugnauit, satis scitur. nempe, strennuus alienorum inuasor, ac populator. Dominus tamen apud Iezechielem se illi terram Aegypti dedisse affirmat, pro ministerio, quo sibi in uastanda illa seruiuisset. Et illi dicebat Daniel: Tu rex, rex es regum: cui Deus cœlorum, dedit regnum

Daniel. 2.
Deut. 4.
Ezech. 29.
Danie. 2.

potens

potens ac forte atque glorioſum. tibi inquam, dedit: & omnes terras ubi habitant
filij hominum, beſtiæ ſylueſtres, & uolucres cœli, eas tradidit in manum tuam, ac Danie. 5.
fecit te dominari eis. Rurſum eius filio Belzaſar: Deus altiſſimus dedit Nabuc-
hadnezar patri tuo regnum & magnificentiam, honorem & gloriam, & propter
magnificentiam quam dedit illi, omnes populi, tribus, & linguæ fuerunt tremen-
tes & timentes à conſpectu eius. Cum audimus, à Deo impoſitum eſſe regem:
ſimul illa, de honorando & timendo rege, cœleſtia edicta animo repetamus: & ne
quiſſimum tyrannum non dubitabimus eo habere loco, quo Dominus ipſum 1. Reg. 8.
dignatus fuerit. Samuel, cum populo Iſrael denunciaret, qualia eſſet à regibus
ſuis paſſurus: hoc ius erit regis, dicebat, qui regnabit ſuper uos, filios ueſtros tol-
let, & ponet eos ad currum ſuum, ut ponat eos pro equitibus ſuis, & ut arent a-
gros ſuos, & meſſem ſuam metant, & arma fabricentur, filias ueſtras tollet, ut ſint
pigmentariæ, coquæ, & priſtices. agros denique ueſtros, uineas ueſtras, & oliue-
ta optima auferet, & dabit ſeruis ſuis. femina ueſtra, & uineas ueſtras decimabit,
& dabit eunuchis & ſeruis ſuis, ſeruos ueſtros, ancillas & aſinos tollet: & adhibe-
bit operi ſuo. quin & greges ueſtros decimabit: & uos eritis ſerui illius. Certe Deute. 17.
non id iure facturi erant reges, quos optime ad omnem continentiam lex inſtitue-
bat: ſed ius in populum uocabatur, cui parere, ipſi neceſſe eſſet, nec obſiſte-
re liceret.

Ac ſi dixiſſet Samuel. Eò ſe proripiet licentiæ regum libido, quam cohibere
ueſtrum non erit: quibus hoc reſtabit unum, iuſſa excipere, ac dicto audientes eſ-
ſe. In primis autem inſignis eſt & memorabilis apud Ieremiam locus: quem, Ieremi. 27.
tametſi prolixiorem, ideo non pigebit referre, quia totam hanc quæſtionem cla-
riſſime definit. Ego feci terram, & homines (ait Dominus) & animalia, quæ
ſunt in ſuperficie terræ, in fortitudine mea magna, & brachio extento: & ipſam
trado ei, qui placuerit in oculis meis. & nunc itaque ego dedi omnes terras iſtas
in manum Nabuchadnezar ſerui mei, & ſeruient ei gentes omnes, & reges ma-
gni: donec tempus ueniet terræ eius. eritque, ut gens & regnum regis Babel, ui-
ſitabo gentem illam in gladio, fame, & peſte: quare, ſeruite regi Babel, & uiuite.
Videmus quanta obedientia Dominus tetrum illum ferocemque tyrannum, co-
li uoluerit: non alia ratione, niſi quia regnum obtinebat. Id autem ipſum erat,
Domini decreto, in ſolium regni impoſitum eſſe: ac in regiam maieſtatem aſſum-
ptum, quam uiolare nefas eſſet. Hoc nobis ſi aſsidue ob animos & oculos obuer-
ſetur, eodē decreto conſtitui etiam nequiſsimos reges, quo regum authoritas ſta-
tuitur: nunquam in animum nobis ſeditioſæ illæ cogitationes uenient, tractan-
dum eſſe pro meritis regem: nec æquum eſſe, ut ſubditos ei præſtemus, qui ui-
ciſsim regem nobis non præſtet. fruſtra obijciat quis, mandatum illud fuiſſe Iſrae-
litis peculiare. Obſeruandum enim eſt, qua ratione ipſum Dominus ſtabiliat.
Detuli, inquit, Nabuchadnezar regnum, quare ſeruite illi & uiuite. Cuicumque
ergo delatum fuiſſe regnum conſtabit: ei ſeruiendum eſſe, ne dubitemus. At-
qui ſimul ac in regium faſtigium quempiam euehit Dominus, teſtatam nobis fa-
cit ſuam uoluntatem, quod regnare illum uelit. De eo enim extant generalia ſcri-
pturæ teſtimonia. Iob, uigeſimo octauo, propter iniquitatem terræ ſunt multi
principes. Item. duodecimo. Subiectionem tollit à regibus, & rurſum accingit
eos cingulo. Eo autem confeſſo, nihil reſtat, niſi ut ſeruiamus, & uiuamus. Eſt
apud Ieremiam prophetam, alterum quoque Domini mandatum: quo iubet po-
pulum ſuum quærere pacem Babylonis, in quam captiui abducti eſſent: & ora-
re ad ſe pro ea: quoniam in pace eius futura eſſet pax eorum. Ecce, Iſraelitæ
fortunis omnibus exuti, è domibus ſuis auulſi, in exilium abacti, in miſeram con-
iecti ſeruitutem, pro uictoris proſperitate orare iubentur. non quomodo iube-
mur alias perſecutoribus noſtris bene precari: ſed ut ſaluum illi regnum & tran-
quillum conſeruetur, ut ſub eo ipſi quoq; proſpere agant. Sic Dauid, iam rex Dei
ordinatione deſignatus, ſanctoque eius oleo unctus, cum nullo ſuo merito indi-

gne à Saule impeteretur, insidiatoris tamen sui sacrosanctum habebat caput, quod regni honore Dominus sanctificauerat. Absit à me, dicebat, ut coram Domino faciam rem istam Domino meo Meschie Domini: ut mittam manum meã
1. Reg. 24. in eum, quoniam Christus Domini est. Item: pepercit tibi anima mea. dixiq;. Nõ
1. Reg. 26. mittam manum meam in Dominum meum, quoniã Christus Domini est. Item: Quis mittet manũ suam in Christum Domini, & innocens erit? Viuit Dominus. nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius uenerit, ut moriatur, aut in prælio descenderit: absit à me, ut mittam manum meam in Christum Domini.

Hunc reuerentiæ, atq; adeo pietatis affectum debemus, ad extremum, præfectis nostris omnibus, quales tandem cunq; sint, Quod sæpius ideo repeto, ut discamus non homines ipsos excutere: sed satis habeamus, quod eam uoluntate Domini, personam sustineant, cui inuiolabilem maiestatẽ impressit ipse & insculpsit. At mutuas, inquies, subditis suis uices debent præfecti. Id iam confessus sum. Verum, si ex eo statuis, non nisi iustis imperijs rependenda obsequia, insulsus es ra-
Ephe. 6. & 5. tiocinator. Nam & uiri uxoribus, & liberis parentes, mutuis officijs adstringuntur. Discedant ab officio parentes & mariti. Illi, liberis, quos prohibentur ad ira-
2. Pet. 3. cundiam prouocare, sic se duros & intractabiles præbeant, ut sua eos morositate ultra modum fatigent: hi, suas uxores, quas diligere, & quibus, ceu uasculis fragilibus, parcere iubentur, contumeliosissime accipiant. An minus tamen & parentibus liberi, & coniugibus mulieres obsequentes erunt? At improbis quoq; & inofficiosis subijciuntur. Quin, cum omnibus istud agendum sit potius, ne in manticam à tergo pendentem respectent, hoc est, ne alij in aliorum inquirant officia: sed, quod sui est muneris, id sibi unum singuli subijciant: id uero inter eos præsertim ualere debet, qui sub aliorum sunt potestate positi. Quare si à sæuo principe crudeliter torquemur, si ab auaro, aut luxurioso rapaciter expilamur, si ab ignauo negligimur, si ab impio deniq; & sacrilego uexamur, ob pietatem: subeat primum
Danie. 9. delictorum nostrorum recordatio, quæ talibus haud dubie Domini flagellis castigantur. succurrat deinde & hæc cogitatio, non nostrum esse, huiusmodi malis mederi. hoc tantum esse reliquum, ut Domini opem imploremus: cuius in manu
Prouer. 21 sunt regum corda, & regnorum inclinationes. Ille Deus est: q stabit in synagoga
Psal. 82. Deorum, & in medio Deos dijudicabit. à cuius facie concident & conterentur re-
Psal. 2. ges omnes, & iudices terræ, quicunq; non osculati fuerint Christum eius: qui scri-
Isaiæ. 10 pserint leges iniquas, ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent causſæ humilium, ut uiduas haberent in prædam, & pupillos diriperent.

Atq; hic mirabilis eius, tum bonitas, tum potentia, tum prouidentia, sese profert. Nam modo ex seruis suis manifestos uindices excitat, ac mandato suo in-
Exodi. 3. struit, qui de scelerata dominatione pœnas sumant, & oppressum iniustis modis populum è misera calamitate eximant: modo furorem aliud cogitantiũ, & aliud molientium hominum eò destinant. Sic populum Israel è tyrannide Pharaonis, per Moysen: è uiolentia Chusan regis Syriæ, per Othniel: ex alijs seruitijs,
Iud. 2. & sequent. per alios uel reges, uel iudices, in libertatem asseruit. Sic Tyri superbiam per Aegyptios: sic Aegyptiorum insolentiam per Assyrios: Assyriorum ferociam, per Chaldæos: confidentiam Babylonis, per Medos & Persas domuit. Regum uero Iuda & Israel ingratitudinem & erga tot sua beneficia impiam contumaciam, nunc per Assyrios, nunc per Babylonios, contudit & afflixit, quanquam non eadem omnia ratione. Priores enim illi, quando ad edenda talia facinora, legitima Dei uocatione, accersiti erant, in reges incurrendo, minime uiolabant eam, quæ diuina ordinatione regibus indita est, maiestatem: sed minorem potestatem maiore coercebant: perinde ac in suos satrapas regibus animaduertere licet. Hi, tametsi Dei manu, quo illi usum erat, destinabantur, opusque eius inscientes peragebant: nihil tamen aliud animo, quàm scelus, uolutabant. Verum, utcunque ipsa hominum facta censeantur, Dominus tamen per ea suum æque opus exequebatur, cum sanguinaria regum insolentium sceptra confringeret, ac intolerandas dominationes euerteret. Audiant principes, & terreantur.

Nobis

Nobis autem interim summopere cauendum, ne illam, plenam uenerandæ maiestatis magistratuum authoritatem, quam Deus grauissimis edictis sanxit, etiam si apud indignissimos resideat, & qui eam sua nequitia, quantum in se est, polluunt, contemnamus aut uiolemus. Neque enim si ultio Domini est, effrenatæ dominationis correctio: ideo protinus demandatam nobis arbitremur: quibus nullum aliud, quàm parendi, & patiendi, datum est mandatum. De priuatis hominibus semper loquor. Nam si qui nunc sint populares magistratus, ad moderandam regum libidinem constituti (quales olim erant, qui Lacedæmonijs regibus oppositi erant, Ephori: aut Romanis consulibus, Tribuni plebis: aut Athenienſium senatui, Demarchi: & qua etiam fortè potestate, ut nunc res habent, funguntur in singulis regnis tres ordines, cum primarios conuentus peragunt) adeò illos ferocienti regum licentiæ, pro officio, intercedere non ueto, ut si regibus impotenter grassantibus, & humili plebeculæ insultantibus conniueant: eorum dissimulationem nefaria perfidia non carere affirmem, quia populi libertatem (cuius se, Dei ordinatione, tutores positos norunt) fraudulenter produnt. At uerò in ea, quam præfectorum imperijs deberi constituimus, obedientia, id semper excipiendum est, imò in primis obseruandum ne ab eius obedientia nos deducat, cuius uoluntati regum omnium uota subesse, cuius decretis iussa cedere, cuius maiestati fasces submitti, par est. Et uerò, ut hominibus satisfacias, in eius offensionem incurrere, propter quem hominibus ipsis obedias, quam præposterum fuerit: Dominus ergo rex est regum: qui ubi sacrum os aperuit, unus pro omnibus, sumit, ac supra omnes, sit audiendus: Iis deinde qui nobis, præsunt, hominibus subiecti sumus: sed non nisi in ipso. Aduersus ipsum si quid imperent, nullo sit nec loco, nec numero: Neque hic totam illam, qua magistratus pollent, dignitatem quicquam moremur: cui iniuria nulla fit, dum in ordinem, præ singulari illa uereque summa Dei potestate, cogitur. Scio quantum quamque præsens huic constantiæ periculum immineat, quòd indignissime se contemni reges ferant: quorum indignatio nuncius est mortis, inquit Salomon. Sed cum istud à cœlesti precone Petro pronuncia-
tum sit edictum, obediendum Deo potius, quam hominibus: hac nos cogita-
tione consolemur. Illam tum nos præstare, quam Dominus exigit, o-
bedientiam, dum quiduis perpetimur potius, quam à pietate defle-
ctamus. Et ne nobis labescant animi, alium etiam stimulum Pau-
lus admonet. Nos ideo tanti à Christo redemptos esse,
quanti illi constitit nostra redemptio, ne prauis ho-
minum cupiditatibus seruos nos addica-
mus: multo uero minus impietati.

DE VITA HOMINIS CHRISTIANI.

Caput XXI.

DVM uitam Christiani hominis formandam suscipio, argumentum ingredior uariũ & copiosum, & quod magnitudine sua longum uolumen explere possit, si numeris suis omnibus ipsum absoluere libeat. Videmus enim in quantam prolixitatem diffundantur ueterum paræneses, de singulis tantum uirtutibus compositæ. Nec id loquacitate nimia, siquidem quamcunque uirtutem commendare oratione propositum sit, ultro stylus in eam amplitudinem, materiæ copia, deducitur, ut rite disseruisse nõ uideare, nisi multa dixeris. Mihi uerò animus non est, quam me traditurum nunc profiteor uitæ institutionem, eò usque extendere, ut & peculiariter singulas prosequatur uirtutes, & in exhortationes expatietur. Ex aliorum scriptis, præsertim uerò ex ueterum homilijs, hæc petantur. Mihi abunde erit, si methodum ostendero, qua uir pius ad rectum constituendæ uitæ scopum deducatur: ac regulam quandam uniuersalem breuiter finiero, ad quam officia sua non male exigat. Declamationibus suum aliquando forte tempus erit: præsentis autem operis ratio postulat, ut simplicem doctrinam, quanta licebit breuitate, perstringamus. Quemadmodum autem certos recti & honesti fines habent philosophi, unde particularia officia, totumque uirtutum chorum deducunt: ita nec ordine suo caret in hoc scriptura. quin pulcherrimam œconomiam tenet, ac philosophicis omnibus multo certiorem. Hoc tantum interest, quòd illi, ut erant ambitiosi homines, exquisitam dispositionis perspicuitatem, qua ingenij dexteritatem ostentarẽt, sedulo affectarunt: Spiritus uerò Dei, quia sine affectatione docebat, non ita exacte, nec perpetuo methodicam rationem obseruauit: quam tamen dum alicubi ponit, satis innuit, non esse à nobis negligendam.

Porrò duabus potissimum partibus incumbit hæc, de qua loquimur, scripturæ institutio. Prior est, ut iustitiæ amor, ad quem alioqui natura minime propensi sumus, animis nostris instilletur, ac inseratur. altera, ut nobis norma præscribatur, quæ nos in iustitiæ studio aberrare non sinat. commendandæ autem iustitię rationes habet plurimas & optimas: ex quibus multas supra diuersis locis notauimus, nonnullas adhuc breuiter hic attingemus. A quo fundamento melius exordiatur, quàm dum admonet, nos sanctificari oportere, quia Deus noster sanctus est: siquidem cum, instar dissectarũ ouium, dispersi essemus, ac per mundi labyrinthum dissipati, ipse nos recollegit, ut sibi aggregaret. *Leuit. 19 1. Petri. 1.* Cum nostræ cum Deo coniunctionis mentionem audimus: meminerimus sanctitatem oportere eius esse copulam: non quia sanctitatis merito ueniamus in eius communionem: cum potius adhærere primo illi oporteat, ut eius sanctitate perfundamur: sed quoniam ad eius gloriam magnopere pertinet, non esse illi consortium cum iniquitate & immunditia. Quare & hunc uocationis nostrę finem esse docet, in quẽ respicere semper conueniat, si uocanti Deo uelimus respondere. Quorsum enim à mundi nequitia & pollutione, in quibus demersi eramus, nos erui attinebat, si nobis permittimus tota uita in illis uolutari? Adhæc simul etiam admonet nos, ut in Domini populo censeamur, sanctam ciuitatem Ierusalem oportere inhabitare: quam ut ipse sibi consecrauit: ita incolarum impuritate, nefas est profanari. *Iesa. 35. & alibi.* unde sunt eæ uoces, locum ijs futurum in Dei tabernaculo, qui incedunt sine macula, & iustitiæ student &c. Ac quo melius nos expergefaciat, ostendit Deum Patrem, quemadmodum nos sibi in Christo suo, conciliauit, ita in eo nobis

imaginem

imaginem signasse, ad quam nos conformari uelit. Age, præstantiorem œconomiam mihi apud philosophos reperiant, qui apud eos solos rite atq; ordine dispositam putant philosophiam moralem. Illi, dum ad uirtutem egregiè uolunt adhortari, nihil aliud afferunt, quàm ut naturæ cõuenienter uiuamus. Scriptura autem à uero fonte deducit exhortationem, cum non modo uitam nostram ad Deum authorem, cui obstricta est, referre præcipit: sed postquàm degenerasse nos docuit à uera creationis nostræ origine ac lege, subiungit Christum, per quem in gratiam cum Deo redijmus, nobis propositum esse exemplar: cuius formam in uita nostra exprimamus. Quid hoc uno efficacius requiras? imò quid ultra hoc unum requiras? Hac enim conditione si adoptamur in filios à Domino, ut Christum, nostræ adoptionis uinculum, uita nostra repræsentet: nisi nos iustitiæ addicimus ac deuouemus, non modo à creatore nostro deficimus pessima perfidia, sed ipsum quoque seruatorem eiuramus. Deinde ab omnibus Dei beneficijs, quæ nobis commemorat, ac singulis salutis nostræ partibus, sumit exhortandi materiam. Ex quo se nobis Patrem Deus exhibuit, extremæ ingratitudinis nos esse arguendos, nisi uicissim illi filios exhibeamus. Ex quo nos Christus sanguinis sui lauachro purificauit, atque hanc purgationem per Baptismũ communicauit, non decere ut nouis sordibus inquinemur. Ex quo nos suo corpori inseruit, solicite cauendum, ne nobis, qui sumus eius membra, maculam aut labem ullam aspergamus. Ex quo ipse idem, qui caput est nostrum, in cœlum ascendit, conuenire, ut depositio terræ affectu, illuc toto pectore adspiremus. Ex quo nos Spiritus sanctus templa Deo dedicauit, dandam operã, ut Dei gloria per nos illustretur, nec uerò esse cõmittendum, ut peccati spurcitia profanemur. Ex quo & anima nostra & corpus, cœlesti incorruptioni, & immarcessibili coronæ destinata sunt, strenue enitendum esse, ut pura & incorrupta, in diem Domini conseruentur. Hæc, inquam, auspicatissima sunt bene constituendæ uitæ fundamenta, quibus nequaquàm similia deprehendas apud philosophos: qui in commendatione uirtutis, nunquàm supra hominis naturalem dignitatem conscendunt.

Psalm.33
Rom.6
Malach.2
Ephe.5.
1.Ioannis.3
Ephes.5
Heb.10
1.Cro.6.7
pri.Pet.1
1.Cor.6.
Ioan.15.
Ephe.5
Coloss.3
1.Co.3 et.6
2.Cor.6
1.Thess.5

Atque hic locus est compellandi eos, qui nihil habentes Christi, præter titulum ac symbolum, Christiani tamen nominari uolunt. Qua tandem fronte sacro eius nomine gloriantur? Siquidem nihil est commercij cum Christo, nisi ijs qui rectam eius cognitionem ex uerbo Euangelij perceperunt. Atqui eos omnes Christum recte didicisse negat Apostolus, qui non edocti sunt, abiecto ueteri homine, qui corrumpitur secundum desyderia erroris, ipsum esse induendum. Falso igitur, atque etiam iniuria, Christi cognitionem obtendere arguuntur, quamlibet diserte interim ac uolubiliter de Euangelio garriant. Non enim linguæ est doctrina, sed uitæ: nec intellectu, memoriaque duntaxat apprehenditur, ut reliquæ disciplinæ, sed tum recipitur demum, ubi animam totam possidet, sedemque & receptaculum inuenit in intimo cordis affectu. Aut ergo desinant cum Dei contumelia iactare id quod non sunt, aut se non indignos Christo magistro discipulos præstent. Doctrinæ, qua religio nostra continetur, priores dedimus partes, quandoquidem ab ea salus nostra inchoatur: uerum ea in pectus transfundatur, atque in mores transeat oportet, adeoque nos in se transformet, ut sit nobis non infructuosa. Si iure in eos philosophi excandescunt, eosq; probrosè à grege suo abigunt, qui cũ artem profiteantur, quæ magistra uitæ esse debeat, eam in sophisticam loquacitatem cõuertunt: quanto meliori ratione nugaces istos sophistas detestabimur, qui Euangelium in summis labris uolutare contenti sunt, cuius efficacia, centuplo magis, quàm frigidæ philosophorum paræneses, in affectus cordis intimos penetrare, animæ insidere, ac totum hominem afficere debuerat? Neque requiro, ut nihil quàm absolutum Euangelium Christiani hominis mores spirent. Quod tamen ipsum & optandum est, & conari necesse est. Sed non ita seuere requiro Euangelicam perfectionem, ut non sim pro Christiano agnoturus, qui nondum

Ephe.4

ad eam pertigerit, sic eũ ab Ecclesia excluderentur oẽs: quando nemo reperitur, qui nõ sit longo adhuc interuallo dissitus, multi uerò parũ adhuc progressi sunt, qui tamẽ immerito abijcerentur. Quid ergo? scopus ille ante oculos præfigatur, ad quẽ dirigatur studiũ nostrum. Præstituatur meta illa, ad quã & enitamur, & contendamus. Nõ enim ita partiri cum Deo fas est, ut ex ijs quę tibi eius uerbo præ-

Gen. 17. et alibi. scribunt, partem suscipias, partẽ arbitrio tuo prętereas. Primo eũ loco integritatẽ, tanq̃ pręcipuã cultus sui partem, ubiq̃ cõmendat, quo nomine synceram animi simplicitatem intelligit, quę fuco & fictiõe careat, cui cor duplex opponitur. Sed quoniam nemini tm̃ suppetit in terreno hoc corporis carcere roboris, ut iusta cursus alacritate festinet, maiorem uerò numerę tanta premit debilitas, ut uacillando & claudicando, humi etiam reptando, modice promoueant: eamus quisq̃ pro facultatulę suę modo, & inceptum iter prosequamur. Nemo tam infœliciter incedet, quin aliquantum saltem uiæ quotidie emetiatur. Hoc ergo agere non desinamus, aut aliquid assidue in uia Domini proficiamus, neque ob successus tenuitatem desperemus. utcunq̃ enim successus uoto non respondeat, non tamen perdita est opera, ubi hodiernus dies hesternum uincit. syncera modo simplicitate in scopum nostrum respiciamus, & ad metam adspiremus, nõ assentatorie blandientes nobis ipsis, nec malis nostris indulgentes, sed perpetuo conatu in hoc incumbentes, ut meliores nobis ipsis euadamus, donec ad ipsam peruentum fuerit bonitatem: quam quidem toto uitę spacio quærimus, ac sequimur, tum apprehendemus, cum nos carnis infirmitate exuti, in plenum eius consortium recepti fuerimus.

Et si optimam, & aptissime dispositam constituendæ uitę methodum habet lex Domini: uisum tamen est cœlesti magistro, accuratiore etiamnum ratione, ad ipsam, quam in lege præscripserat, regulam suos formare. Atque huius

Rom. 12 quidem rationis principium hoc est. Quod fidelium officium est præbere Deo sua corpora hostiam uiuentem, sanctam, & illi acceptam: atque in eo situm esse legitimum eius cultum, unde exhortandi argumentum ducitur, ne se accommodent ad figuram sęculi huius, sed transformentur renouatione mentis suæ, ut probent quæ sit uoluntas Dei. Iam hoc magnum est, nos esse Deo consecratos, ac dedicatos, nequid posthac cogitemus, loquamur, meditemur, agamus, nisi in eius gloriam. Sacrum enim non sine iniuria ad profanos usus applicatur. Quod si nostri non sumus, sed Domini: & quis error sit fugiendus, & quorsum dirigendæ sint uitæ nostrę actiones uniuersę, apparet. Nostri non sumus: ergo ne uel ratio nostra, uel uoluntas in consilijs nostris factisque dominetur. Nostri non sumus: ergo ne statuamus nobis hunc finem, ut quęramus quod nobis secundum carnem expediat. Nostri non sumus: ergo, quoad licet, obliuiscamur nosmetipsos, ac nostra omnia. Rursum, Domini sumus: illi ergo uiuamus ac moriamur. Domini sumus: cunctis ergo nostris actionibus præsideat sapientia eius & uoluntas. Domini sumus: ad illum igitur, tanquam solum legitimum finem, contendant omnes uitæ nostræ partes. O quantum ille profecit, qui se non suum esse edoctus, dominium, regimenq̃ sui propriæ rationi abrogauit, ut Domino asserat. Nam ut hęc ad perdendos homines efficacissima est pestis, ubi sibijpsis obtemperant, ita unicus est salutis portus, nihil nec sapere, nec uelle per se ipsum: sed Dominum pręeuntem duntaxat sequi. Sit hic itaque primus gradus: hominem à seipso discedere, qui totam ingenij uim applicet ad Domini obsequiũ. Obsequium dico non modo quod in uerbi obedientia iacet, sed quo mens hominis, proprio carnis sensu uacua, se ad Spiritus Dei nutum tota cõuertit. Hanc transformationem, quam renouationem mentis Paulus appellat, cum primus sit ad uitam ingressus, Philosophi omnes ignorarunt. Solam enim rationem humani moderatricem prefiçiunt, hanc solam putant audiendam, huic deniq̃ uni morę imperium deferunt ac permittunt. at christiana philosophia illam loco cędere, Spiritui sancto subijci ac subiugari iubet; ut homo iam nõ ipse uiuat, sed Christũ in se ferat uiuentem ac regnantem.

Inde

Inde consequitur & illud alterum. Vt ne quæramus quæ nostra sunt, sed quæ & ex Domini sint uoluntate, & faciant ad gloriam eius promouendam. Magni & hoc profectus, ut nostri penè obliti, certe ratione nostri pòst habita, Domino eiusq; mandatis fideliter studium nostrum impendamus. Cum enim nos priuatam nostri rationem omittere iubet scriptura, non modo habendi cupiditatem, potentiæ affectationem, hominum gratiam, ex animis nostris eradit: sed ambitionem quoque & omnem gloriæ humanæ appetitum, aliasque secretiores pestes eradicat. Ita sanè compositum & comparatum esse conuenit hominem Christianum, ut sibi in tota uita negotium cum Deo esse reputet. Hac ratione, ut omnia sua ad arbitrium calculumque eius reuocabit, ita totam mentis intentionem religiose ad eum referet. Nam qui Deum in omni re agenda intueri didicit, simul ab omni uana cogitatione auertitur. Hæc illa est nostri abnegatio, quam discipulis suis à primo tyrocinio mandat tanta diligentia Christus: quæ ubi semel in animo obtinuit, primum, neque superbiæ, neque fastui, neque ostentationi: deinde neque auaritiæ, neque libidini, neque luxuriæ, neque molliciei, neque alijs, quæ ex amore nostri generantur, malis locum ullum relinquit. Contra ubicunque non regnat, illic uel spurcissima uitia sine pudore peruagantur: uel si qua est uirtutis species, praua gloriæ cupidine uitiatur. Ostende enim hominẽ, si potes, qui nisi sibi, iuxta Domini mandatũ, renunciarit, gratis exercere bonitatem inter homines uelit. Nam quicunque non fuerunt hoc sensu occupati, laudis saltem gratia uirtutem sequuti sunt. Qui autẽ unq; ex philosophis uirtutem propter se expetendã maxime contenderunt, tanta arrogantia inflati fuerunt, ut appareat non ob aliud uirtutem expetijsse, nisi ut superbiendi haberent materiam. Atqui adeò non oblectatur Deus neque illis popularis auræ captatoribus, nec turgidis illis pectoribus, ut pronunciet illos in mundo suam recepisse mercedem, his propiores regno cœlorum faciat meretrices & publicanos. Nec dum tamen ad liquidum exposuimus, quot & quantis obstaculis impediatur homo à recti studio, quamdiu se ipsum non abnegauerit. Vere enim dictum est olim, mundum uitiorum esse reconditum in hominis anima. Nec aliud remedium inuenias, quàm si, te abnegato, ac præterita tui ratione, mentem ad ea quærenda totam intendas, quæ abs te Dominus requirit: & ideo tantum quærenda, quia illi placent. *Matth. 16*

Porrò hæc nostri abnegatio partim quidem in homines respicit, partim uerò, idque præcipue, in Deum. Cum enim sic nos cum hominibus gerere iubet scriptura, ut illos honore nobis anteferamus, ut procurãdis eorum commodis totos nos bona fide impendamus: ea dat mandata, quorũ minime capax est animus noster, nisi ante naturali sensu euacuatus. Nam, qua cæcitate omnes in amorem nostri ruimus, sibi quisque iustam caussam habere uidetur se efferendi, alios autem præ se omnes contemnendi. Si quid in nos contulit Deus non pœnitendum: eo freti, statim animos tollimus: nec tantum intumescimus, sed pœnè rumpimur superbia, uitia, quibus abundamus, & occultamus sedulo apud alios, & nobis ipsis leuia minutaq; esse fingimus, blandiendo, imò interdum pro uirtutibus osculamur. Eædem, quas in nobis admiramur, dotes si in alijs apparent, uel etiam superiores, ne cogamur illis cedere, nostra malignitate deterimus, ac carpimus, si qua sunt uitia, seuera acriq; animaduersione ea obseruare non contenti, odiose amplificamus. Hinc illa insolentia, ut quisq; nostrum, ceu cõmuni lege exemptus, supra reliquos uelit eminere: neminem uerò mortalium non secure & ferociter contemnat, uel certè tanq; inferiorem despiciat. Cedunt diuitibus pauperes, plebeij nobilibus, serui Dominis, literatis indocti. sed nemo est qui non aliquam præstantiæ opinionem intus alat. Ita singuli sibi adulando regnum quoddam gerunt in pectore. sibi enim arrogantes quo sibi placeant, de aliorum ingenijs & moribus censuram agunt: si uerò ad contentionem uentum fuerit, illic erumpit uenenum. Nam multi sanè nonnullã mansuetudinẽ præ se ferunt, quamdiu blanda omnia & amabilia experiuntur. At uerò, qui eundem seruet, modestiæ

modestiæ tenorem, ubi pungitur & irritatur, quotusquisq; est? Nec aliud remedium est, q̃ ut reuelatur ex imis uisceribus hæc noxiolissima τῆς φιλονικίας καὶ φιλαυτίας peltis, quemadmodum etiam scripturæ doctrina reuellitur. sic enim instituimur, ut quas Deus nobis largitus est dotes, meminerimus nõ nostra esse bona: sed gratuita Dei dona. quibus si qui superbiant, ingratitudinem suam produnt. Deinde assidua uitiorum nostrorum recognitione ad humilitatem nos reuocemus. Ita nihil in nobis restabit, quo turgeamus: multa uerò erit deiectionis materia. Rursum iubemur, quæcunq; in alijs respicimus Dei dona, sic reuereri ac suspicere, ut eos quoq; honoremus, penes quos residēt. Nam, quo ipsos honore dignatus est Dominus, magnæ improbitatis foret, eum illis adimere. Ad uitia autem docemur conniuere, non equidem ut adulando foueamus: sed ne illorum caussa insultemus ijs, quos beneuolentia, & honore fouere conuenit. Ita fiet, ut cum quocũq; mortalium negocium nobis sit, non tantum moderate nos & modeste, sed comiter & amice etiam geramus. Quemadmodum ad ueram mansuetudinem nunq̃ alia uia peruenies: q̃ si & tui deiectione, & alterius reuerentia imbutum pectus habueris.

Iam in quærenda proximi utilitate officium præstare, quantum habet difficultatis? Nisi à tui cõsyderatione discedas, & te quodammodo exuas, nihil hic efficies. Quomodo enim opere exhibeas, quę charitatis esse Paulus docet, nisi tibi renunciaueris, ut alijs totum te addicas? Charitas, inquit, patiens est, benigna, non procax, non fastidiosa, non inuidet, non inflatur, non quęrit quæ sua sunt, nõ irritatur, &c. Hoc unum si exigatur, ne quęramus quæ nostra sunt: non tamen minima uis erit afferenda naturæ: quæ sic in solam nostri dilectionem nos inclinat, ut non ita patiatur nos ac nostra negligenter trãsire, quò alienis commodis inuigilemus: imò iure nostro sponte cędere, quò alteri relignemus. At scriptura, ut eò nos manuducat, pręmonet, quidquid à Domino gratiarũ obtinemus, esse nobis hac lege concreditum, ut in commune Ecclesię bonum conferatur. Ideoq; legitimum gratiarum omnium usum esse, liberalem ac benignam cum alijs communicationem. Nulla nec certior regula, nec ualidior, ad eam tenendam, exhortatio excogitari poterat: quàm ubi docemur, omnes, quibus pollemus, dotes, Dei esse depositas: ea lege fidei nostrę commissa, ut in proximorum bonum dispensentur. Sed ulterius etiamnum pergit scriptura, dum illis facultatibus comparat, quibus prędita sunt humani corporis membra. Nullum membrum suam facultatem sibi habet, nec in priuatum usum applicat: sed ad socia membra transfundit. Nec ullam inde utilitatem capit, nisi quæ ex communi corporis totius commoditate processit, sic pius uir quidquid potest, fratribus debet posse: sibi non aliter priuatim cõsulendo, quàm ut ad communem Ecclesiæ edificationem intentus sit animus. Hæc itaq; sit nobis ad benignitatẽ beneficentiamq; methodus: quidquid in nos Deus contulit, quo proximum queamus adiuuare, eius nos esse œconomos, qui ad reddendam dispensationis rationem adstringimur. Eam porrò demum rectã esse dispensationem, quæ ad dilectionis exigatur regulam. Ita fiet, ut non modo alieni cõmodi studium cum proprię utilitatis cura semper coniungamus: sed hãc illi subijciamus. Ac ne forte nos lateret, eam esse legem rite administrandi, quæcunq; à Deo dona suscipimus, in minimis quoq; benignitatis suę muneribus eam olim posuit. primitias enim frugum offerri sibi mãdauit: quibus testaretur populus, nefas sibi esse aliquem percipere fructum ex bonis non illi ante consecratis. Quòd si ita demum sanctificantur nobis Dei dona, postquàm ipsi authori manu nostra ea dedicauimus: impurum esse abusum constat, qui non eiusmodi dedicationem redoleat. Atqui Dominum frustra rerum tuarum communicatione locupletare cõtendas. Ad eum igitur cum peruenire benignitas nequeat tua, ut Propheta inquit, ea tibi erga sanctos eius, qui in terra sunt, exercenda est. Porrò ne benefaciendo fatiscamus (quod protinus fieri alioqui necesse foret) accedere oportet alterum illud, quod ponit Apostolus: patientem esse charitatem, nec irritari. Omnibus in uniuersum benefacere Dominus pręcipit, quorum magna pars

1. Cori. 13

Psalm. 16

indignissi-

indigniſsimi ſunt, ſi proprio merito æſtimentur. ſed hic optima ratione ſubuenit ſcriptura, cum docet non eſſe reſpiciendum, quid ex ſe ipſis mereantur homines: ſed imaginem Dei in cunctis conſiderandam, cui nihil non & honoris & dilectionis debeamus. in domeſticis autem fidei illam eandem diligentius obſeruandam, quatenus per Chriſti Spiritum renouata eſt, & inſtaurata. Ergo quiſquis hominum tibi nunc offeratur, qui officio tuo indigeat, cauſſam non habes, cur illi te impendere detrectes. dic extraneum eſſe. At Dominus notam illi impreſsit, quæ familiaris eſſe tibi debet. Dic contemptibilem ac nihili. At eum Dominus eſſe demonſtrat, quem imaginis ſuæ decore dignatus ſit. Dic nullis eius officijs te eſſe obæratum. At eum uelut in uicem ſuam ſubſtituit Deus, erga quem tot ac tanta re cognoſcas beneficia, quibus te ſibi deuinxit. Dic indignum eſſe, cuius cauſſa uel minimum labores: at digna eſt imago Dei, qua tibi commendatur, cui te & omnia tua exhibeas. Quòd ſi non modo nihil boni promeritus eſt: ſed iniurijs quoque ac maleficijs te prouocauit: ne hæc quidem iuſta cauſſa eſt, cur illum & dilectione complecti, & dilectionis officijs proſequi deſinas. Longe aliter, inquies, de me promeritus eſt. At quid meritus eſt Dominus? qui dum illi iubet remitti quid quid in te peccauit, ſibi certe vult imputari. Hac profecto una uia peruenitur ad id, quod humanæ naturæ prorſus aduerſum eſt, nedum difficile. Vt diligamus eos, qui nos odio habent, beneficijs mala penſemus, probris benedictiones referamus: ſi meminerimus, non hominum malitiam perſpiciendam eſſe: ſed contemplandam in illis Dei imaginem: quæ, inductis ac obliteratis eorum delictis, ad eos amandos amplexandoſque ſua pulchritudine ac dignitate nos allíciat.

Hæc ergo mortificatio tum demum habebit in nobis locum, ſi charitatis numeros impleamus. Ille autem implet, non qui omnibus charitatis officijs ſolum modo defungitur, etiam ſi nullum prætermittat: ſed qui ex ſyncero amoris affectu id facit. Poteſt enim accidere, ut quis exoluat quidem ad plenũ omnibus quod debet, quantum attinet ad externa officia: interim tamen longe abſit à uera exoluendi ratione. Quoſdam enim uideas, qui ualde liberales uideri uolunt, qui tamen nihil largiuntur, quod non ſuperbia vultus, aut etiam verborum inſolentia exprobrent. Atque huc calamitatis, hoc infœlici ſæculo, deuentum eſt: ut nullæ prope eleemoſinæ, ſaltem à maxima parte hominum, ſine contumelia porrigantur. Quæ prauitas ne inter Ethnicos quidem tolerabilis eſſe debuerat. Nam à Chriſtianis plus aliquid etiamnum requiritur, quàm ut hilaritatem in vultu præferant, & verborum comitate amabilia reddant ſua officia. Primum, eius, quem ope ſua indigere conſpiciunt, perſonã ſuſcipiant oportet, ac fortunæ perinde miſereantur, ac ſi eam ſentirent ipſi ac ſuſtinerent: ut miſericordiæ atque humanitatis ſenſu ad ferendas illi ſuppetias non aliter, quam ſibi, ferantur. Qui ſic animatus ad operam fratribus ſuis dandam accedet, non modo nulla uel arrogantia, uel exprobatione, officia ſua contaminabit: ſed nec fratrem, cui benefacit, uel tanquàm opis egenum deſpiciet, uel tanquàm ſibi obligatum ſubiugabit. Non magis ſcilicet, quàm uel ægro membro inſultamus, cui refocilando reliquum corpus laborat: uel reliquis membris putamus ſpecialiter obligatum, quia plus operæ ad ſe traxerit, quàm rependerit. ſiquidem officiorum inter membra communicatio nihil gratuitum habere creditur: ſed potius ſolutio eſſe eius, quod naturæ lege debeatur. Hac quoque ratione fiet, ut ne liberatum ſe putet, qui uno genere officij defunctus fuerit, quemadmodum uulgo fieri ſolet: ut diues, poſtquàm aliquid de ſuo erogauit, alia onera, tanquam nihil ad ſe pertinentia, alijs deleget. Sed ita potius ſecum quiſque cogitabit, ſe, quantus quantus eſt, proximis debitorem ſui eſſe: nec alium exercendæ erga ipſos beneficentiæ ſtatuendum eſſe finem, niſi cum facultates deficiunt: quæ, quam late extenduntur, ad charitatis regulam limitari debent.

Præcipuam abnegationis noſtri partem, quam diximus in Deum ſpectare, nũc exequamur. Ac multa quidem de ea iam dicta ſunt, quæ repetere ſuperuacuum foret, ſufficiet tractare, quatenus ad æquanimitatẽ tolerantiamq; nos format. Prin

t cipio

cipio igitur, in quærenda uitæ præsentis uel commoditate, uel tranquillitate, huc nos scriptura uocat, ut Domini arbitrio nos nostraq; omnia resignantes, domandos ac subiugandos cordis nostri affectus illi tradamus. Ad opes honoresq; expetendos, ad ambiendam potentiam, ad cumulandas diuitias, ad eas omnes ineptias, quæ ad magnificentiam pompamque facere uidentur, congerendas, furiosa est nostra libido, infinita cupiditas. Rursum paupertatis, ignobilitatis, humilitatis mirus timor, mirum odium: quibus, ad illa modis omnibus amolienda, stimulamur. Hinc uidere est, quàm irrequieto sint ingenio, quot tentent artes, quibus studijs se fatigent, quicunque uitam proprio consilio componunt. quò scilicet adipiscantur, quæ uel ambitionis uel auaritiæ fert affectus: rursum quò paupertatem, humilitatemque defugiant. Pijs ergo hominibus, ne talibus laqueis implicentur, hæc tenenda est uia. Principio non aliunde prosperandi rationem uel appetant, uel sperent, uel cogitent: quàm ex Domini benedictione. ideoq; in eam se tuto ac confidenter reijciant ac reclinent. Nam, utcunque sibi pulchre sufficere uideatur caro, dum uel propria industria ad honores opesque contendit, uel studio enititur, uel adiuuatur hominum gratia: certum est tamen, omnia hæc nihili esse: neque aliquid uel ingenio, uel labore, nos profecturos, nisi quatenus utrunque Dominus prosperabit. At è conuerso, sola benedictio Domini etiam per omnia impedimenta uiam reperit: ut nobis in lætum faustumque exitum succedere omnia faciat. Deinde ut maxime sine ipsa possimus aliquid gloriæ atque opulentiæ nobis comparare. (quemadmodum uidemus quotidie impios magnis & honoribus & opibus cumulari) quando tamen ne minimam quidem fœlicitatis particulam degustant, quibus incumbit Dei maledictio, sine ipsa nihil, nisi quod male nobis uertat, consequemur. Porrò nequaquàm appetendum, quod homines magis miseros facit. Ergo si omnem prosperandi rationem in sola Dei benedictione credimus esse positam: qua absente, miseræ nos omne genus & calamitatis maneat: restat etiam ut ne propria, uel ingenij dexteritate, uel sedulitate, freti, ne hominum fauore subnixi, uel inani fortunæ imaginatione confisi, ad opes honoresque cupide contendamus: sed in Dominum semper respiciamus, ut, eius auspicijs, ad quamcunque ille prouiderit sortem deducamur. Ita primũ fiet, ut non per nefas, & dolis, ac malis artibus, uel rapacitate, cum proximorum iniuria, ruamus ad captandas opes, ad honores inuadendos: sed eas tantum fortunas sequamur, quæ nos ab innocentia non abducant. Quis enim speret diuinæ benedictionis inter fraudes, rapinas, aliasque nequitiæ artes, auxilium? Nam ut illa, nisi pure cogitantem ac recte agentem, non sequitur: ita eos omnes, à quibus expetitur, ab obliqua cogitatione prauisque facinoribus reuocat. Deinde iniectum erit nobis frenum, ne immodica ditescendi cupiditate ardeamus, neue honores ambitiose inhiemus. Qua enim fronte quis à Deo se adiutum iri confidat ad ea consequenda, quæ contra eius verbum desyderat? Absit enim, ut quod ore suo Deus maledicit, benedictionis suæ adiutorio prosequatur. Postremo, si pro uoto ac spe non succedat, cohibebimur tamen ab impatientia, & qualiscunq; nostræ conditionis detestatione: quòd sciemus id esse murmurare aduersus Deum, cuius arbitrio diuitiæ & paupertas, contemptus & honores dispensantur. In summa, qui se eo, quo dictum est, modo in Dei benedictionem reclinarit: nec ea, quæ furiose expeti ab hominibus solent, malis artibus aucupabitur, quibus se nihil profecturum cogitabit: nec, si quid prospere acciderit, sibi imputabit, ac suæ uel sedulitati, uel industriæ, uel fortunæ, sed Deo authori acceptum feret. Quòd si florentibus aliorum rebus ipse parum promoueat, imo etiam retro delabatur, maiori tamen æquitate ac moderatione animi suam tenuitatem feret, quàm prophanus quispiam mediocrem successum, qui uoto duntaxat non respondeat. Habens scilicet solatium, in quo tranquillius acquiescat, quàm in summo uel opulentiæ uel potentiæ fastigio: quia ut saluti suæ conducit, ita res suas ordinari à Domino reputat.

Neque in hac tantum parte constare pijs animis debet illa tranquillitas & tolerantia:

rantia: uerum ad omnes etiam casus, quibus obnoxia est præsens uita, extendatur necesse est. Ergo nemo se rite abnegauit, nisi qui se totum ita resignauit Domino, ut omnes uitæ suæ partes eius arbitrio gubernari ferat. Qui uero sic animo compositus erit: quidquid accidat, nec miserum se reputabit, nec de sua sorte, cum Dei inuidia, conqueretur. Quàm uero necessaria sit hæc affectio, inde patebit, si consyderes, quot accidentibus subiecti simus. Alij atque alij morbi nos identidem infestant: nunc sæuit pestilentia, nunc belli calamitatibus crudeliter uexamur, nunc gelu aut grando, spe anni deuorata, sterilitatem inducit, quæ nos ad penuriam redigat: uxor, parentes, liberi, propinqui morte abripiuntur, incendio absumitur domus. Hæc sunt, quorum euentu, uitæ suæ maledicunt homines, suũ natalem detestantur, cœlum & lucem execrationi habent, obloquuntur Deo, &, ut sunt facundi ad blasphemias, iniquitatis eum & sæuitiæ accusant. Fidelem uero in his quoque oportet Dei clementiam, & uere paternam indulgentiam intueri. Proinde, siue suas ędes, sublatis propinquis, in solitudinem redactas uideat, ne sic quidem desinet benedicere Domino: quin potius ad hanc cogitationem se conuertet: gratia tamen Domini, quæ domum meam inhabitat, eam desolatam non relinquet, siue adustis pruina segetibus, aut gelu consumptis, aut grandine proculcatis, imminere famem uideat: non tamen despondebit animum, nec Deo inuidiam faciet: sed in hac fiducia permanebit: nos tamen in tutela Domini sumus, & oues in pascuis eius educatæ. Ille igitur alimenta nobis, etiam in extrema sterilitate, suppeditabit. siue morbo afflictabitur, ne tum quidem frangetur doloris acerbitate, ut ad impatientiam prorumpat, atque ita cum Deo expostulet: sed iustitiam ac lenitatem in Dei ferula consyderando, ad tolerantiam se reuocabit. Denique quidquid eueniet, quia sciet manu Domini ordinatum, placido gratoque animo suscipiet: ne contumaciter eius imperio resistat, cuius in potestate se suaque omnia semel permisit. Facessat imprimis à pectore Christiani hominis stulta illa & miserrima ethnicorum consolatio, qui ut animum contra res aduersas confirmarent, eas fortunæ imputabant: contra quam indignari stultum esse iudicabant, quòd ἄσκοπον esset ac temeraria, quæ cæcis oculis merentes simul ac immerentes vulneraret. Hæc enim è conuerso pietatis est regula: solam Dei manum utriusque fortunæ arbitram esse & moderatricem: ac eam quidem ipsam non ruere inconsyderato impetu, sed ordinatissima iustitia nobis bona simul ac mala dispensare.

Quin altius etiamnum conscendere piam mentem decet. Nempe quò discipulos suos uocat Christus, ut suam unusquisque crucem tollat. Quoscunque enim Dominus cooptauit, ac suorum consortio dignatus est, ij se ad durã, laboriosam, inquietam, plurimisq; ac uarijs malorum generibus refertã uitam pręparare debent. sic est cœlestis Patris uoluntas: ut certum de suis experimentum capiat, eos talem in modum exercere. A Christo primogenito suo exorsus, erga filios omnes suos hunc ordinem prosequitur. Nam cum esset ille Filius præ alijs dilectus, & in quo Patris animus acquiescebat, uidemus tamen quam non indulgenter ac molliter habitus fuerit, ut uere dici queat, non modo perpetua cruce exercitatum fuisse, quàm diu terram incoluit: sed totam eius uitam nihil aliud fuisse, quàm perpetuæ crucis speciem. Cur nos ergo ab ea conditione eximamus, quã subire Christum caput nostrum oportuit? Præsertim cum nostra caussa subierit, ut nobis in seipso patientiæ exemplar exhiberet? Quamobrem Apostolus omnibus Filijs Dei hunc esse destinatum finem docet, ut conformes eius fiant. Vnde etiam insignis consolatio ad nos redit: in rebus duris atq; asperis, quæ aduersæ malæq; existimantur, nos Christi passionibus communicare: ut quemadmodũ ille à malorũ omnium labyrintho in gloriam cœlestem ingressus est: ita in eandem per uarias tribulationes deducamur. Sic enim loquitur alibi Paulus ipse. Quod dum communionẽ discimus afflictionum eius, simul apprehendimus potentiã resurrectionis: ac dum conformes reddimur morti eius, ita præparamur ad glorioſæ resurrectionis consortium. Quantum hoc ualere potest, ad leniendam omnẽ crucis acer- Roma. 8. Philp. 3.

 bitatem?

bitatem? quod quo magis rebus aduersis adflictamur, eo certius confirmatur nostra cum Christo societas: cuius communione passiones ipsæ nō modo benedictę nobis fiunt: sed ad promouendā quoq; nostram salutē multum adferūt adiumēti.

Adde quod Dominus noster crucem ferendam suscipere nihil necesse habuit, nisi ad testandā approbandamq; Patri suam obedientiā. nobis uero multis rationibus necesse est, sub assidua cruce uitā degere. Primū, ut natura nimiū propensi sumus ad omnia carni nostræ tribuenda: nisi nobis imbecillitas nostra, uelut oculo demonstrata fuerit, facile uirtutē nostram supra iustū modum ęstimamus. nec dubitamus, quidq d eueniat, cōtra oēs difficultates infractam fore, & inuictā. Vnde in stolidam & inanē carnis confidentiam euehimur: qua freti, contumaciter deinde superbimus in Deū ipsum, perinde ac si proprię nobis facultates, citra eius gratiam, sufficerēt. Hanc arrogantiā melius retundere nō potest, q̄ dum experimento nobis cōprobat, quanta nō modo imbecillitate, sed etiā fragilitate laboremus. Ergo uel ignominia, uel paupertate, uel orbitate, uel morbo, uel alijs calamitatibꝰ nos affligit, qbus sustinendis longe impares, quantū ad nos attinet, mox succumbimus, sic humiliati discimus inuocare eius uirtutē: quæ sola sub pondere afflictio nū consistere nos facit. Quinetiā sanctissimi, utcunq; Dñi gratia, nō propriis viribus, stare se nouerint: de sua tñ fortitudine, & constantia plus iusto securi sunt, nisi eos crucis probatione in penitiorē sui notitiam Dñs adducat. Quod ergo, rebus tranquillis, maioris constantiæ & patientię opinione sibi blandiebant̄, rebus asperatis humiliati, hypocrisin fuisse discūt. Talibus, inquā, documētis admoniti suorum morborū fideles, proficiunt ad humilitatē: ut praua carnis confidentia exuti, ad Domini gratiā se conferant. Porrò ubi se contulerunt, diuinæ uirtutis præsentiam, in qua satis superq; præsidij ineſt, experiuntur. Atq; id est quod Paulus docet: tribulationibus generari patientiā, à patientia probationē. Nam quod Deus promisit fidelibus se adfuturū in tribulationibus, id uerū esse sentiunt, dum patienter subsistunt eius manu suffulti: q̄d suis viribus nequaquā possent. Patientia igit̄ experimentum affert sanctis, quòd Dominus, quam pollicitus est opem, reipsa, dum opus est, exhibeat. Inde spes quoq; eorum confirmatur: quando ingratitudinis nimiæ foret, non expectare in posterum, quam constantem ac firmam experti sint Dei ueritatē. Videmus iam quot, uno contextu, bona ex cruce nascantur. Illam enim, quam falso de propria uirtute præsumimus, opinionē euertens, nostramq; hypocrisin, quæ delicias nobis facit, detegens, pernicioſam carnis confidentiā excutit. sic humiliatos, in Deum unum reclinare docet: quo fit, ut non opprimamur, nec succumbamus. Victoriam autem spes sequitur: quatenus scilicet Dominus, quod promisit præstando, suam in futurum ueritatem stabilit. sane, ut solę sint istę rationes: apparet, q̄ necessaria nobis sit crucis exercitatio. Neq; enim parui momenti est, cęcū tui amorem abstergit: ut imbecillitatis tuæ cōscius probè fias. Imbecillitatis propriæ sensu afficit: ut diffidere tibi discas. Diffidere tibi: ut fiduciam in Deum transferas. Cordis fiducia in Deum recumbere: ut ipsius auxilio fretus, ad ultimū inuictus perseueres. Cōsistere ipsius gratia: ut ueracē esse in suis promissis intelligas. Certitudinē promissionū eius habere cōpertā: ut spes tua inde roboret̄.

Alium quoq; finem habet Dominus affligendi suos: ut ipsorū patientiam exploret, & ad obedientiam eos erudiat. Non equidem quod possint illi obedientiam præstare, nisi quā ipse dederit: sed ita placet ei, prędaris documentis testatas facere ac illustres, quas in sanctos cōtulit gratias: ne intus ociosæ lateant. Ergo patientiæ uirtutē, qua seruos suos instruxit, in apertū proferendo, dicitur eorum patientiā explorare. Vnde illæ sunt locutiones. Quòd tentauerit Deus Abraham, & pietatē eius compertam habuerit ex eo, q̄ non detrectasset proprium filium & unicum immolare. Quare Petrus, nō secus fidem nostram tribulationibus docet probari, q̄ aurum in fornace igni examinatur. Quis autē non expedire dicat, ut prędtissimum patientiæ donum, quod à Deo suo fidelis accepit, in usum producatur, ut certum manifestumq; fiat? Neq; enim aliter unquam homines ipsum pro merito æstimabunt. Quòd si Dominus (ne in obscuro lateant, imo inutiles iaceant, ac depe-

ac depereant, quas fidelibus suis uirtutes contulit) iure facit, dum illis excitandis materiam suppeditat: optimam rationem habent sanctorum afflictiones, sine quibus nulla foret eorum patientia. Ad obedientiam quoque erudiri cruce dico: quia sic non ad proprium uotum: sed Dei arbitrium uiuere docētur. Sane, si omnia illis ex sententia fluerent, nescirent quid esset Deum sequi. Atq; illud Seneca commemorat fuisse uetus prouerbium: quum ad res aduersas tolerandas quempiam hortarent, Deū sequere. Quo scilicet innuebant, tū uere demū iugū Dei subire hominē, cū eius ferulę manū ac tergum prębere. Quòd si æquissimū est, ut cœlesti Patri nos per omnia obsequentes esse approbemus: nō est certe detrectandū, ut ad reddenda sibi obedientiam modis omnibus nos assuefaciat. Nec dū tamen perspicimus, q̄ necessaria sit nobis isthęc obedientia: nisi simul reputamus, quanta sit ad excutiendū Dei iugū carnis nostrę lasciuia, simul atq; mollius aliquātisp atq; indulgentius habita est. Idē enim prorsus accidit illi, quod equis refractariis: qui si ad aliquot dies ociosi saginantur, præ ferocitate domari postea nequeunt: nec sessorem recognoscunt, cuius imperio utcunq; antea obtemperabant. Atq; omnino illud in nobis perpetuū est, quod fuisse in populo Israelitico cōqueritur Deus: ut pinguefacti, & adipe obducti, recalcitremus aduersus eū, qui nos aluit & enutriuit. Debebat quidē nos Domini beneficentia ad reputandā ac deamandā eius bonitatē nos allicere, sed quando ea est nostra malignitas, ut perpetua eius indulgentia potius corrūpamur: plus q̄ necessariū est, nos aliqua disciplina cōtineri, ne in talē petulantiā exultemus. sic, ne immodica opū abundantia ferociamus, ne honoribus elati superbiamus, ne inflati reliq̄s uel animę, uel corporis, uel fortunę bonis insolescamus: Dominus ipse, prout prouidet expedire, occurrit: & carnis nostrę ferociam, crucis remedio, subigit ac refrenat. Idq; uariis modis, quantū scilicet unicuiq; salubre est. Neq; enim aut iisdē morbis peræq; grauiter laboramus omnes: aut perinde difficili curatione indigemus. Indeuidere est, ut alij alio crucis genere exerceantur. Cum autem alios lenius tractet, alios asperioribus remediis purget cœlestis medicus, dum uult omnium sanitati consulere: neminem tamen immunem ac intactum prætermittit: quia omnes ad unum nouit esse morbidos. De uita beā cap. 15 Deu. 32

Adde quod non modo infirmitatem nostram præuenire: sed prętérita etiā delicta sæpe corrigere necesse habet clementissimus Pater: ut nos in legitima erga se obedientia cōtineat. Proinde, quoties affligimur, subire protinus in mentē debet anteactę uitę recordatio. Ita proculdubio reperiemus, nos admisisse, quod dignū eiusmodi castigatione esset. Neq; tamen à peccati agnitione præcipue sumenda est ad patientia exhortatio. Nam scriptura meliorē longe consyderationē suppeditat: cū dicit rebus aduersis nos à Domino corripi, ne cū hoc mūdo damnemur. 1. Cor. 11. Ergo in ipsa quoque tribulationum acerbitate Patris nostri clementiam erga nos ac benignitatem recognoscere conuenit: quando ne tum quidem desinit salutem nostram promouere. Affligit enim nō ut perdat, uel perimat: sed potius ut à mundi damnatione liberet. Ea cogitatio nos deducet ad id, quod alibi docet scriptura. Fili mi, ne respuas correctionem Domini, neque afficiaris tædio, cum ab eo argueris. Quem enim diligit Deus, corripit: & quem, uelut Pater filium, amplectitur. Vbi ferulam Patris agnoscimus, an nostrum nō est, obedientes potius docilesq; filios exhibere, q̄ contumacia desperatos homines imitari, qui maleficiis indurauerunt? Perdit nos Dñs, nisi à se delapsos correptione reuocat. Vt recte ille dicat, nos spurios esse, non filios: si extra disciplinam sumus. Peruersissimi ergo sumus: si Dominum ferre non possumus, dum suam nobis beneuolentiā, & quam habet de salute nostra curā, declarat. Hoc inter incredulos & fideles interesse docet scriptura: q̄d illi, uelut inueteratę recoctæq; nequitiæ mancipia, flagellis deteriores modo ac obstinatiores fiunt: hi, ceu filij ingenuitate præditi, ad pœnitentiā proficiunt. Eligendum nunc, utro in numero esse malis. sed quoniam de hac re alibi dictum est, contentus breuiter attigisse, finem faciam. Prou. 1

Porrò singularis illa est cōsolatio, ubi pro iustitia persecutionē patimur. succurrere enim tum debet, quāto nos honore dignetur Deus, q̄d ita nos peculiari militiæ Heb. 12.

ſuæ nota inſignit. Perſecutionẽ pati pro iuſtitia dico, non tantũ qui pro Euangelij defenſione: ſed qui pro quolibet iuſtitiæ patrocinio laborant. ſiue ergo in aſſerenda, aduerſus Sathanæ mendacia, Dei ueritate, ſiue in ſuſcipienda bonorum atq; innocentium, contra improborum iniurias, tutela, neceſſe eſt incurrere in mundi offenſiones & odia: unde aut uitæ noſtræ, aut fortunis, aut honori periculũ immineat: ne graue ſit nobis aut moleſtum, eatenus impendere nos Deo; aut miſeros in ijs nos putemus, in quibus ipſe ſuo ore nos beatos pronunciauit. Paupertas quidem, ſi in ſe ipſa æſtimetur, miſeria eſt. ſimiliter exilium, contemptus, carcer, ignominia. Mors denicq; ipſa extremum eſt omnium calamitatũ. Verũ ubi afpirat fauor Domini: nihil eſt iſtorũ, quod non in fœlicitatẽ nobis cedat. Cõtenti ergo potius ſimus Chriſti teſtimonio, q̃ falſa carnis ęſtimatione. Ita fiet, ut Apoſtolorũ exemplo gaudeamus, quoties nos reputabit dignos, qui pro ſuo nomine contumeliã patiamur. Quid enim: ſi innocentes ac nobis bene cõſcij impiorũ ſcelere exuimur facultatibus, ad inopiam quidẽ redigimur apud homines: ſed ueræ apud Dominum diuitię ita nobis accreſcunt, ſi penatibus noſtris extrudimur: eò interius recipimur in Dei familiã, ſi uexamur & cõtinemur; eò firmiores agimus in Chriſto radices, ſi probris ac ignominia notamur: eò ampliore loco ſumus in regno Dei, ſi trucidamur: ita nobis ingreſſus patefit ad beatam uitam. Pudeat nos minoris æſtimare, quibus tantum precium Dominus ſtatuit, quàm umbratiles & euanidas uitæ præſentis illecebras. Cum ergo his & ſimilibus monitis abunde ſoletur ſcriptura, quas pro iuſtitiæ defenſione ſuſtinemus uel ignominias, uel calamitates: nimis ingrati ſumus, niſi libenter atq; hilariter eas ẽ manu Domini ſuſcipimus. Præſertim cum ſit hæc crucis ſpecies fidelium maxime propria: qua uult Chriſtus in nobis glorificari, quemadmodum & Petrus docet.

Matth. 5

Act. 4.

1. Pet. 4.

Neq; uerò ea requiritur à nobis hilaritas, quę omnem acerbitatis doloriſq; ſenſum tollat. Alioqui nulla in cruce eſſet ſanctorum patientia: niſi & dolore torquerent, & angerent moleſtia. ſi nulla eſſet in egeſtate aſperitas, nullus in morbis cruciatus, nulla in ignominia pũctio, nullus in morte horror: cuius foret uel fortitudinis, uel moderationis, ea ſuſq; deq; habere? At cũ unumquodq; ipſorum ingenita ſibi amaritudine noſtros omniũ animos naturaliter mordeat: in eo ſe profert fidelis hominis fortitudo, ſi eiuſmodi amaritudinis ſenſu tentatus, utcunque graui-ter laboret, fortiter tamen obſiſtendo eluctatur. In eo ſe exerit patientia: ſi acriter extimulatus, timore tñ Dei refrenat, ne in aliquã intemperiẽ erũpat. In eo elucet alacritas: ſi triſtitia & mœrore uulneratus, in ſpirituali Dei conſolatione acqeſcit.

Hunc conflictum, quem aduerſus naturalem doloris ſenſum ſuſtinent fideles, dũ patientię ac moderationi ſtudent, eleganter deſcripſit Paulus his uerbis. In omnibus premimur, at nõ anxij reddimur: laboramus, at nõ deſtituimur: perſecutionẽ patimur, at in ea nõ deſerimur: deijcimur, at nõ perimus. Vides ut patiẽter ferre crucẽ, nõ ſit prorſus obſtupeſcere, & omni doloris ſenſu priuari. Quemadmodũ Stoici magnanimũ hominẽ ſtulte olim deſcripſerunt, q exuta humanitate, rebus aduerſis, perinde ac proſperis: triſtibus, perinde ac lętis afficeret. imò qui inſtar lapidis nulla re afficeret. Et qd iſta ſublimi ſapientia profecerunt? Nẽpe ſimulachrũ ſapientię depinxerũt, quod neq; repertũ eſt unq̃ inter homines, neq; extare poteſt. Quin potius, dũ nimis exactã ac præciſam patientiam habere uolunt, eius uim ſuſtulerũt è uita humana. Nunc quoq; ſunt inter Chriſtianos noui Stoici, q̃bus non modo gemere ac flere ſed triſtari quoque & ſolicitum eſſe, uitioſum eſt. Atq; hęc quidem paradoxa ferè ab ocioſis hominibus procedunt: qui ſpeculando, magis q̃ agendo, ſe exercentes, nihil quã talia paradoxa parere nobis queunt. At nihil nobis cum ferrea iſta philoſophia: quam magiſter ac Dominus noſter non uerbo tantum, ſed exemplo etiam ſuo damnauit. Nam & ſuis, & aliorum malis ingemuit, & illachrymauit: nec aliter diſcipulos ſuos inſtituit. Mundus, inquit, gaudebit: uos autem lugebitis ac flebitis. ac ne quis uitio id uerteret, propoſito edicto, beatos pronunciauit, qui lugent. Nec mirum. Nam ſi improbantur omnes lachrymæ: quid de Domino ipſo iudicaremus, cuius è corpore ſanguineæ

1. Cor. 4.

lachrymæ

lachrymæ distillarunt? si quælibet formido infidelitatis notatus: quo loco habebimus horrorem illum, quo non leuiter consternatum fuisse legimus? si omnis tristitia displicet: quomodo placebit, quod animam suam fatetur esse tristem usque ad mortem? Hæc eò dicere uolui, ut pios animos à desperatione reuocarem: ne studio patientiæ ideo protinus renuncient, quòd naturalem doloris affectum exuere non possunt. Quod necesse est euenire ijs, qui ex patientia stuporem, ex homine forti & constanti stipitem faciunt. Sanctis enim tolerantiæ laudem defert scriptura, dum ita malorum duritia afflictantur, ut non franganturnec concidant: ita amaritudine punguntur, ut simul perfundantur spirituali gaudio: ita premuntur anxietate, ut Dei consolatione exhilarati respirent. Interim uersatur in eorum cordibus illa repugnantia, quòd naturæ sensus, quod sibi sentit aduersum, refugit atq; horret, pietatis autem affectus ad obedientiam diuinæ uoluntatis etiam per has difficultates contendit. Hanc repugnantiam ex- Ioan. xiii
pressit Dominus, cum ita loqueretur Petro. Cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas quo libebat. Cum autem senueris, præcinget te alius, & ducet quo non uis. Non est sane uerisimile, Petrum, cum necesse esset glorificare Deum per mortem, inuitum ac restitantem eo tractum esse. Alioqui parum haberet laudis eius martyrium, uerum utcunque cordis summa alacritate diuinæ ordinationi pareret: quia tamen humanitatem non exuerat, duplici uoluntate distringebatur. Nam dum cruentam illam mortem, quam erat obiturus, per se reputabat: eius horrore perculsus, libenter effugisset. Rursum, dum succurrebat, Dei imperio se ad eam uocari, euicto ac proculcato timore, libenter, atque adeò hilariter eam subibat. Hoc ergo studendum est, si Christi discipuli esse uolumus: ut tanta Dei obseruantia atque obedientia imbuantur animi nostri, quæ contrarias omnes affectiones domare ac subiugare eius ordinationi queat. Ita fiet, ut quocunque uexemur crucis genere, in summis etiam animi angustijs patientiam constanter retineamus. Res enim ipsæ aduersæ habebunt suam asperitatẽ, qua mordeamur, sic morbo afflicti, & ingemiscemus, & quietabimur, & sanitatẽ expetemus. sic egestate pressi, & solicitudinis & tristitiæ aculeis perstringemur. sic ignominiæ, contẽptus, iniuriæ dolore feriemur. sic in funeribus nostrorũ debitas naturæ lachrymas exoluemus. sed hæc semper erit clausula. Atqui Dominus ita uoluit. Ergo eius uoluntatem sequamur. Imo inter ipsas doloris punctiones, inter gemitus & lachrymas, necesse est interueniat hæc cogitatio: quæ animum ad ea ipsa, quorum causa sic afficitur, alacriter ferenda inclinet.

Quoniam aũt præcipuam crucis tolerandæ rationem à diuinæ uoluntatis consyderatiõe sumpsimus: paucis definiendũ est, quid inter philosophicã ac Christianã patientiã intersit. Equidẽ paucissimi ex philosophis eò rationis cõscenderunt, ut manu Dei nos exerceri per afflictiones intelligerent, & Deo hac in parte obtemperandum censerent. sed illi quoq; ipsi non aliam afferunt rationem, nisi quia ita necesse sit. Quid autem illud est dicere, nisi cedendum esse Deo, quia frustra contendas obluctari? Nam si Deo tantum paremus, quia necesse est: si euadere liceat, parêre desinemus. scriptura autem longe aliud in uoluntate Dei consyderare iubet. Nempe iustitiam primum & æquitatem: deinde salutis nostre curam. huiusmodi ergo ad patientiam sunt Christianæ exhortationes. Siue paupertas, siue exilium, siue carcer, siue contumelia, siue morbus, siue orbitas, seu quid aliud simile nos cruciat: cogitandum nihil istorum accidere, nisi nutu ac prouidentia Domini. Porrò Deum ipsum nihil nisi iustissimo ordine agere. Quid enim? An non innumera ac quotidiana nostra delicta promerentur seuerius ac grauioribus ferulis castigari, quàm quæ nobis ab eius clementia infliguntur? An non æquissimum est, carnem nostram domari, & ueluti iugo assuefieri, ne libidinose pro suo ingenio ferociat? An non digna est iustitia & ueritas Dei, cuius causa laboremus? Quòd si indubia Dei æquitas in afflictionibus apparet: non possumus, sine iniquitate, uel obmurmurare, uel obluctari. Non audimus iam illam

frigidam

frigidam cantionem: cedendum, quia necesse est: sed uiuidam ac plenam efficaciæ præceptionem: obtemperandum, quia resistere nefas est. Patienter ferendum, quoniam impatientia sit aduersus Dei iustitiam contumacia. Iam uerò quia illud demum amabile nobis est, quod saluti ac bono esse nobis agnoscimus: hac etiam parte consolatur nos optimus Pater: dum asserit, se eo ipso, quòd nos cruce affligit, saluti nostræ consulere. Quòd si salutares nobis tribulationes esse constat: cur non grato placidoque animo eas susciperemus? Quare eas patienter ferendo, non succumbimus necessitati, sed bono nostro acquiescimus. Istæ, inquàm, cogitationes faciunt, ut quantum animi nostri contrahuntur in cruce naturali acerbitatis sensu: tantum spirituali lætitia diffundantur. Vnde & gratiarum actio sequitur: quæ nulla sine gaudio esse potest. Quòd si laus Domini, & gratiarum actio non nisi ab hilari lætoq; pectore emanare potest: nihil autem est quod eam interpellare in nobis debeat: hinc apparet, q̃ necessarium sit, crucis amaritudinem spirituali gaudio temperari.

Quocunque autem tribulationis genere premamur, respiciendus semper est hic finis, ut assuescamus ad præsentis uitæ contemptum, indeque ad futurę meditationem excitemur. Quoniam enim optime nouit Dominus, quantopere in cæcum ac beluinum mundi huius amorem simus natura inclinati: aptissimam rationem adhibet ad nos retrahendos, & torporem excutiendum, ne nimis tenaciter in eo amore inhæresc amus. Nemo quidem est nostrum, qui non uideri cupiat ad cœlestem immortalitatem toto uitæ curriculo adspirare, & eniti. Pudet enim nos nulla re antecellere brutas pecudes: quarum conditio nihilo nostra inferior futura foret: nisi spes æternitatis post mortem nobis superesset. Verum si cõsilia, proposita, studia, facta cuiusque examines: nihil illic aliud uidebis, quàm terram. Inde autem illa stupiditas, quòd mens nostra fulgore inani opum, potentiæ, honorum, perstricta hebetatur: ne longius cernat. cor etiam auaritia, ambitione, libidine occupatum degrauatur: ne altius assurgat. Denique tota anima carnis illecebris irretita fœlicitatem in terra suam quærit. Huic malo ut occurrat Dominus, assiduis miseriarum documentis, suos de præsentis uitę uanitate edocet. Ergo ne altam sibi & securam pacẽ in ea promittant: uel bellis, uel tumultibus, uel latrocinijs, uel alijs iniurijs inquietari sæpe infestariq; permittit. Ne auiditate nimia fluxis & caducis diuitijs inhient: aut in hijs quas possident acquiescant: nunc exilio, nunc sterilitate terræ, nunc incendio, nunc alijs modis ad inopiam eos redigit, aut certe in mediocritate continet. Ne nimium placide in bonis coniugij delicient: aut uxorum improbitate uexari facit, aut mala progenie ipsos humiliat, aut orbitate affligit. Quòd si in his omnibus indulgentior illis est: ne tamen uel stulta gloria intumescant, uel confidentia exultent: morbis & periculis ob oculos illis ponit, q̃ instabilia sint ac euanida, quæcunq; mortalitati obnoxia sunt bona. Tum ergo demum rite proficimus crucis disciplina, ubi discimus, hanc uitam, cum in se æstimatur, inquietam, turbulentam, innumeris modis miseram, nulla ex parte plane beatam esse: omnia quæ æstimantur eius bona, incerta, fluida, uana, multisque admixtis malis uitiata esse: atque ex eo simul constituimus, nihil hic quærendum aut sperandum, quàm certamen: attollendos in cœlum oculos, ubi de corona cogitamus. Sic enim habendum est. Nunquàm serio ad futurę uitæ desyderium ac meditationem erigi animum, nisi præsentis contemptu ante imbutus fuerit. Siquidem inter ista duo nihil medium est, aut uilescat nobis terra oportet, aut intemperato amore sui uinctos nos detineat. Proinde, si qua æternitatis cura est, huc diligenter incumbendum, ut malis istis compedibus nos explicemus. Porrò quoniam plurimas blanditias habet præsens uita, quibus nos pelliciat: multam amœnitatis, gratię, suauitatis speciem, qua nos demulceat: magnopere nostra refert, identidem nos auocari, ne talibus lenocinijs fascinemur. Quid enim obsecro fieret, si perpetuo bonorum ac fœlicitatis concursu hic frueremur: cum assiduis malorum stimulis non possimus satis expergefieri ad reputandam eius miseriam, & uitam humanam fumi uel umbrę instar esse, non modo eruditis

notum

notum est,sed vulgus quoq; hominum prouerbium nullum magis tritum habet. Et quia rem esse uidebant inprimis cognitu utilem: multis insignibus sententijs commendarunt. Verum nulla ferè res est, quã uel negligentius expendamus, uel minus meminerimus. Omnia enim molimur perinde atq; immortalitatem nobis in terra constituentes. Si effertur funus aliquod, uel inter sepulchra ambulamus, quia tunc oculis obuersatur mortis simulachrum: egregie, fateor, de uitæ huius inanitate philosophamur. Quanquàm ne id quidem facimus perpetuo. plerumq; enim nihil nos afficiunt ista omnia. verum ubi accidit: momentanea est philosophia, quæ simul atq; terga uertimus, euanescit: ac ne minimum quidem post se recordationis uestigium relinquit. Neq; enim mortis tantum: sed mortalitatis quoque ipsius obliti, ac si nullus unquàm de ea rumor ad nos uenisset, in supinam terrenæ immortalitatis securitatem reuoluimur. Si quis interim prouerbium occinat, hominem animal esse ephemerum: fatemur id quidem. sed adeo nulla attentione, ut perpetuitatis cogitatio nihilominus animis insideat. Quis ergo negat, nobis omnibus summum operæprecium esse, non dico verbis admoneri, sed quibuscunque fieri potest experimentis conuinci de misera terrestris uitæ conditione? quando uix conuicti etiam desinimus praua stultaq; eius admiratione obstupescere: ac si ultimam bonorum metam in se contineret. Quod si necesse habet Dominus, nos erudire: nostri uicissim officij est, auscultare uocanti nos Domino, & torporem nostrum uellicanti: ut contempto mundo, ad futuræ uitæ meditationẽ toto pectore contendamus.

Sed enim ad talem præsentis uitæ contemptum sese assuefaciant fideles, qui neque eius odium generet, nec aduersus Deum ingratitudinem. siquidem hæc uita, utcunq; infinitis miserijs referta sit, censetur tamen merito inter non aspernandas Dei benedictiones. Quare si nihil in ea recognoscimus diuini beneficij: rei iam sumus non paruæ in Deum ipsum ingratitudinis. Præsertim uero fidelibus testimonium esse debet diuinæ beneuolentiæ, quando ad salutem eorum promouendam tota est destinata. Prius enim quàm æternæ gloriæ hæreditatẽ nobis palàm exhibeat: minoribus documentis se nobis patrem vult declarare. Ea sunt, quę quotidie ab ipso nobis conferunt bona. cum ergo nobis seruiat uita hęc, ad intelligendã Dei bonitatem: fastidiemus ne eam, quasi nullam boni micã in se haberet? Huncigit sensum atq; affectũ induere nos oportet: ut ipsam reponamus inter minime respuẽda diuinę benignitatis dona. Nã si deessent scripturę testimonia, quę plurima sunt & clarissima: ipsa quoq; natura nos hortatur ad reddendã Domino gratiarum actionẽ, q; in eius lucem nos protulit, q; usuram nobis concedit, q; omnia ad eam conseruandã necessaria præsidia largitur. Et multo illa maior est ratio, si reputamus in ea nos ad gloriam regni cœlestis quodãmodo præparari. Sicem Dominus ordinauit, ut qui olim coronãdi sunt in cœlo, certamina prius in terris obeant: ne triumphent, nisi superatis belli difficultatibus, & parta uictoria. Deinde altera: quòd uarijs beneficijs diuinę benignitatis suauitatem delibare in ea incipimus: quò spes ac desyderium nostrum acuatur ad plenam eius reuelationẽ expetendam. Vbi cõstitutum illud fuerit, diuinę clementiæ munus esse, q; terrenam uitam uiuimus: cuius gratia ut sumus illi obligati, ita memores gratosq; esse oportere: tum oportune descendemus ad consyderandam miserrimã eius conditionẽ: quò scilicet extricemur à nimia eius cupiditate: ad quã, ut dictum est, ultro natura propendemus. Porrò quidquid detrahitur prauo eius amori, debet melioris uitæ desyderio accedere. Fateor sane uerissime sensisse eos, q̃bus uisum est optimum, nõ nasci: proximum, q; citissime aboleri. siquidẽ Dei lumine & uera religione destituti, quid in ea cernere poterant non infaustum ac tetrum? Nec sine ratione illi, qui natales suorum mœrore ac lachrymis: funera solemni gaudio prosequebantur. sed id faciebant sine profectu. quia recta fidei doctrina orbati, non uidebant quomodo pijs in bonũ cedat, quod per se nec beatum, nec desyderabile est. Itaq; iudicium suum desperatione terminabant. Hic ergo sit scopus fideliũ, in æstimanda mortali uita: ut dũ intelligunt nihil per se quàm miseriam esse, eò alacriores &

magis expediti totos se ad futuræ illius & æternæ meditationem conferant? Vbi ad eam comparationem uentum est: tum uerò illa non modo secure negligi potest, sed præ hac penitus contemnenda est ac fastidienda. Nam si cœlum patria est: quid aliud terra quàm exilium? si migratio è mundo est in uitam ingressus: quid aliud mundus quàm sepulchrum? in ipso manere quid aliud quàm in morte demersum esse? si liberari à corpore, est asseri in solidam libertatem: quid aliud est corpus, quàm carcer? si Dei præsentia frui, suprema fœlicitatis summa est: nonne ea carere miserum? Atqui donec è mundo euaserimus, peregrinamur à Domino. Ergo si cum cœlesti uita terrena comparetur: non dubium quin facile & contemnenda & proculcanda sit. Odio certe habenda nunquàm est, nisi quatenus nos peccato tenet obnoxios. Quanquàm ne illud quidem odium propriè in ipsam conuertendum est. Vtcunque sit, nos tamen ita eius uel tædio, uel odio affici decet: ut finem eius desyderantes, parati quoque simus ad arbitrium Domini in ea manere, quo scilicet tædium nostrum sit procul omni murmure & impatientia. Est enim instar stationis, in qua nos Dominus collocauit: tam diu nobis conseruanda, quoad ille reuocarit. Deflet quidem sortem suam Paulus, quòd uoto suo diutius corporis uinculis alligatus teneatur: & suspirat ardenti redemptionis desyderio. Nihilominus, ut Dei imperio parèret paratum se ad utrumcp profitebatur, quia se id Deo debere agnoscebat, ut nomen eius uel per mortem, uel per uitam, glorificaret. Ipsius autem est statuere, quid maxime ad gloriam suam expediat. Itacp si Domino uiuere ac mori nos decet: eius arbitrio relinquamus mortis uitæcp nostræ terminum, sed ita, ut & illius studio flagremus, & in meditatione simus assidui: hanc uerò, præfutura immortalitate, contemnamus, & ob peccati seruitutem ei renunciare, quoties Domino placuerit, optemus.

2. Cori. 5

Rom. 7
Philp. 1.

Hoc uerò portenti simile, quòd pro illo mortis desyderio, tanta eius formidine tenentur multi, qui se Christianos esse iactant: ut ad quamlibet eius mentionem contremiscant, uelut rei penitus ominosæ & infaustæ. Equidem non est mirum, si naturalis sensus in nobis exhorrescat, audita nostri dissolutiõe. At istud nullo modo ferendum: non esse in pectore Christiano pietatis lumen, quod maiori consolatione qualemcunch illum timorem superet ac supprimat. Nam si cogitemus hoc instabile, uitiosum, corruptibile, caducum, emarcidum, putre corporis nostri tabernaculum ideo dissolui: ut in firmam, perfectam, incorruptibilem, cœlestem denich gloriam mox instauretur: an non ardenter fides expetere coget, quod natura reformidat: si cogitemus per mortem ab exilio nos reuocari, ut patriam, & cœlestẽ patriã incolamus: an nihil inde solatij consequemur? At nihil est, quod non permanere appetat, fateor sanè. Atque ideo ad futuram immortalitatem respiciendum nobis contendo, ubi stata conditio obtingat, quæ in terra nusquàm apparet. An uerò bruta animalia, atque adeò inanimæ ipse creaturæ, usque ad ligna & lapides, præsentis suæ uanitatis sibi conscíæ, in ultimum resurrectionis diem intentæ erunt: ut cum filijs Dei à uanitate eximantur: nos, & ingenij luce prædíti, & supra ingenium Dei Spiritu illuminati cum de essentia nostra agitur, non attollemus animos ultra hanc terræ putredinem? Verum non est huius instituti aut loci, contra tantam hanc peruersitatem agere. Et iam initio professus sum, me locorum communium fusiorem tractationem hic minime uelle suscipere. Ego huiusmodi timidulis animis suaderem, ut Cypriani libellum de mortalitate legerent: nisi digni essent, qui ad philosophos ablegarentur: ut inspecto, quẽ illi præseferunt, mortis contemptu, erubescere incipiant. Hoc tamen habeamus constitutum, neminem bene in Christi schola profeciſſe, nisi qui & mortis, & ultimæ resurrectionis diem cum gaudio expectet. Nam & hac nota fideles uniuersos describit Paulus: & scripturæ familiare est, quoties solidæ letitiæ argumentum proponere uult, eò nos reuocare. Exultate, inquit Dominus, & leuate capita uestra. Appropinquat enim redemptio uestra. An rationabile, quæso, est, ut quod ille tantũ ualere uoluit ad exultationẽ & alacrita-

Tit. 2.
Matth. 5.

alacritatem in nobis excitandã, nihil q̃ tristitiã ac cõsternationẽ pariat: si ita est: quid adhuc eo quasi magistro gloriamur? saniorẽ ergo mentẽ concipiamus: atq̃, ut repugnet cęca & stupida carnis cupiditas, nõ dubitemus aduentũ Domini nõ uotis modo: sed gemitu etiam ac suspirijs, uelut rem omnium faustissimã, expetere. Aduenıet enim nobis redemptor, qui ab hoc immenso malorũ & miseriarum omniũ gurgite extractos in beatam illam uitæ & gloriæ suæ hæreditatẽ inducat. sic est sanè. Totam fideliũ nationem, quamdiu terrã inhabitant, oportet esse tanq̃ oues mactationi destinatas: quò Christo capiti suo conformentur. Deploratissimi ergo essent: nisi, mente in cœlum erecta, superarent quidquid in mundo est, & præsentem rerũ faciem traijcerent. Contra, ubi semel caput supra omnia terrena extulerint, etiam si uideant florentes impiorum opes & honores, si alta pace frui, si rerũ omnium splendore ac luxu superbire, si delitijs omnibus affluere cernant: si præterea eorum improbitate pulsentur, si contumelias ab eorum fastu sustineant, si auaritia expilentur, si alia quauis libidine uexentur: nõ difficulter se in talibus quoq̃ malis sustinebũt. Erit enim sub oculis dies ille, quo Dominus in regni sui quietẽ fideles suos recipiet, absterget ab eorum oculis omnẽ lachrymam, stola glorię & lętitiæ ipsos induet, delitiarum suarũ inenarrabili suauitate pascet, in suę altitudinis societatem euehet, denique fœlicitatis suę participatione dignabitur. Impios uerò illos, qui in terra floruerint, in extremam ignominiã proijciet: eorum delitias sęuis cruciatibus, risum & lætitiam fletu stridoreq̃ dentium permutabit, pacẽ diro conscientię tormento inquietabit, molliciem plectet igne inextincto: pijs etiã, quorũ patiẽtia abusi fuerint, eorũ capita subijciet. Hęc profecto unica est nostra consolatio; quę si auferat, aut necesse erit despondere animũ, aut uanis mũdi solatijs in exitium nostrũ delinire. siquidẽ & propheta sibi uacillasse pedes confitetur, dũ in præsenti impiorũ prosperitate reputãda nimiũ immoratur: necq̃ potuisse aliter consistere, q̃ dum sanctuariũ Domini ingressus, ad nouissimum piorum ac malorum finem conuertit oculos. Vt uno uerbo concludam, tunc demum in pectoribus fidelium triumphat crux Christi, de diabolo, carne, peccato, & impijs, si oculi in resurrectionis potentiam conuertuntur.

Rom. 8
1. Cro. 15

Psalm. 72

Talibus rudimentis probe nos simul instituit scriptura, quis rectus sit bonorum terrestrium usus. Res in componenda uitæ ratione minime negligenda. Nam si uiuendum est: utendum quoque necessarijs uitæ adminiculis. Nec fugere ea quoque possumus, quæ uidentur oblectationi magis, quàm necessitati, inseruire. Modum ergo tenere oportet, ut pura conscientia, siue ad necessitatem, siue ad oblectamentum, utamur. Eum Dominus uerbo suo præscribit, cum docet uitam præsentem quandam peregrinationem suis esse: qua in cœleste regnum contendunt. si per terram transeundũ est duntaxat, non dubium, quin eatenus utendum sit eius bonis, ut cursum nostrũ iuuent potius, q̃ morent. Verũ, quia lubricus est hic locus, & utrãq̃ in partem procliuis ad lapsum: studeamus pedem figere, ubi tuto stare liceat. fuerunt enim nonnulli, boni & sancti alioqui homines, qui cum uiderent intemperiẽ ac luxuriam effreni libidine perpetuo euagari, nisi seuerius coerceatur: corrigere aũt tã pernitiosum malũ cuperent: quę una illis occurrebat ratio, corporeis bonis uti homini permiserunt, quatenus necessitatis interesset. Piũ quidem consiliũ. sed impendio austeriores fuerunt. Nã, q̃d est ualde periculosum, arctiores laqueos induerunt cõscientijs, q̃ quibus uerbo Dñi stringerentur. Multi autẽ hodie, dũ prætextum quærunt, quo in rerũ externarum usu carnis intemperies excusetur, & interim lasciuienti uiam sternere uolunt: pro confesso assumunt, quod minime illis concedo: nulla modificatione restringendã esse hanc libertatem: sed permittendũ cuiusq̃ conscientię, ut usurpet, quantum sibi licere uideat. Equidem fateor, nec debere, nec posse conscientias statis precisisq̃ legum formulis hic alligari: sed cũ scriptura generales legitimi usus tradat regulas, secundum illas certe limitandus nobis est. sit hoc principiũ: usum donorũ Dei nõ aberrare, cũ in eũ finem refert, in quẽ illa nobis Dominus creauit ac destinauit. siquidẽ in bonũ nostrum creauit, non perniciem. Quamobrẽ nemo

iter rectius tenebit, quàm qui diligenter finem hunc intuebitur. Iam si reputemus, quẽ in finem alimenta creauerit: reperiemus, non necessitati modo, sed oblectamento quoq; ac hilaritati uoluisse consulere. sic in uestibus, præter necessitatem, finis ei fuit decorum & honestas. In herbis, arboribus, & frugibus, præter usus uarios, aspectus gratia, & iucunditas odoris. Nisi enim id uerum esset: non recenseret Propheta inter beneficia Dei, quòd uinum lætificat cor hominis, quòd oleum splendidam eius faciem reddit. Non commemorarent passim scripturæ, ad commendandam eius benignitatem, ipsum eiusmodi omnia dedisse hominibus. Et ipsæ naturales rerum dotes satis demonstrant, quorsum & quatenus frui liceat. An uerò tantam floribus pulchritudinem indiderit Dominus, quæ ultro in oculos incurreret? tantam odoris suauitatem, quæ in olfactum influeret? & nefas erit uel illos pulchritudine, uel hunc odoris gratia affici? Quid? an non colores sic distinxit, ut alios alijs faceret gratiores? Quid? an non auro & argento, ebori ac marmori gratiam attribuit, qua præ alijs aut metallis aut lapidibus, preciosa rederentur? Denique an non res multas, citra necessarium usum, commendabiles nobis reddidit? Faceſſat ergo inhumana illa philosophia: quæ dum nullum, nisi necessarium, usum concedit ex creaturis: non tantum maligne nos priuat licito beneficentiæ diuinæ fructu: sed obtinere non potest, nisi hominem cunctis sensibus spoliatum in stipitem redegerit. sed non minus diligenter altera ex parte occurrendum est carnis libidini: quæ nisi in ordinem cogitur, sine modo exundat. & habet, ut dixi, suos suffragatores, qui sub prętextu concessæ libertatis nihil non illi permittunt. Primo frenum illi unum injcitur, si statuatur ideò condita nobis esse omnia, ut cognoscamus authorem: ac eius indulgentiam erga nos, gratiarum actione, prosequamur. Vbi gratiarum actio: si te epulis aut uino ita ingurgites, ut uel obstupescas, uel inutilis reddaris ad pietatis tuę & uocationis officia? Vbi Dei recognitio: si caro, ex nimia abundantia in fœdam libidinem ebulliens, mentem impuritate sua inficit, ne quid recti aut honesti cernas? Vbi in uestibus gratitudo erga Deum: si, sumptuoso earum ornatu, & nos admiremur, & alios fastidiamus? si elegantia & nitore ad impudicitiam nos comparamus? Vbi recognitio Dei: si in earum splendorem defixæ sunt mentes? Id quoque ipsum in reliquis uidere est. Quamobrem constat, hic iam abutendi licentiam aliquantum cohiberi. sed nulla certior aut expeditior uia est, quàm quæ nobis fit à præsentis uitæ contemptu, & cœlestis immortalitatis meditatione. Inde enim consequuntur duæ regulæ. ut qui utuntur hoc mundo, perinde affecti sint, ac si non uterentur: qui uxores ducunt, ac si non ducerent; qui emunt, ac si non emerent. Quemadmodum Paulus præcipit. Deinde ut non minus placide ac patienter penuriam, quàm moderate abundantiam, ferre nouerint. Qui præscribit utendum hoc mundo, tanquam non utaris, non modo in cibo & potu gulæ intemperiem, in mensis, ædificijs, uestibus nimiam molliciem, ambitionẽ, superbiam, fastum, morositatem excindit: sed omnem curam atq; affectionem, quę te uel deducat, uel impediat à cœlestis uitæ cogitatione, & excolendæ animæ studio. Atqui uere illud olim à Catone dictũ est, cultus magnam curam, magnam uirtutis esse incuriam: & ueteri prouerbio usurpatum, eos qui multum in corporis cura occupantur, ferè animæ esse negligentes. Ergo, ut ad certam formulam non exigenda sit fidelium in rebus externis libertas: huic tamen certe legi subiecta est, ut quàm minimum sibi indulgeant: contra, perpetua animi intentione sibi instent, ad rescindendum omnem superuacuæ copiæ apparatum, nedum coercendam luxuriam: ac diligenter caueant, ne ex adiumentis sibi faciant impedimenta. Altera regula erit: ut quibus res angustæ sunt ac tenues, patienter carere nouerint, ne immodica earum cupiditate solicitentur. Quam qui tenent, non mediocriter in schola Domini profecerunt. Quemadmodum uix habere potest, quo se discipulum Christi esse probet, qui non hac in parte aliquatenus saltem profecerit. Nam præterquam quòd rerum terrenarum appetentiam comitantur pleraque alia uitia: qui impatienter fert penuriam, contrarium etiam in abundantia morbum, ut plurimum, prodit. Hoc intelligo, quòd

Psal. 104

1. Cor. 7

qui

qui sordida ueste erubescet, preciosa gloriabitur: qui tenui cœnula non contentus: lautioris desyderio inquietabitur, intemperanter quoq; lautitijs illis abutetur, si contingant: qui priuatam humilemque conditionem difficulter feret ac inquieto animo, si ad honores conscendat, à fastu haud quaquam abstinebit. Huc ergo contendant omnes, quibus non fictum pietatis studium est, ut discant, Apostoli exemplo, satiari & esurire: abundare, & penuriam pati. Habet præterea scriptura & tertiam regulam, qua rerum terrenarum usum modificat: de qua nonnihil dictum est, cum prȩcepta charitatis tractaremus. Statuit enim, omnes illas sic esse datas nobis Dei benignitate, & in commodum nostrum destinatas, ut sint uelut deposita, quorum reddenda sit olim ratio. Sic ergo dispensare oportet, ut assidue auribus nostris insonet uox illa: redde rationem uillicationis tuæ. Simul occurrat, à quo eiusmodi ratio exigatur. Nempe ab eo, qui, ut abstinentiam, sobrietatem, frugalitatem, modestiam tantopere commendauit: luxum, superbiam, ostentationẽ, uanitatẽ denicq; execratur, cui nõ alia bonorũ dispensatio approbat, q̃ quę sit cum charitate coniuncta. Qui delicias quaslibet, quę à castitate ac puritate hominis animũ abstrahunt, uel mentem caligine hebetant, ore suo iam condemnauit. *Philip. 4*

Postremo est & illud notabile: quòd Dominus unumquemq; nostrum, in cunctis uitæ actionibus, in suam uocationem intueri iubet. Nouit enim quanta inquietudine ferueat humanum ingenium, quàm desultoria leuitate huc atq; illuc feratur, quàm cupida sit, ad res diuersas simul amplexandas, eius ambitio. Ergo, ne, stultitia & temeritate nostra, omnia sursum deorsum miscerentur: distinctis uitæ generibus, sua cuiq; officia ordinauit. Ac ne quis temere suos fines transiliret, eiusmodi uiuendi genera, uocationes appellauit. suum ergo singulis uiuendi genus, est quasi statio à Domino attributa: ne temere toto uitæ cursu circumaganatur. Adeo autem necessaria est ista distinctio, ut actiones omnes nostræ inde coram Domino æstimentur, ac sæpe quidem longe aliter, quàm pro humanæ ac philosophicæ rationis iudicio. Nullum magis præclarum facinus habetur, etiã apud philosophos, quàm liberare tyranni de patriam. Atqui uoce Domini aperte damnatur, qui priuatus manũ tyranno intulerit. Verum nolo in recensendis exemplis immorari. satis est, si nouerimus uocationem Domini, esse in omni re bene agendi principium ac fundamentum: ad quam qui se non referet, nunquam rectã in officijs uiam tenebit. Poterit forte interdum nonnihil in speciem laudabile designare. sed illud, qualecunq; sit in conspectu hominum, apud Dei thronum respuetur. Deinde in ipsis uitæ partibus nulla erit symmetria. Proinde tum optime composita erit tua uita, cum ad hunc scopum dirigetur. Hinc & eximia consolatio nascetur: quòd nullum erit tam sordidum ac uile opus, in quo modo tuæ uocationi pareas, quod non coram Deo resplendeat, & preciosissimum habeatur.

FINIS.

Argentorati per Vuendelinum Rihelum.
Mense Martio.
ANNO M. D. LIII.

Liguria est

uenit ad discipulos suos: & dicit illis. Dormite iã: & requiescite. Ecce appropinquabit hora: & filius hominis tradetur in manus peccatorũ. Surgite eamus: Ecce appropinquabit: qui me tradet. Adhuc ipso loquente: ecce iudas unus de duodecim uenit & cũ eo turba multa cũ gladiis & fustib; missi a principib; sacerdotũ & senioribus populi. Qui aũt tradidit eũ: dedit illis signũ dicens. Quemcũq; osculatus fuero: ipse est tenete eũ. Et cõfestim accedens ad ihm: dixit. Aue rabbi. Et osculatus est eũ. Dixit q; illi ihc. Amice: ad quod uenisti. Tunc accesserũt et manus iniecerunt in ihm: & tenuerũ eum. Et ecce unus ex his q; erant cũ ihu. extendens manũ exemit

querebant falsũ testimoniũ contra ihm: ut eũ morti traderent. Et nõ inuenerunt: cũ multi falsi testes accessissent. Nouissime aũt uenerunt duo falsi testes: & dixerunt. Hic dixit. Possũ destruere tẽplũ dei: & post triduũ ędificare illud. Et surgens princeps sacerdotum: ait illi. Nichil respondes ad ea quę isti aduersũ te testificant. Ihs aũt tacebat. Et princeps sacerdotũ ait illi. Adiuro te p dm uiuũ: ut dicas nobis si tu es xpc filius dei. Dicit illi ihc. Tu dixisti. Verumtamen dico uobis: amodo uidebitis filiũ hominis sedentem a dextris uirtutis: & uenientem in nubibus cęli. Tunc princeps sacerdotũ scidit uestimenta sua

3841 — 9